


EXAMEN

A
12-307



~~4. 08~~

Salto	A
Exemplar	13
N.º	252

13-

BIBLIOTECA DE GRANADA

S.º	A
Exemplar	12
N.º	307



No.

16-252

04358772

R. 1698

Del Vallejo
A 20
Hill Country
to the
of the
of the

ANTONIO CARAFAE S. R. E.
CARDINALI
AMPLISSIMO;

BENEDICTVS PERERIVS
E SOCIETATE
IESV. S. D.

PARVA ingenia, & modicis doctrinarum opibus instructa, vix aliquid mediocri laude dignum, nec sine magno & diuturno labore enituntur. Et ego, ANTONI CARAFAE, princeps Illustrissime, sexdecim libros commentariorum in Daniele prophetam, decennali cura elaboratos, etiam nū cunctabundus, nec nisi, vt manum aliquando de tabula, pudore simul ac tēdio more victus, sub tui nominis tutela & praesidio, in publicum emitto. Nec sum nescius, in his commentariis licet tam lento studio cōpositis, & frequentī retractatione, velut incudi subinde redditis, plurima tamen desideratum iri, etiam à non doctissimis. Facit nimirum, multiplex ingēnsque libri Danielis obscuritas, & communis mortalium, ad res arduas cognitu effectūque superandas infirmitas, atque in primis, conscientia propriae tenuitatis & imbecillitatis, vt multa his meis scriptis adiici, non pauca detrahi, omnia fieri posse meliora non dubitem. Sed mihi animum facit ad aggrediendum, deditque ad perseverandū constantiam,

quin & spem aliquam iniecit, nonnullum finiti operis fructum consequendi, eorum maximè auctoritas, in quorum arbitrio & potestate studia mea sunt: quorum ego voluntati non obsequi, aut iudicio non acquiescere, nefas putavi. Opus igitur, licet maius viribus nostris sentiremus, magno tamen animo cœpimus, cœptumque, pertinaci studio prosequuti sumus. Quod si ad extremum non perduximus, aliquatenus certè promovimus: id nempe profecimus, ut alij præpollentes ingenio, & doctrina otioque abundantes, incæptis nostris vel adiuti, vel incitati, efficiant ipsi, quod nos tentavimus, quòdque inchoavimus, absoluant: denique, quò nos intendimus, ipsi perueniant.

*Propositum
auctoris, &
difficultas in
explanando
Danielis l.
bro.*

A c nobis, quidem, in molitione huius operis, illud semper ante oculos fuit, ut quæ obscura sunt apud Daniele, (sunt autem quamplurima) sic nostra interpretatione illustraremus, ut ea lectori, etiam non admodum erudito, clara, & ad intelligendum facilia redderemus. Multa Daniel tectè, abstrusè, ac more prophetico, dissimilium rerum imaginibus adumbrata edidit: quæ nos propheti- cis illis figurarum integumentis enudata, qualia ipsa per se sunt expressè cognoscenda, velut sub legentium oculos subiecimus. In tractandis porrò maximarum rerum arcanis, tam pressè ac præcisè scripsit Daniel, ut æquet verba sententiis, plùsque interdum significet, quàm dicat, paucissimis verbis augustissima coarctàs mysteria. Hic nobis utendum fuit plenioribus commentariis, ut prophetiæ breuitas, latitudine interpretationis, quasi laxata apertior esset ad intelligendum: ne scilicet, angustiaë dictionis prophetiæ, impenetrabilem

redde

redderent prophetiarum intelligentiam. Quid ego
 dicam de tam variis, mirisque tot regum regno-
 rumque casibus? de subitis amplissimorum orbis *Obscuritas*
 terræ imperiorum cōversionibus? de obscurissimis *prophetia*
 totius penè mundi chronologiis & historiis? Has, *Danielis*
 ut passim lector in libro Danielis habet obuias, ita *quæ, & quan*
 quasdam offenderet propemodum inexplicabiles: *ta.*
 quas nempe, ut in Gordio nodo Alexander Magnus
 fecisse dicitur, abrumpere facilius sit, quàm ritè
 dissoluere. Ad tantam igitur difficultatum molem
 exuperandam, vix credibile dictu est, quàm crebro
 monumenta veterum & recentiorum, Græcorum,
 & Latinorum, Poëtarum, Philosophorum, Chro-
 nologorum, Historicorum, Theologorum, deni-
 que cuiusque generis Scriptorum, volutanda, &
 excutienda nobis fuerint. Quàm subtiliter, & cu-
 riosè omnes antiquitatis anguli, latebræque iden-
 tidem fuerint perscrutandæ. Quàm sæpe, ad veri
 testificationem & confirmationem, falsique confu-
 tationem grauissimos testes producere oportuerit,
 ex Græcia, Herodotum, Thucydidem, Ctesiam *Auctores*
 Gnidium, Xenophontem, Polybium, Diodorum *principui, præ-*
 Siculum, Strabonem, Dionysium Halicarnasseum, *sido quorum,*
 Plutarchum, Pausaniam, Dione:ra; & Appianum *præcipuè nitio*
 Alexandrinum: ex Latio, Liuium, Curtium, v- *tur hæc com-*
 trunque Plinium, Tacitum, Florum, Iustinum: è *mentaria.*
 Iudæa, Philonem, & Iosephum, atque Hebræorum
 Rabbinos: ex nostra, id est Christianorum schola,
 Iustinum martyrem, Irenæum, Clementem Alexan-
 drinum, Iulium Africanum, Origenem, Tertullia-
 num, Eusebium, Lactantium, vtrumque Cyrillum,
 Hieronymum, Senerum Sulpitium, Augustinum,
 Isidorum, & Bedam, ut his posteriores, vsque ad
 † 3 nostrum

nostrum æuū, quamplurimos, vt minoris nominis, prætermittam. Quoties horum sententias, in iudicium & examen vocari necesse fuit? Quoties cōtra nonnullos eorum, pro vero, aut quid similius veri nobis videbatur, fortiter fuit decertandum? Quoties, vt mutuas istorū, super grauissimis rebus discordias dissensionēsq̄e tolleremus, vel arbitri nos personā suscipere, vel pacificatoris partes implere oportuit? Neque verò hanc difficultatum suscepti operis commemorationem, propterea hoc loco præteximus, quod aliquam laboris & industria laudem, velut prærium nauatę à nobis operę, petere velimus, sed quo iustius, in tam spisso opere omnes vel inscitia, vel obliuionis, atque imprudentiæ culpas, apud intelligentem æquūque lectorem deprecari possimus. Qui, si reputet secum, quæ nos de interpretandi Danielis libri difficultatē diximus, nonnulla quæ in his cōmentariis, cuiuspiam fortasse, vel aliena, vel superuacua viderentur: ea Danielis prophetiarum illustrandę obscuritati, vel necessaria, vel perutilia fuisse intelliget.

Cardinalis
Carafa laudes.

S E D cur ego, in tanta cōpia clarissimorū principum, qui in hac vrbe & orbis luce versantur, tibi potissimum, Carafa præstantissime, hos meos commentarios dicandos esse censuerim, nec tacere fas duco, nec facile tamen, prout equidem vellem, & res ipsa desiderat, possum explicare. Etenim, admirabilis quædam animi tui modestia, magnitudinem virtutum tuarum, altissima dissimulatione abstrudens & occultans, nec minùs studiosè laudari refugiens, quàm plerique ambitiosè gestiunt, tuis me de rebus timidè ac parcè cogit dicere. Verùm, quo satisfaciam officio meo, simul & verecundię tuę obsecundè, dicam, vt potero, bre-

nissimè. Splendidissimæ virtutes tuæ , singularis
tua erga nostram Societatem beneuolentia, multis
ac magnis testata, & expressâ beneficiis, flagrantis-
simum bonarum omnium disciplinarum , maximè
verò sacrarum literarum studium , denique , incre-
dibilis amor, & gratia, qua diuinæ sapientiæ studio-
sos, cultorésque cõplecteris , ad hoc me consilium,
deliberationē, sententiã impulerunt, Tu enim (di-
cã hoc verè, & dicã magno doctorũ , bonorũque
assensu, & gaudio) tu inquam, quod paucissimis
mortalium contigit , cum splendore nobilitatis,
virtutem : cum virtutis præstantia , prudentiam
rerum Ecclesiasticarum : cum prudentiæ glõria,
ardorem animi , studia Christianæ pietatis, & do-
ctrinæ tueri, prouehere, ornareque cupientis, adæ-
quasti. Sed alias virtutes tuas prædicabũt alij, quo-
rum scilicet, celebrandis tuis laudibus, ingenium,
& eloquentia suffecerit. Ego in præsens, de scientia
tantũ , & studio sacrarum literarum strictim di-
cam. Hoc nempè, rationem propriè attingit huius
operis, & muneris mei, quo, sacris libris interpre-
tandis, publicè fungor : atque hoc etiam studium,
tibi ab incunte ætate, magno in pretio, & honore
fuit : nunc autem in amoribus est, atque deliciis.

DIUINA Scriptura omnibus humanis do-
ctrinis, antiquitate, veritate, dignitate, sanctitate, *Encomium*
utilitate, suauitatẽque antecellit. Horum singula, *diuinæ Scri-*
vel modicè tractata, non epistolam modò, sed vo- *pturæ, & pri-*
lumen implere possunt. Antiquitatem sacræ Scri- *mò ex eius an-*
pturæ, manifestam facit primus diuinarum litera- *tiquitate, ex*
rum scriptor Moses, quinque seculis antegressus *Ios. contra*
Homerum : cuius poemate nullum esse apud Græ- *Appio. lib. I.*
cos vetustius doctrinæ monumentum, auctoritate

Iosephi confirmare possumus: Quin Aggæū, Zachariam, & Malachiā, nouissimos prophetarū, æquales fuisse constat Thaletis, Pythagoræ, & Anaxagoræ: priores etiā Socrate, & Platone: quos tñ Græcia, vt sapientiæ principes, & quasi parètes celebravit.

*Secundo ex
veritate.*

DE veritate autem diuinæ Scripturæ: quæ potest esse dubitatio? cū eius princeps, auctor, effectorque sit **D E V S**, cuius nimirum instinctu, ductūque regebantur, qui diuinorum scriptorum monumenta condiderunt: *Spiritu sancto inspirati*, vt ait **B. Petrus, loquuti sunt sancti Dei homines**. Omnia igitur, quæ legimus in sacris libris, Dei verba sunt: ab ipso nempe Deo, velut dictata, & per sanctos viros exarata, literisque consignata: *Principium verborum tuorum*, Dauid inquit ipsum Deum alloquēs, *veritas*. Quapropter, nulla cuiquam falsitatis, quæ illis scriptoribus, vel per libidinem mentiendi, vel per obliuionem, seu incogitantiam acciderit, suspicio subesse potest.

2. Pet. 1.

Psal. 118.

*Tertio ex di-
gnitate.*

QV I S porro huius Scripturæ dignitatem enarret? Hæc in humanis disciplinis, ex auctoris materia, finisque præstantia: ex rationum item, quibus quæque scientia nititur, atque vitur, vi ac robore spectari, æstimarique solet. At diuinæ Scripturæ conditor, Deus est: materia, Deus est: finis, Deus est: veritatis, & auctoritatis eius fundamentum atque firmamentum, idem Deus est. Denique, nihil illa, cū sit vsquequaque diuina, nisi cæleste, & diuinum redolet ac spirat. Quemadmodum igitur in sole diu multūque, licet animi tantum gratia, deambulantes, calefcere tamen, & colorari videmus, ita diuinas literas assiduè studioseque legentium, atque tractantium, etiam mentes, sensus, consilia,

consilia, vota, morésque, velut quodam diuinitatis colore tingi & affici solent.

I A M verò de sanctitate huius cęlestis doctrinę, *Quarò ex sanctitate.*
superuacaneum est dicere: *Eloquia Domini*, ait Dauid, *eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum.* *Psal. 11.* Qua similitudine significare ille voluit, verba Dei sacris literis prodita, ab omni esse falsitatis & turpitudinis labe purissima, ideòque simillima esse argente, quod artifex, non semel modò, atque iterum, sed summa diligentia sapius igne purgauit. Quid enim sanctius ea doctrina, quę tam multa, tamque mirę & salutaria, diuinę, angelicę, humanęque sanctitatis, exępla & documenta continet: Hęc pręterea tres primos omnis sanctimonię fontes aperit, exhibetque mortalibus: castissimũ dico, sanctissimũque veri Dei cultum ac religionem, tum mentis integritatem, animi moderationem. prauarũque omniũ cupiditatum, sub rationis imperium subiectionem perfectam, denique aduersus cęteros homines, non eiusdem disciplina, ac legis tantum professione nobiscum consociatos, sed vel solius naturę similitudine coniunctos, iustitię ac misericordię studiũ atque obseruatiã. Ex his fontibus, velut riuũ cũctarum virtutum profluunt, & ad omnia vitę humanę officia ritę suscipienda tractandęque deriuatur. Nec ipsa tantũ Scriptura per se sancta est, verũ, sui amatores etiã sanctos esse vult. Equidẽ puto sacram doctrinã non ineptẽ comparari posse mōti Sina, in quo Deus, magnis quòdam prodigiis, presentiam suam declarans, bene viuendi pręcepta, sui que numinis colendi cęremonias hominibus tradidit. *Exod. 19. 20.*

A D hanc igitur cęlestis disciplinę montem, si

† 5 quis

quis belluæ animû, vitamq; gerês, aut vulgi errori-
bus vitiiſque infectus acceſſerit, lapidibus interfi-
citur. i. vnde ſalutẽ, ac beatã vitã capere debebat,
inde perniciem, certũque animi ſui exitiũ referet.

Quintò ex
utilitate.

Caterũ, quæ vis ingenij, quæ vbertas eloquen-
tiæ cõſequi poſſit inſtimabiles diuitias, & incõ-
parabiles diuinarum literarum vtilitates, ad omnes
humanæ vitæ partes, omnẽque genus hominũ, tam
priuatim, quàm publicè pertinentes? Ego ſanè de

Psal. i.

*Et erit tanquam li-
gnum quod plantatum eſt ſecus decurſum aquarũ, quod
fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & foliũ eius nõ de-
ſluet: & omnia quæ cunq; facit proſperabuntur.* Nã vt

aqua, vitali humore arborẽ educat, & cõfirmat, vi-
rentẽmque ac florentem facit, & lætiſſimorũ copia
fructũ exornat: ita piorũ animus, lectione, ac me-
ditatione ſacrarũ literarum alitur ad æternitatẽ, pul-

M. Tul. in v.
Tuſcul.

cherrimõſque fert, ac tempeſtiuos omnium virtu-
tum fructus: idẽmque ſalutari Spiritus S. aqua per
petuò recreatus, nullos metuit rerũ aduerſarũ æſt,
& quicquid agit ac molitur, proſperos exitus ha-
bet, quin fructũ etiam capit ex iis rebus: quæ aliis
detrimẽtũ & perniciẽ afferre ſolêt. Enimverò, quod
quidã elegãter magis, q̃ verè, de philoſophia dixit,
hoc de ſacra Scriptura veriſſimẽ dici poteſt. Eſt
profectò diuina Scriptura lux vitæ, magiſtra morũ,
animi medicina, benè viuendi norma, impiæ ſuper-
ſtitionis expultrix, caſtæq; ac ſanctæ religionis, &
pietatis generatrix. Hæc docet quid iubeat Deus,
q̃dq; prohibeat: quẽadmodũ ab homine Deº coli ve-
lit: quẽ ſit breuiſſima rectiſſimãq; in cœlũ via, quas
penas improbi pẽdãt, quẽ præmia boni cõſequãtur.

Denique ex
ſuautilitate.

Huius, qui præceptis ac monitis paret, nihil in

terris nimis cupiēs metuēsvē, atque inaniū cura-
rum & sollicitudinum vacuus, cœlestē vitā huma-
no in corpore imitatur, in tenebris videt, in tem-
pestate quiescit, in sordibus nitet, in ipsa morte,
velut mortis sensu carens, & securus immortalita-
tis gaudio triumphat. Denique, prægustata dulce-
dine cœlestium bonorum, quæ in sacra Scriptura
præmonstrantur, ac promittuntur, fastidit omnia
caduca & terrena, & quasi peregrinus, hanc vitam
transigit ad regiones cœli summo desiderio fe-
stinans. Quæ opes? quæ imperia? quæ voluptates?
cum hoc cœlesti vitæ statu, & tam dulci pace ac
tranquillitate animi conferenda sunt?

Verùm, præcipua ex sacrarum literarum studio
utilitas, auctore B. Paulo, ad Ecclesiæ principes re-
ctorésque permaneat: *Omnis enim, ait ille, Scriptura
divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad corrigē-
dū, ad erudiendū in iustitia, ut perfectus sit homo Dei,
ad omne opus bonum instructus.* Atque in hoc tā hone-
sto & sancto, tārarūque voluptatū, atq; utilitatū,
fœcundissimo sacrarū literarū studio, magna cum
doctrinæ ac pietatis laude complures versati sunt,
qui istius ornatissimi Ecclesiæ Senatus decora & lu-
mina fuerunt: Petrū dico Damianū, S. Bonaueturā,
Ioan. Doñici, Turrecrematā, Hugonē, Bonaueturā
Patauinum, super doctrinæ laudē, etiā martyrio cla-
rū, Petrū Aliacensem, Bessarionē, Nicolau Cusanū,
& ne huius gloriæ Cardinaliū, sterile putetur hoc
seculum, Rossensem martyrē, Caietanum, Cõtarenū,
Polū, Sadoletū, Seripandū, Hosiū, & Sirletum.

Horum tu, illustrissime Carafa, vt dignitate, sic
ingenio studioque simillimus, eandē, quam illi in-
gressi sunt viā, pleno insistens gradu, ad cōsimilem
scientiæ ac pietatis gloriam contendis. Tu à tenera

Quos maxi-
me sacrarum
literarū stu-
dium inuēt.
2. Tim. 3.

Cardinales
diuinarum
literarum
studiorum
insignes.

Carafa Car-
dinalis sacra-
rum litera-
rum studium.

etate, diuinarum literarum incensus es amore, qui deinceps, pariter cum etate ac dignitate creuit. Non enim te fugit, scientiam diuinam scriptura, omnium esse temporum, locorum, etatum. Hec namque pueritiam alit, erudit adolescentiam, iuuentutem frenat ac regit, maturatione iam etati grauitate simul & decorum addit, denique magnam hanc est senectuti solatiu, deficientique iam homini, & ad mortem festinanti, sufficientes pariter ac iucundum viaticum: Has ego, Cardinalis amplissime, iustissimas mihi causas esse duxi, cur hos ingenij & lucubrationum mearum prouentus, tibi potissimum offerre deberem. Si rei magnitudinem existimes, paruam sane ac leue donum: quale. scilicet tenuitas nostra dare potuit: sin argumenti operis dignitatem, & offerentis singularem erga te reuerentiam & pietatem perpendas, nec aspernandum cuiquam munus: nec tibi, qua es prudentia & humanitate, non maxime placiturum. Nam & hominum nostri ordinis, quem vnicum diligis, qualiacunque in te officia humanissimum accipis, & sacra Scriptura, qua nihil tibi est antiquius, non ineptis, nec ineruditis commentariis mirifice delectaris. Quin tute mihi superiore anno significasti, te Danielis, praeter alios omnes prophetas, penitus noscendum atque intelligendum esse cupidissimum, eoque si quis ei prophetae interpretando egregiam nauasset operam, eum tibi, atque omnibus diuinarum literarum studiosis vehementer gratificaturum. Fateor, hunc animi tui sensum & iudicium, tanquam propensam in Danielis voluntatem, acerrimum mihi ad maturandam huius operis editionem calcare addidisse, quod si studio & labori meo, vel mediocri fructus responderit, magnam animo capiam voluptatem, Deoque bonorum omnium auctori gratias agam immortales, cui, scilicet, omnis suscepti & absoluti operis laus, optimo debetur iure. Vale.

I N D E X

QVÆSTIONVM,
ET INSIGNIORVM
TRACTATIONVM, QVÆ
IN SINGVLIS LIBRIS
explicantur.

In primo libro.



FONIVM diuinæ Scripturæ ex antiquitate eius, veritate, dignitate, sanctitate, atque utilitate: in Epistola nuncupatoria.

Liber Danielis est Canonicus, & Daniel inter sacros Vates numerandus est. pag. 1

De quatuor causis obscuritatis libri Danielis. pag. 3

De præstantia huius libri. 6

Quæ res insignes, tempore Danielis, in orbe terrarum extiterint. 9

An Daniel fuerit Auctor huius libri. 10

An Daniel fuerit de tribu Iuda. 14

Cur Daniel soluta captiuitate à rege Cyro, non cum aliis Iudæis redierit in patriam, & cur eius in sua historia non meminerit Esdras. 18. 19

Quo tempore primum venit ad-

uersus Iudæos rex Nabuchodonosor. 24

An Nabuchodonosor, cuius fit mentio in libro Danielis, sit alius, quàm ille, qui memoratur in libro Iudith. 27

Vter Nabuchodonosor fuerit prior, & antiquior. 30

Cur sinat Deus vasa sacra, & alias res cultui ipsius dicatas, sæpè à Barbaris, & impiis hominibus diripi, & contumeliosè tractari. 32

An Daniel fuerit Eunuchus, & an fuerit virgo. 35. 36

An extraordinaria quædam cibi, potusque abstinentia, sit laudabilis. 38

An potuerit naturaliter fieri, vt Daniel, qui parcissimo, vilissimoque vsus est victu, plenior tamen, & pulchrior aliis laque epulantibus, efficeretur. 41

An legere libros gentilium, eorumque doctrinas perdiscere sit piis hominibus licitum. 43

An sit fas studere superstitiosis & maleficis artibus. 46

Facultas interpretandi somnia. 48

INDEX QVÆSTIONVM.

- data Danieli, an fuerit ceu habitus in eo permanens. 50
- Quæstiones de Somniis.*
- An omnibus sic fides habenda, vel deneganda. 54
- De causis verorum somniorum. 58
- De signis dignoscendi somnia diuina. 66
- De variis modis & effectis diuinorum somniorum. 67
- Cur in somnio Deus mysteria sua nonnunquam reuelat. 69
- Cur diuina somnia, non semper dentur hominibus sapientibus & prudentibus. 71
- Cur non omnia diuina somnia sint clara & aperta. 73
- An fas sit Christiano obseruare & curare somnia. 74
- Cuius sit verè, ac peritè somnia interpretari. 76
- An in somnio, liber vsus rationis, & liberi arbitrij esse queat. 77
- De somnio Salomonis, per quod sapientiam à Deo ad prus est. 79.80
- In libro secundo.*
- Vnde computari debeat secundus annus regis Nabuchodonosor, quo anno somnium illius statuæ ei contigit. 85.a.b
- De antiqua Chaldæorum disciplina. 87
- An lingua Hebraica diuersa fuerit à Chaldaica. 89
- An aliena somnia possint à quocumque hominum cer.ò sciri. 90.d.91.a
- An somnia hominum, sint angelis nota. ibid.b
- An Dijs, seu angelis, cum hominibus conlocientur, atque conuersentur. 92.c.d
- An quispiam hominum propositi sibi somni, veram significationem, naturali ratione scire nequeat. 93.a
- An somnium Nabuchodonosor, potuerit ex causis naturalibus, ipsi accidere. 97.b.c
- Cur Deus tam eximie somniis, Nabuchodonosor, regem impium atque barbarum, dignatus fuerit. 98.c.d.99.a
- An somnium Nabuchodonosor, potuerit Daniel humana solertia & sapientia verè interpretari. 100.b.c
- An apud Gentiles fuerint veris somniorum interpretes. 101.b
- Cur illa statua Nabuchodonosor figurata fuit ad similitudinem hominis. 101.d
- Cur aspectus illius statuæ, erat terrificus. 103.a
- Cur per illam statuam, quatuor tantum imperia, significata sint al. is plur. mis omis. 104.a
- An visio huius statuæ, differat ab alia simili visione Danielis, quæ narratur infra. 705.a.b
- An rex Nabuchodonosor, fuerit rex regum, & omnia continens imperio suo. 106.a.b
- Quomodo caput aureum statuæ, significabat imperium Nabuchodonosor, & Chaldæorum. 107.a
- An regnante Nabuchodonosor, monarchia Medorum potentior fuerit imperio Chaldæorum. 109.a
- Quo

INDEX QVÆSTIONVM.

- Quomodo verum fuerit, quod dixit Daniel, regnum Persarum, minus fuisse imperio Chaldeorum. 110. a. b
- Cur imperium Persicum comparatum sit aegeno. 111. c. d
- Cur comparatum sit pectori, & brachiis. 112. c. d
- Cur imperium Alexandri comparatum sit ventri. 113. a
- Quæ res maximè celebrem fecerint Alexandrum. 115. 116. 117. 118
- Cur Romanum imperium comparatur ferro, & tibiis. 121. a. b
- De initio, fine ac duratione quatuor regnorum, quæ significabat statua. 127. d
- An Daniel loquatur de regno Christi, quod est in hoc seculo, an in futuro. 128. b. c. d
- Quid significet abscissio lapidis è monte, sine manibus. 128. c. d. 132. c. d
- Quomodo Christus instar maximi montis repleuerit vniuersam terram. 134. c. d
- Cur Daniel permisit se adorari à rege, eiusque munera, & honores non reiecit. 137. a. b
In libro tertio.
- Quo tempore contigit miraculum trium puerorum. 145. b. c. d
- An statua, quam fecit Nabuchodonosor, superauerit alias omnes celebres statuas. 148. a. b
- De mensura humani corporis, & singularum eius partium. 148. d. 149. a. b
- Cuius ætatis fuerint illi tres socii Daniels, cum sunt in igne coniecti. 153. c. d
- Cur alij Iudæi non sint vocati ad adorandam statuam. 154. c. d
- Cur non sit coactus Daniel adorare statuam. 155. a
- Cur Deus seruos suos, non semper liberet malis, quæ illis accidunt. 157. a. b
- Cur tres illi iuuenes, tantopere imaginem regis adorare recusauerint. ibi. c. d
- Orationem Azariæ, esse sacram Scripturam. 159. a
- Quibus in rebus iudicia Dei præcipuè videantur incomprehensibilia. 160. d. 161. a
- Quomodo sancti verè appellentur iniquos. 162. d
- De conditoribus vrbis Hierusalem. 163. d
- Cur dicta sit ciuitas sancta. 166. b
- Vnde sit dicta Hierusalem. 168. b
- Cur Iudæi commemorationem Abraham, Isaac, & Iacob, sæpissimè vsurpabant apud Deum. 170. d
- Cur Azarias dicat eo tempore non fuisse prophetas, cum tunc in illa ipsa captiuitate florerent Daniel, & Ezechiel. 172. a. b
- An licitum esset Iudæis extra templum Hierosolymitanum sacrificare Deo. 173. a. b
- Quomodo potuerint Iudæi sacrificia Deo facere in Hierusalem anno quinto post euersam Hierusalem, a que incensum, & dirutum templum. 174
- De admiranda vi & facultate Naphthæ. 176. c. d
- Quemadmodum tres iuuenes ex incendio liberati sunt, & de ordo

INDEX QV AESTIONVM.

- miraculis, quæ in eorum liberatione eluxerunt. 178.c
- An citra miraculum fieri possit, ut corpus aliquod in igne possum, ab eo non lædatur. 181.c.d
- An hi tres iuvenes fuerint martyres. 184.c.d
- Quis fuerit ille quartus, quem vidit in fornace, & vocauit similem filio Dei. 186.d
- Cur angeli apparuerint semper hominibus sub specie humana. 191.c.d
- An vera fuerit conuersio regis Nabuchodonosor. 193.194
In libro quarto.
- De auctoritate cantici trium puerorum. 199.c.d
- Quid sit, Deum sedere super Cherubim. 201.c.d
- Quid sit Deum intueri abyssos. 203.c.d
- Quomodo creatura rationis expectes, benedicant, & laudent Deum. 205.206
- Cur Moses creationem angelorum in libro Genesis non tradiderit. 207
- De angelorum excellentia. 208.209.210.211
- De decem cælorum excellentiis. 211
- Quid in hoc cantico intelligi debet per virtutes. 212.d
- Quales sunt aquæ, quas Scriptura dicit esse super cælos. 214
- De præstantia solis. 208.209
- De excellentia lunæ. 220
- De septem planetis, & cur eorum mentio vix fiat in sacris literis. 221.c.d
- De stellis in cælo fixis. 222
- De raritate stellarum in Australi parte cæli, & circa polum Arcticum. 223
- De rebus meteorologicis, quomodo ex illis maxime laudetur Deus in scriptura. 226.d
- De arcu cælesti, seu iride. 229
- De miraculis, & commoditatibus ventorum. 230.231
- Quemadmodum ex igne laudari Deus debeat. 234
- De utilitate vicissitudinis dierum, & noctium. 237.238
- De præstantia lucis. 232
- De mirabili natura, & potentia fulminum. 235.236
- De præstantia terræ. 247.248
- An omnis terra inter duos tropicos interiaccens, sit intemperata, sterilis, & ferè inhabitabilis. 249.250
- De montium vsu, & rebus memorabilibus. 253.254
- De antiquissimo vsu arborum ad victum, & vestitum hominum, & prisca earum religione. 258
- De octuplici varietate, quæ cernitur in arboribus. 258.259.260.261
- Misa de ymbri arborum. 261
- De miraculis aquarum, quæ in sacris literis memorantur. 262.263
- De naturalibus aquarum miraculis, velut de fluxu, & refluxu maris. 265.a.b
- De Asphaltice lacu Iudææ. 265.c.d
- De mirabili ingenio fluij sabbatici, & fontis, qui est apud Gata

INDEX QUÆSTIONVM.

- Garamantas, & cuiusdam fontis, qui est iuxta larium lacum. 266.267
- Quid significant in scriptura hæc vocabula cete, & leuiathã. 268.269
- De magnitudine piscium. 270
- De miraculo Ionç à pisce deuorati, & eius piscis, in cuius ore B. Petrus statere inuenit. 271.272
- Quomodo piscis ille Tobie vim habere poterit expellendi dæmones. 272.c.d
- Quanta sit inter aues, & pisces similitudo. 275
- Quomodo scriptura dicat renouari aquilæ iuuentutem. 276.c.d
- Cur in canticis canticorum laudetur oculi columbarum. 277.d
- Quænam auis sit, quæ in psalmo centesimo primo nominatur Pelicanus. 278.c.d
- De miraculo auis, quæ dicitur Phenix. 281.c.d
- Vtrum maius naturæ artificium sit in paruis animalibus quàm in magnis. 282.d
- De Behemoth, id est elephãti magnitudine, robore, mâsuetudine, docilitate, similitudine cum homine, & longeuitate. 284.c.d
- De quinque bonorum generibus, homini à Deo datis. 192.193
- Quibus in rebus consistat naturalis honor, & gloria hominis. 296.a.b
- An cælum sit homini subiectum. 297.b.c
- De decem prærogatiuis gentis Hebrææ. 298.299.b.c
- De duplici munere Iudaici sacerdotij. 302.a
- De comparatione sacerdotij Iudaici cum sacerdotio Christiano. 302.d
- In libro quinto.*
- Quo tempore secundum somniũ, quod narratur 4. cap. Danielis, contigerit regi Nabuchodonosor. 308.c.d
- An illa Nabuchodonosor in bestiam transformatio, sit historice, an parabolicè intelligenda. 310.311.
- Cur eius historiæ apud Gentiles non fiat mentio. 312.c.d
- Quàm multa peccauerit Iustinus in historia rerum Iudaicarum. 314.b.c
- Cur angelos Scriptura vocet vigiles. 319
- An rex Nabuchodonosor, tempore suæ dementiæ, vinculis fuerit constrictus. 324.c.d
- Quomodo rex delicatissimus, per totum septennium solis herbis vescendo, vitam tueri potuerit. 326.327.
- Quid significant septem tempora. 328.a.b.
- An rex Nabuchodonosor per totos septem annos in illo statu belluæ versatus sit. 329.c.d
- De transformatione regis Nabuchodonosor, qualis illa fuerit, & de quatuor generibus transformationum. 331.c.d
- An fuerit secundum substantiam mutatus in bouem, vel aliud animal. 333.334
- An amiserit externam figuram corporis humani. 334.d
- ††
An



INDEX QVÆSTIONVM.

- An dicatur mutatus in bestiam secundum aliorum tantum, vel suam existimationem. 235.c.d
- Quæ sit verior sententia de transformatione Nabuchodonosor. 337
- Quomodo scriptura dicat, postea fuisse redditam ei regi propriam eius figuram. 337
- Cur Daniel solam elemosynarum largitionem suaserit regi, ad placandum Deum. 338
- An supplicium diuinitus regi constitutum potuerit largiendis elemosynis auerti. 339
- Cur Daniel dubitauerit dixerit, forsitan Deus ignoscet, & cur sancti de remissione peccatorum dubitauerit, & timide loqui soleat. 340.341
- Quomodo elemosyna deleat peccata. 342
- An sit aliquod genus elemosynæ, vel aliquod genus peccatorum, in quibus permanenti homini possit prodesse elemosyna ad salutem æternam. 344.345.346.
- De Babylonis magnitudine & magnificentia. 346.347
- De ciuitatis Babylonis conditore. 350.351
- An supplicium regis Babylonis duodecim menses dilatum sit. 352.d
- An rex Nabuchodonosor tandem saluus fuerit. 353.d
- Cur Nabuchodonosor Iudæos captiuitate, aut regem Ioaachim carcere non liberauerit, aut eum id non ab eo rege petierit Daniel. 258.359
- In libro sexto.*
- Cur historia capituli quinti, contra rectam historiarum seriem, & ordinem temporum præposita sit historiis septimi & octaui capituli. 362
- De magnificentia antiquorum conuiuiorum. 365.a.b
- Cur Baltasar, in maximo obsidionis periculo, tam securus conuiuabatur. 366.b.c
- De Diis Babyloniorum. 370
- An illam manum scribentem in pariete solus rex viderit. 380
- Cur Chaldæi non potuerunt legere scripturam illius manus. 381
- Cur deus pepercit regi Nabuchodonosor, & non Baltasari. 383.384
- Quæ fuerint quondam apud principes insignia summi honoris. 386.d
- An Baltasar fuerit occisus. 390
- An Babylone sit occisus. 390.d
- An sit occisus eadem illa conuiuij nocte. 391.c.d
- A quo sit occisus, à vario Medo, an à Cyro, an ab utroque. 393
- Cur Græci soli Cyro eam victoriam tribuant. 394
- Cur Daniel solum narium Medo eius victoriæ auctorem laudat. 394
- Quomodo vna nocte Babylō oppugnari, & expugnari, & rex Baltasar occidi potuerit. 395
- Cur Baltasari, & regno Chaldæorum, tanta calamitas exitiumque

INDEX QUESTIONVM.

- que acciderit. 398
 An quæ prædixerant prophetae de excidio Babylonis, congruant cum ipso euentu, & re vera sint impleta. 399.400
 Quamdiu steterit regnum Chaldaeorum. 402
 Qui, & quot reges ei regno præfuerint. 404
 Quamdiu quisque illorum regum regnauerit. 405
 An Baltasar filius, an nepos, vel pro nepos fuerit Nabuchodonosor, ibidem.
In libro septimo.
 Quis fuerit Darius Medus? 409
 An fuerit filius filiae regis Nabuchodonosor. 409
 An fuerit idem, qui Darius Hytaspis. 410
 An fuerit idem, qui Cyrus. 411
 412
 An fuerit idem, qui Astyages. 412
 An fuerit is, quem Xenophon vocat Cyaxarem. 413
 An fuerit is, quem Berofus & alij appellauerunt Nabonidum. 416
 An Baltasar fuerit is, quem Berofus & alij vocant Labofardach. 416
 An citra miraculum fieri possit, ut quis inter leones versetur illæsus. 418
 Miraculum danielis non læsi à leonibus septem modis fieri potuif se. 420.421
In libro octauo.
 Visio quatuor ventorum inter se pugnantium in mari, quid significauerit. 425
- Cur angeli comparentur ventis. 426
 Cur quatuor monarchiæ comparatæ sint bestiis de mari ascendentibus. 427
 Cur imperium Chaldaeorum comparatum sit leonæ habenti alas aquilæ. 428
 Cur regnum Persarum comparetur viffo. 431
 Cur Alexander Magnus comparatus sit pardo alato & quadricipiti. 435
 Cur bestiarum, cui Romanum imperium comparatum est, nec species, nec nomen sit expressum. 435
 Quanta fuerit magnitudo & potentia Romani imperij. 436
 Qua ratione tantum imperium Romani sint adepti. 438
 An tantum imperium Romani iuste acquisierint. 439
 An visio Danielis de cornibus decem, & alio paruo cornu pertineat ad regem Syriæ Antiochum Epiphanem, vt dixit Porphyrius. 440
 An ea visio spectauerit ad sectam & imperium Mahumetanorum. 442
 An pertineat ad Antichristum. 443
 Quomodo Satan habitaturus sit corporaliter in Antichristo. 444
 Cur deus dicatur antiquus dierum. 446
 Quid in deo candor vestium, & albor capillorum significet. 448
 Quid sessio dei, quid thronus

INDEX QVÆSTIONVM,

- eius flammans & ardens. 448.
- 449
Quid flumen rapidum & igneum
 a facie Dei egrediens. 449
- D**e varietate lectionis illius sen-
 tentiæ, millia millium ministra-
 bant ei, & decies centena mil-
 lia ministrabāt ei, & quæ lectio
 ceteris probanda magis sit. 450
- Q**uantus sit numerus angelorum. 452
- V**irum distinctio angelorum in
 ministrantes, & assistentes
 probanda sit, & qui sint assisten-
 tes, probanda sit, & qui ministrā-
 tes. 453
- V**tri plures sint, ministrantes, an
 assistentes. 454
- Q**ui sint libri aperiendi in extre-
 mo illo & generali iudicio. 455
- D**e libro vitæ & mortis. 456
- A**n quintum regnum tantopere
 laudatū hic à Daniele fuerit (vt
 dicit Porphyrius) Machabæo-
 rum principatus. 458
- A**n quintum regnum, à Daniele
 descriptum, sit regnum Iudæo-
 rum. 360
- A**n illud parvulum cornu signifi-
 cauerit Christum, vt dicunt Iu-
 dæi. 461
- D**e regno Christi in priori eius ad-
 uentu. 462
- D**e monarchia summi pontificis, 464
- R**egnum Christi octorebus præ-
 cellere ceteris omnibus regnis. 466
- D**e regno Christi post secundum
 eius aduentum. 468
- D**e opinione Chiliastarum dicen-
 tium per mille annos Christum
 in terris regnaturum cum san-
 ctis in summa felicitate. 469
- A**n regnum Dei & sanctorum de-
 scriptum hoc septimo capite à
 Daniele, sic illud fictitiū à Chi-
 liastis. 472
- Q**ua ratione tot sancti & docti vi-
 ri in opinionem Chiliastarum
 deuecti sunt. 472. 473
In libro nono.
- A**n ciuitas Susan tempore Danie-
 lis pertineret ad ditionē Chal-
 dæorum, an Persarum. 481
- D**e ciuitatis Susan origine, condi-
 toribus, amplitudine, & à quo,
 & cur facta sit Persarum regia, 462.
- C**ur Susan appelletur à Daniele
 castrum. ibid.
- A**n Susan fuerit in regione Elami-
 tica. 483
- C**ur regnum Persarum compara-
 tum sit arietis, & in priore visio-
 ne vrsi. 485
- Q**uid significant duo cornua arie-
 tis & vnum sublimius altero, 485
- C**ur Alexander magnus compara-
 tus sit hirco caprarum. 489
- Q**uæ sit exacta chronographia or-
 tus, vitæ, rerum gestarum, at-
 que obitus Alexandri Magni, 492. 493
- A**n quatuor fuerint Alexātri suc-
 cessores. 495
- A**n diuisio imperij Alexandri in
 eius duces, eo viuente, an mor-
 tuo facta sit. ibid.
- D**e initio regni Seleuci. 498
- Regni

INDEX QUÆSTIONVM.

- Regni Græcorum, quod sæpe me-
moratur in libris Machabæo-
rum, unde capiendum sit exor-
dium. 499
- Tres quæstiones, prima cur regnū
Græcorū non inchoetur ab Ale-
xandro Magno; secūda, cur in-
choetur a rege Seleuco: tertiā
cur appelletur regnum Græco-
rum. 501. 502
- De chronologia regū Syriæ, à
primo Seleuco, vsque ad Antio-
chum Epiphane, & de crudelita-
te eius in Iudæos. 501
- Quandiu regnauerit Antiochus
Epiphanes. 503
- De causa nominum, quibus Ange-
li in diuina scriptura appellan-
tur. 506
- An sententia Danielis de duratio-
ne Antiochiæ persecutionis Iu-
dæorum, pugnet cū sententia
auctoris libri prioris Machabæo-
rum. 510
- Disputatio de morte regis Antio-
chi Epiphanis. 511
- Quod fuerit, & in qua vrbe, tem-
plum, quod spoliare voluit An-
tiochus. 511
- De loco, in quo mortuus est An-
tiochus. 513
- De genere mortis Antiochi. 514
- An rex Antiochus, cuius in primo
capite posterioris libri Macha-
bæorum describitur interitus,
fuerit Antiochus Magnus. 514
- An fuerit Antiochus Epiphanes.
517.
- An quæ Daniel vaticinatus est o-
ctauo capite, facturum regem
- Epiphanem aduersus Iudæos, eā
cōpetant Antichtisto. 419. 520
In libro vndecimo.
- Quis fuerit ille assuetus, cuius fi-
lius fauise dicitur Dani Medus.
524.
- Quot annos Darius Medus Chal-
dæis imperauerit. 526. 527
- Quoto anno captiuitatis Babylo-
nicæ regnum Chaldæorum e-
uersum sit à Cyro. 527
- An Cyrus septuagesimo anno ca-
ptiuitatis dederit Iudæis liber-
tatem, & eo ipso anno ipse re-
gnare cœperit. 527
- An Cyrus proximè post Darium
Medum regnare cœperit. 528
- Cur vocetur annus, quo hæc visio
Danieli obtigit, vnus & primus
Darii Medi. 529
- An Cyrus initio sui regni verè di-
xerit, vt est in exordio libri Es-
dræ, omnia regna terræ sibi esse
à Deo data. 535. 536
- Quid significet vocabulum, gene-
ratio, prout denotat certum spa-
tium temporis. 537
- Quid sibi voluit Baruch, dicens
captiuitatē Iudæorum duratu-
ram ad septem generationes.
539
*De septuaginta annis capti-
uitatē Babylonicæ.*
- An initium eorum annorū sumen-
dū sit à decimo tercio anno re-
gis Iosifæ, vel à captiuitate regis
Ioachim. 541
- An debeant inchoari à captiuitate
regis Iechoniæ, 542
- An eos ordiri oporteat à captiui-
tate regis Sedechiæ. 543

INDEX QUESTIONVM. 7

- AN septuaginta annos captiuitatis duplices facere oporteat. 545.
- AN finiti sint septuaginta anni captiuitatis in secundo anno Darij Hystaspis. 547
- AN finiti sint in primo anno Cyri. 551.552
- De ætate Mardochoai. 550
- Cur Danieli, cum ipse supplicaret Deo pro liberatione populi sui, reuelatum sit tempus aduentus Messia. 555
- Cur Daniel tam sollicitus & anxius erat liberationis Iudæorum, quam sciebat promissam à Deo, eiusque tempus tunc instare. 552
- Quid significet apud Danielem, vocabulum Hebdomadis. 558
- Cur dicantur abbreviata hebdomades. 561
- Quid sit consummari præuaticationem. 567
- Quomodo Christus finem impulerit peccato. 569
- AN opinio existimantium, annos septuaginta hebdomadam intelligendos esse lunares, non autem solares, sit probabilis, ac bene defendi queat. 565.566
- Disputatio cõtra Hereticos, quod per Christi gratiã peccata non tantum homini non imputentur, sed etiam penitus auferantur. 571.572.573
- Quo modo Christus sit iustitia nostra. 574.575
- Quo modo differat iustitia Euangelica à iustitia legali. 588
- AN dominus noster impleuerit omnes prophetias, quæ erant de Messia. 581.582
- Quomodo Christus impleuerit legem & prophetias. 577
- AN ex ipsa scriptura probari possit animam Christi descendisse ad inferos.. 683
- Cur dictus sit Messias seu Christus, quod Latine significat unctus. 589
- AN sit proprium Messia, appellari sanctum sanctorum, & de ratione eius appellationis. 589
- De initio septuaginta hebdomadam.
- AN sumendum sit initium septuaginta hebdomadam ab anno quarto regis Sedechiæ. 592
- AN ab anno primo Darij Medi. 593
- AN ab anno primo regis Cyri. 594
- AN ab anno secundo Darij Hystaspis. 595
- AN ab anno secundo Darij Nothi. 597
- AN à septimo anno Artaxerxis Longimani. 595
- AN ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani 597
- AN post reuerfionem Iudæorum ex captiuitate Babylonica, ciuitas Hierusalem, & muri eius resecti fuerint ante Nehemiã. 599
- AN distinctè ac definitè notum fuerit Danieli, quantum temporis superesset à sua ætate usque ad Messia aduentum. 601
- AN, quem Gabriel hic vocat Christum ducem, is fuerit vel Cyrus, vel Zorobabel, siue Iesus

INDEX QVÆSTIONVM.

- sus pontifex, siue Nehemias
 vel Hyrcanus. 603
Quod per Christum ducem, non
 alium, quàm dominum no-
 strum Iesum intelligere ne-
 cesse sit. 604
Cur Gabriel sic loquutus est se-
 ptem hebdomades & sexaginta
 duæ hebdomades. 605. 606
An Christus, cuius necem post se-
 xaginta duas hebdomadas fu-
 turam prædixit Angelus, fue-
 rit rex Agrippa. 607. 608
An fuerit Hyrcanus Põtifex. 609.
 600
An fuerit Dominus Iesus. 610
Vnde auspicari oporteat sexaginta
 duas hebdomadas, post quas
 Gabriel necem Messiaæ futu-
 ram esse dixit 611. 612
Cur Gabriel in exponẽdo septua-
 ginta hebdomadas, memoret
 mala Iudæis euentura post illas
 hebdomadas. 614.
An probari possit, mala, quæ pas-
 si sunt Iudæi post Domini no-
 stri mortem, & nunc patiuntur,
 fore perpetua. 616
Quoties Iudæi post excidium &
 exilium suum sub Tito, & A-
 driano Imperatoribus, conati
 sint reficere templum Hiero-
 solymitanum. 618
Quibus prodigiis Iudæi ab instau-
 ratione templi, & deterriti, &
 retracti sint. 618
An ex scriptura probari possit, hæc
 Iudæorum calamitatem fore
 perpetuam. 619
Quomodo differat hæc Iudæo-
 rum calamitas ab aliis, quas
 ante Christi aduentum passi
 sunt. 622. 623
Quibus Dei singularibus benefi-
 ciis caruerint Iudæi post ca-
 ptiuitatem Babylonicam. 623
 624
An conuinci possint Iudæi, mala,
 quæ patiuntur, propter Messiaæ
 necem ipsis accidisse. 625
Quibus pœnis propter Christi
 necem puniri sint Iudæi. 627
 628
An post Christi mortem Iudæo-
 rum sacrificia omnino defe-
 cerint. 632
Quodnam sit pactum, quod Mes-
 sias multis erat confirmaturus.
 633. 634
Quibus modis Dominus noster
 probauit Iudæis se Messiam
 esse, & doctrinam suam esse
 veram. 636. 637
An abominatio desolationis, stas
 in loco sancto, significauerit
 Antichristum. 638
An ea significauerit idolum in
 templo Hierosolymitano po-
 situm à rege Antiocho. 639
An significet statuas vel imagi-
 nes Romanorum Imperato-
 rum. 641. 642
An significet immanissima scele-
 ra Iudæorum intra ipsum tem-
 plum facta. 644
An significet futuram post Chri-
 sti mortem, Iudæicorum sacri-
 ficiorum & cæremontarum abo-
 minationem ac desolationem.
 643
An significet exercitum Roma-
 norum, quo desolata est Hieru-

INDEX QVÆSTIONVM.

- falem. 645.
- De quo exercitu ; & obsidione Hierusalem loquatur D. Lucas ca. 2 r. de obsidione Cestij præfidiis Syriæ , an de obsidione Titi Imperatoris. 646
In libro yndecimo.
- De multiplici obscuritate ac difficultate disputationis , quæ est de septuaginta hebdomadis. 650.
- An chronologia Hebræorum vera sit. 653
- An probanda sit chronologia Iohannis Anni , sub nominibus Berosi , Manetonis , Metasthenis , & Philonis. 655. 656.
- An sit exactæ veritatis Chronologia per tempora regum ducta , & descripta. 661. 662.
- De Olympiadum nomine , origine , & in chronologia certitudine. 662.
- Quando cœperit regnare Cyrus 693
- An initium Olympiadum locandum sit in octauo anno regni Achaz regis Iuda. 665
- Quando Roma condita sit secundum chronologiam sacræ scripturæ. 666
- An excidiû Troiæ contigerit tempore Heli Hebræorum pontificis. 669.
- Quo tempore secundum sacram chronologiam fuerit diluuium Ogygis. 667
- Quis fuerit ille Darius rex Persarum , sub quo narrat Estras templi ædificationem esse absolutam , vtrum is fuerit Darius Hytaspis , an Darius Nothus 667. 669.
- An verum sit quod Iudæi dixerunt Domino nostro , vt apud Ioannem cap. secundo , quadraginta sex annis fuisse templum ædificatum. 671
- Quo tempore templum inchoatum , & perfectum fuerit. 672
- An rex Artaxerxes , sub quo muri Hierusalem , duce Nehemia , refectioni sunt , fuerit Xerxes , qui bellum Græcis intulit. 673.
- An is fuerit Artaxerxes Mnemon. 673
- An is fuerit Artaxerxes Longimanus. 674
- Quoto anno post Romam conditam natus sit Christus. 675
- Quibus consulibus sit natus. 677
- De tempore ortus , consulatus , triumuiratus , monarchiæ , & mortis Augusti Cæsaris. 678
- Quoto anno Augusti Cæsaris Christus Dominus natus sit. 679
- In quotam olympiadem Christi Domini ortus incidit. 681.
- Quoto anno post orbem conditum natus sit Dominus noster. 682. 683
- Quoto anno regni Herodis natus sit saluator noster. 983
- An Christus baptizatus sit , cum iam expleisset viginti nouem annos , & decem menses , vt putauit Epiphanius. 688
- An sit baptizatus decimo tertio die post expletum annum vigesimum nonum. pagina 689

INDEX QVÆSTIONVM.

- An baptizatus sit Christus, iam expleto trigésimo anno vt Bedæ placuit. 688
- An Christus vltra quadraginta annos in terris vixerit. 691. 698
- An vixerit tantum triginta annos. 693. 694
- An D. Augustinus senserit Christum trigésimo anno esse mortuum. 693
- An triginta duos annos non ex-cesserit. 694
- An trigésimum quartum annum atigerit. 694
- An mortuus sit decimo nono anno Tyberij, & octauo anno procurationis Pilati, vt putauit Onuphrius. 695
- An mortuus sit in ipso plenilunio. 696
- An Christus sit mortuus trigésimo tercio ætatis anno tantum inchoato. 697
- An cum Christus dicitur natus quadragésimo secundo anno Augusti, & mortuus 18. anno Tyberij intelligendi sint illi anni, pleni an imperfecti, vel partim pleni, partim imperfecti. 697
- An Christus mortuus sit anno quarto ducentésimæ secundæ Olympiadis. 698
- An, quem Ioannes capite quinto vocat diem festum, is fuerit dies sortium, el encaniorum, an potius dies paschatis. 701. 702. 703
- An miraculum aquæ in vinum mutaræ factum à Christo in nuptiis, vno anno post eius baptismum euenerit. 709
- Quo tempore excidium Hierosolymitanum sub Tito, & Vespasiano factum contigerit. 712
- De immani clade Iudæorum sub Adriano Imperatore 713
- Sequuntur quæstiones de opinionibus variorum auctorum, super computatione septuaginta hebdomadarum.*
- Quæstio de opinione, quam refert D. Augustinus in epistola octogésima. 715
- De opinione Hyppoliti. 715
- De opinione Clementis Alexandrini. 716
- De opinione Iulij Africani. 717
- De opinione Origenis. 718
- De opinione Tertulliani. 717
- De opinione veterum Hebræorum 719
- De opinione Eusebij. 720. 721
- De opinione Cyrilli Hierosolymitani. 722
- De opinione diui Chrysofomi. 723
- De opinione Driedonis, & Iansenij. 724
- De opinione Theodoretij. 723. 725
- De opinione Lyrani, Burgensis, Galatini, Vatabli. 724
- De opinione Ioannis Lucidi. 726
- An Themistocles, cum damnatus à Græcis fugit in Asiam, tunc adierit ad regem Xerxem, an ad filium eius Artaxerxem. 728. 729.
- In disputatione de septuaginta hebdomadis, quæ sint controuersa & quæ extra controuersiam

INDEX QVÆSTIONVM.

- fiat sint. 730
Quæ sit omnium probabilissima sententia de ratione computandi septuaginta hebdomadas. 732
An diuina scriptura in recensendo magno aliquo numero, & summa annorum soleat menses aliquor, aut etiam annos omittere. 732
 In libro duodecimo
An possit dici propheta, qui prophetica videt, aut loquitur, ea tamē nequaquā intelligēs. 741
Cur Daniel tantopere lugeret eo tēpore quo populus Hebræus solutus captiuitate Babylonica reuersus erat in patriam. 742
De antiquitate, ac varietate vsus vnguentorum. 745
De fluuio Tigre, cur sic dictus, & cur appellatus sit à Daniele flumen magnum. 746
Quid sit aurum obrizum. 749
Quid significet in scriptura vox Tharlis 750
De Hyacintho, & Chrysolitho, pretiosis lapidibus. 752
Cur angelorum visio, & alloquū primū terrificū est homini. 754
Cur ex diuina, vel angelica visione, accidat homini, vt videatur sibi esse infirmior, vilior, & rudior, quàm ante fuerat 757
An D. Hieronymus senserit principem illum Persarum, qui restitit Gabrieli, fuisse malum angelum. 760
An reuera ille princeps fuerit bonus, an malus angelus. 762. 763
Quomodo angeli boni inter se dissidere, ac pugnare possint. 767
Quibus rationibus princeps Persarum contendebat Iudæos nō esse captiuitate liberandos. 768
Quibus rationibus, Gabriel, & Michaël, Iudæorū liberationem apud Deum procurabant. 769
Cur tandiu, id est, per vnum, & viginti dies durauerit pugna inter principem Persarum, & Gabrielem. 772
Ex quo ordine angelorum sit beatus Michaël. 773
Quis fuerit ille princeps Græcorum, qui dimicabat cōtra principem Persarum. 778. 779
Quis fuerit ille rex Persarum, iuxta quem dicit se Gabriel remāsisse. 775
Quomodo nullus angelorū præter Michaëlem, & Gabrielem, Iudæorum liberationi faueret. 774-775
An tempore Danielis, gens Iudæorum aliqua re laeserat, aut offenderat gentem Græcorum, sicut Beatus Gregorius existimauit. 779. 780
 In libro decimotertio
An visio, quæ in decimo & vndecimo duodecimoque cap. narratur sit vna, an diuersa. 784
Cur angelus memorat it reges Persarum tantum qui futuri erant ad Xerxem. 787
Disputatio de monarchia Persarum, & primo quot reges in ea fuerint à primo Cyro vsque ad vltimum Darium. 788
 De

INDEX QUESTIONVM.

- De regis Cyri laudibus, & celebritate nominis. 790.791
- Duodecim principes variarū gentium ex historiis colligi fuisse omnium maximè celebres, & memorabiles. 790
- De secundo rege Perfarum Cambyse: & an is fuerit ille Nabuchodonosor, qui memoratur in libro Iudith. 791
- De quarto rege, qui dictus est Darius Hystaspis, & quoto huius regis anno, vtrum sexto an nono edificatio templi Hierosolymitani absoluta sit. 793
- De quinto rege, qui appellatus est Xerxes, quandiu regnauerit, & an is fuerit ille rex dictus Artaxerxes, qui misit in Iudæā primò Esdras, deinde Nehemiam, sicut opinatur Iosephus. 793.794
- Quantæ fuerint copix huius Xerxis tam terrestres, quam navales, quas is duxit aduersus Græcos. 794
- De septimo rege, id est, de Artaxerxe Longimano, cur is cognominatus sit Longimanus: & an fuerit, quemadmodum existimat Iosephus, maritus Esther, qui nominatur in eo libro Assuerus, & an fuerit ille Artaxerxes, quem Esdras ca. 4. narrat prohibuisse adificationem templi. 795
- De Datio Notho, decimo Perfarum rege, quandiu regnauerit: & an sub eo rege fabrica templi Hierosolymitani absoluta sit, vt Seuerus Sulpitius putauit. 796
- De vndecimo rege, qui dictus est Artaxerxes Mnemon: an is fuerit maritus Esther. 797
- De tempore, quo vixit Mardocheus. ibid.
- De duodecimo rege, qui fuit Artaxerxes Ochus, an hic fuerit ille rex Nabuchodonosor, qui memoratur in libro Iudith, sicut arbitratur Sulpitius. 798
- Quandiu stererit monarchia Perfarum, à Cyro eius conditore vsque ad Alexandrum Magnum eius euerforem. 799
- De origine imperij Parthorū. 801
- Cur angelus tantum prænuntiare voluerit futura bella inter reges Syriæ, & Ægypti prætermisiss aliis regibus. 802
- De felicitate Ptolemæi Lagi, qui primus fuit post Alexandrum, Ægypti rex. 803
- Quemadmodum hic tractauerit Iudæos. 804
- De opulentia, & magnificentia Ptolemæi Philadelphi, secundi regis Ægypti. 805
- De bellis inter Philadelphum, & tertium regem Syriæ Antiochum cognomento Deum. pag. 807
- De bellis & victoriis Ptolemæi Euergetis, tertij regis Ægypti aduersus Seleucum Callinicum quartum Syriæ regem. 809
- De Antiocho Magno, de rebus eius secundis, & aduersis: de benignitate eius aduersus Iudæos. 813. 814
- Victoria Ptolemæi Philopatoris de

INDEX QUESTIONVM.

- de Antiocho Magno: & copiarum vtriusque regis descriptio. 815. 816
- Quemadmodum multa nobiliter gesta in Oriente, & in Occidente simul in eundem annum concurrerint. 816
- Descriptio templi, quod Onias Iudæus in Ægypto condidit. 819
- An in eo templo Oniæ, impletum fuerit vaticinium Esaia, quod est in capite 19. de altari in medio Ægypti erigendo. 822
- Quomodo Scopas dux Ptolemæi, victus sit ab Antiocho magno. 823
- Commendatio terræ Iudææ. 824
- Quantum fuerit tributum, quod Romani, victo Antiocho Magno imposuerunt. 827
- De morte Antiochi Magni. 830
- Cur Seleucus Philopater, filius Antiochi magni, cum vndecim annis regnauerit, dicatur tamen ab angelo paucis diebus victurus. 832
- In libro decimoquarto.*
- Quemadmodum imperium Græcorum ex sententia Theodoretii, multis rebus simile fuerit imperio Romanorum. 835
- Longa, & multiplex disputatio de Antichristo.*
- Vnde sumpta sint, quæ in his commentariis disputantur de Antichristo. 837
- De nomine Antichristi. 838
- Antichæsis, seu cōtrapositio Christi, & Antichristi fasè tractatur. ibidem.
- Antichristum nō fore ipsum diabolum sub specie hominis, vt putauit Hyppolitus. 838
- De conceptu Antichristi. 838
- Quomodo Diuus Hieronimus dixerit, Satanam habitaturum corporaliter in Antichristo, & cur is vocetur à Paulo homo peccati, & filius perditionis. 839
- An, sicut Christus est caput omnium bonorum, ita sit futurus Antichristus caput omnium malorum. 841. 842
- Ex sententia veterum, vsque ad Antichristum permanurum esse impertum Romanorum. 842
- An ipse Nero Romanorum imperator, futurus sit Antichristus, vt multi non obscuri auctores putarunt. 845
- Cur permittit Deus aduentum Antichristi. 845
- Quanta sub aduentum Antichristi futura sit hominum improbitas. 846
- Iudæos in primis recepturos Antichristum. 846
- Antichristum Babylone nasciturum ex parentibus Hebræis, & ex tribu Dan. 847
- Antichristum ab initio futurum ignobilem, obscurum, & inualidum. 850
- Antichristum, sex modis ingentem sibi potentiam paulatim comparaturum. 850
- Furum Antichristum callidissimum simulatorem, & hypocritam. 850
- Furum etiam artium, & rerum curio

INDEX QVÆSTIONVM.

- curiosarum professorem, ac doctorem. 851
- De opulentia, & largitionibus Antichristi. 852
- De prodigijs, & miraculis eius, 853
- Qualia sint futura eius miracula. 854
- An omnia prodigia, quæ faciet Antichristus, futura sint ficta, & mendacia. 855
- An Antichristus superaturus sit priores omnes imperij amplitudine, & potentia. 858
- De legatione Romanorū ad Antiochum Epiphanem, cum is obsideret Alexandriam. 860
- De infelici exitu, & interitu regis Antiochi Epiphanijs. 866
- An sit facturus se Deum Antichristus, 867
- In quo templo sessurus sit Antichristus. 867
- De nuncijs, & legatis, quos ad omnes gentes mittet Antichristus. 868
- Oratio Antichristi ad suos. *ibid.*
- An futurus sit Antichristus libidinolosus, & voluptuosus. 869
- De miserrimo interitu Antichristi. 877, 878
- Quomodo simulabit se mortuū, & rursus ad vitam redire. 877
- Quod iubebit obseruari diem Sabbati, & diē dominicū. *ibid.*
- Quomodo simulaturus sit se in cælum ascendere. *ibid.*
- Quemadmodum Christus verbo luo, vel spiritu oris, ut ait Paulus, interfecturus sit Antichristum. *ibidem.*
- Quisnam futurus sit Deus Mazim, quæ colet Antichristus. 870
In libro decimoquinto.
- Qui sint venturi testes veritatis in consummatione seculi aduersus Antichristum. 881, 882
- An Elias tantum, & Enoch, an etiā Hieremias, vel Moses, aut Ioannes Euangelista. 883, 884
- Quanta futura sit persecutio Antichristi, & quod futura sit corporalis simul, & spiritualis. 887, 888
- Quomodo Antichristus dicitur superaturus sanctos. 887
- De quinque generibus persecutionum Ecclesiæ. 888
- Præcipuè conabitur Antichristus de medio tollere Baptismum, Eucharistiam, & signum crucis. 889, 915
- Quod erit symbolum, & insigne Antichristi dandum eius sectatoribus. 889
- Quid significetur per nomen libri Dei, in quo scripti sunt electi. 889
- An possit aliquis deleri de libro viuientium. 890
- An in fine mundi, omnes Iudæi sint ad Christū cōuertendi. 893
- Cur angelus dicat multos ex mortuis resurrecturos, cum sint resurrecturi omnes. 896
- Ex libro 4. Esdrae, tametsi non sit canonicus, multas tamen sententias, & à doctoribus, & ab ipsa Ecclesia in officijs Ecclesiasticis, & diuinis mysterijs tractandis, vsurpari. 896
- De gloria eorum, qui docent alios

INDEX QVÆSTIONVM.

- alios iustitiam. 898.899
 An sanctus indoctus, & sanctus
 doctus parē habituri sint mer-
 cedem. 901
 De obscuritate sacrae Scripturae
 aduersus haereticos. 903.904
 Quis idoneus sit Scripturae inter-
 pres. 906
 Quid significet angelum, vel Deū
 iurare. 907
 Quandiu durabit persecutio An-
 tichristi. 908
 De mirabili prouidentia Dei in
 moderandis diaboli tentatio-
 nibus. 909
 De quadraginta quinque diebus
 superfuturis post necem Anti-
 christi. 916
 Quid sit fors sanctorum, & cur sic
 appelletur. 917
In libro decimo sexto.
 An historia Susannae, & Belis, quae
 duobus vltimis capitibus libri
 Danielis narratur, sit canonica.
 921.922
 Comparatio Lucretiae, & Susannae,
 in virtute, & laude castitatis.
 928.929
 An in iudicio Susannae Daniel re-
 vera fuerit puer. 930.931
 Ratio seruanda in examinandis
 testibus, exemplo Danielis. 932.
 933
 Disputatio de illa agnominatio-
 ne, & illusione nominū carum
 arborum, sub quibus illi senes
 se mentiebantur fuisse, qua Dani-
 el vsus est ad eos conuincen-
 dos falsitatis. 933.934
 Quae poena fuerit in adulteros se-
 cūdum legem Moysi cōstituta.
 935
 Quae poena fuerit adulterorū apud
 Romanos, Parthos, Aegy-
 ptios, Graecos, & Turcas. 937.
 638
 Sub quo rege, historia, quae nar-
 ratur decimoquarto cap. con-
 tingerit. 942
 An ille rex fuerit Cyrus. ibid.
 Quis fuerit Belus Babyloniorum
 Deus, & quo tempore ille vix-
 rit. 944
 Descriptio templi, & sepulchri
 Beli. 945
 An origo idololatriae fuerit tem-
 pore huius Beli. 945
 Quod genus mensurae fuerit ar-
 taba. 946.947
 De mensuris liquorum apud Ro-
 manos. 947
 De mensuris liquorum apud He-
 braeos, & in sacra scriptura vsur-
 patis. 949
 Mira de serpentibus, & draco-
 nibus, quos olim gentes di-
 uinis honoribus colebant.
 950.951
 De Habacuc, cuius mentio fit in
 extremo huius libri. 952

INDEX

I N D E X
E O R V M, Q V Æ I N S I N -
G V L I S L I B R I S H V I V S

O P E R I S P E R T I N E N T

a d d o c t r i n a m m o r a l e m, &

v s u i e s s e p o s s u n t c o n -
c i o n a t o r i b u s.

In primo libro.

- C** V R p a t i a t u r D e u s i n n o c e n t e s
e i s d e m m a l i s a f f i c i, q u i b u s i m -
p r o b i p u n i u n t u r. p a g. 26
- Cur permittat Deus res sacras, sibi que
dicatas, ab impijs rapi, & contume-
liosè tractari. 32
- De laudibus abstinentie, & qua sit
vera & perfecta abstinentia. pa-
gina 37. 38
- An vile sit Christiano libros Genti-
lium legere, eorumque disciplinas
addiscere. 44
- Quarum rerum cognitio sit omni ho-
mini necessaria ad bene instituen-
dam, regendamque vitam. 45
- An fas sit Christiano studere magicis
artibus. 45
- Pulchra D. Bernardi sententia, de ra-
tione discendi & tractandi huma-
nas scientias. 47
- Donum prophetia non esse in prophetis
modo habitus permanentis. 51
- Ex disputatione de somnijs, que tra-
ctatur in extremo primi libri, mul-
ta pertinent ad usum concionatoru:
veluti est, pleraque somnia esse va-
na, & quibus credere stultu sit: que-
dam somnia immitti à demone, &
quemadmodum ea dignosci possint:

multa somnia dari à Deo, & de si-
gnis ea cognoscendi: quã varia Deus
in somnijs operetur in hominibus: de
causis somniorum, an licitum sit ob-
servare somnia, &c. 51. 52. vsque ad
finem libri.

In secundo libro.

- Quid sentire oporteat de angelis, tam
bonis, quàm malis, & quod manife-
stus experimētū constat demones im-
miscere se rebus humanis. 92
- Quomodo Deus, & cur transferat re-
gna, & sinat impios ac barbaros re-
gnare, & dominari bonis. 93. 94
- Praclara Philonis sententia de volu-
bilitate, atque instabilitate regnoru
huius mundi. 99
- De quatuor generibus diuinorum si-
gnorum. 102. a. b
- Per pectus & brachia argentea illius
statue designari ingeniu auari. ibid.
- Quid significent mysticè, illius statue
veter & femora erea. 120. d. 121. e
- Quidnam, illius statue pes ferreus, in
digitos partim ferreos, partim ter-
reos desinens, secundum moralem
sensum denotet.
- Disputatio de regno Christi, que su-
sius tractatur infra lib. 8. 129. 130
- Christum

INDEX MORALIS.

Christum in Scriptura nominari lapidem, & cur, & qui lapides fuerint Christi figura. 130.d
 Quid significet abscissio lapidis de monte sine manibus. 132.c.d
 B. Virginem rectè significari vocabulo & similitudine montis, 133.a
 Quomodo Christus ex paruo lapide factus sit magnus, & quomodo impleverit uniuersam terram. 133.a.b
 In libro tertio.
 Statua aurea, quam sibi erexit Nabuchodonosor, secundum Chrysostomum, significat auaritiam, & cur secundum Hieronymum significat falsam doctrinam Gentilium, vel hereticorum, vel etiam figurat statum mundane felicitatis. 150.151
 Vulgus facillè imitari mores principum, qui si mali sint, eos exemplo valde perniciosos esse ceteris. 151.c.d
 Cur Deus non semper malis corporalibus eripiat seruos suos. 157
 Que sint maximè incomprehensibilia Dei iudicia. 160.d
 De triplici veritate diuinorum iudiciorum, 162.a.b
 De ciuitate Hierusalem conditoribus, de sanctitate eius, & etymologia nominis. 165.166
 Cur Iudei in suis precationibus usurpabant nomina Abrahæ, Isaac, & Iacob. 170
 De multiplici miraculo liberationis illorum trium iuuenum ex incendio Babylonico. 178.d
 De triplici martyrio, & de perfecta ratione martyrii. 185.186
 Filius Dei in Scriptura vocari angelum, & cur. 187

Cur angeli cum visione sensibili apparuerunt hominibus, semper apparuerunt sub specie humana. 190
 Notabilis sententia Augustini, quod heretici etiam corporali supplicio iuste puniantur, etiam à principibus Catholicis. 198

In libro quarto.

Cur Deus dicatur sedere super Cherubim. 202.c.d
 Quid sit, Deum intueri abyssos. 204
 Quomodo creatura irrationalis laudet Deum. 204.c.d.205.a.b
 De multiplici excellentia angelorum, super alias creaturas. 209
 De nouem, vel decem rebus, que in caelis mirè Deum pradicant. 212
 De prestantia solis, & lune, prout materia sunt laudandi Deum. 218.219.220.221.222
 Quomodo ex aspectu & contemplatione corporum caelestium, vilescat ac sordescat omnia terrena. 223.b.c
 Quod scriptura maximè pradicet Deum ex rebus meteorologicis, quauis per se sint imperfecta. 225.226.227
 Quomodo inter cetera diuina prouidentie opera, numerari debeant venti, quorum magna vis est, & multiplex utilitas. 230.231
 Quomodo ignis naturalibus suis proprietatibus vim rerum diuinarum mirabiliter exprimat. 234
 De miraculis per ignem à Deo factis, 236.c.d
 Quam utilis sit, tum animantibus, tum maximè homini vicissitudo dierum & noctium. 237.238
 Aduersus eos, qui officia dici transferunt

INDEX MORALIS.

- vant in noctem, & noctis in diem. 240
- De multiplici excellentia diei Domini-
ca. 241.c.d
- Encomium lucis, ex quinque eius pro-
prietatibus continuatum, & quam
frequenter scriptura res diuinas, vo-
cabulo, & similitudine lucis expri-
mat. 242
- De admirandis fulminum effectibus. 245.
- Quas res in terris mirari solet scriptura,
& ex illis Deum predicare. 252.
253
- Ad quos vsus, diuina providentia mon-
tes extulerit in terra. 253.c.d
- Quae res in montibus sunt maxime insi-
gnes, & memorabiles. 254.c
- Qui montes in scriptura, ob res in ipsis
gestas, sunt famosi. 256.a.b
- Quemadmodum ex arboribus laudan-
dus sit Deus. 257.258
- De miraculis aquarum, qua memoran-
tur in sacris literis. 263.264
- Quod genus piscium sit, quod scriptura
vocat leuathan. 269.a
- Miracula piscium, quae traduntur in
scriptura. 270.d.271.a.b
- An res aliqua corporalis, vim habere
possit expellendi demones ex aliquo
loco, & ex corporibus humanis.
273.
- Inusitatae magnitudinis pisces duci, &
regi à paruo quodam pisce. 274
- De ingenio, proprietatibus, & moribus
aquilarum, columbarum, pellicani,
& phanici: unde multa peti possunt,
magno vsui futura concionatoribus.
277
- Virum Dei providentia magis appareat
in paruis, a. n. in magnis animalibus.
282
- Multa, & mira de elephanto. 284
- De quinque generibus honorum, quae ho-
mini data sunt à Deo. pagin. 191
193.
- Quomodo dicatur homo paulo minor an-
gelo 165
- Quibus in rebus posita sit naturalis di-
gnitas, & gloria hominis. 296
- Quomodo intelligendum sit, omnia esse
subiecta homini. 297.a.b
- De decem prerogatiuis, quibus quon-
dam gens Hebraea fuit à Deo decora-
ta. 298
- Quam insignes, & mirabiles viros in
omni genere virtutum, & laudum,
olim tulerit gens Hebraea. 300.301
- De duplici munere sacerdotij Iudaici,
& de comparatione eius cum sacer-
dotio Christiano. 302

In libro quinto.

- Cur angelos, Scriptura appellet vigilantes.
319.d.320.a.b
- Arbor illa visa regi Nabuchodonosor
in somno, quid significet secundum
mysticum sensum. 322
- Exemplo regis Nabuchodonosor, quan-
ta sit efficacia perfecta peniten-
tia. 327
- Cur principibus, & magnatibus, ex ope-
ribus satisfactionis, maxime suadenda
sit largitio elemosynarum. 339
- Cur Scriptura, de remissione peccatorum,
vel accepta, vel accipienda, serè loqui
solet dubitanter. 339.340
- Quomodo elemosyna purget, & tollat
peccata. 342
- An cuiquam in peccatis manenti, lar-
gitio elemosynarum conferre pos-
sit ad consequendam vitam aeter-
nam

†††

INDEX MORALIS.

nam. 344 *Mundum rectè significari per mare ma-*
gnum. 429.c.d
Exemplo regis Nabuchodonosor, homi-
nis impulsissimi, qui tamen per mise-
ricordiam Dei, & penitentiam ab
ipso peractam saluus fuit, liquido in-
telligi, nulli peccatori, penitentiam
non obnuenti desperandum esse. pag.
357.358 431
Memorable exemplum Alexandri Ma-
gni humiliter adorantis Iaddum Pö-
tificem Iudeorum. 431
Descriptio vltimi, & generalis iudicij
omnium hominum, expressis sex ma-
xime notabilibus illius iudicij circü-
stantijs. 445.446

In libro sexto.

Quantum vitium sit ebrietas, & quan-
tum mali ex ea homini accidat.
 368.
Aduersus eos, qui summis peccatis, tran-
quillo tamen animo viuunt. 368. d.
 369.a
Interpretatio mystica illius manus scri-
bentis in pariete, & scripture eius.
 384
Aduersus peccatores, qui laudant, &
honorant, & libenter audiunt con-
cionatores, non tamen eorum verbis
mouentur ad penitentiam. pagina
 388
Aduersus hereticos, rerum sacrarum
violatores, raptores, & euersores,
 400

Cur Deus dicatur antiquus dierum.
 446.d
Quid sit in Deo candor vestium, & al-
bor capillorum. 447.d
Quid significet festio Dei, & thronus
eius flammæus, & ardens. 448.b.c
Quid significant rote illius throni Dei.
 449
Quid denotet flumen igneum, & rapi-
dum egrediens à facie Dei. ib.
De numero angelorum. 452
De distinctione angelorum in ministrä-
tes, & assistentes, & vtri sunt plures.
 454
Quales sint libri, qui in extremo illo iu-
dicio sunt proferendi, & aperiendi: &
de duobus libris, altero vitæ, altero
mortis. 455
De regno Christi, quod à Daniele de-
scribitur hoc capite, longa disputatio
aduersus Gentiles, Iudeos, Hereticos,
& nonnullos Catholicos. 457
 458
Pulchra quedam Rupertii interpretatio
allegorica eius visionis, quæ describitur
in septimo capite Danielis. 474

In libro septimo.

De miraculo Danielis, inoffensè ver-
santis cum leonibus, an id factum
sit miraculosè, & an simile quid ci-
tra miraculum fieri potuerit. pagina
 419.420

In libro octauo.

Cur angeli comparentur ventis. pagina
 426.d

In nono libro.

De causa, & ratione nominum, qui-
bus boni angeli in Scriptura appel-
lantur. 506
 In

INDEX MORALIS.

In libro decimo.

Quid significet, Messiam consummaturum prauaricationem. 567

Quomodo dicatur Christus impositurus finem peccato. 569

Quomodo Deus deleat peccata, & an gratia Christi penitus deleat, & auferat peccata. 573

Quomodo intelligendum sit, cum Scriptura dicit, Deum non imputare peccata homini, aut ea tegere. pag. 573

Quomodo Christus sit iustitia nostra quinque modis. 575

Triplex discrimen inter iustitiam legalem, & Euangelicam. 576

Quomodo Christus impleuerit omnes prophetias. 577

Commemoratio omnium prophetiarum, qua de Christo in veteri testamento scripte sunt. 179. 580

Disputatio contra Hæreticos, quod sanctissima Christi anima, post eius mortem descenderit ad inferos. pagin. 583.

Quod ex oraculis veterum prophetarum conuincantur Iudei Dominum nostrum fuisse verum Messiam, pagin. 587

Quod eodem quoque argumento cogantur Gentiles sateri, veram esse doctrinam Christianam. 588

Quomodo singulariter Christo conueniat esse vnctum. 589

Duplici nomine, Christum verissime appellari sanctum sanctorum. pagina 590. 591

Quomodo verè dicatur Dominus noster, & Christus, & dux. pagina 603

Quanta fuerit calamitas Iudeorum sub Tito, & Vespasiano. pagina 613

Mala, qua post necem Christi vsque ad hanc diem passi sunt Iudei, probatur deinceps perpetua fore. pagin. 616. 617

Quoties Iudei, sed frustra, tentauerint instaurare templum Hierosolymitanum, & quibus prodigijs ab incognito desistere coacti sint. 617. 618

Quinque differentie inter calamitatem Iudeorum post necem Christi, & alias, quas antea passi fuerant. 622

De septem singularibus beneficijs, à Deo concessis Hebræo populo, quibus tamen us caruit post reuersionem ex captiuitate Babylonica. 623. 624

An præsen Iudeorum calamitas contigerit illis propter necem Domini nostri. 625. 626

De duplici genere poenarum, videlicet corporalium, & spiritualium, quibus Iudei à Deo puniti sunt, propter necem Christi. 627. 628

Quando defecerint Iudeorum sacrificia. 623. 633

Quale sit pactum Christi Domini nostri. 633. 634

Quomodo Christus pactum suum, seu doctrinam Euangelicam confirmauerit. 636. 637

Disputatio circa illam sententiam Domini, qua est apud Mattheum capite vigesimo quarto. (Cum videritis abominationem desolationis, que dicta est à Daniele propheta, statem in loco sancto) &c. pag. 629. 630

INDEX MORALIS.

In libro vndecimo.

- Quanta sit obscuritas, & difficultas in ea disputatione, quae est de septuaginta hebdomadis. 650.651
- De tempore ortus Christi Domini, id est, quoto anno à mundi creatione sit natus. 682.683
- Et quota Olympiade, 582. Et quoto anno principatus Augusti. 679.
- Necnon, & quoto anno regni Herodis. 683
- Quoto anno aetatis suae baptizatus sit Dominus. 687
- An eodem die, sed diuersis annis, Christus adoratus fuerit à Magis, & baptizatus à Ioanne, & aquam in nuptijs mutauerit in vinum. 700
- Quot annos Christus Dominus in terris vixerit. 693.694
- Quando contigerit excidium Hierosolymitanum sub Tito Imperatore, 714

In libro duodecimo.

- Non esse Prophetam, qui visiones habet propheticas, vel sententias propheticas pronunciat, si eas non intelligit. 741
- De antiquitate, & varietate vsus vnguentorum, tam apud Iudeos quam apud alias gentes. 745.646
- Descriptio habitus, & ornatus Angeli, qui visus est Danieli, & interpretatio eius, id est, quid significent res Angeli, accincti auro obrizo, quid vestis linea, quid Zona aurea: quid corpus eius quasi Chrysolitus, seu hyacinthus, quid facies fulgurans, quid brachia, & pedes ex aere

- cadenti, quid vox multisona. p. 748.
749.750
- Cur aspectus, & congressus Angelicus solet esse homini terrificus. 754
- Explanatio habitus, sub quo visus est Dominus noster Ioanni, vt est in primo capite Apocalypsis. pagina 774
- Cur diuina, & Angelica visiones tantopere conturbent, & debilitent hominem. 757.758
- Quod inter angelos malos sit discordia, & pugna. 761.763
- Quomodo malus angelus possit bono angelo resistere, ac preualere. pag. 764. 765.
- Quomodo inter ipsos bonos angelos sint dissensiones, & prelia. 767
- Ex quo ordine caelestium spirituum sit Michael, 773

In libro decimoquarto.

- In hoc, & proximè sequenti libro, plurima tractantur de Antichristo, & de eius persecutione: de quibus rebus verba faciendi sepe numero concionanti incidere potest occasio. Quae sint autem, quae in his duobus libris varie, & copiose disseruimus de Antichristo, cognoscat lector ex his, quae supra posuimus in primo indice, qui est questionum.
- Præterea, quae in hoc libro multisariam de Antichristo explicantur, etiam disputantur de libro Dei, in quo scripti sunt electi. 889
- An possit quis deleri de libro viuētium, 890.891
- Triplex liber Dei secundum Euthymium. 892



INDEX MORALIS.

- An in fine mundi omnes Iudei sint ad fidem Christi convertendi. pagina 893*
- De gloria eorum, qui alios virtutem, & institutam docent. 898*
- Vita sit preferenda, docta sanctitas, an sancta rusticitas. 901*
- Quam sit obscura sacra Scriptura, & quam sit fecunda, & quis sit idoneus eius interpres. pagina 903. 904*
- Quidnam denotet, Angelum iurare, & manus in caelum tollere. pagina 907. 908.*
- Quanta sit Dei clementia in temperandis diaboli tentationibus ad imbecillitatem, & utilitatem hominum. 909*
- An impij, & improbi rerum divinorum scientiam tenere possint. pagina 914*
- Quid sit fors sanctorum, & cur ita nominentur. 917*

In libro decimosexto.

- Ponderatur exemplum castitatis Susanna, comparando ipsam cum Romana Lucretia. 927. 928*
- In quo posita sit perfecta ratio castitatis. 928.*
- De ratione servanda in examinandis testibus, exemplo Danielis. 932*
- De poena adulterorum, tam apud Hebraeos, quam apud alias gentes. pag. 945. 946.*
- De prima origine idololatriae. pagina 945*
- Mira, & vix credibilia de serpentibus, quos nonnullae gentes, velut numina divinis honoribus colebant. pag. 951. 952*

I N D E X
 LOCORVM SACRÆ
 SCRIPTVRÆ, QVI IN
 HIS COMMENTARIIS
 EXPLICANTVR.

- Genes. 1.  IAT Firmamētum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. 214.215.216
- Genes. 12.  In semine tuo benedicentur omnes gentes. 107.b
- Genes. 15. Quarta autem generatione reuertentur huc. 538.b
- Genes. 39. Fiat Dan coluber in via, cerasates in semita. 847.a.b.c
- Exod. 12. Profectiq; sunt filij Israel ferè sexcenta millia. pag. 689.a
- Leuit. 20. Morte moriantur mœchus & adultera. 363.c
- Num. 24. Venient in trieribus de Italia, & superabunt Assyrios. 861.a.b
- 1.Reg. 16. Quomodo Dauid cantu, & sono cithara liberauit Saulem à malo spiritu. 273.a.b
- 3.Reg. 3. Igitur euigilauit Salomon, & intellexit, quod esset somnium. 67.a.b
- 2.Para. 36. Reliqua sermonum Ioachim, & abominationes eius, & que inuenta sunt in eo. 28.d
- Esdra. 1. In anno primo Cyri Regis Persarum: De rege Cyro. 531.532.533
- Ibidem. Omnia regna terra dedit mihi Dominus Deus cali. 531.532.533
- Esdra. 4. Iudæi, qui ascenderunt à te, ad nos uenerunt in Ierusalem Ciuitatem rebellem, & pessimam, quam adificauit, extruentes muros, & parietes componentes.

S C R I P T V R Æ.

- nentes. 599.600
 Et compleuerunt domum Dei istam, vsque ad diem Esdr. 6.
 tertium mensis Adar, qui est annus sextus re-
 gni Dary Regis. 792.796
 In regno Artaxerxis regis Persarū, Esdras, &c. Esdr. 7.
 795
 Factum est in mense Nisan, anno vigesimo Arta- Nehem. 1.
 xerxis regis. 765
 Eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat, &c. Tobia. 4.
 339
 De pisce, cuius iecur, seu cor crematum igni, fimo Tobia. 6.
 suo expellebat demones. 272.c.d
 Erat vir Iudæus in Susan Ciuitate, vocabulo Mar- Esther. 2.
 docheus. 551
 Anno quinto, regnantibus Ptolemao, & Cleopa- Esther. 11.
 tra attulerunt, Dositheus, qui se sacerdotem, &
 Leuitici generis ferebat, &c. 797
 Rex maximus Artaxerxes, &c. 794 Esther. 13.
 Qui fecit ventis pondus. 232.d Iob. 28.
 Conuentum cali, quis dormire faciet. 199.764.b Iob. 38.
 Ecce Behemoth, quem feci tecum, &c. 284.d Iob. 40.
 Stringit caudam suam sicut cedrum. 853.b Iob. ibid.
 Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eum. 296.d Psalm. 5.
 Ministri eum paulominus ab angelis, gloria, & Psalm. 8.
 honore coronasti eum, &c. 296.c.d
 Non derelinques animam meam in inferno. 585.a Psalm. 15.
 Notas mihi fecisti vias vite. 585.d Ibidem.
 Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat Psalm. 18.
 scientiam. 238.a
 Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum Psal. 31.
 tecta sunt peccata. 572.d
 Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non Psal. 68.
 scribantur. 890.b

INDEX

Pfal. 78.	<i>Operatus est salutem in medio terra.</i>	169.d
Ibidem.	<i>Tu confregisti capita draconis.</i>	270.a
Pfal. 82.	<i>Aduersum te testamentum disposuerunt.</i>	634.b
Pfal. 91.	<i>Iustus, ut palma florebit.</i>	282.b
Pfal. 95.	<i>Quia Dominus regnauit.</i>	582
Pfal. 101.	<i>Similis factus sum pelicano solitudinis.</i>	278
Pfal. 102.	<i>Qui coronat te in misericordia, & miserationibus.</i>	
	297.d	
Ibidem.	<i>Renouabitur, ut aquila inuentus tua.</i>	276.a
Pfal. 103.	<i>Qui facis angelos tuos spiritus.</i>	231
Pfal. 104.	<i>Hoc mare magnum & spaciosum manibus.</i>	425.c
Ibidem.	<i>Draco iste quem formasti ad illudendum ei.</i>	269.b
Pfal. 109.	<i>Tu es sacerdos in aeternum.</i>	610.d
Pfal. 134.	<i>Qui producit ventos de thesauris suis.</i>	232.a
Pfal. 135.	<i>Qui fundauit terram super aquas.</i>	252.b
Prou. 6.	<i>Vade ad formicam, o piger, &c.</i>	283.d
	<i>Quando athera firmabat sursum, & librabat fon-</i>	
Prou. 8.	<i>tes aquarum.</i>	215.c
Cant. 4.	<i>Oculi tui, columbarum, &c.</i>	277.c.d
	<i>Neque enim (idola) erant ab initio, neque erunt in</i>	
Sap. 14.	<i>perpetuum.</i>	946.c.d
Eccl. 17.	<i>Deus creauit de terra hominem.</i>	296.a
Eccl. 43.	<i>Sol, vas admirabile opus excelsi.</i>	216.c.d
Ibidem.	<i>Vade arcum, & benedic eum, qui fecit illum.</i>	229.d
	<i>Enoch placuit Deo, & translatus est in paradysum,</i>	
	<i>ut det gentibus poenitentiam.</i>	884.d
Eccl. 44.	<i>Iratu est furor Domini in populu suum, & percussu eum.</i>	620
Isaia 5.	<i>Excoca cor populi huius, & aures eius aggraua.</i>	
	627.c.d	
Isaia 6.	<i>Vocabitur nomen eius Admirabilis, &c.</i>	467.c
Isaia 9.	<i>Et erit Babylon illa gloriosa in regnis inclita in superbia Chaldaorum, sicut subuertit Dominus</i>	
	Sodo	

SCRIPTURÆ.

- Sodomam, & Gomorrhã. 400
 Detracta est ad inferos superbia tua, & c. qui dice- Isaiæ 14.
 bas in corde tuo, ascendam super altitudinem
 nubium, & reliq. 355
 Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habita- Isaiæ 16.
 bunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum
 eorum à facie vastatoris. 873
 In Die illa erit altare Domini in medio terra Isaiæ 19.
 Ægypti. 822
 Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & c. Quia Isaiæ 25.
 posuisti ciuitatem in tumulum, & reliqua. 621
 In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro, & Isaiæ 27.
 grandi, super Leuiathan serpentem vectem.
 269.b
 Ponam ergo circulum in naribus tuis. 325.a Isaiæ 37.
 Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem Isaiæ 59.
 à Iacob. 894
 Antequam exires de vulua sanctificauit te: & pro- Ierem. 1.
 phetam in gentibus dedi te. 883.d
 Adducam contra te domus Israël, de longinquo
 gentem antiquam, & robustam, cuius tu linguã Ierem. 5.
 ignorabis. 89.d. 862
 Sic conteram populum istum, & ciuitatem istam, si-
 cut conteritur vas figuli, quod non potest ultra Iere. 19.
 instaurari. 620.a
 Et seruiet omnes gentes ista regi Babylonis septua-
 ginta annis. Cumq; impleti fuerint septuaginta Iere. 25.
 anni, & c. 542
 Et seruiet ei (scilicet Nabuchodonosori) omnes Ierem. 27.
 gentes, & filio eius, & filio filij eius. 377-378
 Ecce, dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Iere. 31.
 Israel, & domui Iuda foedus nouum. 635.c
 Ecce misimus ad vos pecunias, & c. 174 Baruc. 1.

INDEX

- Ibidem. Orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis,
& pro vita Baltasar filij eius. 378
- Baruc. 6. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plu-
rimis, & temporibus longis, usque ad generatio-
nes septem. 527. 538
- Ibidem. Mulieres circumdatae fimbriis, in viis sedent, &
reliq. 370
- Ezech. 2. Liber qui est scriptus intus & foris. 892
- Ezec. 14. Si Noë & Damel, & Iob fuerint in medio
eius, &c. 35. c
- Ezech. 25. Porro viginti sicti & viginti quinque sicti, & quin-
decim sicti, unam faciunt. 606. a
- Ion. 1. Et surrexit Ionas, ut fugeret in Tharsis. 75. a
- Ion. 3. Adhuc quadraginta dies. 786
- Zacha. 1. Nunc iste est annus septuagesimus. 550. b
- Zacha. 3. Super lapidem unum septem oculi sunt. 131
- Malac. 4. Ecce, ego mittam vobis Eliam, &c. 885
2. Mac. 1. Et diuisit illis regnum suum, cum adhuc viveret
Alexander. 497
- Ibidem. Et regnavit in anno centesimo trigesimo septimo re-
gni Græcorum. 458
1. Mac. 6. De morte Antiochi Epiphanis. 510
- Ibidem. De robore elephantorum, & usu eorum in bellis. 188
2. Mac. 3. De morte Antiochi. 518
- & 9. Constituit Nicanor, ut regi tributum quod Roma-
nis erat dandum, duo millia talentorum de ca-
ptiuitate Iudeorum suppleret. 828. c
- Matt. 2. Cum natus esset Iesus in diebus Herodis regis. De
anno regni Herodis, quo natus est Christus. 683
- Matt. 17. De pisce, in cuius ore Petrus inuenit staterem. 271. d
- Matt. 23. Implete mensuram patrum vestrorum. 494
- Matt. 24. Cum videritis abominationem desolationis, quæ di-
cta est à Daniele propheta. 638. 639

Qui

S C R I P T V R Æ.

- Qui legit intelligat. 91 Ibidem.
- Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua om- Ibidem.
nis caro. 564.909
- Surgent enim pseudochristi, & pseudopropheta, & Ibidem.
dabunt signa magna, & prodigia. 853
- Factum est autem in illis diebus, exijt edictum à Luc.2.
Casare Augusto, &c. De anno principatus Au-
gusti, quo natus est Christus. 679
- Postquam consummati sunt dies octo, vt circumci- Ibidem.
deretur puer. 629
- Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorū triginta. Luc.3.
686
- Quod superest date eleemosynam: & ecce omnia Luc.11.
munda sunt vobis. 342
- Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusa- Luc.21.
lem, &c. 646.647
- Ei die tertia nuptia facta sunt in Cana Galilæa. Ioan.2.
708.709
- Quadraginta sex annis adificatum est templū hoc. Ibidem.
793
- Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vni- Ioan.3.
genitum daret. 293
- Erat dies festus Iudaorum, & ascendit Iesus Hie- Ioan.5.
rosolymam. 702.703.704
- Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, Ibidem.
audient vocem Filij Dei. 895
- Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis Ibidem.
me: si alius venerit in nomine suo illum acci-
pietis. 846.851
- Oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati. Act.1.
710.711
- Audientes quidem vocem, neminem autem vi- Act.9.
dentes. 756
- Optabam

I N D E X

- Rom. 9. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. De prerogatiuis gentis Iudaica.* 298
- Rom. 11. *Cecitas ex parte contingit in Israël: donec plenitudo gentium intraret & sic omnis Israël saluus fieret.* 893
- Ibidem. *Quod si delictum eorum diuitia sunt mundi, & diminutio eorum diuitia gentium.* ibid.
- Rom. 12. *Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, &c.* 160.161
- Ibidem. *Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* 46
1. Cor. 10. *Qui se scire putat aliquid, nondum scit quomodo oportet eum scire.* ibid.
- Gal. 5. *Peira autem erat Christus.* 108
1. Cor. 15. *Vtinam abscondantur, qui vos conturbant.* 933
- Coloss. 2. *Sed abundantius illis omnibus laboraui.* 580
Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, &c. 48
2. Thef. 2. *Ne quis vos seducat vlllo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, &c.* 842
- Ibidem. *Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.* 839
- Ibidem. *Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus.* 867.868
- Ibidem. *Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis.* 844
- Ibidem. *Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui.* 877
- Hebr. 1. *Cuius est aduentus secundum operationem satanae, in omni virtute, & signis & prodigijs mendacibus.*

SCRIPTURÆ.

- cibus.* 855.856
 Omnes sunt administratorij spiritus. 453 Hebr. 11.
 Obiurauerunt ora leonum. 420 Ioan. 3.
 Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, &c. 571.a Apoc. 1.
 Vidi similem filio hominis, vestitum podere, &c.
 754.d
 Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutē: Apoc. 5.
 & diuinitatem, &c. 457.c
 Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. 849.a Apoc. 7.
 Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, Apoc. 10.
 & linguis & regibus multis. 885.b
 Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt Apoc. 11.
 diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis.
 881.c
 Mulier abscondet se per tempus & tempora & Apoc. 2.
 dimidium temporis. 908.d
 Post hac oportet illum solui modico tempore. 909.c Ibidem.
 Et cauda eius traherat tertiam partem stellarum Apoc. 12.
 cali. 519.b
 Et vidi vnum de capitibus suis, quasi occisum in Apoc. 13.
 mortem, & plaga mortis eius curata est. 877.a
 Et est datum illi: bellum facere cum sanctis, & vin- Ibidem.
 cere eos. 887.d
 Et faciet omnes habere characterem (bestia.) 889 Ibidem.
 Et vixerunt, & regnauerunt (sancti) cum Christo, Apoc. 20.
 mille annis. Hac est resurrectio prima. 474
 Et libri aperti sunt: & alius liber apertus est qui Ibidem.
 est vita. 455
 Non intrabit in eum, nisi qui scripti sunt in libro Apoc. 22.
 vita agni. 458

F I N I S.


SVMMA PRI-
VILEGII.



LUDOVICVS Richeomus
Vice-prouincialis Col-
legiorum Societatis Ie-
su in Prouincia Lugdu-
nensi, iuxta priuilegium eidem So-
cietati, à Rege Christianissimo
HENRICO III. die 10. mēsis Maij,
anni 1583. concessum (quo Biblio-
polis omnibus prohibetur, ne li-
bros ab eiusdem Societatis homi-
nibus compositos, absque illorum
permissione imprimant) permittit
Ioāni Baptistæ Raignaud Lugdu-
nensi Bibliopolæ, vt BENEDICTI
PERERII eiusdē Societatis opus,
cui titulus est, *Commentariorum in
Daniele Prophetā libri sexdecim*, ad
octo proximos annos imprimere
ac liberè diuendere possit. Datum
Lugduni die 30. Decemb. 1587.

RICHEOMVS.

is
l-
e-
t-
o
o
,
-
-
-
-





A IN LIBRVM
DANIELIS
PRÆFATIO.

DE LIBRI HVIVS
obscuritate ac præstantia.

B **L**IBRVM DANIELIS, *Liber Danielis est ab omnibus pro Scriptura Canonica habitus.* sciam & canonicam esse Scripturam, æquè apud Hebræos, quàm apud Christianos extra controuersiam semper fuit. Ex-

ceptio tamen quatuor eius libri particulas, hoc est, orationem Azariæ, hymnum trium puerorum, itemque Sufannæ, ac Belis, & Draconis historias. Hæc enim, quia non sunt in libris Hebraicis, propterea nec ea recipiunt Hebræi, nec putant ad Danielis librum pertinere. Verum tamen ea nos diuinæ Scripturæ fidem & auctoritatem habere, cùm ad singulorum expositionem ventum erit, planissimè ostendemus. Theodoretus in præfatione Commentariorum suorum in Daniele, & in extremo eiusdem libri commentario, vehementer Iudæos reprehendit, quòd prophetam negent fuisse Daniele, eiusque librum ex prophetarum numero subducant. Hoc idem Ruffinus obiecit, & exprobrauit diuo Hieronymo. Sed nisi

ego fallor, vterque falsus est, nec Iudæorum, ^A
nec Hieronymi sententiã intelligens. Nõ enim
Iudæi negant Danielem fuisse prophetam: qui
enim possent negare vatem fuisse, cuius tam
multa & mira sint de rebus longissimè post fu-
turis vaticinia? Quin eum eximium & diuinum
vatem prædicant, multisque rebus, vt est apud
Iosephum libro decimo Antiquitatum, cæteris
vatibus præcelluisse affirmant. Sed eius tamen
librum maluerunt inter agiographa scripta, ^B
quàm inter prophetica reponere. In agiogra-
phis verò scriptis numerant illi Iob, Psalmos,
Prouerbia, Ecclesiastem, Cantica, Danielem,
Esdram, Esther, & libros Paralipomenon. Lego
Hieronymum in epistola 120. & Isidorum lib.
6. Etymologiarum. Quinctiam Theodoretus,
veteres Iudæos putasse Danielem clarissimum
fuisse prophetam, testimonio Iosephi paulo su- ^C
pra posito confirmat. Cur autem librum Da-
nielis à propheticis scriptis Iudæi remouerint,
nec loci huius est causam inquirere, nec eam sa-
tis idoneam, & probabilem inuenire facile est,
neq; eam nosse, ad id, quod agitur, permagni re-
fert. Quamquam nos eam, qualiscunque tradi-
tur ab Hebræis, infra libro tertio attingemus.
Videntur porrò duæ res in hoc Danielis vo-
lumine plusquam in aliorum prophetarum li- ^D
bris eminere, doctrinæ obscuritas, & præstãtia.
Illa facit, vt diligenter & attentè: hæc, vt liben-
ter & auidè huic libro legendo intelligèdoque
vacemus, atque insistamus. De vtraque re bre-
uiter præfandum esse duxi.

- A** QUATVOR ex causis tantâ libro Danielis obscuritatem, quanta eum legentibus occurrit, accidisse puto. Prima causa obscuritatis posita est in multis historiis cû hoc libro multitarium complicatis permixtisque, in quibus non pauca aliorum historicorum scriptis videntur esse contraria. Ponam aliquot exempla, In Secundo capite huius libri, dicitur rex Nabuchodonosor fuisse omnium sui temporis regum potentissimus, ac nobilissimus: at Herodotus primo libro significat, Cyaxarem illorum temporum æqualem, fuisse eo rege potentiorum. Postea, in eodẽ capite Daniel vaticinatus, regnum Periarũ minus & ignobilius fore, quàm fuerat regnũ Chaldæorum: quod esse videtur contra omnes historicos, & contra ipsam scripturam, quæ apud Isaiã c. 45. & initio prioris libri Estdæ, nec non in libro Esther, amplitudinẽ regni Persarum, maiorem nempe quàm fuerat Chaldæorũ, describit: quin etiã est id contra rationẽ. Etenim Cyrus, victo Chaldæorũ rege, omne eius imperium adiunxit suo. Deinde, in quinto capite, dicitur Balsasar fuisse filius Nabuchodonosor, & à Dario Medo, tam regno quàm vita priuatus: quibus longè diuersa tradiderunt complures historici, quos Iosephus libro decimo Antiquitatũ, & primo libro contra Appionem: Eusebius quoque libro nono de Præparatione Euangelica, capite tertio commemorant. Ad hoc in capite vndecimo, prædicit Angelus tres futuros post Cyrũ Persarũ reges vsque ad Alexandrũ: fuisse tamẽ multo plures, constat ex probatissimis historiis: quin ex sacris literis, id

Quatuor cause obscuritatis libri Danielis. Et primo ipsius histor. e, quæ in hoc libro attingitur vaticas.

non difficulter elici potest. Postremò , in fine A
 capituli decimitertij scriptum est post mortem
 Astyagis, regnum eius accepisse Cyrum : atqui
 Xenophon libro primo inquit, Astyagi succes-
 sisse Cyaxarem auunculum Cyri, quem ait fuisse
 tunc puerum decem annorù. Herodotus au-
 tem, quem Strabo, Iustinus, & alij permulti se-
 quuntur , narrat Cyrum quidem in regnù suc-
 cessisse Astyagi, non tamen mortuo, sed à se vi-
 cto, & regno quidem , non autem vita priuato. B
 Verumtamè has difficultates, postea suo quam-
 que loco tractantes, dissoluemus. Altera causa
 obscuritatis , est frequens hystorologia , id est,
 præpostera rerum narratio perturbato rerù or-
 dine: quæ etiã in libris historicis nõ est rara, sed
 in prophetis crebrior, creberrima verò in Da-
 nielè. Exempli causa, historia Susannæ posita in
 decimo tertio capite , cùm puero Daniele con- C
 tingerit, ante secundũ caput poni debuerat: quin
 Athanasius in Synopsi ab ea librum Danielis
 auspicatur. Historia verò Belis & Draconis de-
 scripta in vltimo capite, quia stãte regno Chal-
 dæorum accidit, præcedere debuit quintum
 caput. Clausula quoque illa terminans decimũ
 tertium caput, *Rex Astyages appositus est ad patres
 suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius*, poni
 debet ante caput decimũ. Denique prophetiam D
 Danielis, quæ capite septimo & octauo narra-
 tur, cùm ea primo & tertio anno Regis Balsafa-
 ris euenerit , collocari oportebat ante caput
 quintum, in quo eius Regis interitus, qui acci-
 dit anno regni eius decimosextimo, comemoratur.
 Tertia causa obscuritatis oritur ex Chrono-
 logia,

*Secunda cau-
 sa est præpo-
 stera rerum
 narratio.*

*Tertia causa
 est Chronolo-
 gia obscuri-
 tas.*

A nologia, quæ per se quidem solet esse obscura & perplexa, in Daniele autem, ut frequentissima, ita obscurissima est, maximè verò Chronologia septuaginta hebdomadū: quarum initiū, & exitus, atque intermedij tēporis decursus, & plurimas, & quorūdam iudicio, inexplicabiles habet difficultates. Quarta causa obscuritatis proficiscitur ex ratione prophetiæ Danielis,

*Quarta est
prophetia ra-
tio.*

B Nam ut ceteris libris sacris, prophetici sunt obscuriores, sic Daniel ceteros prophetas obscuritate vincit. Etenim præter illas causas obscuritatis, quas cōmunes habet cū ceteris prophetis, etiam nōnullas habet proprias; siquidē vaticinia eius multis variarum gentium historiis conuoluta sunt, quarum perexigua nunc extat notitia, obliteratis eorū scriptis, qui eas historias olim diligentor exposuerant. Diuus Hieronymus in Præfatione suorum Commentariorum in Danielem affirmat, ad intelligēdas Danielis prophetias, multiplicem Græcorum & Latinorum historiam esse necessariam, veluti Suctorij, Hieronymi, Callinici, Possidonij, Theonis, Andronici, Polybij, Diodori, Titi Liuij, & Trogi Pompeij seu Iustini. Horum autem libri, vel in totum, vel, quod attinet ad historias

C Danielis, magna ex parte interciderunt. Hiero-
quoq; in enarrādis aliis prophetis vberior cum fuisset, in hoc pressior & ieiunior fuit, multis in locis ad historias prædictorū auctorum remittens lectorem. Denique obscuram fore scripturam Danielis, indicauit ei Angelus illis verbis, quæ in capite duodecimo scripta sunt, *Tu autē Daniel, claudē sermones, & signa librū vsque ad*

tempus statutū: plurimi pertransibūt, & multiplex ^A
 erit scientia. Et paulo infrā inquit Daniel: Ego
 audiui, & non intellexi, & dixi, Domine quid erit
 post haec? & ait, vade Daniel, quia clausi sunt signa
 tūq; sermones vsque ad praesentū tempus: Verū ne
 desperaremus Prophetiarū eius intelligentiam,
 mox subditur: *impij non intelligent, docti autē in-*
telligent. Dictū est hactenū de obscuritate libri, ^B
 de eius praestantia deinceps dicendum est.

Duplex praestantia libri
 Danielis, ex
 materia eius,
 & ex au-
 ctore.

Praestantia huius libri duabus potissimum ex
 rebus aestimari potest: ex materia, & auctore.
 Ad materiae praestantiam facit, quod ea in hoc
 libro, perquā varia, grauis, & admirabilis. Va-
 ria est, quia partim est historica, partim Pro-
 phetica, dogmatica etiā, ac moralis, quin etiam
 pathetica. Etenim continet varias admodū hi-
 storias Chaldaeorum, Medorū, Persarum, Graecorū, & Romanorū. Quapropter scitē D. Hie-
 ronymus in Epist. 103. ad Paulinum, omnium
 temporū consciū, & totius mundi philohisto-
 ra Daniele appellat. Varias itē continet pro-
 phetias, aut de reb. humanis, aut de futuris mul-
 torū regnorū couersionibus, & successionibus,
 de trāsformatione Regis Nabuchodonosor in
 belluam, de repentino interitu Balthazaris, de
 persecutione Regis Antiochi aduersus Iudaeos: ^D
 aut de rebus diuinis, vt de regno Christi, de
 tempore aduentus, & necis Messiae, de resurre-
 ctionē mortuorum, de sempiterna Iudaeorum
 ob necem Christi reiectione, ac desolatio-
 ne. Est praeterea moralis huius libri materia:
 continet quippè multa, & illustria docu-
 menta, & exempla, quibus erudiri possunt
 homines

- A homines, & incitari ad colendam abstinentiam exemplo Danielis: ad fortitudinem, & constantiam, exemplo trium puerorum: ad fiduciam diuini auxilij, exemplo Danielis bis in lacum leonum coniecti: ad seruandam castitatem, exemplo Susannæ: ad erogandas eleemosynas, memorabili documento, & salutari consilio, quo Daniel regem Nabuchodonosor ab imminentibus ei malis seruare uoluit, est item dogmatica materia: enim uerò sunt variè sparsa in hoc libro præcipua Theologiæ dogmata, vel adumbrata, ut de sancta Trinitate, de incarnatione, & morte filij Dei, de eius regno, de futuro omnium hominum iudicio, de prouidentia Dei, & de resurrectione mortuorum. Est denique admodum pathetica: dum enim varios, subitos, mirosq; tam rerum euentus, quàm illustrium personarum casus enarrat Daniel, varios itidem in animis hominum ciet motus, & effectus excitat. Atque hinc apparet materiæ libri huius uarietas. Grauiissima porrò est eiusdem libri materia, & mirabilitatis plenissima. Quid enim grauius, quàm de summorum imperiorum euerfionibus, de maximorum regum casibus, de præcipuis Christianæ fidei mysterijs, de occultorum somniorum altissimis abditissimisque interpretationibus, de maximarum rerum uaticinijs ageret? Quid mirabilius historia trium puerorum, qui per medias flammæ, non tantum illæsi inactique, sed læti, & quasi ludibundi, diuinæque laudes concinentes, deambulabant? Quid historia Abacuc, capillo ex Iudæa Babylonem

ferme puncto temporis ab Angelo translatus? A
 Quam mouet admirationem illa Nabuchodonosor in bestiam metamorphosis? manus in pariete scribens? subitusq; Balsafaris interitus; atq; quam insperatus, tam felix Susannae exitus? Quid plura? omnes Danielis visiones admirandis imaginibus, & similitudinibus fuerunt expressae. His accedit, quod prophetia Danielis completitur omnia tempora praeterita, praesentia; & futura: praeterita, ut in primo somnio Nabuchodonosor: futura, ut in expositione somniorum eius, & in omnibus aliis praedictionibus: praesentia, ut in Scripturae manus, quae apparuit in pariete, & in iudicio Susannae. Continet item omnes modos, quibus visiones propheticae fieri solent, hoc est, vel per somnia, vel per ecstasim, aut raptum, vel per signa sensibilia, vel per illuminationem mentis. Et, ut paucis dicam, si praestantia prophetiae eo maior debet aestimari, quod, de Christo, vel plura, & maiora, vel explicatius, & apertius vaticinatur, Daniel profecto vnus de summis, & nobilissimis prophetis eo nomine ceteri debet, qui, Hieronymo auctore, clarissimè omnium de Christo vaticinatus est, non solum mysteria eius praenuncians, sed etiam D
 tempus aduentus, & mortis eius praefinito annorum numero, determinans. Quod si ad praestantiam doctrinae pertinet, eius utilitas est sane multiplex, & ingens huius libri. Primum enim ex eo apparet, sub Dei prouidentia esse omnia, eiusque voluntate, & consilio regi, contineri, mutarique terrarum regna, & imperia. Deinde, multum valuit hic liber ad D
 con

Utilitas prophetiae Danielis.

A consolationem, & confirmationem Hebræi
 populi, qui eo tempore captiuitate Babylo-
 nica tenebatur oppreffus. Postea vtiliffimus est
 hic liber ad comprobationem fidei Christianæ,
 cuius multa myfteria à Daniele prædicta, iam
 nunc cernuntur impleta. Postremo maximè con-
 ducit ad præmonitionem, & præmunionem
 Ecclesiæ aduersus futuram Antichristi perfec-
 tionem. Amplexus est hoc libro Daniel nona-
 giinta circiter annorum historiam, hoc est à ter-
 tio anno regni Ioacim, qui incidit in Olympi-
 dem trigefimam secundam, & in annum à Ro-
 ma condita centesimū quintum, vsque ad tertium
 annum regis Cyri: qui fuit tertius Olympiadis
 quinquagesimæ quintæ, & à Roma condita pro-
 pe ducentesimus. In quo temporis tractu, & de-
 cursu multa in orbe terrarū, sanè memorabilia,
 C literarū consignata monumentis, contigerunt.
 Nam intra hoc tempus fuerunt tres Iudæorum
 captiuitates, eorumque liberatio, & reuersio in
 patriam: tres item insignes Prophetæ floruerūt,
 Hieremias, Ezechiel, & Daniel: apud Romanos,
 Reges fuerūt, Ancus Martius, Tarquinius Pri-
 fcus, Seruius Tullius: apud Græcos claruerunt
 septem illi sapientes: apud Lydos, Cræsus rex
 opulētiffimus: apud Chaldæos Nabuchodono-
 D for: apud Medos Cyaxates, cuius potētiam pri-
 mo libro Herodotus magnificat: apud Persas,
 Cyrus imperij eorū fundator: in Sicilia Phala-
 ris nobiliffimus Tyrannus: in Græcia captū est
 coli Dodonæum Oraculū: & nobiles fuere tres
 Poëtæ, Stesichorus, Alcaus, & Sappho fœmina;
 tunc etiā tria regna, Iudæorum, Chaldæorum,

*Quæ res in
 orbe terrarum
 insignes, esse
 sunt eo tem-
 pore, quo vi-
 xit Daniel.*

& Medorum destructa sunt: tres item totius orbis clarissimæ, & nobilissimæ ciuitates, captæ euerfæque, Niniue, Babylon, & Hierosolyma.

*Quis fuerit
Auctor huius
libri.*

S E D quia præstata libri huius, quæ spectatur ex materia explicata est: sequitur deinceps, ut præstantiam eiusdem ex auctore, & scriptore petitam, aperiamus: neque enim claritas auctoris, parum illustrat libri dignitatem. Hebræi, quorum sententiæ accessit Iidorus in libro sexto Etymologiarum, tradunt librum Danielis, Ezechielis, & duodecim Prophetarum, scriptos esse à sapientibus magnæ synagogæ, quos tempore Esdræ fuisse aiunt. Veruntamen Iosephus libro decimo Antiquitatum, nec semel, nec obscure, nec dubitanter, Daniele m tradit sua vaticinia literis mandasse. Athanasius in Synopsi omnium, quæ continentur in hoc libro, solum Daniele agnoscit auctore. Idem sentiunt Hieronymus, Eusebius, Apollinaris, Methodius, Origenes, & Dorotheus in Synopsi, vitam Malachæ describens. Et verò est id quidè admodum probabile, possum etiam certum dicere. Hoc enim significasse videtur Dominus, cum Matt. 24. capite dixisse traditur, *Cum videritis abominationem desolationis, qua dicta est per Daniele Prophetam, qui legit intelligat. Illud, qui legit.* Satis declarat quod præcessit, *qua dicta est per Danielē.* Idē valere, atq; si dixisset Dominus *quæ scripta est à Daniele.* Idem quoq; liquido intelligitur ex septimo capite huius libri, in cuius principio legitur, Daniele somnia, & visiones suas breui sermone cōprehendisse, ac summatim scriptis: & capite duodecimo scriptum est, Angelum iussisse

A iussisse Danieli, vt clauderet sermones, & ob-
 gnaret librum suū. Hoc ipsum omnino depof-
 cebat tam multiplex, & ingens vtilitas Scriptu-
 ræ huius, supra cōmemorata, ad Synagogam, &
 Ecclesiā Christi peruentura. At enim verò Por-
 phyrus, qui libros quindecim, scripsit aduersus
 Christianos: eorum librorum duodecimū to-
 tum contulit ad euertendam huius libri aucto-
 ritate, contendens eum non esse à Daniele
 B scriptum, sed ab aliquo, vel aquali regis Antio-
 chi Epiphani, vel etiam posteriori: quippe qui
 res iam gestas, & ab aliis historicis proditas
 commemorat. Verū quo plus auctoritatis, &
 gratiæ libro adderet, simulauit esse vaticinia fu-
 turo-
 C rum, eorumque auctore mentitus est Da-
 nielem. Quam Porphyrij calumniā Apollina-
 ris, Methodius, & Eusebius diligentissimè con-
 futarūt. Sanè verissimū est, quod in Præfatione
 Danielis dixit Hieronymus, impugnationē Por-
 phyrj, certissimum esse veritatis huius libri te-
 stimonium, cuius tāta sit in omnibus dictis ve-
 ritas, & constantia, vt Porphyrius credere non
 potuerit Prophetiam esse futuro-
 D rum, sed preteritorum historiam. Impudens autem Porphyrij
 mendacium, manifestè redarguitur vel eo ar-
 gumento, quod Septuaginta interpretes, prope
 centum annos Antiochum Epiphane-
 m antegressi, hunc librum, tanquam Danielis ger-
 manam Scripturam, ex Hebræo in Græcum
 sermonē conuerterunt. Quin Iosephus in libro
 vndecimo Antiquitatū refert, Iaddum Iudæo-
 rum Pontificem ostendisse Alexandro Magno,
 cum is venit Hierosolymam, prophetiam, quæ
 erat

*Calūnia Por-
 phyrj depel-
 litur.*

erat in libro Danielis de Rege quodam Græcorum olim destructuro Persarum imperium: quam de se, vt reuera erat, interpretatus Alexander, fidenter, & alacriter ad debellandum regem Persarum Darium contendit. Id autem sexaginta annis ante regnum Antiochi Epiphanis euenit.

*Descriptio v
sa Danielis.*

CÆTERVM omnem Danielis vitã cursum prenarrare non alienum fuerit, cum & hoc ad intelligentiam libri huius non parũ conferre possit. Patria Danielis fuit, vt refert Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in libro de Vita & obitu Prophetarum, Bethoron superior pertinens ad sortem Ephraim, sed postea Leuitis assignata, propinqua Castello Emaus, nec plus nouem milliaria Hierosolymis remota, nec longè distans ab altera Bethoron, quæ dicta est inferior, & tribui Benjamin obrigit. Vtramque condidit Saria filia Ephraim. Lege prioris libri Paralipomenon caput septimum. Vtramque item multis post seculis, posterior liber Paralipomenon in capite octauo, fuisse indicat à Salomone exædificatam: hoc est, vt ego interpretor, vel resectam, vel amplificatam, vel cinctam mœnibus, atque munitam: licet in tertio libro Regum, capite 9. inferioris duntaxat Bethoron, seu quæ fuerit à Salomone condita, mentio fiat. GENVS Danielis proculdubio regale fuit: id quod non obscure significatur initio huius libri, cum dicitur, mandasse regẽ Nabuchodonosor, vt de pueris Hebrais regis stripsis formosiores eligerentur, electum autẽ cum primis fuisse Danielem. Idem quoque declaratur in

*Patria Da-
nielis.*

Genus.

- A tur in libro 4. Regum, cap. 20. eo namque loco legimus Isaiam prædixisse regi Ezechia, fore aliquando, ut filij eius captiui ducerentur Babylonem, & regi Babyloniorum seruirent; quod in Daniele completum esse affirmant omnes. Iosephus libr. 10. Antiquitatum, scribit Danielem fuisse ex genere, & cognatione regis Sedechia. Auctor historiae Scholasticae super libro quarto Regum, capit. 39. refert Ioacim regem Iuda, cum captus à Nabuchodonosor, vinctus duceretur Babylonem, mutata regis sententia, dimissum esse, imposito tamen tributo, acceptisque regij generis obsidibus, in quibus fuere Daniel, & tres pueri, eius socij: quod an verum sit necne, infra expendemus. Sed cur Scriptura nusquam indicat, vel patriam, vel genealogiam Danielis, quemadmodum in libris aliorum Prophetarum fieri solet? equidem causam satis idoneam & probabilem nullam inuenio. Respondent tamen quidam, propterea id esse factum, quia non est hic liber Prophetiae, sed magis historiae modo conscriptus. Atqui ob eandem causam, nec in libro Esdrae, qui est historicus, genealogia eius adscribi debuerat. Alij respondent, id esse praetermissum: quia Danielis genus, & patria apud omnes Iudaeos erat notissima, & vulgatissima. Quasi verò non idem posset dici de Isaiâ, & Hieremia, quorum tamen genus, & patria in eorum libris praenotantur. Epiphanius contra haeresim quinquagesimam quintam disputans, Danielis, inquit, parentes in Sacris literis nequaquam nominari, sed in traditionibus tamen Hebraeorum esse proditum, patri eius nomen

nomen fuisse Sabaa. DE TRIBU IUDA fuisse A
Tribus. Danielē, apertè ponitur in exordio huius libri:
 idemque significatur libro quarto Regum, ca-
 pite vigesimo: atque id esse sacris testatū literis
 confirmat Hieronymus. Qui tamē in præfatio-
 ne commentariorum suorum in Daniele, ci-
 tat translationem septuaginta interpretū: quæ
 in principio decimi quarti capitis huius libri
 habebat, Daniele fuisse de tribu Leui, & Sa- B
 cerdotem: Quapropter nonnulli existimarunt,
 duos fuisse Danieles: & vnum quidem de tribu
 Iuda, fuisse auctorem huius libri vsque ad caput
 decimum quartum; de altero autem, qui erat de
 tribu Leui, historiā, quæ in ultimo capite con-
 tinetur à quodam Abacuc alio nempè, quàm
 qui inter duodecim Prophetas ponitur, esse
 scriptam. Verum, neque olim synagoga, neque
 nunc Christi Ecclesia plures vno Danieles li- C
 bri huius auctores, nouit. Dionysius Carthu-
 sianus ita dirimit litem, Daniele genere pa-
 terno fuisse de tribu Leui, materno autē de tri-
 bu Iuda: frequens enim erat duarum illarū tri-
 buum per matrimonia copulatio. Isidorus quo-
 que in libro de vita & Obitu Sāctorum Vete-
 ris Testamenti, innuit ex Sacerdotū, & Regum D
 prosapia ortum esse Daniele. Sed quia hæc
 sine auctoritate Scripture, vel Patrum, vel anti-
 que probataq; alicuius traditionis: & sine pro-
 babili aliqua coniectura infirmè dicuntur, nul-
 lum ad persuadendum pondus habere possunt.
 Credibilis igitur fuerit, codicem illum septua-
 ginta interpretum, quem citauit Hierony-
 mus, fuisse mendosum. Nimirum, non semel
 Hieron

An fuerint
 duo Danie-
 les.

- A Hieronymus testatur codices septuaginta interpretum fuisse suo tempore admodum vitiosos, & corruptos. Certè, quod in illo codice fuisse eo loco refert Hieronymus, id nullus Græcorum librorum, qui nunc quidem extant, habereprehenditur. Cùm Babylonem captiuus Daniel ductus est, tenerrimæ fuit ætatis: cum namque Isidorus fuisse, inquit, tunc puerum: Epiphanius pusionem, & infantem vocat. Quo fit, vt simillimum vero sit, tunc Daniëlem decimo anno non fuisse maiorem. Atque hoc ponatur, tamquam fundamentum Chronologiæ Danielis deinceps explicandæ. Annus igitur decimus Danielis, quo ductus est Babylonem, concurret cum tertio anno regni Ioacim, sicut in exordio libri huius traditur: & cum primo anno regni Nabuchodonosor, vt patet ex vigesimo quinto capite Hieremiæ. Hinc liquet, natum esse Daniëlem anno circiter 25. Regis Iosifæ, circa Olympiadem 29. & annum ab vrbe cõdita, nonagesimum quintum: videlicet, annis ante Domini nostri ortum, sexcentis, ac propè sexaginta. Ex quo palam est, quanto fuerit apud Habræos antiquior sapientia, quàm apud Græcos. Siquidem Daniel, qui septem Græciæ sapientes, hoc est, Græcorum sapientiæ parentes, circa Olympiadem quinquagesimam in Græcia claros ætate præfuit, nouissimis tamen prophetarum & sapientum populi Hebræi proximus fuit. Etgo infans erat apud Græcos sapientia, cùm apud Hebræos iam ipsa consenuisset. Cùm Dantel ab interitu Susannam liberauit,
- annum

Tempus captiuitatis Danielis.

annum agebat duodecimum : hoc enim tradit A
 Sulpitius libro secundo sacrae historiae, & ante
 ipsum Beatus Ignatius Martyr in epistola ad
 Magnesianos scripta. Quocirca non procul ve-
 ro est, quod Theodoretus dixit in praefatione
 suorum Commentariorum in Ezechielem, Da-
 nielis prophetiam duodecim annis Prophetia
 Ezechielis fuisse priorem ; siquidem initium
 vaticinandi fecit Ezechiel anno quinto trans- B
 migrationis Iechoniae, vt initio libri sui prodi-
 dit ipse : hoc autem accidit vndecim annis post
 quam Daniel primum prophetici spiritus in
 iudicio Susanna specimen dedit, annos, vt di-
 xi natus duodecim. Quamquam prophetiam
 Danielis non aliam intellexit Theodoretus,
 nisi scripturam libri huius, quae incipit ab hi-
 storia captiuitatis Regis Ioacim : quae quidem C
 captiuitas tertio anno eius Regis facta, duode-
 cim annis antequam quintum transmigrations
 Iechoniae annum, quo nimirum anno Ezechiel
 vaticinari orsus est. Interpretatus est Daniel
 primum somnium Regis Nabuchodonosor, an-
 num agens trigessimum quintum. Visiones,
 quae in septimo, & octauo capite libri huius
 narrantur, octogenarius habuit. Scripturam D
 manus in pariete scribentis, annum natus propè
 centesimum explanauit. Anno, qui hunc proxi-
 mè secutus est, qui que primus fuit Darij Regis
 Medorum, tempus Messiae aduentus, & mor-
 tis, septuaginta illis hebdomadis comprehen-
 sum, & definitum, diuinitus ei patefactum est.
 Visiones, quae memorantur in decimo, & vn-
 decimo, & duodecimo capite, hoc est, vsque ad
 tertium

A tertium Cyri Regis annum, iam centenario
 contigerunt, ex quo apparet, Daniele m cente-
 simum etatis annum attigisse: vltra verò, quàm
 longè processerit, incompertum est. Nisi quòd
 Isidorus in libro de Vita, & Obitu sanctorum
 Patrum Veteris Testamenti, ait, Daniele m
 centum ac decem annos, & vsque ad Dariu m
 Persarum Regem, vixisse. Verùm hæc sententia
B seipsam euertit: siquidem à tertio anno regni
 Ioacim, qui fuit decimus, vt supra dictum est,
 Danieli, vsque ad primum Dariu m Persarum
 regem, qui cognominatus est hystaspis, annos
 centum viginti octo fluxisse, in veris Chrono-
 logiis annotatum est: quibus annis si addas il-
 los decem Danielis, planè conficies, eum ad
C centum triginta octo annos vixisse: cum ei ta-
 men Isidorus non plus centum & decem an-
 nos assignet. De multis & admirandis prodi-
 giis, quæ Daniel ante mortem suam prædixit
 Babyloniis, legenda sunt, quæ Dorotheus in
 Synopsi, & Epiphanius in vita Danielis, scripta
 reliquerunt. Obiit Daniel Babylone, sepultus-
 que est in quadam cæ uerna, regio honore: cu-
 ius mors in Martyrologiis, in die vigesimo
D primo Iulij notata est. Narrat Iosephus li-
 bro decimo Antiquitatum, Daniele m apud
 Ecbatana Mediæ, turrim ædificasse mirando
 artificio, eximiaque pulchritudine: atque ob id
 maximè memorabilem, quòd vsque ad sua tē-
 pora, speciem ea turris exhiberet recentis stru-
 cturæ, quæ si eo ipso die fuisset exædificata.
 Morem autem, inquit, vsque ad suam æta-
 tem

Turris Dan-
 ielis.



tem perdurasse, vt in ea ipsa turri sepelirentur ^A
 Medorum, Persarum, & Parthorum reges, e-
 iusque turris custodia, vni de sacerdotibus gen-
 tis Iudaicæ concrederetur. Iam verò, si Da-
 niel vsque ad tertium Cyri regis annum per-
 uenit, necesse est fuisse eum spectatorem, & si-
 cut credibile est, adiutorem, atque auctorem
 liberationis Iudæorum, & reuersionis eo- ^B
 rum in patriam: hoc quippè accidit primo
 anno regni Cyri, sicut in fine posterioris li-
 bri Paralipomenon, & in principio libri Es-
 dra scriptum est. Quin Theodoretus extre-
 ma verba primi capituli huius libri explanans,
 non dubitanter scribit, Cyrum edoctum à Da-
 niele Prophetiam, quæ de ipso nominatim
 scripta est apud Isaiam capite quadragesimo ^C
 quinto ad donandam Iudæis libertatem, eos-
 que humaniter, ac benignè tractandos, esse per-
 motum. Idem repetit Theodoretus super caput
 vndecimum huius libri.

*Cur Daniel
 soluta captiui-
 tate à Cyro,
 non vnâ cum
 aliis Iudæis re-
 uersus sit in
 patriam.*

SED quæret aliquis, cur Daniel in patriam
 cum suis popularib. non est reuersus? An quia
 eo tempore Daniel iam erat cetenarius? quam-
 obrem nimio confectus senio, defectusque vi- ^D
 ribus, tam longum & laboriosum iter commo-
 dè non potuisset paragere. An potius quia eius
 remansio, & præsentia apud regem, apud quem
 gratia & auctoritate plurimum valebat iuuan-
 dis, promouendisque Iudæorum rebus, multò
 utilior futura erat? An remansit, vt ait The-
 odoretus super decimum caput huius libri, vt
 Iudæorum, qui remanserant quædam plurimi, do-
 ctor

- A. Etor, protector, & defensor esset? Si quis porro de me querat, cur Esdras, qui suam historiam ab anno primo Cyri exorsus est, nullum in ea de daniële, vito multis de causis memorando, verbum fecerit, respondebo, esdræ propositum non fuisse aliud, quàm explicare historiam Iudæorum reuersionis in patriam, simulque quarundam rerum, quæ aut sibi, aut Iudæis post reuersionem, in Iudæa contigissent: &
- B. quia daniel non est cum aliis in Iudæam reuersus, nulla erat ratio, cur mentionem eius historię suæ Esdras insereret. Quætæ verò sanctitatis & sapientiæ Danieli fuerit apud deum & homines existimatio, satis declarauit deus per Ezechielem, apud quem capite decimoquarto sic ait,
- C. *Si fuerint tres viri isti, Noe, Daniel, & Iob, in medio populi istius, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: filios autem & filias suas non liberabunt, sed terra desolabitur.* Quibus verbis, simul exaggerauit deus impietatem Iudæorum, & sanctitatem, atque gratiam, qua daniel apud ipsum pollebat: ea namque est illorum verborum sententia: Tanta est Iudæorum impietas, & vsque aded illis infensus & iratus sum, vt etiamsi daniel, alioqui mihi carissimus, vel pro filio suo, qui esset in isto populo, mihi supplicaret, non essem tamen eum exauditurus. Cur autem isti tres præcipuè nominentur, vide hieronymum super illam locum Ezechielis: Augustinum item super Psalmum 132. & libro secundo Quæstionum Euangelicarum, quæstione 44. de sapientia porro Danielis, luculentissimum dei apud eundem Ezechie-

10 PRÆFATIO IN LIB. DAN.

lem capi. vigesimo octavo extat testimonium, **A**
atque præconium. Incepans enim Deus arro-
gantiam principis Tyri de sua sapientia super-
bè gloriantis dixit ei, *Ecce sapientior es tu Da-
niele? omne secretum non est absconditum a te:* quo
satis declaravit, Danielem fuisse eo tempore
sapientissimum mortalium, eique Deum
secreta sua patefacere solitum. Verùm
hæc nos de Danielis libro præ- **B**
fatos, nihil vltra remorari
debet, quominus librum
ipsum explanare
quamprimùm
aggredia-
mur.

BENED



21

A

B

BENEDICTI
PERERII SOCIE-
TATIS IESV,

B Commentariorum in Danielem,

LIBER I.

CAPVT PRIMVM.

A *IN*NO tertio regni Ioacim regis Iu-
da, venit Nabuchodonosor rex Baby-
lonis in Ierusalē, & obsedit eam, &
tradidit Dominus in manū eius Ioa-
cim regem Iuda, & partem va-
forum domus Dei: & aspottauit ea in terram Sen-
naar, in domum Dei sui: & vasa intulit in domum
thesauri Dei sui. Et ait rex Asphenez preposito eu-
nuchorū, vt introduceret de filijs Istraël, & de semine
regio & tyrannorum, pueros, in quibus nulla esse e-
macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia,
cauos scientia, & doctos disciplina, & qui possent
stare in palatio regis, vt doceret eos literas, & lin-
guam Chaldeorum. Et constituit eis rex annonam
per singulos dies de cibis suis, & de vino, vnde
bibeat ipse, vt enutriti tribus annis, postea starent
in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de fi-
lijs Iuda, Daniel, Ananias, Misaël, & Azar-
ias. Et imposuit eis prepositus eunuchorum nomina:
Danieli, Baltasser, Anania, Sidrach: Misaëli, Mi-
sach: & Azarie, Abdenago. Proposuit autē Daniel

in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de
 vino potus eius, & rogauit eunuchorū prepositum ne
 contaminaretur: dedit autē Deus Danieli gratiam,
 & misericordiam in cōspectu principis eunuchorū.
 Et ait princeps eunuchorū ad Danielē: Timeo ego
 Dominum meum regem, qui cōstituit vobis cibū, &
 potum: qui si viderit vultus vestros macilētiore pra
 ceteris adolescentibus coenis vestris, condemnabit
 caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, quē
 cōstituerat princeps eunuchorum super Daniele,
 Ananiam, Misacē, & Azariam, tenta nos obsecro
 seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumi-
 na ad vescendum, & aqua ad bibendū, & contem-
 plare vultus nostros, & vultus puerorū, qui vescun-
 tur cibo regio: & sicut videris, facies cū seruis tuis.
 Qui auāto sermone huiusmodi, tentauit eos die-
 bus decē. Post dies autē decem apparuerūt vultus eo-
 rū meliores, & corpulētiore pra omnibus pueris, quī
 vescabantur cibo regio. Porro Malasar tollebat ciba-
 ria, & vinū potus eorū: dabātque eis legumina. Pue-
 ris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinā in
 omni libro, & sapientia: Danieli autē intelligētiā
 omnium visionum, & somniorum. Completis itaque
 diebus, post quos dixerat rex, vt introducerētur: in-
 troduxī eos prepositus eunuchorū in cōspectu Na-
 buchodonosor. Cumq; eis locutus fuisset rex, non sunt
 inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Mi-
 sacē, & Azarias: & steterunt in cōspectu regis. Et om-
 ne verbū sapientia, & intellectus, quod sciscitatus est
 ab eis, rex inuenit in eis decuplū super cunctos ari-
 os, & magos, qui erant in vniuerso regno eius: Fuit
 autem Daniel vsque ad annum primum Ciri regis.

LIBER



I B E R Danielis tripartitò
diuidi potest: Partim enim
cōtinet nudas Prophetias,
& visiones, vt capite septi-
mo, octauo, nono, decimo,

Diuisio to-
tius operis,
& capitis
primi sūma.

vndecimo, duodecimo: partim Pro-
phetias, & visiones, simul tamen cum
quibusdam historiis confertas atque
contextas: vt capite secundo, quarto,
quinto, & decimotertio: partim deni-
que nudas historias, velut tertio, sexto,
& decimoquarto. Atque huiusmodi
est caput primum, in quo primò qui-
dem tempus, & occasio captiuitatis
Danielis describitur: tum educatio e-
ius & institutio apud Chaldæos: postea
mirabilis eiusdem abstinencia: ad ex-
tremum facultas interpretandi
somnia mystera
diuinitùs ipsi
concessa.

b 4

Anno

Tres dubita-
tionis;

TR E S existunt hoc loco dubitationes ad intelli-
gentiam horum verborum pertinentes.

PR I M A dubitatio. Hieremias ca. 25. significat pri-
mum annum regni Nabuchodonosor, fuisse quartum
annum regni ioacim: non potuit igitur Nabuchodo-
nosor venire Hierusalem tertio anno regni ioacim, ut
hic dicitur: siquidem eo anno necdum regnare coe-
perat. At verò intelligendum est, primum annum Na-
buchodonosor, coepum esse anno tertio ioacim in-
choato, & quarto item anno eiusdem regis inchoato,
esse finitum: ita ut primus annus Nabuchodonosor,
tertium, & quartum annum ioacim contigerit. Venit
igitur Nabuchodonosor regni sui initio, quod in tertium
ioacim annum incidit. Cum autem manifestè tradat
hoc loco Daniel fuisse tertium annum ioacim, cum
Nabuchodonosor primum venit Hierusalem, satis ex
eo ipso existimari posset errasse Iosephum lib. 10. An-
tiquitatum, & Iosephi vestigia sequutum Auctorem Hi-
storiae Scholasticae super quarto libro Regum, in cap.
trigesimo nono, quippe qui annotarunt primum regis
Nabuchodonosor in Iudaeam aduentum cum octavo
anno regis ioacim contuulisse. Nicolaus etiam de Ly-
ra, & Dionysius Carthusianus hoc loco, dissimili in
errore, sed in errore tamen versantur, affirmantes
hunc tertium annum ioacim non esse numerandum
à regni eius initio, sed ab octavo anno, quo vide-
licet anno tributa pendere regi Nabuchodonosor
coeperat: quae, cum proximo sequenti triennio soluis-
set, tandem undecimo anno regni sui, ea reddere
detrectans, captus & occisus est. Putant enim isti ser-
monem hic haberi de vltima ioacim captiuitate. Sed
quam dura, & violenta sit interpretatio, quem Daniel
simpliciter, & praecise nominat tertium annum Io-
acim, eum annum interpretari, non simpliciter tertium
ab initio regni, sed à principio soluendi tributum, etiam
me tacente, per se lector intelliget. Maneat igitur,
tertio anno ioacim primum venisse Nabuchodono-
sor Hierusalem, & inde vinctum ioacim ductum esse
Babylonem, id quod in li. 2. Paral. c. 36. secundum La-
tinam

Errores Iose-
phi, Historiae
Scholasticae,
Lyran, Cat-
thuliani.

A tinam interpretationem apertè traditur. Namque Hebraea Scriptura, si verbum verbo reddas, hanc habet sententiam (*vinxit eum, vt duceret Babylonem.*) Quod animaduertens Caietanus in commentario eius loci, & ante ipsum Lyranus, dixerunt regem Ioacim vinctum fuisse à Nabuchodonosor, vt duceretur Babylonem: sed postea mutato consilio esse dimissum, imposito tamen e tributò. Idem quoque legitur in li. 2. de Mirabilibus sacrae Scripturae, in c. 29. quod opus etsi ponitur intret libros diuini Augusti, & sub eius nomine citatur à multis, non esse tamen Augustini, apud doctos viros, & minimè dubiis constat argumentis. Porrò in vndecimo anno Ioacim iterum venit Hierusalè rex Nabuchodonosor, & Ioacim dolo captum atq; occisum, extra urbem proiici, & insepultum iacere iussit: quod euenturum illi praedixisse Hieremiã legimus in li. eius c. 22. Idemq; narrat de morte Ioacim in lib. 10. Antiq. Iosephus. Ergò quòd in lib. 2. de Mirabilibus sacrae Scripturae, cap. 29. scriptum est, regem Ioacim in campo Babylonis esse interfectum, vt praedictò Hieremiã vaticinio contrarium planè repudiandum, ac reiciendum est.

S E C V N D A dubitatio. Quorsum memoratur hoc loco tempus captiuitatis regis Ioacim? Facilis est responsio: ideò enim memoratur, quòd manifestum fiat, quo tempore, & qua ex occasione Daniel captus, & Babylonem ductus fuerit: nam cum esset Regij generis vnà cum ipso Rege Ioacim captus, & Babylonem ductus est: aut quòd aliis magis placere video, dimisso rege, obses pro eo regni Babyloniorum datus est, ex quo liquet procul vero esse, Danielem fuisse captum anno octauo Ioacim, cuius sententia paulò superius probatores & defensores citauimus auctorem Historiae Scholasticae, & Nicolaum de Lyra su-

In chronologia, quam sine facili ac lubrico lapsu.

tamen fuit error Iosephi, captiuitatem Danielis cum captiuitate regis Sedechiae coniungentis: cum hanc illa praecesserit non minus annis decem & octo. Vereor dicere, dicendum tamen est: nam & seruandum est

veritati, & hoc tam memorabili exemplo docendus A
lector, quanta in tractandis chronologiis non modò
scientia, sed etiam diligentia, intentioneque ani-
mi, ac memoriæ sit opus. Ecce tibi diuus Hiero-
nymus omnis chronologiæ diuinæ pariter, atque hu-
manæ, quàm qui maximè, doctus ac diligens, in de-
signando tamen captiuitatis Danielis tempore, semel
memoria lapsus est. Is namque scribit super primum
caput Ezechielis Daniele simul cum rege Iechonia,
& Propheta Ezechiele captum esse, & Babylonem ad-
ductum. Atqui constat ex hoc ipso Danielis loco, & ex B
Chronicis Eusebii, quæ Hieronymus Latinè conuer-
tit, Danielis captiuitatem octo annis captiuitate Ie-
choniæ, & Ezechielis priorem fuisse.

TERTIA dubitatio. Cur passus est Deus innocen-
tem sanctumque puerum Daniele pariter cum im-
pio rege Ioaçim in seruitutem abstrahi, iisdemque
malis & calamitatibus affligari: præsertim cum in li-
bro Geneseos cap. 18. scriptum sit, non esse consenta-
neum diuinæ iustitiæ, atque æquitati, vt iustum Deus C
perdat simul cum impio: & Dominus apud Ezechie-
lem, cap. 18. sic loquitur: *Viso ego, quia filius non porta-
bit iniquitatem patris, sed anima qua peccauerit, ipsa morietur.* Non enim apud Deum valet, quod quidam Poëta
dixit, *Quicquid delirant reges, plectuntur Achini.* Respon-
deo Deum sæpenumerò viros sanctos mirabiliter præ-
ripuisse malis, & suppliciiis, quibus puniebat impro-
bos. Nam Noë seruauit ex diluuij exitio, & Loth e-
ripuit ex incendio Sodomæ, Hebræumque populum
à plagis, & calamitatibus Ægyptiorum liberauit. Non-
nunquam tamen finit bonos inuolui malis, & penis D
impiorum. Cur autem mala contingant bonis, cum
sit Dei prouidentia: & Seneca de hoc ipso titulo eru-
ditum ac disertum edidit libellum, & beatus Augu-
stinus in primo libro de Ciuitate Dei à cap. 8. vsque
ad 14. copiosè doctèque disputauit. Nos autem in
præsentia, captiuitatis Danielis tres causas ex ipsa
Dei prouidentia peritas asserre possumus. Prima cau-
sa est, vt Daniel Hebræis, qui erant in illa captiuitate,
esset quasi consultor, doctor, & spiritualis medi-
cus, eiusque auctoritate, & doctrina, exemploque
contineat

Horat. in epist.

Tres causæ
Cur passus sit
Deus innocen-
tem Danielē
in captiuitate
abstrahi.

A continerentur illi in cultu veri Dei, ne ad impias gentium, quibus cum versabantur superstitiones, & idololatrias dilaberentur: & esset quoque calamitatum ac miserationum, quibus in illa seruitute premebatur, consolator, & subleuator, necnon & soluendae captiuitatis procurator, & adiutor. Secunda causa fuit, vt in captiuitate, Danielis nomen nobilius, atque illustrius existeret, nempe multo maiorem dignitatem, ac potestatem, gloriamque adeptus est in captiuitate Daniel apud alienos reges, gentesque barbaras, quam liber, & apud suos consequi vnquam potuisset. Tertiam causam fuisse reor, vt per Danielem apud superbissimos reges, & populos tenebris idololatriae obcaecatos, veri Dei cognitio eluceret, atque innotesceret, quod abudè factum esse per Danielè, non vno loco narratur in hoc libro.

Ioacim regis Iuda.



I O S I A S Rex Iuda quatuor filios reliquit, vt est in priori lib. Paralip. c. 3. Iohanan, & Ioachaz, qui in 3. lib. Esdrae, c. 1. vocatur Iechonias, & in praedicto loco Paralip. c. 22. Tercius filius fuit Mathanias, postea nominatus Sedechias: Quartus fuit hic Ioacim prius dictus Eliachim: appellatus etiam, vt refert Epiphanius Tomo primo sect. 8. Sellus, & Amasias: denique hic ipse vocatur à Matthæo in Genealogia Christi Iechonias, cum inquit: *Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius* Iechonias hic nominatus in Genealogia Christi apud Matthæum, non vnus fuit, sed duo reges.

C nominatur Sellus, quo nomine etiam vocatur à Hieremia c. 22. Tercius filius fuit Mathanias, postea nominatus Sedechias: Quartus fuit hic Ioacim prius dictus Eliachim: appellatus etiam, vt refert Epiphanius Tomo primo sect. 8. Sellus, & Amasias: denique hic ipse vocatur à Matthæo in Genealogia Christi Iechonias, cum inquit: *Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius* in transmigracione Babylonis. Nam posterior Iechonias, de quo mox subditur, & post transmigracionem Babylonis Iechonias genuit Salathiel: alius fuit videlicet filius prioris, dictus in libro quarto Regum, capite 24. & ab Ezechiele cap. 1. Ioacim: ab ipso autem Hieremia cap. vigesimo secundo Iechonias. Esse verò distinguendos in Genealogia Christi hos duos Iechonias, affirmat Epiphanius supradicto loco, & diuus Hieronymus, tam super locum Danielis, quam super illum Matthæi. Idque ratio ipsa ferri cogit: nam nisi duo sunt Iechoniae, non erunt in illa Genealogia Christi, nisi vna, & quadraginta generationes, reclamante ipso Matthæo, qui esse duas & quadraginta testatur. Etenim

si vnus

Ruperti lapsus.

si vnus sit Iechonias, vel in secunda, vel in tertia tesse-
 radecade tredecim generationes numera-
 buntur. Adiice, quod Iechonias, qui habuit fratres, fuit
 Ioacim, qui tres habuit fratres, & horum duos Reges
 Iechonias verò, qui genuit Salathiel, nō nisi vnum ha-
 buit fratrem, qui priori libro Paralip. c. 3. Sedechias no-
 minatur. Rupertus autem in libro suo, quem scripsit in
 Daniele c. 2. lapsus memoria est, hunc Ioacim con-
 fundens cum Ioacim eius filio, & ea scribens, quæ nec
 inter se, nec cum sacra historia congruunt: At enim,
 quæret aliquis, cur Nabuchodonosor vsque eò insen-
 sus fuerit Regi Ioacim, vt eum bello appetitū, captum-
 que, Babylonem duxerit vinctum, ac tandem ignomi-
 niosissima morte necauerit? Et quidem duas eius rei
 causas fuisse arbitror. Nam, quia Ioacim creatus fuerat
 Rex in locum fratris sui Ioachaz à Rege Ægypti, pro-
 pter eam ei Regi vehementer fauebat, & adhaerebat. Erat
 autem Nabuchodonosor hostis acerrimus illius Regis
 Ægypti, perpetuum cum eo bellum gerens. Quamo-
 brem eius fautorem, sectatorēque, & quasi clientē Io-
 acim, insensè oderat, & regno deturbare cupiebat. Alie-
 ra causa, & vero principalior, referri debet ad iustitiam
 Dei, per Nabuchodonosor vindicantis, & punientis
 detestabilem impietatem, & aduersus Dei seruos cru-
 delitatem Regis Ioacim. Is enim Vriam sanctum vi-
 rum, & Dei Prophetam crudeliter interfecit, sicut legi-
 mus apud Hieremiam c. 26. quā ipsum quoque Hie-
 remiam occidere voluit, & vaticiniorum eius librum
 scalpello scindi & igni cremari iussit, vt ipsemet Hie-
 mias memorat c. 36. His addunt auctor historiae Scho-
 lasticæ, Lyranus, & Hebræi, in cadauere ipsius reperta
 esse inusta stigmata, & impressas notas esse, quæ erant
 veluti insignia variorū Deorū, quos impius ille rex co-
 lebat, ac venerabatur. Atque hoc illi significari putant
 in 2. lib. Paralipom. c. 36. illis verbis: *Reliqua sermonum
 Ioacim, & abominations eius, quas operatus est, & que in-
 uenta sunt in eo. Illud, & que inuenta sunt in eo, id, quod
 diximus de variis Deorum insignibus corpori eius
 impressis, indicare existimant.*

Impietas, &
 crudelitas Re-
 gis Ioacim.

Veni

*Venit Nabuchodonosor Rex in Hierusalem,
& obsedit eam.*

DE rege Nabuchodonosor, utia, quæ non nihil difficultatis simul, & curiosæ cognitionis habent, paucis expedienda sunt. Ac primò quidem, cum duos legamus in Scriptura reges, vocabulo Nabuchodonosor appellatos, alterum hoc loco cuius etiam frequens mētio fit in extremo lib. 4. Regum, & apud Hieremiam, atque Ezechielem, à quo videlicet Iudæi maximis calamitatibus obruti sunt; alterum verò in lib. Iudith, declarandū breuiter in præsentia est, an vnus fuerit, idemque rex: an verò diuersi. Sed fuisse diuersos, quatuor argumentis probari potest. Principiò, Rex Nabuchodonosor nominatus in libro Iudith, æqualis fuit Arphaxad regis Medorum, qui condidit Ecbatana, cuius vrbis amplitudo & magnificentia describitur in exordio libri Iudith: hunc autem Arphaxad conditorem Ecbatanorum, Herodorus libro 1. appellat Deiocem, quem primum facit Medorum regem. Is verò, secundū Herodoti chronologiam, annis centum quinquaginta regnavit ante Cyrum. At verò Nabuchodonosor, cuius hic fit mentio, minùs nonaginta annis ante Cyrum regnare cœpit. Deinde in libro Iudith, scriptum est illum Nabuchodonosor regnasse in Ciuitate Niniue: hunc autem Nabuchodonosor, post euersam Niniuem regnasse Babylone, ex quarto capite lib. Danielis, & ex priori libro Iosephi aduersus Appionem satis constat. Ad hoc, ille anno decimotertio sui regni misit Principem, ac Ducem militiæ suæ Holophernem, cum numerosissimo, ac validissimo exercitu, vt imperio ipsius subiugaret, cum alias gentes, tum Iudæos, quibusque ad id temporis sub eius ditione non fuerant. Huius verò Nabuchodonosor anno decimotertio, iam ter Iudæi fuerant ab ipso capti, & sub ipsius dominatum subiecti. Denique post annum primum illius Nabuchodonosor, hoc est, post victoriam Iudith, traditur in eo libro, Iudæos longissimo tempore magnatur in pace, & tranquillitate esse versatos. Atqui ex Sacris literis liquet, anno decimonono huius Nabuchodonosor

An hic Nabuchodonosor alius fuerit, quàm is, cuius mentio fit in libro Iudith,

Vter Nabuchodonosor fuerit prior: hic Danielis, an ille Iudith.

donosor, eueris Hierosolymis, incensoque templo, & Iudæos ex patriis sedibus abstractos, Babylonem esse ductos, atque inibi acerbissimam septuaginta annorum captiuitatem pertulisse. Patet igitur, fuisse duos illos Nabuchodonosor, planè distinctos, & diuersos reges. Sed vter prior, & antiquior fuerit, secundo loco dispiciendum est. Illum Nabuchodonosor Iudith, fuisse hoc Danielis posteriorem, quidam existimant. Isidorus lib. 6. Etymologiarum, illum Iudith, regnasse significat durante Babylonica captiuitate. Diuus B Augustinus lib. 18. de Ciu. Dei. c. 26. eundem regem regnantem fecit tempore Cyri: Eusebius in Chronicis, & Beda in libro, de sex ætatibus mundi, Nabuchodonosor Iudith, putant fuisse Cambysem Cyri filium, & secundum Persarum regem. Verùm enim verò, istos refellere videtur, tum ratio ipsa temporum, tum etiam diuinæ Scripturæ narratio. Etenim in libro Iudith narratur, eo tempore sterisse templum, & urbem Hierosolymitanam: Iudæos item multas tenuisse vrbes munitas, fuisseque tunc Pontificem Iudæorum Eliachim, seu Ioacim. At verò, tempore Cambyssis, aut Cyri, multoque minus durante captiuitate, nec vrbes, nec templum ædificata erant, & vsque ad Dariū Hystaspis, apud Iudæos ex captiuitate reuersos, Pontifex fuit Iesu, seu Iosue filius Iosedech, vt legitur in libro Esdræ, & apud Zachariam. Nihilò magis probabile est, quod opinatur Sulpitius in libro secundo Sacræ historiæ, illum Nabuchodonosor Iudith, fuisse Artaxerxem, seu Darium Ochum penultimum regem Persarum. Hic enim rex plus ducentos annos fuit post reditum Iudæorum ex Babylonica captiuitate: cum tamen in libro Iudith, clarè significetur, fuisse eo tempore Iudæos recens ex captiuitate reuersos. Quapropter similis vero est, illum Nabuchodonosor fuisse hoc Danielis priorem: & historiæ Iudith ad tempora Manassæ regis Iudæ pertinerè. Eo namque tempore rex Manassæ captus, multique cum Iudæis Babylonem ductus est: eodemque tempore Pontificem fuisse Eliachim, seu Ioacim, ex sacra historiâ colligi potest. Et quia tunc rex Manassæ aberat, captiuus Babylonem ductus, propterea in libro Iudith nullius

Quo tempore contigerit historia Iudith.

A nullius Iudæorū regis nomen annotatur. Fuisse autem tempore Manassis, & urbē direptam, & templū aliqua ex parte incensum ac dirutum, historia regis Iosifæ, qui tertio anno post obitum Manassis, iniuit regnum, non obscure demonstrat. Verumtamen non est huius loci subtilius & accuratius de tempore Iudith disputare. Est enim quæstio admodū litigiosa, longiorem ac diligentiorē tractationem deposcens.

R E S T A T VI tertio loco, annos imperij Nabuchodonosor percenseamus, insigniora eius regis, pro vt suo quodque tempore accidit, indicantes. Anno tertio vel quarto Ioacim, Nabuchodonosor regnare exorsus, venit Hierosolymam, captumque & vinctum Ioacim vna cum Daniele, aliisque duxit Babylonem: vt traditur hic, & apud Hieremiam cap. 46. Tunc etiam regem Ægypti debellauit, vt prædicto loco significat Hieremias, & refert Iosephus libro 10. Antiq. Anno septimo aggressus est obsidere Tyrum, atque in ea obsidione per 13. annos perseverauit: sicut narrat Iosephus priori lib. contra Appionem, idemque innuit Ezechiel a c. 26. vsque ad 30. Anno regni sui octauo, regem Iuda Ioacim, dolo captum, ignominiosa morte necauit: in cuius locum filium eius Ioacim regem substituit: quem tamen post tres menses regno amouit, suscepto in eius locum Sedechia: veluti scriptum est in libro quarto, Reg. cap. 24. Anno vndecimo, venisse ad Nabuchodonosor Babylonem, Sedechiam regem, proditum est in c. 51. à Hieremia. Anno 19. captis destructisque Hierosolymis, incensoque atque euerso templo, Iudæos abstraxit in seruitutem Babylonicam: quemadmodū narratur in libro 4. Reg. cap. 25. Anno 23. victo Ægypti rege, latæque vastata regione, Iudæos, qui illuc confluxerant, Babylonem traduxit: hoc refert Iosephus libro 10. Antiq. idemque Hierem. c. 43. & Ezech. 32. insinuant. Anno 25. obrigit ei visum illud & somniū statuar, quod infra c. 2. memoratur, cuius sententiæ auctorem Iosephū in lib. 10. Antiq. sequutus est in comment. 2. c. Hieron. Post hæc, erexit sibi auream statuam insitæ magnitudinis, quā iussit ab omnibus adorari: tūc accidit miraculū triū puerorū. Cōsequēti tēpore transf

Breuis chronologia rerū gestarū regis Nabuchodonosor.

formatus

Quot annos
regnauit Na-
buchodonoso-
for.

formatus in belluam, vitam egit, modo rituque ferarum, planè ferinam, per septem annos; quibus expletis, menti regnoque restitutus, regnauit felicissimè, tribus & quadraginta annis in imperio completis, atque hoc traditur à Iosepho libro decimo Antiquitatum, & priori libro aduersus Appionem, & item ab Eusebio in libro nono de Præparatione Euangelica, cap. 4. Quod etiã videtur elici posse ex lib. 4. Regum; in cuius libri vigesimo quarto capite traditur regem Nabuchodonosor anno regni sui octauo Iechoniam traduxisse Babylonem; in capite autè vigesimo quinto scriptum est, primum annum regni Euilmerodach, qui proximè in regnum successit patri suo Nabuchodonosor, fuisse trigesimum septimum annum transmigrations Iechonix. Obierat igitur Nabuchodonosor trigesimo sexto anno transmigrations Iechonix, in cuius tamen transmigrations exordio, octauum ipse agebat imperij annum: quapropter omne regni eius tempus tres & quadraginta plenos atque integros annos complexum est.

Et abstulit partem vasorum domus Dei, & intulit ea in domum thesauri Dei sui.



Cur permittat
Deus res sa-
cras, sibi que
dicatas, & ab
impiis plerū-
que contami-
nari, & cum
sui nominis
contumelia
tractari,

ARTIS apparet, fuisse in hoc rege non nihil moderationis, non nihil item erga Deum pietatis: moderationis quidem, quòd non omnia vasa, sed partem tantum abstulerit; pietatis verò, quòd ea, vt sacra, diuinoque cultui dicata, non profano vsu polluerit, sed in templo Dei sui religiosè custodienda posuerit. Ter autem rex Nabuchodonosor sacra vasa ex tēplo Hierosolymitano sustulit: primum in captiuitate regis Ioacim: secundum in captiuitate filij eius Ioacim, seu Iechonix: postremum in captiuitate regis Sedechix. Cæterum, cur passus est Deus vasa sacra, suoque obsequio, & cultui addicta, tolli è templo suo, & à rege impio in idolorum fano collocari? Quatuor eius rei causas suppeditat nobis diuina Scriptura. Primo, id fieri Deus voluit, in vindictã, & pœnã Iudæorum: magna

A magna enim populi, si verè æstimeretur, poena est, rebus sacris priuari, id quod Azarias indicauit in oratione sua, quæ in tertio capite huius libri commemoratur. Postea, eorum vasorum amissione, significauit Deus, se propter Iudæorum scelera, etiam res suas, sibi que dicatas quodammodo repudiare, & abicere: nam vt scriptum est in posteriori Machabæorum lib. cap. 5. non elegit Deus gentem propter locum sacrum, sed locum propter gentem, in sensus igitur genti, nonnunquam aduersus res sacras iram & indignationem suam ostendit, quasi res illæ sceleribus populi infectæ, & flagitiorum eius participes essent. Quapropter per Isaiam c. 1. dixit Dominus, nauseare se, atque abominari Iudæorum festiuitates, & sacrificia, videlicet ob eorum impietatis atque improbitatis magnitudinem. Deinde voluit Deus ostendere inanem & fallacem fuisse fiduciam Iudæorum, qui sanctitate legis Mosaicæ, templique religionis, ac rerum sacrarum veneratione confisi, stultè, utos se, atque ab omni malo immunes fore confidebant. Istiusmodi hominibus per Hieremiam

C capite septimo, dixit Deus, *Nolite considerare in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum Domini, templum Domini: si enim bene vixeritis, habitabo vobiscum in loco isto: si autem iniquè feceritis, faciam huic loco, super quo inuocatum est nomen meum, & in quo vos fiduciam habetis, sicut feci Silo. Ad extremum, vasa illa passus est auferri Deus, quod per ea vasa sanctissimum nomē suum atque incomparabilem potentiam & maiestatem apud Babylonios clarissimis, maximèque admirandis signis declarare volebat. Etenim traditur in quinto capite huius libri, cum rex Baltasar in conuiuio, hæc Dei vasa impurè & contumeliosè tractasset, subito visam ipsi esse manum in pariete scribentem: quæ scriptura, & ipsius regis interitum, & regni excidium portendebat. Simile quid legitur in libro primo Regum capite quinto de arca Dei à Philistæis capta. Adnotauit hoc loco Hieronymus, & philosophos quondam & postea hereticos, imitatos esse quodammodo hunc regem Nabuchodonosor. Nam & ipsi sacra vasa, id est, veras sententias, sanæque dogmata ex*

templo Dei, hoc est ex diuina Scriptura furati posue-
runt in templo sancti sui, hoc est, posuerunt in templo
suorum idolorum, id est, impiis & fallacibus scriptis
suis inseruerunt, sed multis tamen fabulis, erroribusq;
deformata & contaminata.

Et ait rex Asphenez preposito eunuchorum.

Ad quos vsus
quondam
principes ha-
buerint eunu-
chos,



MAENO in pretio & vsu apud princi-
pes fuisse olim eunuchos, ex diuinis
& humanis historiis perspicue intel-
ligitur. Etenim apud quosdam prin-
cipes fuere in amoribus & deliciis, tur-
pissimo corporis obsequio. Præcipuum
tamen eunuchorum munus & cura, erat custodia re-
giarum concubinarum. Vide librum Esther in capite
secundo. Nonnulli porro cubiculis principum erant
præfecti: tali munere apud Holofernem sanctum
esse Vagao eunuchum legimus in libro Iudith ca-
pite duodecimo. Alij præpositi erant palatio, prin-
cipisque ministrantium & seruentium regibus: ta-
les habuisse Assuerum septem eunuchos, in primo ca-
pite libri Esther scriptum est. Eunuchis præterea man-
dabatur cura & custodia thesaurorum: vnde in actis
Apostolorum capite octauo, traditur, eunuchum,
qui baptizatus est à Philippo, super omnes gazas re-
ginæ Candacis fuisse constitutum. Quinetiam legi-
mus quosdam eunuchos belli duces, principes
militiæ regum fuisse: nam & rex Sedechias principem
sue militiæ habuit eunuchum, vt Hieremias scribit
capite quinquagesimo secundo, & Pharaon rex Ægypti,
Phutipharem dominum Iosephi belli principem habebat,
vt est in libro Geseseos capite 39. Apud Ochum
quoque Persarum regem plurimum auctoritate & po-
tentia valuisse Bagoa eunuchum & Diodorus Siculus
libro 16. & libro 11. Iosephus narrat. Epiphanius in
Heresi quinquagesima octaua, commemorat sectam
eunuchorum, qui ad capeffendum cœlorum regnum,
necessarium putabant quemque fieri eunuchum: per-
peram fortasse intelligentes illud domini dictum, quod
est apud Math. c. 19. *Sunt eunuchi, qui se castrauerunt pro-
pter re*

Hæresis eunu-
chorum.

A pter regnum eorum: & quod est apud Isaiam cap. 56. vbi Deus eunuchis amplissima præmia pollicetur.

Q U I D A M, Danielelem fuisse eunuchum ex hoc loco argumentantur: nã si rex, inquit, mandauit præposito eunuchorum, vt de pueris Hebræis, leuissimos assumeret, qui aliquandiu lingua, literis, & moribus Chaldæorum præculi, postea versarentur in palatio, ipsique regi ministrarent, horum autem puerorũ vnus fuit Daniel, hinc planè conficitur, eum fuisse eunuchum: alioqui sub cura præpositi eunuchorum is non fuisset. Addunt & illud argumentum, Isaiam c. trigessimono prædixisse regi Ezechie aliquos de posteris eius, fore seruos & eunuchos regis Babylonis, quod præcipuè completum fuisse in Daniele plerique tradiderunt. Hoc sentit Iosephus in libro decimo Antiquitatum, idémque arbitrantur Hebræi, eandémque opinionem sequitur Origenes in quarta Homilia super Ezechielem, Simon item Metaphrastes in vita Danielis, & Zonaras in primo tomo Annalium, nec non & beatus Hieronymus in primo libro aduersus Iouinianum, quanquam hoc loco dubitanter ea de re loqui videatur. Veruntamen, argumentum ex nomine eunuchi sumptum, non cogit fateri Danielelem fuisse re vera eunuchum, hoc est castratum. Nam, quia primùm eunuchi intima, nec nisi fidelissimis credenda, regum ministeria tractabant, propterea factum est, vt postea qui eadem munera obibant, nomen eunuchorum retinerent, & si verè non essent eunuchi, quod probari posset argumento Phutipharis eunuchi principis militiæ Pharaonis, quem in libro Genes. cap. 39. vxorem habuisse legimus. Quapropter Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in vita Danielis, negant eum fuisse verum eunuchum, sed propter virginalè oris verecundiã atq; modestiam, animúmque ab omni libidine alienissimum, atq; integerrimum, vulgo existimatum fuisse velut eunuchum. Huic sententiæ subscribit Lyranus, in quã etiã inclinare videtur Cathusianus: ad eius opinionis probationem illud afferetes, quod hoc loco dicatur præpositum eunuchorũ, ex mandato regis, elegisse pueros, in quibus fuit Daniel, decoros ac formosos, & sine vlla macula & vitio: quod in

An Daniel fuerit eunuchus.

eunuchos minimè quadrat. Verum neque hoc argu-
 mentum satis firmum est: illis enim verbis non aliud
 significatur, quàm non quoslibet sine delectu factos
 esse regis eunuchos, sed eos duraxar, qui essent: prius
 claritate generis, robore corporis, formæ pulchritu-
 dine, ingenijque prestantia eximij. Durare verò e-
 tiam eunuchis ad aliquod tempus formæ decorem,
 & quendam pulchritudinis florem, eò liquet, quod in
 deliciis erant principibus, non nisi delicatas & exqui-
 sitas libidinum voluptates consectantibus. Verum e-
 nimvero, siue Daniel fuerit eunuchus, siue non fue-
 rit, illud cerè confessione omnium constat, eum per-
 petuò colluisse atque illibatam seruasse virginita-
 tem. Quin Damascenus libro quarto de Fide ortho-
 doxa, cap. 25. affirmat propter excellentem castitatis
 virtutem, & Danielem à leonum sæuitia, & tres pue-
 ros ab incendio fuisse inuiolabiles. Nec officit huic
 sententiæ quod legitur apud Ezechielem capite 14.
 dixisse Deum etiam si Noè, Daniel, & Iob pro libera-
 tione filiorum suorum, qui essent in medio populi
 Hebræi, supplicarent ipsi, se tamen eos nequaquam
 exauditurum: quo significari videtur, Danielem ha-
 buisse filios, hoc dico non obstare: nam quod dicitur
 de filiis, vel accipiendum est quasi dictum sit ex
 hypothesi, si illi videlicet haberent filios, constat e-
 nim filios Iob non fuisse ex populo Hebræo. Voca-
 bulo igitur filiorum, denotatur eò loco res homini
 intima, & carissima, quæque illi omnium maximè
 cordi & curæ sit. Vel dictum illud de filiis, non est re-
 ferendū ad singulos illorū triū, sed satis est vt relatum
 ad plures, scilicet ad Iob, & Noè, verū esse inueniatur,

Danielis fuit
 virgo.

Explicatur lo-
 cus Ezechielis
 cap. 14.

Cur Daniel ab-
 stinuit à cibis
 regis.

*Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur
 de mensa regis.*



POTERAT Daniel vescendo cibus
 regis, tribus modis pollui. Primò,
 quia, vt ait Theodoretus, & Lyranus,
 in epulis regalibus multa erant ex iis,
 quæ libabantur, & immolabantur ido-
 lis & cum inuocatione illorum. Deorum sumebantur,
 ita vt qui ea comederent illius superstitionis secta-
 tores

A fores & participes viderentur. Deinde, quia fieri non potuit, quin inter cibos illos regios, essent aliqui Mosaisca lege vetiti, velut erant porcinae carnes. Talium autem ciborum esus polluisset Daniele non per se suaque natura, sed propter legis, qua interdictus erat violationem. Denique delicatiorum ac suauium ciborum vsus, officere poterat integritati mentis, & cordis munditiae, animúmque impuris libidinum oblectamentis inquinare, Eximium profecto & admirandum fuit hoc Danielis in puerili aetate, tantae continentiae, & legis Dei obseruantiae exemplum, ideóque ab omnibus antiquis patribus, qui de ieiunij & abstinentiae laudibus scripserunt, vsurpatum, summisque laudibus celebratum.

Sed intelligendum est, quatuor esse genera vitiosae ac damnandae abstinentiae: vnum fuit, quorundam philosophorum, vt Pythagorae, Empedoclis, Apollonij Tyanæi, & Porphyrij, qui propterea esum animalium damnabant, quod putarent etiam in brutis inesse animam rationalem, eamque se in varia corpora induere non hominum modo, sed caterarum etiam animalium: lege Philostratum in vita Apollonij, Laertium in Pythagora, Porphyrium in libro de Abstinentia, & item duas Plutarchi orationes de Abstinentia ab esu carniuum. Alterum genus abstinentiae fuit quorundam haeticorum, qui ob eam causam abstinendum à carnibus esse docebant, quod dicerent eas per se malas & execrandas esse, & à malo quodam principio conditas: cuius erroris auctores fuere Marcion, Tatianus, Encratitae, & Manichæi: contra quos lege quae scripsit D. Paulus in priori Epistolas ad Timotheum cap. 4. & quae in Canone 50. ac 52. Apostolorum sancita sunt: Decreta item conciliorum Ancyran, Gangrensis, primi Toletani, primique Bracharensis, & quae scripsit Epiphanius confutando haesim 42. 47. 66. ad extremum multa quae Augustinus scripta reliquit in libris quos edidit contra Manichaeos, praesertim autem contra Faustum Manichaeum. Tertium genus abstinentiae sequuti sunt quidam in exordio nascentis Ecclesiae dicti sudaizantes: qui arbitrabantur, etiam post Christi aduentum, publicatumque Euangelium, abstinentiam ciborum, quos lex

Mosis vetabat, esse necessariam. Horum errorem, quæ A
 scripta sunt à Diuo Paulo in Episto. ad Roman. capite
 14. & quæ prodita sunt in Actis Apostolorum c. 10.
 & 15. manifestè redarguunt. Quartum abstinentiæ
 genus coluere olim, hodièque colunt multi peruersa
 ratione atque animo studentes abstinentiæ, Quippe,
 vel errore opinionis, existimant summam perfectio-
 nis Christianæ in vnius abstinentiæ cultu, & exerci-
 tatione contineri, vel per abstinentiam, hominum
 laudem, & honorem aucupantur, vel existimatione
 abstinentiæ, comparato sibi apud homines nomine
 ac fama sanctitatis, praua consilia, falsaque dogmata B
 incautis, & simplicibus persuadere conantur: vel deni-
 que cum deficiat illos prudentia, sine modo absti-
 nentiam tractant, scilicet magno rerum vtiliorum,
 & meliorum impedimento ac detrimento.

PERFECTA igitur abstinentia: quæ laudatur in Ec-
 clesia Catholica, quæ placet Deo, quæ homini prodest,
 ea ceteretur, quæ propter bonum finem suscipitur, mo-
 deratè, ac prudèter exercetur. Huius verò abstinentiæ
 suscipiendæ colendæque octo laudabiles causæ esse pos-
 sunt. Prima causa, ad mitigandam, & placandam iram C
 Dei sceleribus hominum aduersus ipsos homines pro-
 uocaram, & incensam. Secunda, ad impetrandum ali-
 quid à Deo. Tertia, ad imitandam Christi Domini at-
 que sanctorum Apostolorum & aliorum abstinentiam.
 Quarta, ad satisfaciendum Deo pro peccatis suis at-
 que alienis. Quinta, ad arcendas superandæque diabo-
 li tentationes. Sexta, ad futura, & imminetia pecca-
 ta malaque præcauenda. Septima, ad frangendas cu-
 piditates, & carnis aduersus spiritum rebellantis vites
 contundendas, & ad appetitiones inferioris animæ D
 partis, obsequio rationis, ac diuinæ legis subiicien-
 das. Octaua, quo solutior, vegetior, & alacrior sit ani-
 mus ad omnium virtutum exercitationem & ad medi-
 tationem studiumque rerum cælestium propensior at-
 que incitator: Atque ob has ipsas causas, legem ab-
 stinendi à certis ciborum generibus, & statis anni tē-
 poribus ieiunandi, sapienter & vtiliter sanxit Eccle-
 sia. De differentia vero, quæ est inter Catholicorum, &
 piorum hominum, atque hæreticorum ac philosopho-
 runi

Octo causæ
 laudabiles co-
 lendi abstinē-
 tiam.

A rum abſtinentiam, lege Auguſtinum lib. 30. contra Fauſtum Manich. capite 5. & in libri. de Moribus Manichæorum cap. 13. Theodoretū quoque in Eptome diuinorum decretorum ca. de Abſtinentia, denique B. Bernardum ſuper Cantic. ſerm. 66. Epiphanius porro in lib. de Compendiaria doctrina Catholice Eccleſiæ, fuiſſe olim docet in Eccleſia, eorum qui profitebatur abſtinentiam, diuerſa genera, & quaſi varios gradus. Quidam tantummodo abſtinebant à carnibus quadri-

Septem gradus abſtinentiæ quæ olim in Eccleſia colebantur.

pedum; multi ab omni carne animalium: nonnulli etiã ab ouis, nonnulli à piſcibus, aliqui ab omnibus lacticiis: nec deſuerunt qui nullis rebus coctis veſcerentur: denique erant qui etiã à pomis, & arborum fructibus abſtinerent. Hæc igitur ſeptem abſtinentium genera floruiſſe quondam in Eccleſia narrat Epiphanius.

CÆTERVM, quanta omni tempore, & apud omnes gentes, laus, honos, & admiratio fuerit eorum, qui ſingulaſi aliqua cibi poruſque abſtinentiã exceluerunt, ſiue ea fuerit vera, ſiue falſa, & ſimulata abſtinentia, ſi quis ſuperiorum temporum memoriam

Quanta fuerit omni tempore & apud omnes gentes, abſtinentiæ laus.

repetat, facile intelliget. Proditum eſt à Xenophonte, & Cicerone, antiquos Perſas, ad panem nihil aliud, quàm naſturtium adhibere ſolitos. Chereſimus Stoicus vir eloquens dixit piſces Ægypti ſacerdotes carnibus, vino, ouis, & lacte ſemper abſtinuiſſe: quin etiã ipſo pane, non niſi raro veſci conſueuiſſe: vitelicet quo purius, intentius & acrius diuinis rebus vacare, ardoremque libidiniſtrefringere poſſent: reſpondemq; inquit, quo redundantium humorum incommoda ſanarent, ac penitus tollerent, bidui ac tridui inediã læpenumero ſuſtinuiſſe. Eſſentioſ, quorum mirandos mores, & inſtituta narrat Philo, Iosephus, & Pli-nius, vini, & carniū perpetuo continentiffimos fuiſſe legimus. Quamotrem Porphyrius in libro de Abſtinentiã ab eſu animalium, eos, inquit, fuiſſe interritos atque intrepidos ad mortem pro patriis legibus lubundã, & pleroſq; ipſorum diuino affuatos ſpiritu, vates extitiſſe. Eubulus narrat tria fuiſſe apud Perſas Magorum genera: quorum primos, qui maximè ſapietes, & eloquẽtes exiſtimabatur præter farinam, & olera, nihil eſuſſe. Bardeſanes Babylonius tradit, apud Indos fuiſſe Gymnoſophiſtarum

Epicurus laudatur abstinētia.

alios quidē Brachmanas, & alios amanæos: autem tantæ continentia, vt folis arborum pomis iuxta Gangem fluium, & publico orizæ, & farina cibo alerentur. Eutripides, in Creta, Iouis vates, non tantum carnibus sed omnibus etiam quæ cocta essent abstinuisse dicitur. Xenocrates, de Triptolomæi legibus, apud Athenienses tria dumtaxat præcepta in templo Eleusinae mansisse dixit, venerandos Deo, honorandos parentes, abstinendum carnibus. Longum esset de continentia Pythagoræ, Socratis, Antisthenis, Diogenis, Apollonij Tyanæi dicere. Vel ipse Epicurus patronus voluptatis, summis laudibus extulit continentiam, affirmans, etiam ad iucundè ac suauiter viuendum, tenuitatem victus conferre plurimum: & in epistolis suis restatur se aqua tantum, & pane vesci solitum: in quadam verò epistola ad amicum suum, rogat eum, vt mittat ad se paululum casei, vt cum libuerit, paulo lautius epulari possit. Dicaarchus in libris Antiquitatum, & in descriptione Græciæ, confirmat, rege Saturno, non carnibus, sed herbis, & arborum fructibus, & sponte terra nascentibus homines vesci solitos. Lege multa quæ in hanc sententiam scripsit Plutarchus in duabus de esu carniū orationibus. Sed in primis legendus est D. Hieronymus in lib. 2. aduersus Iouinianum, vnde nos magnam partem superiorum exemplorum huc transfulimus. Sed antiquitas, & nobilitas abstinētiæ clarius elucet in sacra Scriptura in qua legimus ante diluuium, nullum fuisse apud homines vsu carniū, commendatur item Nazariorum, & Rechabitarum abstinētia: prædicatur duplex Moysi quadragenarium ieiunium, & vnum Heiic totidem dietum: D. Sacerdotibus quoad ministeria templi tractabant, vsu vini & omnium, quæ possunt ebrium facere, lege diuina interdicebatur. Iudith, Esther & Machabæi, admiranda illa, & omnium memoria seculorum dignissima facinora, virtute abstinētiæ præparati, & præmuniti pararunt: septem pueris Machabæi mortem acerbissimis tormentis productam, esui porcinae carnis, propter diuinæ legis obseruantiam, prætulerunt. In nouo testamento tanta fuit Ioannis Baptistæ abstinētia, vt is diceretur nihil comedere nec bibere: ea virtus, quam

A quam sibi placeret, quamque in suis sectatoribus caram esset habiturus, satis quadragenario suo ieiunio Christus Dominus declarauit. Incredibilia uidentur que prodita sunt de abstinentia Pauli, Antonij, Hilarionis, Martini, & innumerabilium Monachorum, nisi h' s Athanasij, Hieronymi, Sulpitij, & Cassiani auctoritas fidem astruxisset. Verum haec nos dicta de excellentia continentie, satis in presentia lectori esse debent.

B *Tenta nos obsecro diebus decem.*



N libr. Iud th capit. 8. Ozias princeps Bethulienfis populi grauissimis uerbis à Iud th reprehenditur, quod populis suis, quinque dierum tempus praesidiuisset, post quos, nisi aliunde subsidium ipsis praederetur, se ipsos dederent Assyriis. Reprehensus est autem à Iud th, quod imprudenter, & temerarie egisset, scilicet, tentans Deum, praescripto ipsi ad optulandum tempore: *Et qui estis uos, inquit, qui tentatis Dominum? non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis uos tempus miserationis Domini, & in arbitrio uestrum diem constitulistis ei?* At enim uero, Daniel non imprudencia, vel temeritate aliqua, sed, ut hoc loco, inquit Hieronymus, fidei magnitudine, firmissimaeque diuini auxilij fiducia, decem illos dies praestituit certum habens fore, ut Deus apud illam gentem barbaram, miraculo aliquo declararet, quam sibi gratia esset legis suae obseruantia, & quam singularem ipse curam eorum haberet, qui abstinentiam, ipsius causa, religiose colerent. Circa illud quod subditur. *Apparuerunt uultus eorum meliores praeter omnes uultus, qui uescabantur cibo regio, animaduertendum est, etiam naturali atque humana ratione fieri posse, ut qui parco ac uili utitur victu, pinguior, robustior & formosior sit, quam alius laute ac delicate uiuens: vel propter longissimam, & usque à puero seruata[m] parcè ac tenuiter uiuendi consuetudinem: vel ob singularem temperamenti corporis, quam vulgus nominat complexionem, firmitatem, atque bonitatem, vel propter temperiem, & salubritatem*

An Daniel tentauerit Deum

Quinque causas propter quas possit naturaliter fieri, ut quis uili ac tenui uiuens uel si robustior & uegetior quam alius laute ac delicate uiuens.

cali: vel propter frequentiam, sed moderatam tamen A
 exercitationem, vel denique propter vitæ bonitatem,
 & iocunditatem, atque animi tranquillitatē, omnium-
 que molestiarum vacuitatem. Nam vt in lib. Prover.
 c. 17. scriptum est, *Gaudens animus aetatem floridam facit*
spiritus autem tristis exsiccat ossa. At verò opinior, fir-
 mior, & formosior corporis habitus, qui ex tali tan-
 taque cibi abstinentia Danieli accidit, ad nullam præ-
 diditarum causarum vere potest referri. Etenim Da-
 niel intra illos decem dies, paucior ac vilior, quàm
 antea cibo utens, non tantùm aliis pueris abundan- B
 ter, & exquisitè epulantibus, sed etiam seipso robustior
 & pulchrior exiit, nimirum memorando in primis
 exemplo, non perhorrescendi abstinentiam, quasi ea
 sanari robori, ac pulchritudini corporis aduerfetur,

*Pueris autem his dedit Deus scientiam in
 omni libro, & sapientia.*

Abstinentiæ
 fructus.

An scientia
 omnis doctri-
 næ Chaldæo-
 rum, quam
 Deus Danieli,
 & sodalibus
 eius dedit, fue-
 rit naturalis,
 in supernatu-
 ralis.

ECC E tibi, quantus fuerit abstinentiæ fructus,
 quanta merces: illi eximianuerunt cibus ventrem: C
 Deus multiungi, & quæ supra caput hominum est,
 doctrina eorum mentes releuit. Enimuerò, tempe-
 rantia cibi ac potus mirificè conducit ad comparan-
 dam sapientiam, eam maximè, quæ à Deo donatur: ip-
 se enim dixit per Isaiam c. 28. *Quem docebit scientiam?*
*quæ intelligere faciet auditur ab lactatis à lacte, auulso ab vbe-
 ribus.* Et Salomon in c. 2. Eccles. ita reliquit scriptum,
*Cogitauit in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt ani-
 mum trãfferem ad sapientiam, deuitaremque stultitiã.* Com-
 paratio autem eius doctrinæ, qua tres illi sanctissimi D
 pueri habuerunt, intelligentes omnia, quæ erant in li-
 bris Chaldæorum, omnemque forum sapientiã per-
 callentes, partim fuit naturalis, & humana, partim di-
 uina, & supernaturalis. Humana quidè fuit quia natu-
 ralis rationis facultate ingenijque bonitate, omnem
 Chaldæorum disciplinam consequi poterant: liqui-
 dem ea, vim, & captum humanæ mentis nequaquam
 superabat. Vti præterea sunt ad eam perdiscendam,
 summis Chaldæorum magistris, atque doctoribus,
 ex mandato enim regis, vt supra dictum est, nobiles
 illi, & qui electi fuerant pueri, literas, & linguam
 Chaldæo-

- A Chaldæorum edocebantur. Nec defuit tempus ad discendum, præfinito in id à rege integro triennio. Fuit nihilominus tamen etiam diuina eiusmodi doctrinæ adeptio: nam & plenius, atque perfectiùs illi pueri quàm cæteri omnes eam doctrinam perceperunt, & super ea, quæ à Chaldæis docebantur, alia quamplurima cognouerunt, breuius item, quàm naturali ratione consequi potuissent, eam sunt adepti. Neque enim ad persoscenda omnia, quæ in omnibus libris, cunctaque Chaldæorum disciplina continebantur, trium annorum tempus esse satis potuisset. Diuino igitur, & quod supra humanam esset facultatem auxilio, sunt adiuti. Quemadmodū vehemens lapidis in locum inum deiectio, partim est motus lapidi generalis, eo nempe suo nutu, & pondere tendentis: partim est præter, vel supra naturam eius, quia maiori celeritate fertur, quam sola vi sua naturali ferri posset. Hinc apparet doctrinam rerum naturalium, & humanarum, tribus modis comparari posse, vel omnino naturaliter, sic eam consequi sunt Aristoteles, & Plato: vel omnino supernaturaliter, quemadmodum eam scientiam Adamus, & Salomon habuerunt, vel partim naturaliter, partim supernaturaliter, atque hac ratione tribus illis pueris sapientiam Chaldæorum accidisse docuimus.

D. Hieronymus super illa verba, quæ paulò supra exposuimus, *Proposuit Daniel in corde suo*, adnotauit, si Daniel, & tres eius socij, qui cibis regijs, ne polluerentur vesci noluerunt, in vitio esse, & contra religionem, nosce doctrinam Chaldæorum, & libros eorum legere existimassent, nunquam profectò id facere sustinuisent. Ea igitur didicerunt illi non vt sequerentur, sed vt ea vanitatis, falsitatis, atque impietatis conuincerent, & damnarent. Nam, qui aduersus Mathematicorum, quos Genethliacos vocant, dogmata disputaret, eorum ignatus, risui omnium pateret. Itaque tres illi pueri sapientiam Chaldæorum ea mente didicerunt, qua Moses doctrinas Egyptiorum didicit. Hactenus ex Hieronymo. Quo intelligitur, lectionem auctorum Gentilium per se quidem non modo esse licitam, sed etiam laudabilem, & perquam vtilem esse posse, tam propter vera, quæ in illis traduntur, quam

quàm propter falsas. Propter vera quidem, multis A
 de causis. Primum, notitia cuiuscumque veri, natu-
 raliter ab homine expetitur: omnis enim homo, vt
 dixit Aristoteles, naturaliter scire desiderat, non tan-
 tum, quia cognitio veri honestissimam parit animo
 oblectationem, & quasi pabulum menti noscendi veri
 cupidissimæ iucundissimum præbet: sed etiam quod
 ea pertinet ad animi nostri perfectionem, cuius bo-
 num est ipsum verum. Deinde, quia veritas à quo-
 cumque dicatur, auctore D. Ambrosio, à Spiritu San-
 cto est, qui Spiritus veritatis appellatur, & Paulus in B
 primo cap. Epist. ad Rom. affirmat, quæ de Deo Phi-
 losophi vera cognouerunt, ea Deum ipsis manifestas-
 se. Postea sunt in libris Gentilium permulta, quæ cum
 iis, quæ traduntur in diuina Scriptura mirè congruunt,
 æque consentiunt: hoc autem ostendere, plurimum
 valet ad confutationem, vel etiam conuersionem in-
 fidelium, & ad fidelium consolationem; & confirma-
 tionem. Ex eo præterea liquet, eundem esse Deum,
 & naturæ, & gratiæ conditorem: eundemq; & veræ
 Philosophiæ, & diuinæ Scripturæ auctorem, Adiciet C
 quod in libris Gentilium, plurima inueniuntur, non
 solum vera, sed etiam humanæ vitæ vtilissima: quàm
 multa enim illi de virtutibus, & vitiis, de gubernatione
 œcumenica, & politica, de medicina, agricul-
 tura, & de artibus mechanicis, vera, atque vtilibus ho-
 minum commodissima tradiderunt. Confirmatur præ-
 terea hoc ipsum, exemplo Moysis, & Danielis, quorum
 exemplum, & auctoritas firmissimæ rationis pondus
 habere debet: eorum autem ille in Ægyptiorum, hic
 in Chaldæorum scriptis, & disciplinis excellenter ver-
 fatus, & doctus fuit D
 Quin D. Paulus, ac qualis, & quam-
 tus vir, vel gentilium poetarum sententias, Epistolis
 suis, nihil nisi sanctum, cœleste, ac diuinum spiranti-
 bus inferere non est veritus. Ad extremum, ex compara-
 tione sacræ, & profanæ doctrinæ, statim elucet,
 quanto sit illa, quàm hæc, antiquior, sublimior, atque
 vtilior. Neque verò tantum prodest nosse, quæ Gen-
 tiles verè scripserunt, sed etiam falsa eorum dogmata
 non ignorare vtile est, tum vt ea bene refellantur:
 nam quod nescitur, nec probari, nec improbari rectè
 potest:

A potest: tum, vt eos, qui erroribus illorum deuoti
 astricteque tenentur, exsoluamus atque liberemus, at-
 que vt sufficientiam humanæ doctrinæ, & diuinæ Scri-
 pturæ necessitatem ostendamus. Quinque enim rerum
 explorata cognitio, homini ad instituentiam regen-
 dandæque vitæ pernecessaria est. Primum quidem nece-
 se est, vt cuique sit planè cognitum, suis cuiusque ho-
 minis animus, sit mortalis necne: aliter enim vitam
 instituet, qui crediderit nihil sibi post hanc vitam, aut
 sperandum aut timendum esse: & aliter, cui sit persua-
 sum, post mortem superesse vitam quandam sempiternam
 in qua quisque, prout hic vixerit, perpetuò
 vel beatus, vel miser futurus sit. Postea, vt constet
 homini, quisnam sit vltimus eius finis, eum dico fi-
 nem in quo extremum, summumque hominis bonum,
 & felicitas continetur. Tum, vt manifestum sit, qua
 via, & ratione ad vltimum finem pertendendum, ac
 perueniendum sit. Deinde, vt compertum quisque ha-
 beat, an Deus omnium rerum, præsertim verò huma-
 narum, non tantum generatim, & inuolutè, sed etiam
 singulariter, propriè, & explicatè notitiam, & curam
 habeat. Denique, vt sit homini notum, & certum, quem-
 admodum Deus ab homine honorandus, & colendus
 sit. Dei huiusmodi autem rebus, Gentilium sapientes,
 vel nihil, vel falsò, vel dubiè, vel admodum tenuiter,
 ac ieiunè, vel molliter, & infirmè scripserunt.

Cæterum, quæ hic dicta sunt, nonnullas habent du-
 bitationes. Prima dubitatio. In illis Chaldeorum li-
 bris, & disciplinis, multa inerant, quæ ad magiæ, au-
 guriorum, incantationum, & astrologicorum prædi-
 cationum vanitatem, & falsitatem, atque impiam super-
 stitionem pertinebant: harum autem rerum studio,
 D & obseruatione interdicitum fuerat: Iudæis in lege
 Moïsi, vt patet ex Leuitici 19. cap. Deuteron. 18. &
 ex ca. 33. posterioris lib. Paralip. quemadmodum idem
 postea grauissimis decretis, & pænis ab Ecclesia Chri-
 stiana vetitum est. Non igitur licitum fuit Danieli,
 legendis libris discendisque Chaldeorum doctrinis o-
 perâ dare. Sed ad hoc respondendum est, nosse istius-
 modi rerum falsitatem, per se quidem, & vt scholastici
 doctores loqui soleat, speculatiuè, non esse malum quin-
 etiam

Quinque rerum
 notitia cuius
 hominum ne-
 cessaria,

An fas sit stu-
 dere libris, &
 doctrinis ma-
 gorum, astro-
 logicorum, in-
 cantatorum.
 &c.

etiam bonum esse, siquidem cognitio falsitatis vera est, A
 ideoque bona: cuius rei illud est manifestum signum,
 quod eiusmodi rerum cognitionem, & Angeli habent,
 & ipse Deus. Veratur autem ea cognitio, tribus ex
 causis, ex quibus accidit, ut mala, & perniciosa existat.
 Primo quidem, ex perverso animo, proposito, & con-
 silio discantis, siquidem eas artes quispiam addiscere
 studeat, ut vel suo, vel aliorum damno, & pernicie,
 ipsas exerceat. Deinde, ex infirmitate, & imperitia dis-
 centis, cui, quod sit nimis simplex, rudis, & incautus,
 vel nimio plusquam expedit, curiosus, aut superstitio-
 ni deditus, eiusmodi artes tractare noxium sit futu-
 rum. Postremo, ex discantium immoderato studio, &
 affectu, si quis videlicet in earum rerum perceptione, &
 tractatione plus operæ curæque ponat, quam æquum
 est, utiliorum, ac meliorum rerum cura, studioque post-
 habito. Legendus est D. Tho. in 4. Quod. ar. 16. B

Pulcherrima
 sententia Ber-
 nardi de mo-
 do tractandi
 humanas sci-
 entias.

S E D quam moderatè, & cautè tractare oportet nõ
 modo malas artes, sed etiam bonas, & liberales disci-
 plinas, docet nos luculenter D. Bernardus in serm. 36.
 super Cantica: cuius verba libet hic ponere. nam cum
 verè Christianam, & religiosam redoleant doctrinam,
 & prudentiam, futura lectori, ut salutaria, sic etiam iu-
 cunda, non dubito. Tractans igitur Bernardus illũ locũ C
 Pauli ex c. 12. Epist. ad Ro. *Non plus sapere, quam oportet
 sapere, sed sapere ad sobrietatem* ita scribit. Non prohibet
 Paulus sapere, sed vult nos sapere ad sobrietatè: hoc
 autem est vigilanter observare, quid scire magis pri-
 us ve oporteat, est quidem per se omnis scientia bona:
 sed quia tempus breue est, tu, qui cū timore & tremore
 tuam operaris salutem, pro temporis breuitate, festi-
 nes ea scire prius, & amplius quæ senseris viciniore
 salutis. Nõne magna pars medicinæ corporũ est sciẽter
 eligere in sumendis cibis quid prius, quid posterius, & D
 quæadmodũ, quinque sumi oporteat: Nam, & si bonos
 cõstet esse cibos, quos Deus creavit, tu tamen ipsos tibi
 si in sumendo modũ, & ordinẽ non serues, reddis planè
 non bonos. Ergo quod dico de cibis, hoc sentire &
 de scientiis. Audit Pau. 1. ad Cor. 8. *Qui se (inquit) scire
 putat aliquid, necdũ scit quomodo oporteat eum scire.* Vides
 quia non probat multa scientem, si modum sciendi ne-
 scierit? Vides quomodo fructũ, & utilitatem scientiæ in
 modo

A modo sciendi constituitur modus autē sciēdi dico, vt scias quo ordine, quo studio, quo fine, quāq; nō esse oporteat quo ordine, vt id prius, quod maturius ad salutem: quo studio vt id ardentius, quod v. hemētius proficit ad amorem: quo fine, vt non ad inanem gloriā, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad edificatiōē tuam, vel proximi. Sunt enim, qui scire volunt, eo fine tantum, vt sciāt & turpis curiositas est, & sunt, qui scire volunt, vt sciatur ipsi, & turpis vanitas est, in hos sanē valet illud Satyrici, *Scire tuū nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter.* Et
B sunt item, qui scire volunt, vt scientiā suā vendant, vel pro pecuniā, vel pro honoribus: & turpis quæstus est. Sed sunt etiā, qui scire volunt, vt edificēt, & charitas est, & qui scire volunt, vt edificentur, & prudētia est. Horū omnium soli vitium duo, non abutantur scientia, quippe qui eo volunt intelligere, vt beneficiant, siquidē, *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, Reliqui omnes audiunt, *sciēt bonū, & non facienti, peccatum est ei*, & rursus, *Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens digna, plagis vapulabit multis.* Ac si per similitudinē diceretur, sumēti cibū & non digēti perniciōsū est ei. Cibus nāq; indigestus malos generat humores, nec tantū nō nutrit, sed etiā corrūpit corpus. Ita, & multa scientia ingesta stomacho animæ, quæ est memoria, si decocta igne charitatis nō fuerit & hęc per quosdā artus animę, mores videlicet, atq; actus, trāsusa, & digesta, quatenus ipsa, de bonis quæ nouit, vitā attestante, & moribus, bona efficiatur, nōne illa scientia reputabit in peccatū tantū quā cibus cōuersus in prauos noxiosq; humores. An nō malus humor, peccatū? An nō mali humores prauis moribus? An non inflationes, & tortiones in conscientia sustinebit sciens bonū, & non faciens? Hactenus, quæ memorauimus, Bernardi sunt verba. Secūda dubitatio, Videretur Christiani hominis excellentia indignū, doctrinā à Gentilibus mutuari, vel potius emendicare: preteritū verō, cū sacra doctrina eo cōmendetur quod sit homini sufficiens ad omnia, id quod significasse videretur Dominus noster apud Io. c. 16. cū de Spiritu S. loquēs, dixit: *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, & inducet vos in omnē veritatē, & ipse in sua ep. c. 2. Vnctio (inquit) docebit vos omnia.* Verū hoc facillē soluitur. Quædam

Persius.

Iacob. 4.

Luc. 12.

modum

enim non est indecorum regi, nec eius maiestate alienum agricolarum, coquorum, fabricorum aliorumque humilium, & sordidorum hominum seruitio vi: ita neue Christiano, vi famulatu ac ministerio Gentilium, ad percipiendas disciplinas Diuina autem doctrina dicitur esse sufficiens homini ad omnia, non simpliciter, & absolutè, sed ad omnia, quæ propriè spectant ad salutem animæ, & consecutionem æternæ vitæ, atque optimam Ecclesiæ gubernationem.

Locus Pauli, ad Colloss. 2. explicatus.

Cur olim Christianilectionem librorum Gentilium non fugiebant: sacrificiorum autem participationem aduersabantur.

TERTIA dubitatio D. Paulus primè ad Corinth. primo sapientiam huius mundi vocat stultitiam, & ad Colloss. secundo, inanem atque fallacem appellat philosophiam Respondeo, Paulum non loqui de Philosophia per se considerata, quæ nimirum vera est, & sacræ doctrinæ nullatenus contraria, sed loquitur diuisus Paulus de philosophia Epicureorum, aut Stoicorum, aliorumve, quæ multis permixta & infecta erroribus sacræ doctrinæ aduersabatur. Atque hanc ipsam cognoscere, quo rectius & valentiùs ea destrui & funditus euertere possit, non damnat Paulus. Vel ipse loquitur de Philosophia, prout ea Gentiles peruerse atque impiè abutebantur ad oppugnandam Christianæ fidei veritatem. Vel de philosophia loquitur, ea ratione, ut à Gentilibus ipsa existimabatur, tanquam prima summæque regula & mensura, ad quam quicquid homini credendum est, redigi atque exigi omnino deberet, ita ut quicquid ei non congruit, siue præter, siue supra ipsius philosophiæ cognitionem sit, id tanquam falsum, improbabile, & incredibile abiudicaretur, & reiiciatur.

QUARTA dubitatio continet obiectionem Iuliani Augusti, aduersus Christianos, quam memorat, atque refellit Cyrillus libro septimo eorum decem, quos aduersus ipsam Iulianum conscripsit. Cur, inquit (Iulianus) tantopere Christiani abhorreant à sacrificiis Gentilium, cum non abhorreant tamen ipsis à libris Gentilium, quin eos cupidissimè, & curiosissimè legant, videtur autem vtriusque rei par esse ratio, & vtramque similiter esse illis, vel amplectendam, vel repudiandam. Sed profecto valdè dissimilis est ratio, nam libros Gentilium innoxie legimus, ob

- A** mus, ob eas causas, quas paulò supra exposuimus: earum verò causarum nulla competit & quadrat sacrificiis Gentilium. Atque hæc ipsa sacrificia, res dico sacrificatas idolis, non refugimus ac perhorrescimus; tanquam per se mala & execranda: sunt enim res naturales in vsu hominum à Deo conditæ, vinum dico, panem, thus, atque carnes animalium: sed auersamur ea, vt sunt consecrata idolis & dæmonibus, quos, vt perpetuos Dei inimicos, & implacabiles hominum hostes odimus & abominamur. Præterea à Gentilium sacrificiis & ritibus abhorremus, ne si eorum participes essemus, similiter etiam superstitionis, atque impietatis ipsorum consortes & paticipes, aut efficeremur, aut esse videremur.

Danieli autem dedit Deus intelligentiam omnium visionum & somniorum,

- V**OCABULO, *visionum*, hoc loco significantur visiones, quæ singulari quadam ratione vigilantibus contingunt, expressæ signis corporalibus, quæ sensus ipsos feriunt, cuiusmodi fuit manus illa scribens in pariete visa regi Balthasari; vel quæ per similitudines imaginarias effictæ, homini ab vsu sensuum exteriorum abstracto, vt fit in extasi & raptu, obiciuntur, quales fuere aliquot Hieremiæ, plurimæ Ezechielis, omnes fermè Ioannis in Apocalypsi. **Vocabulo** autem, *Somniorum*, denotantur visiones, quæ dormientibus accidunt. Intelligentia igitur somniorum diuino munere data Danieli, non aliud fuit, nisi facultas quædam intelligendi, & interpretandi somnia, vel sibi, vel aliis diuinitus missa. Ergo donum hoc Danielis, non pertinebat ad somnia fortuita & inania, vt ferè nostra sunt quotidiana, quæ nulla obseruatione atque interpretatione digna sunt. Nec ad somnia naturalia, vel humana, quæ certis ex causis naturalibus & humanis proficiscuntur: horum quippe interpretatio ad medicos & philosophos spectat, vel ad homines rerum humanarum peritos & prouidentes. Sed pertinebat illa Danielis facultas ad somnia
- Visio quid hoc loco sic explicatur.
- Somniū quid.

quosdam locos sacrae Scripturae illustrandos plurimum A
 valet : sed in primis huic ipsi Danielis libro expla-
 nando , maiorem in modum prodest. Magna enim
 eius libri pars in portentosissimis ac nobilissimis som-
 niis enatrandis versatur : & inter praecipua laudum
 Danielis insignia , vis illa singularis , & admiranda,
 niorum mysteria explicandi , diuino munere ei con-
 cessa apprimè hoc in libro commendatur. His ego
 reb⁹ adductus sum, de vt institutè interpretationis qua-
 si spatio, paulisper defleatens, de somniorum natura,
 varietate , ac veritate nonnullas quaestiones , & scitu
 dignas, nec faciles tamen explicatu , hoc loco tractan-
 das , & enodandas, susceperem. Nec sanè, quod postea
 nobis in hoc libro multifariam , & sparse necessariò
 tractandum erat , id si vno in loco diligenter, & copio-
 se, via quadam, & ratione tractetur , vel proposito no-
 stro alienum, & ineptum , vel iniucundum lectori , aut
 inutile censerì potest.

Prima quaestio, an vlla somnijs habenda sit fides. C

IN diuersa, vulgi ac sapientù super hac re distrahun-
 tur sententiæ: quamquã vno verbo ea quaestio posset
 expediri, facta somniorum distinctione : nonnullis e-
 nim somniis sine dubitatione fides habenda est: ple-
 risque tamen penitus deroganda. Nimirum aut omni-
 bus, aut nullis credere somniis par est vecordia, & vi-
 detur extremæ vtrumque vel stoliditatis, vel contuma-
 ciæ. Sed profectò, & scitum, & verum est illud Ciceronis
 dictum: nihil tam absurdè dici posse , vt non ab aliquo
 Philosophorum dicatur. Quid enim esse potest magis
 ἀλογον, & ἀδύνατον, quàm omnia somnia vera, & credè-
 da esse arbitrari? Ecce tibi Protagoras, vnus sanè ex il-
 lo priscorum philosophorù senatu, omnibus somniis fi-
 dem arrogat, magna auctoritate decernens, verita-
 tem, & falsitatem non ipsa natura rerum, sed sola ex-
 istimatione hominum constare : hominem esse mensu-
 rã omnium, & tale vnumquodque esse , quale videtur
 homini siue sobrio, siue vinolento: siue sano, siue infan-
 no : siue vigilanti, siue dormienti. Affines huic errori
 fuere quidam Stoici nimio plus superstitiosi, ac penè
 fana

Cic. in 1. de
 Diuinatione,
 Omnia som-
 nia esse vera,
 Protagoræ
 stoicorum o-
 pinio.

- A** fanatici philosophi: qui nulla relictunt somnia, in omnibus esse rati vim significandi, ac denotandi aliquid. Existimari tamen aiunt, quædam somnia inania & falsa, quòd sint admodum tenuiter expressa, ob idque obscura, & ad intelligendum difficilia: & quia propter ambiguitatem, varias ad res videntur posse applicari, propterea nihil certum ex eorum obseruatione nobis constare: præsertim verò quòd ad eorum somniorum vim dispiciendam, par hominum solertia, & sagacitas non facile inueniatur. Ex aduerso, his contraria sentientes Xenophanes Colophonius, vel ipsa vetustate memorabilis philosophus (nascens enim in Græcia philosophiæ propemodum æqualis fuit:) mollis item ac delicatæ Epicuræ disciplinæ sectatores, omnium somniorum fidem auctoritatem sustulerunt. Non esse autem vllis credendum somniis, sic illis argumentabantur. Vna vis est, eademque natura omnium somniorum: par igitur credendi aut omnibus, aut nullis ratio esse debet. Sed plerisque somniis non esse credendum, confessio est omnium, nihil ergo causæ est, cur plerisque reiectis, aliquibus præcipue credere debeamus. Adice quod si quædam somnia vera & certa sunt, aliquas esse certas ipsorum effectrices causas necesse est. At quas naturâ, inquit, & Deum. Sed natura quidè amica est ordinis, & cõstantiæ, in somniis nullus ordo inest, sed plena temeritatis inconstantia. Dei autem maiestate alienû, & indignû videtur, obire Deû lectos dormientium, concursare grabatos, & stertentibus iniicere somnia, quæ illi expergiscentes, vel nõ recordentur, vel nõ intelligant, vel etiã cõtemnant, vel si curanda sibi putet, stulta impleri superstitione, dies noctesq; Danimi pendeât, aut inani impendentiu malorum metu perterriti, aut fallaci futurorum expectatione bonorum elati. At, quanto, & rationi conuenientiùs, & Dei præstantia digniùs, atque vtilitate hominum consultiùs fuisset, vita dare non sordidis, & indoctis hominibus, sed optimis, & sapientibus viris, non dormientibus, sed vigilantibus, nempe magis ad intelligendum idoneis, nec per circuitiõnem, & aofractus, atq; ænigmata: sed propriè, apertè, & explicatè significare Deum, quod ab homine veller intelligi.

Xenophanis,
& Epicurorum opinio
omnia somnia esse vana.

Vera sententia de somniis.

Pleraque somnia esse vana.

Causa somniorum.

Testimonia diuinæ Scientiæ de vanitate somniorum.

Hæc isti de somnijs balbutiunt, in totum ea vel approbantes, vel damnantes, videlicet per extrema, veritati deuia, inerrantes. Sed vera sententia, quasi mediâ insitens via, varia facit somniorum genera: quorum plurima tanquam inania, & omni ratione vacua, nec vlla fide digna, planè abiudicat, & reiecit. Hoc, cum luce Solis clarius sit, superuacaneum est argumentari. Id enim quotidiana docet experientia, totas quotidie noctes somniamus, quotum igitur quodque de tot somniis, verum euadit? Euadit quidem aliquod nonnunquam verum, sed quia idtarissimè, ac sine ratione vlla contingit, nihil afferri potest, cur non casu, & temerè accidisse credatur. Idem quoque ratio ipsa fateri cogit. Nam quæ alia est istiusmodi somniorum causa, nisi quia spiritus, sentienti animæ, præsertim autem phantasie, cuius est fingere somnia, deseruientes, in quibus insident atque in hærent rerum in vigilia perceptarum reliquæ, ac vestigia, quas in scholis appellamus species, eiusmodi inquam spiritus, in somno vaporibus cibi potusque caput subeugitibus agitati, & huc illuc iactati, varia reddunt visa, & somnia: sed propter inordinatam eorum spirituum iactitationem, valde in composita, sæpè etiam turbulenta, & distorta: denique talia, vt nullam vim significandi aliquid habere queant? Sic profectò sunt somnia, vt quæ in nubibus variè figurantur, vel animantium, vel aliarum rerum similitudines, & imagines, quas cernimus breuissimo tempore in alias, atque alias commutari, & mox dissolui omnes, ac penitus euanescere. Has imagines, qui certam vllius rei significacionem facere putaret, obrusus, & excors haberetur: at non minoris videtur inscitie, certas significandarum rerum notas, & signa eiusmodi somnijs attribuere. Si ebriorum, phrenericorum, & insanorum visa negligimus, & pro nihilo ducimus, æquè profectò ridenda, & contemnenda sunt somnia, quin eò magis, quod plerumque magis ipsa sunt inordinata, confusa, & monstrosa. Facetè quidam, sed verè tamen, dicit, si natura sic esset comparatum, vt ea dormientes agerent, quæ somniant, fore omnino necessarium, t alligarentur omnes, qui cubicum irent, quippe magis ridicula, & absurda.

A furda, magisque incredibilia, quam vlli faciant infani, facturos esse somniantes. Hanc quoque sententiam confirmat diuina Scriptura, deridens leuitatem, & vanitatem eorum, qui somniis, hoc est rebus futilissimis ac mendacissimis credendo, dignos se præbent, qui omnium irrisione ludantur. Itaque in libro Ecclesiastæ cap. quinto, sic est, *Vbi multa sunt somnia, plurima sunt vanitates, & innumeri sermones.* In libr. item Eccles. cap. 34. ita legimus, *Somnia extollunt imprudentes, quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad in somnia, multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis.* Denique, cum Scriptura vult significare aliquid vanum, instabile, fugax, & fallax, somniorum cõparatione, ne similitudine per læpè declarat.

Multa somnia esse vera.

CAETERVM, vt plurimis somniis abesse veritatem fidemque, non est negandum: ita quædam esse vera, & certa somnia, fatendum est. Nam si nullis in somniis quidquam veri, & certi esset, inscienter profectò, ac supersticiosè clarissimi medicorum, somnia, quæ frequenter ægris contingunt, ad eorum morbos diiudicandos curandosque tam subtiliter, & curiosè obseruarent. Stultò item labore physiologi se fatigarèt, somniorum causas, vires, ac significationes tâto studio, & diligentia venâdø ac specularando. Mèdaces præterea essent tot superiorum temporum historiæ, clarissimis testatæ consignatæque monumentis, refertæque exemplis verorum somniorum, quæ ad verbum cū rerum euentis mirificè conuenerunt. Quid in sacris literis quot memorantur somnia, non vera, & certa modò, sed etiam diuinorum mysteriorum plenissima? Repetat memoria lector somnia Abrahamæ, Abimelech, Iacob, Laban, Ioseph, Pharaonis, Salomonis, regis Nabuchodonosor, Danielis, Mardochei, Iudæ Machabæi: in nouo autem testamento, somnia B. Ioseph, Magorum, vxoris Pilati, denique somnium D. Pauli, quod à Luca in lib. de Actis Apostolorum narratur. Hanc somniorum distinctionem, etiam Homerus Poëtico more, fabularum integumentis velatam significauit, cum duas finxit portas, vnâ corneam, per quam emitterentur ad homines vera somnia: alteram eburneam, per quam ederentur falsa. Homerum imitatus, vt

Mat. 1. &

Act. 16.

Homeri commentum ad significandam verorum atque falsorum somniorum distinctionem.

Hom. odyf.

ferè solet, Virgilius libro sexto *Aeneidos*, eandem A
sententiam expressit his versibus:

Sunt gemina somni porta, quarum altera fertur

Cornia, qua veris facilis datur exitus umbris:

Altera candenti perfecta nitens elephanto,

Sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes.

Cyri autè Poëta, veris somniis corneâ portam, falsis
eburneam assignauerit, causam exponit Macrobius in
eo commentario, quo somnium Scipionis explanauit.

*Secunda quæstio, de causis verorum
somniaorum.* B

DICTVM est, alia esse somnia falsa, & alia vera:
reiectis igitur falsis, vera contemplemur. Ver-
rùm, quia quæ sint vera somnia, & quo insigni atque
nota internoscantur à falsis, planè intelligi non po-
test, nisi verorum somniorum causas omnes rime-
mur, & aperiamus, propterea quid ab aliis de huius-
modi causis creditum & proditum sit, hoc loco do-
tere conuenit. Hippocrates in libro de *Insomniis*,
duo statuit somniorum verorum genera: alterum no-
minat diuinum, alterum naturale. Diuina somnia, in C
quit à Deo mitti, & semper memorabiles aliquos ca-
sus, insignesque, vel ad lætitiâ & tristitiâ, vel ad
felicitatem & miseriam, siue priuatam, siue publicam,
euentus portendere: horum autem somniorum in-
terpretationem ex vaticis, rerumque diuinarum
interpretibus petendam esse. Tale fuisse dicitur som-
nium Cyri maioris, qui monarchiam Persarum con-
didit, ad cuius pedes dormientis, sol visus est, terque
ab illo appetitus manibus, ter se conuoluens elapsus
est. Quo somnio Magi Persarum sapientes, signifi-
cati responderunt, cum triginta annos, & ita sanè con- D
tigit, imperio potiturum. Naturalia somnia, ex causis
ferè intra corpus dormientis latentibus, existere putat
Hippocrates, atque hisce somniis affectiones ipsius
corporis aut bonas, aut malas iudicari, hoc est, vel ple-
nitudinem, ac redundantiam, vel contra inopiam, atque
inanitatem, vel aliquè eorû, qui sunt in corpore humo-
rû, aut corruptum, aut suo loco motû, aut inordinate &
immoderatè agitatam. Horû verò somniorû obserua-
tionem

Varia de som-
niorum causis
auctorum sen-
tentia.

Hippocrates.

Somnia Cyri.

- A tionem, & cōiectationem spectare ad medicū, eamque ad dirigendas ordinandasque curationes permagni referre arbitrat. Plato in Conuiuio, somnia vera, & prænuntia futurorum, à dæmonibus proficisci existimat: dæmones enim esse medios inter Deum, qui est immortalis, & incorporeus, atque homines corporatos, & mortales: quippè cū sint ipsi, & corporei, quales nos sumus, & immortales, qualis est Deus. Deum namque censet Plato non immiscere se rebus humanis, nec proximè cum hominibus societatem aliquam, & consuetudinem habere, sed commercia, & colloquia inter Deum, hominesque, siue vigilantibus ipsis, siue dormientibus, per dæmones agitari, & confici. Nimirum, dæmonum munus, & officium esse inquit, preces, & vota hominum referre ad Deum, & Dei munera, & auxilia deferre ad homines: per hos, vaticinia, incantationes, magia, omnisque diuinandi ratio, & prodigiorum effectio, ad homines peruenit. Itaque dæmones esse Dei nuncios, interpretes, & ministros: hominum verò esse quasi patronos, aduocatos, magistratos, & vt sicitio Apulei verbo dicam, salutigerulos.
- C Atque hæc non solius Platonis, sed ante Platonem, etiam Empedoclis, & Pythagoræ fuit sententia: de qua, & contra quam, in libro 8. de Ciu. Dei, cap. 20. & 21. & in libr. 9. acutè doctèque disputat August. Aristoteles in libello, què inscripsit, De diuinat. ex somniis ducta, negat vlla dari hominibus à Deo somnia. Vera autem somnia, inquit, vel esse naturalia quædam signa, & ex naturalibus causis profecta, quæ scilicet periti Philosophi, & Medici vtiliter obseruant: vel esse quodammodo principia quædam eorum, quæ postea vigilantes acturi sumus: nonnumquam enim in quiete quædam occurrunt, quæ videntur ad aliquid agendum posse conducere, quibus post, somno excitati ad bene agendum accommodatè vtimur, & iuuamur. Stoici tres causas verorum somniorum constituunt. Primam Deum, qui cum sit rerum omnium scientissimus, & prouidentissimus, hominiquè beneuolus, ac beneficus, quo sit homo cautior, dat ei somnia, quæ sint ipsi futurorum indicia, & eorum, quæ agenda ipsi, cauendaque sunt documenta. Alteram

Dæmonū natura, & munus secundum Platonem.

Aristoteles.

Stoici.

teram causam ponunt fatum, quo cuncta sunt velut A
 æterna quadam serie, nexuque colligata: siquidem re-
 rum omnium futurarum, putant Stoici, & antecedentes
 causas, & præcurrentia signa, tum aliis in rebus, tum
 etiam ex ipsis somniis præmitti. Tertiam causam fa-
 ciunt naturam animi nostri, quæ diuina est: animus
 enim hominis, exterioribus sensibus per quietem con-
 sopitis, & ab omni actione vacantibus, ipseque negotiis
 curisque omnibus solutus, ac liber, vegetior fit, & ha-
 bilior ad intelligendum: tunc enim clarius præterita
 meminit, præsentia sentit, futura prouidet. B
 Porphyrius, quid de veri-
 tate somniorum
 senserit.

Synecius mira,
 sed falsa tradit
 de spiritu phan-
 tastico.

veritatem somniorum refert, partim ad innatas animis
 hominum notiones, & velut insignitas rerum omnium
 notas, quas ex altera vita detulit animus, ad hoc corpus
 veniens: sed eo vehementer obrutus, atque oppressus,
 non potest eas vigilantibus sensibus cernere: in quiete
 verò, clarius ei apparent, atque innotescunt. Partim re-
 fert somnia ad dæmones: ad bonos quidem bona, &
 veracia: ad malos autem, praua, fœda, & fallacia. C
 Synecius multa disputat de spiritu phantastico, quod est ve-
 hiculum animæ: eo namque medio, seu quodam vin-
 culo, cum terrestri hoc corpore colligatur, & copulatur:
 in quo item solutus corpore animus, ex vno loco in
 alium mouetur, atque in eo maleficiorum pœnas per-
 soluit apud inferos, nec sine eo, dum est in corpore,
 quicquam potest intelligere. In hunc porrò spiritum,
 omnium, quæ sunt, fuerunt, eruntque simulacra, impri-
 muntur, & in eo lucent tanquam in speculo: præsen-
 tium quidem rerum, clariora: præteritarum autem, quo
 sunt vetustiores, minus perspicua: minima verò futura-
 rum, quæ scilicet nec sunt, nec fuerunt vnquam. D
 Sed quia futuri effectus, in potestate causarum cohibentur,
 quasdam habent prægressiones, & præcurfiones signo-
 rum, quæ hoc minus manifesta sunt, quo illa longius
 absunt, atque in hoc genere ponenda censet somnia.
 Quapropter, ferè obscuris imaginibus, & similitudinibus,
 res per somnia significantur, non æqualiter tamen;
 sed prout varia est illius phantastici spiritus temperies,
 & ratio: similiter, vt in speculis, pro varietate eorum
 materia, aut figuræ, variæ, ac dissimiles redduntur ima-
 gines. Monet propterea Synecius non parum conferre
 ad

A ad quietam, & veraciam in somno visa percipienda, bene præparare hunc spiritum phantasticum, moderato nempe victu, honestis studiis, & actionibus, sedandisque animi perturbationibus. Pythagoras certe iturus cubitum, cantu, & sono lyrae somnum captabat, atque hac ratione ad bona lætaque somnia accipienda, se ipse comparabat: ob eandemque causam, elu fabæ suis interdicebat: quod haberet is cibus inflationem magnam, tranquillitati mentis vera quærentis contrariam. Verum hæc de spiritu phantastico à Synesio prodita, nugæ sunt, & Pythagoreorum, ac Platoniorum figmenta, vel ipsis Poëtarum fabulis inaniora veritatis, atque incredibiliora.

Mos Pythagoræ.

B SED, ut aliquid etiam ex auctoribus Ecclesiasticis delibemus, Beatus Gregorius in 4. libr. Dialogorum, capite 49. sex causas colligit somniorum: *Aut enim* (inquit) *ex plenitudine, vel inanitate corporis somnia existunt, aut ex antecedentibus diurnis cogitationibus, & curis: aut ex illusionibus demonis, aut ex cogitatione hominis simul, & illusionibus demonis, aut ex revelatione Dei, aut denique ex cogitatione hominis simul, & revelatione Dei.* Eisdem sex causis somniorum, cum idem Gregorius commemorasset in lib. 8. Moralium, c. 13. mox eas aptis diuinæ Scripturæ sententiis, & exemplis illustrat, atque confirmat. *Duo* (inquit) *prima, quæ diximus somniorum genera, omnes experimento cognoscimus: quatuor autem reliqua in sacris literis inuenimus. Nisi enim somnia plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam Scriptura dixisset, Ecclesiast. 3. 4. Multos errare fecerunt somnia, & illusiones vane: vel certe in Leuitico cap. 19. non esset scriptum: Non augurabimini, nec obferuabitis somnia. Quibus verbis, cuius sint detestationis, ostenditur, quæ augurijs coniunguntur. Rursum, nisi aliquando ex cogitatione simul, & illusionibus procederent, Salomon minime dixisset, Ecclesiast. 5. cap. Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis orirentur, Ioseph Genesios 37. præferendum se fratribus, per somnium non videret, nec Petrus sponsam, ut ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium Angelus admoneret. Rursum, nisi aliquando somnia ex cogitatione simul, & reuelatione procederent, nequaquam Daniel visionem Nabuchodonosor edisserens, à radice cogitationis inchoasset, dicens: Tu Rex cogitare cepisti in stratu*

D. Gregor. sex causas somniorum tradit.

Matth. 2.
Daniel. 2.

tuo, quid esset futurum post hæc. Hæc ibi Gregorius. De cau- A
 sis igitur somniorum, sic ab aliis proditum est.

Quatuor cau-
 sa verorum
 somniorum.

Prima causa
 aliqua corpo-
 ris affectio.

E G O causas somniorum, quæ ad significandum ali-
 quid valent, & dignæ sunt obseruatione, diligenter scruta-
 tatus, eas ad quatuor præcipuas reuocari posse ani-
 maduerti.

PRIMA causa continet aliquam corporis affectio-
 nem, quæ in ipso corpore præpoller, ac præualet, vt si
 flaua, vel atra bilis, pituitosusve humor, aut sanguis re-
 dundet, aliudve aliquid vitiatum, & corruptum immo-
 deratè iactetur in corpore. Galenus in lib. de Præfagiis, B
 quæ ducuntur ex somniis, narrat quendam somniasse,
 alterum crus factum esse sibi lapideum, mox autè cor-
 pisse illum ea parte corporis fieri paralyticum. Præterea,
 qui instante crisi sudaturi sunt, sæpè somniant se sudare,
 aut in balneo calidis aspergi aquis, aut in flumine lacu-
 ve natare. Illud quoque nonnumquam vsuuenit, vt
 quod dormientes agimus: aut patimur, etiam somnie-
 mus, vt qui in somno sudant, aut feбри corripiuntur, iti-
 dem se affici somniant. Proditum est à Plinio in libr. 7.
 c. 50. P. Cornelium Ruffinum dormientem amisisse vi-
 sum, idque cum accideret, etiam ipsum somniasse. C

Secunda ani-
 mi vehemens
 perturbatio.

ALTE RA causa somniorum spectat ad aliquam
 vehementem concitatumque animi affectum, & per-
 turbationem: amorem dico, spem, metumque, & odiū.
 Nam, qui ardentè amant, frequenter amores suos
 somniant: qui timent, minacibus, & terrificis in somno
 visis sæpè turbantur. Huc etiam pertinet vetus consue-
 tudo, & vitæ, quam agimus, exercitatio. Piscator enim
 ferè somniat maria, lacus, flumina, retia, pisces: venator,
 nemora, saltus, montes, feraque: miles tubarum soni-
 tus, fragores armorum, vulnera, sanguinem, cædes. D
 Lepidè quidam apud Theocritum piscator; *Omnis* (in-
 quit) *canis somniat, & ego pisces.* Continet eadem
 hæc causa antecedentes vigilantium curas, & solici-
 tudines, & quæcunque nos vehementer premunt, &
 angunt: quarum rerum, sæpillimè in somno, similia vi-
 sa contingunt. Quamobrem in lib. Ecclesiast. c. 5. scri-
 ptum est; *Multas curas sequuntur somnia.* In hoc genere
 somniorum, equidem reponerem somnium illud An-
 nibalis, & proditum, & creditum à multis. Ardebat An-
 nibal

A nibal insatiabili odio Romani nominis, omnique cupiditate perdendi funditus imperium Romanum flagrabat: quo autem facilius id perficeret, bellum ex Hispania transferre in Italiam cupiebat, arcem imperij Romam periturus. Cum igitur variis super ea re cogitationibus, ac deliberationibus æstuarer, visum habuit in somno, mirè proposito suo, votoque respondens. Visus ipsi est iuuenis, specie supra humanam, qui se diceret à Ioue missum ducem ei ad inuadendam Italiam, iussitque ne respiceret, quid retro, & à tergo fieret. Pavidus primò Annibal, non est ausus oculos ab illo quoquam desistere. Sed, prout est humanum ingenium ad vetita pronum, diu temperare oculis non quirit, respiciensque vidit horrendum non visu modo, sed etiam dictu ostentum, belluam vastam, & immannem multis circumplicatam serpentibus, quacumque incedebat, omnia proterentem, atque peruerentem: cælum item nigerrimis vndequaque obscæratum nubibus, densisque, ac fulguribus mixtis præcipitare nimbos. Attonito Annibali, percontantique ex illo suo duce, quid illud monstri, & portenti esset, respondit ille, vastitatem esse Italiæ: pergeret ipse porrò ire, quò parabat, nec præterea quicquam inquireret, sineretque in occulto esse fata. Atque hoc quidem somnium ex antegressis in vigilia Annibalis cogitationibus, & curis exiit: sed eius tamen somnij veritatem, rei eventus satis superque comprobavit: plus enim mali Annibal Italiæ attulit, quàm illo fuerat viso præmonstratum.

TERTIAM causam somniorum, ego potestati, & calliditati dæmonis adiudico. Is enim multa dormientibus inspirat, & suggerit somnia, semper infidiosè, ac malitiosè, quò videlicet quacumque possit ratione incommoder, ac noceat homini. Esse autem quorundam somniorum dæmonem architectum atque effectorem, eo liquet, quòd ex sacris literis planè intelligitur, obseruationem somniorum ad eò exosam esse Deo, vt ea magorum, augurum, & incantatorum maleficiis aggregata, extremis damnetur suppliciis. Nimirum non aliam ob causam, vt interpretatur Beatus Gregorius in lib. 4. Dialogorum, cap. 48. nisi quia dæmon plerumque se som

Somniù Annibalis Italiæ vastitatè portens.

Tertia dæmonum calliditas.

Quorundam somnia mitti à dæmone.

se somniis immisceet, implens noxia superstitione ho-
 minum animos, eosque non tantum vanè deludens, sed
 etiam perniciosè decipiens. Hoc genere somniorum
 solitum esse olim dæmonem gentibus impietate cæcis
 multifariam illudere, constat argumento Æsculapij,
 Serapidis, & Amphiarai: nam vt apud Philostratum,
 Pausaniam, & Strabonem scriptum est, templa eorum
 adeuntibus, qui variis morborum generibus afflicta-
 bantur, fama erat tres illos vulgo existimatos, quasi
 Deos singulorum morborum curationes per somnia
 præscribere consueuisse. Ex hoc genere fuisse reor no-
 bile illud somnium Alexandrini Magni, scriptorum,
 qui res eius prodiderunt auctoritate, apud multos fi-
 dem promeritum. Cum enim in quodam prælio Ptole-
 mæus, qui primus post Alexandrum Ægypti rex fuit,
 venenato telo ictus, summo cum dolore ex eo vulnere
 moreretur: assidens ei Alexander, somnòque sopitus,
 vidit in quiete draconem radiculam ore ferentem, si-
 mulque commonstrantem, quo illa loci nasceretur, quæ
 scilicet præsentissimam vim haberet Ptolemæum, mul-
 tosque milites eodem teli genere vulneratos, protinus
 sanandi. Quæ sita est herba, inuenta, adhibita, mox con-
 secuto, qui promissus fuerat, effectu. Sunt autem duo
 somniorum dæmonis præcipua genera: alterum perti-
 nens ad occultarum rerum demonstrationem & signi-
 ficationem. Potest enim dæmon naturales effectus
 ex certis causis aliquando necessariò prouenturos,
 potest quæcumque ipsemet postea facturus est, po-
 test tam præsentia quam præterita, quæ hominibus
 occulta sunt, cognoscere, & hominibus per som-
 nium indicare. Alterum somnij genus vim habet
 concitandi perturbationes animi, agitatis, turbatis-
 que, qui sunt in corpore humoribus & spiritibus, quò
 nimirum inflammentur homines, vel ad libidinem,
 vel ad odium, & vindictam, vel alios prauos animi
 affectus.

Somniū Ale-
 xandri Magni.

Duo genera
 somniorū dæ-
 monis.

Quomodo in-
 ternosci pos-
 sint somnia
 dæmonum ab
 aliis somniis.

Dupliciter potrò, & quidem satis probabiliter, con-
 iectari potest, quæ somnia missa sint à dæmone: pri-
 mò quidem, si frequenter accidant somnia signi-
 ficantia res futuras, aut occultas, quarum cognitio
 non ad utilitatem, vel ipsius, vel aliorum, sed ad ina-
 nem

- A** nem curiosæ scientiæ ostentationem, vel etiam ad aliquid mali faciendum conferat: eorum somniorum auctorem esse dæmonem, non temerè credetur: quippè qui ea ratione tentet animos hominum vana imbucere superstitione, quinetiam crimine impietatis obstringere. Deinde, si sobriis, castis, & religiosis viris, tetra, obsecena, plenàque crudelitatis, & impietatis somnia sæpenumerò contingant, ea proficisci à dæmone, nō immeritò existimabitur. Dæmon enim conatur impuris somniis polluere ac scdare dormientium corpora, vt eius scdritatis etiam animos expergiscentium, quodammodo participes faciat, Quod sine hoc quidem assequi potest, illud saltem curat, vt pios homines talibus visis contristando, perturbando, & affligendo, ad orationē, ad charitatis officia, ad diuinarum sacramentorum perceptionē, segniores, frigidioresque reddat. Cuius diabolicæ caliditatis & malitiæ, luculentissimū in 22. Colla. c. 6. Cassianus narrat exemplū. Verūm hac de re Iulianus Martyr in responsione ad quæstionem vigesimam primam Orthodoxorum, disertè doctèque sententiam suam exposuit, Nam cum hæc sibi ab illis posita esset quæstio, ad eam ipse quæstionem ita respōdet, vt nos hic diximus. Restat quarta & vltima somniorū causa, quam diuinā ritē nominare possumus: cuius potissimum gratia omnis hæc nostra instituta est disputatio: huic enim, vel declarandæ, vel illustrandæ, adhuc prædicta deseruiunt. Somniorum autem, quæ à Deo missa sunt, exempla, passim in diuinis libris sunt obuia: nos suprà ex sacris libris multa protulimus, pluràque possent afferri, si quis omnia vellet colligere. Cæterum vt vis & natura diuinorum somniorū plenius planiusque cognoscatur, quæstiones aliquot more scholastico, distinctè quidem, sed carprim, breuiterque perstringā: multa etiam, breuitati seruiens, lectoris cogitationibus integra illibaráque referuabo.

Quæstio tertia, quibus signis cognosci queat, sit aliquod somnium à Deo missum, necne.

DVPLICITER, prout nunc mihi succurrit, deprehendi potest, quòdnam à Deo sit missum somnium. Primum quidem ex præstantia rerum, quæ per som-

Quarta causa
somnia-
rum,
diuina.

Duplex ratio
cognoscendi
diuina som-
nia.

nium significantur: nimirum, si ea per somniam inno- A
 tescant homini, quorum certa cogitatio, solius Dei
 concessu ac munere potest homini contingere: hu-
 iusmodi sunt, quæ vocantur in scholis Theologorum,
 futura contingentia, at cana ite cordiū, quæque intus
 animorum inclusa recessibus, ab omni penitus morta-
 lium intelligentia obliuiscunt, denique præcipua fidei
 nostræ mysteria, nulli, nisi Deo docente, manifesta.
 Somnium igitur, quod eiusmodi rerum cognitione &
 demonstrationem continebit, diuinum esse existimari
 poterit. Deinde, hoc ipsum maximè declaratur inte- B
 riori quadam animorum illuminatione atque cōmo-
 tione, qua Deus sic mentem illustrat, sic voluntatem
 afficit, sic hominem de fide & auctoritate eius somnij
 certiore facit, vt Deum esse ipse auctorem, ita
 perspicue agnoscat, & liquido iudicet, vt id sine du-
 bitatione vlla credere, & velit, & debeat. Huc spe-
 ctat memorabilis illa in lib. quarto Dialogorum, c. 48.
 beati Gregorij sententia: *Saucti viri, ait Gregorius, in-
 ter illusiones, atque reuelationes, ipsius visionum voces & ima-
 gines, quodam intimo sapore discernunt, ve sciant quid à bono
 spiritu percipiant, & quid ab illusione patiantur. Nam si erga
 hæc, mens hominis cauta non esset, per deceptore spiritus, mul-
 tis se vanitatibus immergeret, qui nonnunquã solet multa ve-
 ra prædicere, vt ad extremum valeat animam ex vna aliqua
 falsitate laqueare.* Hactenus Gregorius: apud quem hæc
 ipsam sententiam, sed plenius ac luculentius tracta-
 tam, in li. 8. Moralium, c. 13. lector inueniet. Quem ad-
 modum igitur naturale mentis nostræ lumen facit nos
 euidenter cernere veritatem primorum principiorum,
 eamque statim, citra vllam argumentationem, assensu C
 nostro cōplecti: sic in somniis à Deo datis, lumen di-
 uinū animis nostris affulgens, perficit, vt ea somnia, & D
 vëra & diuina esse intelligamus, certoque credamus.
 Rectè igitur illud traditur in libro Ecclesiastici, cap.
 34. *Nisi à Domino missa fuerit visitatio, ne des in somnis cor-
 tuum, ex quo significatur, nonnulla somnia dari homi-
 nibus à Deo, animos eorum mirabiliter visitante.*

Memorabilis
 sententia D.
 Gregorij.

Variis modis
 Deus afficit
 homines per
 somnia.

Hæc autem Dei per somnia visitatio, sicut ex di-
 uinis literis colligitur, multis & diuersis modis fieri
 solebat. Nonnunquam enim Deus per somnia turba-
 bat, &

A bat, & terrebat hominē, sicut de Abimelech, & Laban narratur in lib. Genes. *Terrebis me, inquit Iob. 47. per somnia, & per visiones, horrore concuties me.* Aliquando in somno hortatur & incitat hominem Deus ad magnum quidpiam & arduum subeundem, certam spem prosperi exitus præsignificando: velut in Gedeonis & Iudæ Machabæi somniis euenit. Sæpe monet & docet, quid hominem agere, aut fugere oporteat: talia fuere beati Ioseph & Magorū somnia: huc spectant illa verba, quæ sunt in ca. 33. libri Iob. *Quando homines dormiunt in lecto,*

B *tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina.* Quinetiam solebat olim Deus spiritum propheticum nõnullis in somno largiri: nam in libro Numerorum c. 12. ait Deus, *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, apparebo illi in visione, aut per somnium loquar ad illum:* & apud Ioelem in cap. 2. inter alia Spiritus sancti dona, numerantur somnia. Legimus etiam in 3. Regum, Salomoni fuisse à Deo promissum in somnio prudentiæ, & sapientiæ donum. Interdum quoque futura alicuius viri excellentia, dignitas & gloria, præmõstrata est per somnium, id quod adolēcenti Ioseph, & Mardocheo accidisse legimus in sacris literis. Quibusdam præterea in somno patefacta sunt diuina mysteria, cuiusmodi fuit somnium Iacob de illa mystica scala, & Danielis de regno Christi. Denique præsignificauit aliquando Deus, & prædocuit futuros rerum humanarum euentus: cuius generis fuere somnia Abrahæ, Genes. 15. Pharaonis, Genes. 41. & Nabuchodonosor, Daniel. 2. & 4.

VARIIS item modis diuina somnia hominibus contigerunt: interdum cum magna corporis & animi commotione & horrore, sicut accidit Abrahæ, & Nabuchodonosor. Nõnunquam datum est alicui somnium, sed non eius somnij intellectus, sicut in somniis Pharaonis & Nabuchodonosor animaduertere licet. Danieli tamen, cæterisque Prophetis, simul cum somniis intelligentia eorū diuinitus suggereretur. Quamquam duorum somniorum, quibus Ioseph supra fratres ipsius futura dignitas & potestas præsignabatur, nulli tunc datus est intellectus: sed postea ipso euentu, successuque rerum, veritas eorū somniorum cognita est, atque

Gen. 20. & 31.

31. Iud. 7.
2. Mach. 11.

Matth. 2.

3. Reg. 1.

Genes. 37.
Esib. 11.Genes. 28.
Dan. 7.

Variis modis diuina contingunt somnia.

Gen. 15.

Dan. 2.

Gen. 41.

Gen. 37.

Matth.
1. & 2.
Act. 16.
Gen. 41.
Dan. 2.
Gen. 40.
Gen. 28.
3. Reg. 3.
Mat. 1. & 2.
Act. 16.
Dan. 2.

comprobata. Illa quoque in somniis diuinis varietas A
cernitur: alia enim clara sunt, & aperta, euidenter res
ipsas significantia, vt fuere somnia beati Ioseph, trium
Magorum, & Diui Pauli; alia verò sunt inuoluta & ob-
scura, per varias similitudines rectè aliquid insinuãtia:
huiusmodi fuere somnia Pharaonis de septem spicis,
& bobus, & Nabuchodonosor de statua & arbore, nec
nò & pincerne, atque pistoris ipsius Pharaonis: adhuc,
interdù videtur in somno loqui cum homine, vel Deus
ipse, vt in somnio Iacob, & Salomonis, vel angelus vt
in somniis beati Ioseph, vel homo aliquis, vt in somnio B
D. Pauli. Praterea sepe Deus vltro mittit somnia, non-
nunquã etiam rogatus, quemadmodù interpretatione
somnia, quod acciderat Nabuchodonosor, De^o in que
te tradidit Danieli, qui eam ab ipso vigilans intentissi-
ma preceatione postulauerat. Quin fuisse quòdam apud
Hæbræos admirabilem quandam rationem & conue-
tudinem in rebus maximè dubiis atque grauissimis, cõ-
sulendi Deum, vt quod verum esset, aut quod factu ef-
set opus, per somnia indicaret, ex ca. 28. primi libri Re-
gũ, intelligitur. Postremò quædã somnia diuinis da-
ta respondent antecedentibus in vigilia hominum co- C
gitationibus & curis: ad hoc genus referri debet primũ
somnia Nabuchodonosor, à Daniele, 2. cap. narratũ,
itemque primum beati Ioseph, quod in capite primo
narrat D. Mattheus, atque illud Annibalis supra me-
moratum, illud quoque Scipionis Aemiliani, à Cice-
rone vel acutè confectum, vel disertissimè narratum,

*Quarta questio, cur Deus in somno ar-
cana sua hominibus reseret.* D

Quinque
causæ cur dor-
mientibus my-
steria diuina
reuelentur.

CV M animus hominis in somno, minimè docili-
s, minimèque habilis ad percipiendas res di-
uinas esse videatur, dignum sanè videtur inquisitio-
ne, cur Deus per somnia, & arcana suæ prouidentia
& mysteria rerum cælestium, non rarò docere homi-
nes voluerit. At enim uerò multas eius rei, variasque
causas afferre possumus. Primam causam tangit Hip-
pocra

A pocrates in principio libri de Insomniis, animam hominis in vigilia variis distingui occupationibus, grauibis distincti negotiis, curisque distrahi: per sensus item exteriores euocari ad ea, quæ extra ipsum sūt, & per varia eorum sensuum spectacula diuagari, multiplicique rerum humanarum strepitu interpellari, & à sui, rerumq; cælestium consideratione auocari, incertis præterea fluctuare deliberationibus, variisque studiis & affectibus æstuarè, qui non sinunt eum, quod verū & rectum est, id aut liquidò cernere, aut incorruptè iudicare.

B Contra verò in quiete & somno, ab eiusmodi omnibus interpellationibus & impedimentis vacuus & liber animus, sibi totus præsens, & præstò est, sibi que attendit, in se suas omnes vires, atque facultates collectas & coniunctas habet, expeditus & acer ad intelligendū, atque omniū, quæ illi extrinsecus obiecta sūt, amplissimè ac facillimè capax. Alteram eiusdem rei causam hanc ponere licet, quæ vigilantes accipimus, ea solemus subtiliter ratiocinando discutere & examinare, reuocare ad calculos, atque humanæ rationis trutina diligenter expendere: ad rationis enim normam exigimus omnia: cui si congruant, quæ nobis oblata sūt, à nobis approbantur, si discrepent, abiudicantur atque reiciuntur. In somno autem res sibi obiectas animus hominis citra examen accipit, paratior promptiorque ad visis diuinitus datis credendum, atque obsequendum. Constat autem inter omnes, qui de rebus diuinitus scripserunt, ad eas res non tantum intellectū, sed etiam affectū, & quodam animi quasi sensū, gustūque percipiendas, satius esse agi & regi hominem extrinsecus, quàm ipsum agere se; & auditorem esse potius, quàm arbitrum, & existimatorem: denique simpliciter credere potius, quàm causas credendi disquirere, & expendere. Tertia causa ex Aristotelis libello, qui inscribitur de Diuinatione, quæ fit ex somniis, desumpta est: ait ille; *Quemcumque motum, quo animus dormientis extrinsecus pulsatur & cietur, quamuis leuem, & exiguum, magnam tamen habere vim commouendi animum, vehementerque in ipsum imprimi, atque alitè in eo inherere: ad autem fieri propter noctis silentium, & sensuum extrinsecus vacationem & quietem, atque omniū, quæ animi in-*

Habilior animus noster in somno ad percipiendas diuinas reuelationes.

C

D

Aristoteles,

zentionem remittere solent, vacuitatem, tunc enim sensibus A
 somno confopitis, languentēque corpore, que extra sunt, nequa-
 quam sentiuntur. Quapropter opportunissimē Deus eo
 tempore docet hominem sine vlla eius perturbatione,
 sine aliorum hominum observatione, denique sine vl-
 lius rei interpellatione: præsertim autem, quia quod ma-
 gis animus noster à sensuum consociatione, & corpo-
 ris contagione abstrahitur, tãto videtur effici vegetior,
 & acrior ad res diuinas intelligendas. In somno autem,
 qui est imago quædam, & representatio mortis, vide-
 tur animus quodammodo seiugari à consortio cor- B
 poris, eiusque vinculis, si non omnino, certè aliquatenus
 relaxari. Quartam causam esse arbitror vt care o-
 stendatur, quãto sit Deus potentior, & efficacior ad
 hominem docendum & erudiendum, quã sit alius
 quiuis homo: quippe homo hominem docere, nisi
 vigilantem, audientem, & attendentem non potest:
 Deus autem etiam alissimē dormientem, atque som-
 niantem. Quo satis declarat se in omnes humani animi
 vires ac facultates summum imperium, & efficacita- C
 tem habere. Quintam causam equidem posuerim, ne
 videlicet quispiam existimaret mortem, auferre homi-
 ni omnem scientiam: aut non esse aliam viam ratio-
 nemque comparandi scientiam, quã per sensum, di-
 scursumque rationis, & ex antecedenti aliarum rerum
 cognitione. Auerrhoes quidem super libello Aristot-
 telis de Diuinatione per somnia, in commentario suo,
 non audet inficiari prophetiam posse homini acci-
 dere vel in somno, vel per reuelationem: negat tamen
 ea ratione vel artes, vel scientias speculatiuas posse vlli
 contingere. *Ena*, inquit, est natura hominis: vnus igitur du- D
 taxat erit intelligendi, & discendi modus, scilicet internuntius
 sensibus, variis item preceptis, experimentis, diligētique ratio-
 cinatione. Nam si præter communem, & vñitatum discendi mo-
 dum esset hic alter per somnia, vel reuelationem, cum is multo
 sit facilior, atque præstantior, ille alter quod difficilior, & labo-
 riosior est, eo magis fuisset supernuacaneus, non igitur datus esset
 homini, Deus namque & natura nec frustra quicquam faciunt,
 & de iis, que possunt fieri, quod melius, & præstabilius est, nū-
 quam non faciunt. Sic ille. Quæ sanè argumentatio, non
 esset planè infirma, si quisquam diceret, nemo tamen

Contra Auerrhoen.

- A nostrum id dicit, modum illum dicendi per somnia, vel per reuelationem, aut esse homini naturalem, aut esse frequentem, & vsitatum. Verùm hæc Auerrhois commenta, vt alia eiusdem, de scientia, potentia, & prouidentia Dei, humani animi natura, ex inscitia diuinarum rerum, & impietatis fonte redundãtia, quàm sint iuerudita, obtusa, falsaq; , satis liquet vel solis exemplis, quæ memorantur in Sacris literis, Adami, *Gen. 2.* Salomonis, Danielis, multorumque prophetarum, quibus multarum rerum scientia subitò data est à Deo: *3. Reg. 3. Exod. 31.*
- B quia etiam Beseleel, & Oliab, quos in lib. Exodi prodicitum est, subitò diuinitus edoctos, Mosaicum tabernaculum, simul cum omnibus eius instrumentis atque ornamentis, summa arte perfecisse.

Quæstio quinta, cur à Deo somnia dentur obscuris, & indoctis hominibus, non autem sapientibus, & cur diuina somnia sint obscura.

- C VEL hac vna ratione Aristoteles, & Cicero omnium somniorum, quæ diuina creduntur, fidem & auctoritatem eleuari, & eludi posse putauerunt. Nam si quæ somnia, inquit, darentur hominibus à Deo, ea non obscuris, & indoctis hominibus, sed viris sapientia, prudentiaque præstantibus dari par erat. In quo fefellit eos, quod distinctione diuinorum somniorum, eorum dico, quæ verè diuina sunt, ab iis, quæ non sunt, esse rationem falsò putantur, planè ignorauerunt. Enimvero Dij Gentilium, quos fuisse dæmones nobis Christianis nequaquam dubiù est, quemadmodum futuros rerum humanarum casus, & euentus certò providere, ac scire non poterant, id enim solius Dei est, ita nec eos certis aut verbis, aut signis prædicere, ac præmonstrare poterant. Quapropter somnia, quibus præsignificabatur futura, non dabant viris doctis, & prudentibus, videlicet ne illi eorum somniorum vanitatem, ac falsitatem deprehenderent, auctoritatem ipsorum Deorum apud alios contererent, eorumque oracula, tamquam diuinitatis vacua, & inania veritatis, in publicum

Cur Dæmones somnia olim dare soliti fuerint, non doctis, & prudentibus, sed imperitis & contemptissimis hominibus.

blicum etiam vulgi ludibrio, & contemptui exponerent: dabant igitur ea somnia indoctis, & veri falsique discernendi imperitis, maximè verò superstitiosis, ob idque ad credendum quiduis, satis per se paratis, atque propensis. At verò somnia, quæ à vèro Deo missa sunt, ea legimus plerumque data viris sanctitate, ac sapientia eximiis, vt Abraham, Iacob, Salomoni, & Danieli. Data sunt tamen etiam nonnulla viris non admodum doctis, sed pietatis tamen, ac innocentie præstantia clarissimis: excellens autem virtus, & pietas dociliorem reddit hominis animum, aptioremque ad rerum diuinarum perceptionem, quam humana vel prudentia, vel sapientia. Qui enim mundana excellunt potentia, vel sapientia, hi ferè sunt aut impij, aut superbi, aut turpissimis inquinati flagitiis, quæ res cælestibus doctrinis, diuinisque illustrationibus, aditum ad animos hominum penitus occludunt. Nec me fugit, etiam quibusdam sceleratis, atque impiis hominibus, vt Pharaoni, & Nabuchodonosor, quædam diuinitus somnia contigisse: sed hæc illis, nec ipsorum præcipuè causa, neque cum intelligentia eorum somniorum data sunt: quò scilicet illi, eorum interpretationem, cum apud suos sapientes inuenire non possent, à veri Dei cultoribus eam petere cogerentur, atque ea ratione verum Deum agnoscerent, ac venerarentur, eiusque seruos in admiratione, & honore haberent: id, quod somnia Pharaonis, & Nabuchodonosor à Iosepho, & Daniele interpretata, manifestè declarant.

Cur quædam somnia etiam imperitis hominibus à Deo sint data.

Cur non pauca diuinorum somniorum, fuerint obscura, & perplexa.

Astutia demònum in dandis somniis futura significanti- bus.

SED cur diuina somnia non semper sint clara, & aperta, sed obscura, & perplexa, & aliarum rerum imaginibus, ac similitudinibus inumbrata, & offuscata, nec aliis tantum occulta, sed etiam iis, quibus dantur, minimè conspicua, causas rimemur, & aperiamus. Dij Gentilium, hoc est demones, quia certam futurorum euentuum scientiam habere non poterant, ad significanda futura dabant illi quidem non raro somnia, sed obscura tamen & ambigua, quæque ad diuersos, etiam contrarios euentus facillè detorqueri, & applicari possent, vt ad quodcumque cecidisset, somnium quadrare videretur. Quod si somnia euentis minimè responderent, id non falsitati somniorum, sed interpretum

- A** pretum incertitia, qui somnia propter obscuritatem, & ambiguitatem non rite essent interpretati, adscriberetur. At verò somnia, quorum auctorem fuisse Deum ex sacris literis cognouimus, sæpenumerò distinctè, & explicatè tradita sunt, qualia legimus fuisse Abimelech, Labam, Iudæ Machabæi, Salomonis, beati Ioseph, & trium Magorum. Non est tamen negandum quædam somnia esse data tectè, & obscurè, sed hominibus gentilibus: ad eum nempe finem, vt intelligentiam eorum somniorum, cum non ab aliis, quàm à viris sanctis accipere possent, & ipsos Dei seruos honorarèt, & summa Deum reuerentia, ac veneratione prosequerentur. Si quæ verò somnia etiam seruis Dei obscura data sunt, propterea id factum est, vt eorum sensum atque intellectum, summo illi studio, assiduis precibus, multisque lachrymis à Deo flagitantes, tandem impetrarent, & propter difficultatem impetrandi, pluris facerent, & cariorem haberent. Denotatur præterea obscuritate somniorum, earum rerum, quæ significantur somniis, obscuritas. Adde quod per imagines, & similitudines, breuissimè plura & sublimiora mysteria significantur, quàm si apertis, & propriis fuissent expressa vocabulis. Nam quàm multa, quàm varia, quàm profunda mysteria, vna illa statua Nabuchodonosor in quiete visà, adumbravit, quæ si fuissent propriis verbis efferenda, vix longissima oratione declarari potuissent. Denique vult Deus nonnunquam, somnia esse ad aliquod tempus occulta, & incognita, quoad nimirum, ipso euentu rerumque successu, eorum veritas agnosceatur, & comprobetur: quod in duobus illis Iosephi somniis, promotionem eius ad summam potentiam, & dignitatem præsignantibus, liquido cernitur.

Quatuor cau-
sæ cur in: erdū
diuina somnia
sint valde obs-
cura.

*Questio sexta, an licitum sit Christiano homini,
obseruare somnia: & cuius hominis sit
somnia interpretari.*

DVARANGUNTUR his verbis difficultates, & prior quidem est, an sit fas Christianis, curiosè somnia

Quatuor gene-
ra somniorū,
sine viſio poſ-
ſunt obserua-
ri, & curari.

obſeruare: ad quam facilis eſt, & in promptu respon-
ſio. Etenim quædam ſomnia licitum eſt obſeruare: A
quædam verò minimè. Principiò, ſomnia, quæ bo-
nam, vel malam corporis affectionem aliquam, mor-
bòſque tam animi, quàm corporis ſignificant, uti-
liter à medicis tam animi, quàm corporis obſeruan-
tur & expenduntur. Tum ſomnia, quæ nos crebrò in-
feſtant, territant, conturbant, & vexant, animaduertere
quibus ex cauſis accidunt, vt vel noti effectus igno-
tas nobis cauſas ſcrutemur, ac teneamus: vel vt rati-
onem aliquam ineamus, eam à nobis moleſtiam de-
pellendi, licitum eſt, & à ſanctis viris ſæpè uſurpa-
tum. Legimus enim apud Caſſianum in Collat. 22. ve-
teres, illoſ monachorum magiſtros, & rectores, in
perquirendis & excutiendis quorundam ſomniorum
cauſis diligenter eſſe verſatos. Poſteà obſeruare ſom-
nia, quatenus in illis pernoteſcit homini veritas ali-
qua pertinens ad ſcientias ſpeculatiuas, vel ad res ge-
rendas conferens, nec vt ſuperſtitioſum, nec vt vanum
damnari debet. Denique, ſomnia quæ nos ſæpè con-
mouent, & incitant ad flagitia, conſiderare num à dæ-
mone nobis ſubiiciantur, ſicut contrà, quibòs ad
bona prouocamur, & inſtigamur, veluti ad calibatam,
largitionem eleemoſynarum, & ingreſſum in religio-
nem, ea ponderare num à Deo nobis miſſa ſint, non
eſt ſuperſtitioſi animi, ſed religioſi prudentis, ac ſa-
lutis ſuæ ſaragentis, atque ſolliciti. B

A T verò, cuiuſcunq; ſomnij, quoquo modo no-
bis contingat, etiam ſi raro, ſi temerè, ſi fortuito eue-
niat, putare habendam eſſe rationem, curàmque ſuſci-
piendam, ſtolidi hominis eſt, ne dicam ſtulti. Suprà
enim oſtenſum eſt, maximam partem ſomniorum
nihil veri, & certi habere: ſed vanitatis, ac temeritatis
eſſe pleniffimam. Prætereà obſeruare ſomnia, quaſi eſ-
ſet in ipſis aliquid diuinum, ſcilicet, quale Gentiles exi-
ſtimabant eſſe in garritu, volatu, cibatuque auium, &
in exiſ animantium, atque ex illis prænoſſe, ac diuina-
re velle futura, non modò non eſt licitū, ſed eſt in ſcri-
ptura grauiffimè reprehenuſum, damnatum, & interd-
ctum, non minus ſanè quàm magorum, & incantatorum
maleſticia, quòd ex cap. 19. Leui. ex. 18. Deu. ex 33. poſte-
rioris C

Arioris libri Paralip. aliisque sacrorum voluminum locis perspicue intelligitur. Et verò, scire velie futura, quæ Deus in sua solius potestate posuit, arrogans, & impia est curiositas. Putare autem certa futurorū signa contineri in somniis, quæ nullam cum rebus futuris connexionem, & convenientiam habent, fatuum est: parum dixi, planè impium, & stultum est: hoc enim arguit eiusmodi somniorum observatores, stultis, impiis, & absurdis opinionibus esse infectos, atque depravatos.

B Nam, vel isti putant res omnes futuras, ex naturalibus causis pendere, & hoc falsum est: vel eas res quibuslibet somniis significari posse, quod planè stultum est: vel futura omnia certò provideri, & sciri à dæmone, quod est perquam impium: vel denique à Deo promiscue, atque indifferete per qualibet somnia, & quibuslibet hominibus, præmonstrari futura, quod esse absurdum nemo non videt. Ad extremum, tanti facere somnia, & usque adeò pendere ex illis, ut ad eorum quasi normam dirigat quis omnem vitæ suæ rationem, & respectu habito

C ad somnia, actiones, & negotia, vel suscipiat, vel omittat, non modò præstantia hominis indignum est, sed olet etiam fatalem illam Stoicorum, tones in Ecclesia damnatam, & à melioribus Philosophis explosam reiectamque necessitatem. Quòd si merito vituperantur, & à sapientibus redarguuntur astrologi, qui res humanas ex astris, quasi suspensas, & religatas omninò pendere arbitrantur: eò magis profectò, reprehendendi sunt superstitionis somniorum observatores, quò magis astra dignitatem naturæ, æquabilitate motus, constantia ordinis, amplitudine potestatis, & præstantia efficacitatis somniis antecellunt.

D Ad posteriorem quæstionē, qua quæritur, cuius hominis sit bene interpretari somnia, hunc in modum respondemus. Somniorū, quæ vim habent ad aliquid significandū, & observatione, atque interpretatione digna sunt, ea non cuiusvis hominis est interpretari. Tria enim huiusmodi somniorum genera distingui possunt, nam multa sunt naturalia, quædam humana, nonnulla etiā divina. Naturaliū somniorū interpretatio, nō est dubiū, quin solertiū, & doctorū physicorum, ac medicorum sit propria: eorum maxime, qui norunt similitudines in

Maior vanitas est observatum somnia, quam astra.

Quisnam sit idoneus, ac veridicus confessor atque interpretes verorum somniorum, tam naturalium, & humanorū, quam divinorum.

somniis ostensas comparare inter se, & quarum rerum **A**
 similitudines esse, & ex quibus causis proficisci so-
 leant, discernere: similiter, vt qui figuras aliquas, &
 imagines dilaceratas sumens in manus, earumque
 partes dissipatas, bene componens inuicem, apteque
 conformans, cuius rei fuerint similitudines hominisne,
 an equi, an aliarum rerum, acutè dispicit, vereque iu-
 dicat. Humanorum autem somniorum, ita erit quisque
 sagacissimus coniector, & idoneus, ac veridicus inter-
 pres, vt fuerit rerum humanarum peritissimus, & calli- **B**
 dissimus: ingeniorum item, studiorum, morum, & pro-
 pensionum, quæ in variis hominibus magnam quoque
 varietatem habent, exquisitam, multisque confir-
 mâtam experimentis notitiam sit adeptus, quasi venas
 omnes rerum ciuilium, & humanarum tenens. Cuius
 autem sit exponere diuina somnia, in promptu est in-
 telligere: patet enim, neminem interpretari ea posse,
 nisi diuinitus afflatum, & eruditum. *Nemo enim uouit,*
inquit Paulus 1. ad Corinth. 2. quæ Dei sunt, nisi spiritus
Dei. Præsertim verò cum diuinorum somniorum signi-
 ficaciones, ex solius Dei consilio, & voluntate sint in- **C**
 struatæ, ob idque solius Dei reuelatione, notæ homi-
 nibus esse possunt. Quocirca regem Nabuchodonosor
 somnij sui, quo maximè territus fuerat, sollicitum, &
 anxium, quòd eius somnij rationem ex nullo suorum
 sapientum cognoscere potuisset, sic affatus est Daniel:
Mysterium, quod rex interrogat, magi, arioli, aruspices, & sa-
pientes nequeunt indicare regi: sed est Deus in calis reuelans
mysteria.

Iamblici opi-
 nio, de tempo-
 re, quo diuina
 somnia con-
 uolant homi-
 nibus, reueta-
 tur.

IA M B L I C V S existimat diuina somnia ferè non **D**
 contingere hominibus, nisi aut primo, aut extremo
 somni tempore: uidelicet, quia tunc animus homi-
 nis, aut nondum est cibi potusque vaporibus occu-
 parus, & oppressus: aut iam euanescente somno, va-
 porumque discussa caligine, ex illis sordibus emer-
 sus animus, purior, & acrior est ad diuinas illustratio-
 nes accipiendas. Quapropter vates, ac somniorum
 interpretes, in more habebant, ex deferentibus ad
 ipsos somnia seiscitari, quo ea tempore ipsis contigis-
 sent: nam si profundo somno accidissent, ea planè
 abiiciebant, rati non esse consentaneum, animo tunc
 obruto

A obruto, & demerso, dari cœlitus somnia: sin autem somnia illis accidissent, exeunte somno, & animo ad suas functiones propè iam expergiscente, tunc ea somnia diuinitus missa, Deoque auctore digna iudicantes, ponderanda sibi & interpretanda suscipiebant. Legendus etiam est Philostratus in capite 14. libri secundi, de Vita Apollonij. Verumtamen hæc Iamblici documenta ex superstitiosis Ægyptiorum sacerdotum obseruationibus, vel dicam verius, figmentis, quorum fuit ille studiosissimus, exprompta sunt. Deus acmpè istiusmodi temporum legibus non est alligatus, nec opportunitate temporum eget ad operandum, vbicumque enim vult, quandocumque, & quibuscumque vult, sua inspirat somnia: potest enim quouis tēpore, imò etiam sine tempore, sedare subito agitationem humanorum, tranquillare spirituum animalium iactationem, purgare phantasiam, mentem illustrare, animumque ad percipienda diuina somnia idoneè comparare.

Quæstio septima, an in somno, liber vsus rationis, & voluntatis esse queat.



SEPE NUMERO in somniis, præsertim, quæ doctis, prudentibus, & sanctis viris contingunt, animus hominis, quod pertinet ad vsum rationis, & agitationem mentis, solutus, expeditus, ac liber est. Etenim nonnumquam ratio dormientis

Sæpè in somnio liber est rationis vsus.

planè cognoscit res simplices, easque, vel componit inuicem, vel disiungit, ratiocinatur, iudicat, miratur, noua quædam inuenit: quinetiam ad se ipse animus conuertitur, & ad suas actiones considerandas, & diiudicandas aciem suam, vimque reflectit, cunctatur, hæret, dubitat, secum ipse disceptat, an tunc homo dormiat nec ne? Hæc autem liberum esse tunc rationis vsum, manifestè demonstrant. Non propterea tamen existimandum est, quia in somno interdum soluta est vis rationis, esse itidem perfectum liberi arbitrij vsum. Nam ad plenum, & perfectum liberi arbitrij vsum, opus est perfecta hominis libertate, hoc est, solutione omnium sensuum,

Nunquam in somno est perfectus liberi arbitrij vsus.

sensuum, & potentiarum, ita ut sit ipse homo, qui tunc agat, nec aliunde agatur, sicque dominus sui, atque suarum omnium actionum, & in potestate eius sit, tunc hoc, vel illo modo agere, aut etiam nihil agere id quod in somno nequaquam evenit.

Ardua questio
de somno Sa-
lomonis.

CÆTERVM nonnihil habet difficultatis, quod legitur in 3. libr. Reg. cap. 3. Deum in somno visum esse Salomoni, iussisseque, ut peteretur ab ipso quæcumque omnium maximè optaret: ipsum autem petiisse sapientiam, & prudentiam bene regendi populum, cui præerat, posthabitis omnibus aliis bonis, quæ tamen, principibus huius mundi, super omnia, concupiscenda, & expetenda videntur: eam porò petitionem usque adeò placuisse Deo, ut summam ei se daturum sapientiam, & præterea, quæ non postulasset, bona, cumularissimè largiturum pollicetur. Ex qua narratione ipsius Scripturæ, satis intelligi videtur, Salomonem in illo somnio solutè, ac liberè, non tantum ratione, sed etiam voluntate esse usum: neque enim illa eius petitio facta in somno, tantopere Deo placere, tantumque sapientiæ munus promereri potuisset, nisi esset ex libera voluntate profecta. Hæc difficultas tribus modis posset discuti, ac dissolui: Nam primò quidem responderi posset, illam Salomonis in somno petitionem placuisse Deo, non per se, sed propter antegressam eiusdem in vigilia similem quandam petitionem, ex qua scilicet illa in somno extitit. Salomon enim ardentissimè expetierat, & à Deo postulauerat donum sapientiæ, ac prudentiæ: hanc eius petitionem, Deus illo somnio declarauit fuisse sibi gratissimam, & optatum habituram effectum: Sed hæc fortasse cuiuspiam videbitur nonnihil dura, & contorta responsio. Quocirca sibi cuiam alterum responsum: posset enim dici, à principio fuisse illud quidem somnium, sed postea Deo mirabiliter operante, conuersum esse in ecstasim, seu raptum, qualis nempe D. Paulo, & Prophætis sæpè contigit: in quo animus Salomonis, hæret à corporis, & rerum externarum sensu abstractus, & similis dormientium esset, per Dei tamen potentiam factum est, ut solutus, & liber tunc fuerit ad exercendas actiones, tum rationis, tum liberi arbitrij, ita ut liberè peteret à Deo Salomon quod vellet, & petendo, quæ

Solutio tri-
plex.

ni insepuit
vq ha omni
medi eulsi
vlti pndr

A quæ grata erant Deo, ea quoque mereretur ab ipso consequi. Sed non placet hoc responsum. Mitto tunc examinare, an in raptu, & ecstasi, perfectus liberi arbitrij usus esse queat: tantum dico, huic responso minime suffragari divinam Scripturam, quippè, supra dicto loco narratura visionē illam Salomonis, præfatur, Deum apparuisse Salomoni per somnium, & narrata iam visione, subiungit. *Igitur evigilavit Salomon, & intellexit, quòd esset somnium*, quo perspicuè significatur, illam visionem nullatenus fuisse raptum, vel ecstasim, sed totam fuisse somnium, divinum tamen somnium, scilicet à Deo ad erudiendum docendumquæ Salomonem datum. Atque duas hæc solutiones propositæ quæstionis tradit D. Thom. in prima secundæ, quæstione 133. articulo tertio, ad 2.

ERIT igitur, nisi fallor, similis, & propius vero tertium responsum, quod etiam Thostato super 3. cap. libri 3. Reg. in quæstione 12. maximè probatum est. Dicimus, cum Salomon tunc verissimè dormierit, & il-
Clacius visio fuerit somnium, quemadmodum Scriptura testatur, hinc necessariò effici, quicquid ibi factum esse dicitur, non reuera, sed per imaginariam tantum dormientis visionem esse factum. Videbatur igitur tunc sibi Salomon petere sapientiam à Deo, videbatur etiam ei Deus petitionem ipsius approbare, cum reuera tamen nulla fuerit tunc petitio, nullum meritum Salomonis, nullum item responsum, nullumquæ Dei promissum. Cur igitur, inquires, somnium illud à Deo datum est Salomoni? Videlicet, nisi mea errat coniectura, tres ob causas. Primò, ut intelligeretur omnium bonorum auctorem, & largitorem esse Deum, & ab eo esse omnia bona expetenda, & postulanda. Deinde, ut manifestum fieret, quæ bonorum electio, & petitio, grata esset, & accepta Deo: ea nimirum, quæ spiritalia bona corporalibus, cælestia terrenis, denique ad communem aliorum utilitatem, & salutem pertinentia, inanibus, & infructuosis præoptantur, atque præferuntur. Ad extremum, ut exemplo Salomonis appareret, & extaret, quanta sit Dei benignitas, & munificentia erga servos suos, quorum optata, & postulata non solum impleat, sed etiam longè superet, & abundanter excedat.

Cur somnium
illud, datū fue-
rit Salomoni.

cedat. Ecce Salomon solam à Deo sapientiam postula-
 uerat, præ hac cæteris bonis, quæ hominibus pretiosis-
 sima, & carissima sunt, contemptris: cui tamen Deus &
 sapientiam supra ipsius votum, & reliqua bona præter
 votum ipsius, largissimè donauit. Verùm hæc nostra de
 somniis digressio & disputatio, hunc habeat termin-
 um: vereor enim, ne si longius producta sit, molesta
 & odiosa lectori esse incipiat. Quemadmodum enim
 somnus, quoad quietus & placidus est, membra dulcissimè
 refouet, ac recreat, viresque reficit, ac redintegrat,
 si tamen in eo nimis longa, nimisque seria, & grauia
 contingant somnia, corpus pariter atque animum lan-
 guescit, & debilitat, sic omnino cauendum nobis fuit,
 ne nostra hæc de somniis disputatio, præter mo-
 dum longa, gratiam perderet legentium,
 & quam ex ipsa fortasse volupta-
 tem ceperant, in fastidium,
 odiumque con-
 uerteret.

BENE



A
BENEDICTI
PERERII SOCIE-
TATIS IESV,

Commentariorum in Danielem,

B LIBER III.

CAPVT SECVNDVM.

N Anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Precepit* autem rex, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldei, vt indicarent regi somnia sua: qui cum venissent, steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex. Vidi somnium, & mente confusus ignoro, quid viderim. Responderuntque Chaldei regi Syriace. Rex in sempiternum viue: dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait Chaldeis, sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium, & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestra publicabuntur. Si autem somnium, & coniecturam eius narraueritis, premia, & dona, & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur, & interpretationem eius indicatè mihi. Responderunt secundo, atque dixerunt, rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus. Respondit rex, & ait, certè noui, quod tempus redimitis, scientes, quod recesserit à me sermo. Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quod interpretationem quoque fallacem, & deceptionis plenam composueritis, vt loquarimini mihi donec tempus pertransseat. Somnium itaq; dicite mihi, vt sciam, quod interpretationem quoque eius veram loquarimini. Respondentes ergo Chaldei coram rege, dixerunt, non est homo super terram, qui sermonem tuum, rex, possit implere: sed

* Ergo. 15.
M. S. Hier.

f neque

neque regum quisquam magnus, & potens, verbum huiuscemodi
 di sciscitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldoeo. Sermo
 enim, quem tu quaeris, rex, grauis est: nec reperietur quisquam,
 qui indicet illum in conspectu regis: exceptis diis, quorum non
 est cum hominibus conuersatio. Quo audito, rex in furore, &
 in ira magna, precepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis.
 Et egressa sententia, sapientes interficiebantur: querebantur-
 que Daniel, & socij eius, vt perirent. Tunc Daniel requisit
 de lege, atque sententia ab Arioch principe militia regis, qui
 egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. Et inter-
 rogauit eum, qui a rege potestatem acceperat, quam ob causam
 tam crudelis sententia a facie regis esset egressa: Cum ergo rem
 indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem,
 vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et in-
 gressus est domu suam, Ananiaque, & Misaeli, & Azarie
 socijs suis, indicauit negotium, vt quaerent misericordiam a fa-
 cie Dei caeli super sacramento isto, & non periret Daniel, &
 socij eius, cum ceteris sapientibus Babylonis. Tunc Danieli
 mysterium per visionem nocte reuelatum est: & benedixit
 Daniel Deum caeli, & loquutus ait, sit nomen Domini bene-
 dictum a seculo, & vsque in seculum: quia sapientia, & forti-
 tudo eius sunt. Et ipse mutat tempora & etates: transfert
 regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scien-
 tiam intelligentibus disciplinam, ipse reuelat profunda, & ab-
 scondita: & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est. Tibi,
 Deus, patrum meorum, confiteor, teque laudo, quia sapien-
 tiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi,
 que rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. Post
 haec Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat rex, vt
 perderet sapientes Babylonis, sic ei loquutus est. Sapientes Ba-
 bylonis ne perdas: introduc me in conspectum regis, & so-
 lutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit
 Danielem ad regem, & dixit ei: Inueni hominem de fi-
 liis transmigrationis Iudae, qui solutionem regi annuntiet,
 Respondit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Bal-
 thasar, Putasne, vere potes mihi indicare somnium, quod vi-
 disti, & interpretationem eius? Et respondens Daniel coram re-
 ge, ait, Mysterium, quod rex interrogat, sapientes, magi, &
 arioli, & aruspices nequeunt indicare regi. Sed est Deus in
 caelo reuelans mysteria, qui indicauit tibi, rex Nabuchodonos-
 sor, que ventura sunt in nouissimis temporibus, Somnium tuum,

Ps. 112.

* nostrorum
 MS. R. G. quae
 dam habent.

A & visiones capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt. Tu rex, cogitare capisti in stratu tuo, quid esset futurum post haec: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi, quae ventura sunt. Mihi quoque non in sapientia, quae est in me plus quam in cunctis uiuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuae scires. Tu rex, videbas & ecce quasi statua una grandis: statua illa magna, & statua sublimis stabat contra te, & intus eius erat terribilis. Huius statuae caput ex auro optimo erat, pectus autem, & brachia de argento, porro uenter, & femora ex ere: tibia autem ferrea, pedum quedam pars erat ferrea, quedam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis * de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter fer-
B rum, testa, aes, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam aestiua aerea, quae rapta sunt vento: nullusque locus inuentus est eis: lapis autem, qui percussit statuam, factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terram. Interpretationem quoque eius dicemus coram te, rex. Tu rex regum es: & Deus caeli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filii hominum, & bestia agri, uolucres quoque caeli dedit in manu tua, & sub ditione tua uniuersa constituit, tu es ergo caput auroreum, & post te consurget regnum aliud minus te: & regnum tertium aliud aereum, quod imperabit uniuersa terra. Et regnum quartum erit uelut ferrum: quomodo ferrum comminuit & domat omnia, sic comminuet & conteret omnia haec. Porro quia uidisti pedum & digitorum partem * testem signi, & partem ferream, regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri oriatur, secundum quod uidisti ferrum mistum testae ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. Quod autem uidisti ferrum mistum testae ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhaerebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testae. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus caeli, regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo tradetur, comminuet autem, & consumet uniuersa regna haec: & ipsum stabit in aeternum. Secundum, quod uidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & aes, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit

* 6. MS. R. C. non habent: expressum est autem hoc loco à Gr. quod ver. 45. omnes habent.

* testam. S.

ostendit regi, quæ ventura sunt postea: & verum est somnium, A
 & fidelis interpretatio eius. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit
 in faciem suâ, & Danelē adoravit: & hostias & incensum præ
 cepit, ut sacrificaret ei. Loquens ergo rex, ait Danieli, verè Deus
 vester, Deus deorū est, & Dominus regum, & revelans myste-
 ria: quoniã tu potuisti aperire hoc sacramentum. Tunc rex Da-
 nielem in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit
 ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylo-
 nis: & præfectum magistratum super cunctos sapientes Baby-
 lonis. Daniel autem postulauit à rege: & constituit super ope-
 ra prouincie Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: ipse B
 autem Daniel erat in foribus regis.



Capitis secun-
 di summa.

AT AM fuisse Danieli à Deo som-
 niorum intelligentiam, quod su-
 præ capitis primi extremis penè
 verbis dictum est, probatur hoc
 capite, insigni quodam exemplo
 & argumento regis Nabuchodonosor, qui mi-
 rabile quoddam in quiete visum habuit, sed C
 eius postea, somno excitus, memoriam perdidit.
 Cùm igitur eius somnij nosse significationem
 maximè cuperet, nec eam à suis sapientibus
 percipere posset, solus Daniel inuentus est, qui,
 & quale fuisset somnium, indicauit regi, &
 quidnam portenderet, verissimè decla-
 rauit, quamobrem summam apud
 regem venerationem, sum- D
 mósque honores, & di-
 gnitates conse-
 cutus est.

Anno

A Anno secundo regni Nabuchodonosor.



B S C V R V M est, quæ admodum com-
putandus sit hic secundus annus regni
Nabuchodonosor. Theodoretus signi-
ficat esse intelligendum secundum an-
num ab exordio regni eius: sed falsam
esse hanc intelligentiam, patet duobus
argumentis, tum quia, postquam primo anno regni Na-
buchodonosor, Daniel ductus est Babylonem, totum
B triennium consumpsit in addiscendis literis & discipli-
nis Chaldeorum, priusquam in conspectum regis veni-
ret, ut primo capite dictum est. Tum etiam, quia primo
anno regni Nabuchodonosor, quo Daniel ductus est
Babylonem, erat ipse Daniel annorum duntaxat decem,
ut supra docuimus, quocirca anno secundo regni Na-
buchodonosor fuit undecim annorum, in quam æta-
tem nullo modo conveniunt, quæ de Daniele narratur
hoc capite, ipsum videlicet fuisse eo tempore in nu-
mero sapientum, & propter interpretationem som-
C nij, fuisse constitutum à rege principem super omnes
prouincias Babylonis, & præfectum, atque magistrum
super sapientes Babylonis. Est igitur dictum verius,
quod tradit Iosephus libro 10. Antiquitatum, cum-
que secutus hoc loco Hieronymus, secundum annum
hic memoratum, esse computandum, non ab exor-
dio regni Nabuchodonosor, sed ab insigni quadam,
& admodum memorabili victoria, qua ille debella-
tis subactisque Moabitibus, Ammonitis, Syrisque, atque
D Ægyptiis, latissimè imperium suum protulit, adeo ut
quodammodo monarcha efficeretur. Hæc victoria
parata est anno regni eius vigesimo tertio, ut libro 10.
Antiquitatum, annotauit Iosephus. Quapropter hic
secundus annus fuit vigesimus quintus regni ipsius,
& septimus Babylonicæ Iudæorum captiuitatis, sci-
licet post excidium vrbs, & templi Hierosolymita-
ni. Nec est sanè cur ratio hæc computandi videatur
cuiquam, vel insolens, vel improbabilis: nam etiam
Latini scriptores hæc computandi ratione vtuntur.
Etenim, quidam annos principatus Augusti Cæsaris
numerat ab eo tempore, quo imperare cœpit, hoc est,

Quis fuerit
ille secundus
annus Nabu-
chodonosor,
quo anno
accidit ei som-
nium, quod
narratur hoc
capite.

vel à primo eius consulatu, vel à triumviratu, secundum quam computationem, imperasse dicitur quinquaginta sex annos. Alij recensent annos imperij eius, ab Asiatica victoria cum deuicto Antonio, solus Romanum imperium, & monarchiam tenuit, atque hoc modo quatuor, & quadraginta annos imperasse eum traditur. Ortum igitur Domini nostri, secundum priorem computationem, sub quadagesimo secundo anno principatus Augusti: secundum autem posteriorem chronologiam, sub trigesimo anno imperij eius fuisse dicemus. Simili igitur computandi ratione hoc loco secundus annus regis Nabuchodonosor, ab illa memorabili, & insigni tot gentium victoria, computandus est.

Præcepit rex, ut conuocarentur arioli, magi, malefici, & Chaldaei.

Qualis fuerit antiquitas, sapientia Chaldaeorum.

His quatuor generibus sapientum, infra cap. 4. & 5. additur quintum genus, scilicet aruspicum vel augurum. Quamquam Lyranus, & Carthusianus eisdem esse putant, qui primo, & secundo capite nominantur arioli, & qui cap. 4. & 5. appellantur aruspices. Verum secus res habet, ut mox ostendemus. In his autem quinque artibus, omnis Chaldaeorum sapientia, in qua Daniel excellenter versatus fuit, continebatur. Ariolos, vetus translatio Latina, teste Hieronymo, appellauit sophistas: sed Græca versio nominat, *ερασιδούς*; hoc est incantatores, qui, ut Hieronymus exponit, *verbis rem peragunt*. Hi namque sunt, qui certis verborum, carminum, characterum, seu figurarum incantamentis plantas, animalia, etiam homines excantant, daemones item aduocant, per quos futura diuinant, miraque patrant: lege quæ Plinius de istorum potentia, lib. 28. c. 2. scribit: *Magos, vetus translatio Latina, ut refert Hieronymus, nominauit philosophos, nepe sunt magi apud Barbaros, quod philosophi apud Græcos, scilicet humanarum diuinarumque rerum scientiam profitentes*. Horum tanta fuit olim apud reges auctoritas, ut nemo Persarum rex esse posset, ut ait Cicero libro I. de Diuinatione, qui non ante magorum disciplinam percip

Arioli, qui fuerunt.

Magi, qui fuerunt.

A percepisset: & vt tradit Plini. initio 30. lib. Magi toto Oriente regum regibus imperabant: auctore item Hieronymo, omnia reges de magorum consilio, & sententia faciebant: de quorum numero existimat ipse, fuisse tres illos magos, qui ad Christum Dominum adorandum, duce stella Bethleem venerunt. De magorum autem origine, disciplina & decretis, lege quæ scribit Laërtius in proœmio sui operis, & Plinius primo capite libri 30. Eusebius item libro primo de præparatione Euangelica: licet apud istos auctores, vocabulum Magi latissimè pateat, supra di-

B stas quinque sapientium disciplinas fermè completum. Malefici, quos Græca versio vocat *μαγιστῆς*, id est veneficos seu maleficos, Hieronymo interprete, sunt, qui sanguine, & victimis vtuntur, ac sæpè corpora mortuorum contingunt, vulgò Necromantici appellantur. Lyranus, & Carthusianus maleficos esse dicunt, qui homines à sensibus alienant, aliquid circa ipsos vel loquentes, vel operantes, quibus sic alienatis multa reuelantur à dæmonibus: à quibus etiam

C ludificati, per varia visa phantasmæ impressa, putant illi, & dicunt postea, se longinqua terrarum spatia peragrassè, conuiatos esse cum Diana & aliis, mira vidisse, audisse, & gustasse, talia scilicet, qualia hodiè que strigibus contingere legimus. Aruspices sunt, qui inspectis animantium extis, futura prænosci, ac prædici posse putant. Augures, qui ex auium volatu, cantu, pastuque, futurarum rerum prænotationem, & diuinationem aucupantur.

Malefici, qui fuerint.

Aruspices, & Augures qui.

D CHALDÆI, principem locum tenebant apud Babylonios, inter omnes sapientes: quamobrem conuocatis aliis sapientibus, inter solos tamen Chaldæos, & regem, sermonem esse habitum, legimus in hoc capite: Erant autè Chaldæi professione Astrologi, potissimum autem genethliaci, qui ex inspectione, & obseruatione siderum futuros rerum omnium, non modò naturalium, sed etiam rerum humanarum euentus se præuidere, ac prædicere posse iactabant: cuius disciplinæ habere se obseruationes per quadringenta, & septuaginta millia annorum, collectas & rebus ipsis comprobatas, vt tradit Cicero in libris de Diuinatione, gloriabantur

Qualis fuerit professio eorum, qui propriè vocabantur Chaldæi.

riabantur. Verùm Chaldæorum doctrina & decretis, ac diuinationibus multa cognitu digna tradit Diodorus Siculus cap. octauo, libr. 3. de quibus pauca, scilicet memorabilia circuncisa oratione, hic adscribam. Chaldei (ait) Babiloniorum antiquissimi, eo loco sunt apud Babilonios, quo in Aegypto sacerdotes, cultui Deorum deputati, per omnem vitam philosophantes, auguriis, sacris, & quibusdam incantationibus, mala auertere ab hominibus, & bona asserre existimabantur, auguria insuper, somnia, & prodigia interpretari soliti, necnon & quæ ad sacra spectulanda pertinent peritissimè tenentes, quorum decreta erant: Mundum esse sempiternum; principio, sineque carentem, Dei potestate ac sapientia factum, eiusdemque summa ratione, consilioque gubernari, deditissimi erant siderali scientiæ, ex astrorum animaduersione, quæ cuique hominum in vita aliquando essent euentura, diuinantes: nam Alexandro Magno, & victoriam Darij, & mortem, quæ ipsum manebat Babilone prænunderunt: similiaque deinde Antigono, Nicanori, & Seleuco prædixerunt. Quinetiam idiotis futura ita euidenter vaticinabantur, vt mirum, & supra ingenia hominum esse videretur. Omnes certè concedunt Chaldæis supra ceteros mortalium scientiam Astrologiæ: in qua illi se per quadringenta tria annorum millia vsque ad Alexandrum Magnum obseruationes astrorum collegisse prodiderunt. Hactenus de Chaldæis, ex Diodoro.

Cur Daniel non vnà cum alijs sapientibus accessitus fuerit à rege.

SED quæret aliquis, cur rex Daniele[m] simul cum alijs sapientibus non conuocauerit? Respondendum est, regem non iussisse vllum sapientem nominatim accersiri, sed mandasse tantum, vt qui in vnaquaque supradictarum quinque artium sapientissimi essent, ad se adducerentur. Sed alij sapientes mandatum hoc regis celauerunt Daniele[m], ne is videlicet præferretur ipsi sapientia, & quæ à rege sperabant præmia, solus auferret. Ac licet rex proprio experimento comperit habuisset, Daniele[m] omni sapientia cæteris esse longè præstantiorem, vt extremo capite primo dictum est, attamen faciliè fuit post vnginti duos annos, tantum enim temporis interea præterierat, Danielis obliuionem animo regis obrepisse: præsertim verò cum Daniel non ambitiosè iactaret, & in publico magnificaret sapientiam suam, vt faciebant alij,

ncc

A nec artes illas Chaldæorum exerceret, quin omnem
 corum sapientiam parvipenderet. Fit etiam credibile,
 quia Daniel non venerat cum aliis sapientibus ad
 regem, ipsum existimasse, Danielem sapientia sua
 diffusum, venire in conspectum suum non esse ausum.

Responderunt Chaldæi regi Syriacè.

B **E**R A N T quidem illi sapientes ex diuersis pro-
 uinciis, quarum nativæ linguæ diuersæ erant:
 sed quia Chaldaica seu Syriaca lingua, vel erat com-
 munitè omnibus nota, vel erat, qua rex utebatur,
 propterea illi ea sunt vsi: nisi fortè soli Chaldæi fue-
 runt, qui suo, & aliorum sapientum nomine, quæ hinc
 narrantur, propria lingua dixerunt regi. Sed utcum-
 que sit, illud certè constat ex hoc loco, Chaldaicam
 vel Syriacam linguam diuersam esse à pura Hebræa.
 Nam ab exordio huius libri, vsque ad hunc locum,
 & lingua, & scriptura fuit Hebræa: hinc vsque ad
 finem septimi capituli, Scriptura quidem Hebræa est,
 sed sermo Chaldæicus: inde vsque ad finem duode-
 cimi capituli, rursus & sermo, & characteres sunt He-
 bræi: residuum libri, Græcè tantummodò scriptum
 inuenitur. Hoc ipsum argumentatur Hieronymus
 contra Philonem, qui dixit, eandem fuisse linguam
 Chaldæam, & Hebraicam, quoniam Abraham Pater
 Hebræorum fuerit Chaldæus, ex eo, quod supra dictum
 est, Danielem, & eius socios, literas, & linguam
 Chaldæorum didicisse: atqui callebant ipsi linguam
 Hebræam, ut nativam ipsis, cui si eadem fuisset Chal-
 daica, quid atquebat eam discere? Idem confirmari
 potest eo, quod scriptum est in 4. libro regum, cap.
 18. Rasfacem missum à rege Sennacherib Hieroso-
 lymam, ut Iudæos ad deditionem sollicitaret, roga-
 tum esse ab Eliachim pontifice, ne loqueretur coram
 populo Hebraicè, sed suo sermone Syriaco uteretur.
 Adhuc quod per Hieremiam cap. 5. sic ait Dominus:
*Adhucam contra te, domus Israël, de longinquo gentem an-
 tiquam, & robustam, cuius tu linguam ignorabis, nec quid lo-
 quatur intelliges: Significat autem Deus his verbis, gen-
 tem Chaldæorum, quæ urbem, & templum Hieroso-*

Refellitur Phi-
 lo, ratur lin-
 guâ Hebræam
 non fuisse di-
 uersam à Chal-
 daica.

Iymitanum destructura erat, & ipsos Iudeos in longam duramque seruitutem abstractura. Fatendum tamen est, post captiuitatem Babylonicam, propter diuturnam Iudæorum cum Chaldæis conuersationem, vulgarem Hebræorum linguam, quæ vulgo erat in vsu, permutatione sermonis Chaldaici infectam, & vitiatam esse: ita ut ab eo tempore vsque ad tempus Domini nostri vulgaris lingua Iudæorum mixta esset ex Hebræo, & Chaldaico sermone: pura verò lingua Hebræa, in sacris Bibliis cōseruata est, eiusque scientia penes Rabinos erat.

Responderunt Chaldaei Regi, non est homo super terram, qui sermonem tuum, Rex, possit implere.

IN hoc responso Chaldæorum, quatuor sunt ab illis dicta, quæ consideratione digna sunt, nec tacita præteriri conuenit. Primum aiunt, dormientium visa, & somnia nulli mortalium nota esse posse. Hoc verum est, si de naturali, & certa cognitione accipiatur. Siquidem, ut aliquid sit naturaliter homini cognitum, non satis est, ipsum esse rem quandam corporalem, vel materialem, aut non excedere vim, & potestatem humanæ intelligentiæ: sed præterea necessarium est, ut si fuerit singulare, & extra eum, à quo intelligendum est, eiusmodi sit, ut moueat sensus exteriores, per quos omnis cognitio humana intrat, & penetrat vsque ad mentem, aut per se, ut sunt obiecta sensuum exteriorum: aut per aliud, quod sit cum re sensibili aliqua ex parte necessario coniunctum, sitq; certum eius signum: qua ratione intelligentiam, quæ mouet cælum, cognoscimus per motum cælestem, & animam per operationes corporis externas, & sensibus manifestas. Somnia verò, si præterita sint, vel futura, nec per se possunt mouere sensus, quia non existunt actu: nec per aliud, quod sit certum eorum indicium: Non enim talia extant eorum signa. Præsentia verò somnia aliorum hominum, cum sint interiores affectiones phantasiæ, sensus nostros latent, non minus, quam phantasia

Quale esse necesse sit, quod ab homine naturali, & certa scientia comprehendipotest.

Alia somnia non posse ab illo certè cognosci.

A mara & visa brutorum, possunt tamen qualia sint ea somnia, conici, aut ex verbis dormientium, si quid loquantur: aut ex aliquo gestu, vel motu corporis, quem dormientes edant,

ALTERVM dictum Chaldæorum fuit, eiusmodi somnia esse Diis nota: quod quidem verum est, intelligendo nomine Deorum, non modò verum, & vnicum Deum, sed etiã angelos, quos etiam Deos appellabat Gentilitas. Nã cum somniũ sit corporalis quedam affectio, & in corporali subiectio inhzrens, ex se quidem

B subiacet naturali cognitioni Angelorum. Quatuor tamen ex causis accidere potest, vt somniũ aliquod etiam angelum lateat: Primò si ad ipsũ angelus non aduertat intelligentiã, deinde si à Deo prohibeatur aduertentũ, quatenus somnio etiã miscetur operatio intellectus, quæ latet angelũ: Postremò si fuerit somniũ à Deo missũ, significãs res futuras, etenim huiusmodi somniũ, ipsũ quidẽ per se manifestũ esse potest angelo: vt verò significatiũ est futurorũ, nisi Deo reuelate, nequaquã.

C **TERTIO** loco aiunt Chaldæi, Deos non conuersari cum hominibus: de quo varia fuit veterum Philosophorum sententia: Epicurei namque Deos cœlestes faciebant, sed nullius rei curiosos, planèque oriosos, quippè nihil, quod extra ipsos esset, agentes, aut curantes. Veteres quidem Peripatetici, Aristotelis, vt putabant, vestigia secuti, totidem fecere Deos cœlestes, quot sunt cœli: nec alia in re, quàm in perpetua cœlorum conuersione occupatos, nullumque cum rebus sublunariis habentes commercium, nisi per lumen motumque cœli. Platonici, quorum sententiã adscribi possunt etiam Stoici, præter Deos cœlestes, faciunt alios in aëre habitantes, quos communi vocabulo dæmones appellant, sed horum alios suaprè natura bonos, & humano generi beneuolos, ac beneficos, à quibus scilicet vera somnia, & oracula, omnique magia naturalis, impertiuntur hominibus: alteros autem dæmones sua natura malos, subdolos, fallaces, & deceptores hominum. Atque hæc duo genera dæmonum consuetudinem, & commercium habere cum hominibus: Deum autem proximè non miscere se rebus humanis, nec societatem, & con-

Hominum somnia, per se quidem præter cognitioni angelorum, sed ex quatuor causis potest accidere, vt ab illis non cognoscantur.

De consociatione, atque conuersione Deorum cum hominibus, variè Philosophorum opinionibus.

factu

suetudinem inire cum hominibus, sed commercia, & A
colloquia inter Deum, & homines, siue vigilantibus
ipsis, siue dormientibus per dæmones, tanquam inter-
nuncios, & interpretes, agitari, & cōfici. Lege quæ con-
tra hanc opinionē Augustinus libr. 8. de Ciu. Dei. c. 20.
& 21. & lib. 9. c. 9. copiosè, & acutè disputauit.

Verissima sen-
tētia Christia-
norū de An-
gelis, tam bo-
nis, quàm ma-
lis.

Duplex expe-
rimentū, quo
non dubiè cō-
stat esse dæ-
mones.

A T enim uerò, Christiana, & diuina philosophia, fi-
cut vnum duntaxat Deum in tribus personis diuinis
agnoscit, & veneratur: ita sentit, omnes Angelos à Deo
factos, initio quidem bonos, sed libera voluntate in B
bonum æquè, ac malum mutabiles, & eorum quosdam
in accepta bonitate perstitisse, alios vitio suo, ea priua-
tos, euasisse in perpetuum malos. Illos, partim Deo sem-
per assistere, partim in conuersandis orbibus cœlesti-
bus, vt ferè Theologi arbitrantur, ad diem vsque iudi-
cij occupari, multos item in terras dimitti ad exequen-
da Dei ministeria circa homines, vel singulorum ho-
minum tutelam, vel regnorum, atque prouinciārum
curam gerentes. Hos autem conuersari cum homini-
bus, etiam cum nonnullis familiarissimè, plurimis diui- C
næ Scripturæ sententiis, & exemplis manifestum est.
Malos porrò Angelos docet Scriptura, vel in hoc aère
ad exercendos, probandosque homines versari. His
multiplex, & frequēs cum hominibus esse commerciiū,
satis superque compertum est duplici experimento, al-
tero energumenorum, quorum quidam planè idiotæ,
visi sunt Latine, Græcè, & Hebraicè loqui, & de rebus
Philosophicis, ac Theologicis eruditè disputare: quæ-
dam etiam, humana ratione ipsis incognita, enuntiare.
Item constat experimento magorum, quorum non- D
nulli faciunt subitò apparere varias animantium spe-
cies, statuas ligneas ambulare, & more humano loqui,
& quæ disunctissimis in regionibus aguntur, decla-
rare. Mira hæc opera, tam energumenorum, quàm ma-
gorum, reuocare ad humorem melancholicum, vt pla-
cet medicis, & Aristoteles innuit in 30. sect. Proble-
matum, vel referre ad vim, & potentiam astrorum, vt
nugantur Astrologi, est profectò perquam inerudi-
tum, & insulsum. Negare verò prædicta experimenta,
extremæ impudentiæ, & contumaciæ videtur. Necessè
igitur est, ea opera referre ad substantias quasdam in-
corporeas,

A corporeas, & intelligentes, naturali potentia, & scientia, hominibus superiores, ac præstantiores. Lege quæ in hanc sententiam fusè disputat B. Thom. lib. 3. aduersus Gentes, cap. 104. & 105.

QVARTA, & extrema istorum Chaldæorum sententia fuit, si rex indicaret eis suum somnium, se quid significaret, & portenderet id somnium, explicaturos. Hoc præcisè dictum est, non verum: rectèque eos redarguit rex. Nam si non poterant scire somnium ipsius regis iam præteritum, & quod iam actu fuerat, nec poterat non fuisse, qua ratione scire potuissent res futuras, quæ illo somnio præsignificabantur? Etenim futura, nec sunt actu, nec fuere vnquã, & ex se incerta sunt, causasque habent indeterminatas. Præterea, idem rex, vt narratur infra c. 4. proprio experimento deprehendit, istorum professionem, & promissionem esse inanem, & falsam: cum enim alterum quoddam somnium suum istis ipsis exposuisset, nullam illi significationem, & interpretationem eius somnij adinuenire potuerunt. Et verò, si somnia fuerint diuina, quæ sit eorum significatio, nisi diuinitus, sciri non potest: nec diabolica, nisi docente dæmone nota sunt: & isti negarunt dæmones, siue Deos, conuersationem habere cum hominibus. Quotidiana somnia, quia inordinatè, inconstanter, ac temerè contingunt, certam habere cognitionem, aut interpretationem non possunt. Naturalia verò somnia ex certis, & naturalibus causis profecta, significationem faciunt, & signa continent aliquarum rerum: sed eorum cognitio, & interpretatio, ad Medicos, & Physicos pertinet, nec Chaldæorum, ariolorum, & maleficorum artibus continetur.

An comperto somnio, sciri possit ab homine, eius somnij significatio.

*Ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna,
& constituit: ipse reuelat profunda, &
nouit in tenebris constituta.*



V T A T Deus tempora, vel naturaliter, vicissitudines faciens dierum, & noctium, ætatis, atque hyemis, temporis sereni, ac nubili, salubris, & pestilentis: Vel modo supernaturali, aut longius producen

Quomodo Deus mutat tempora, & ætates.

producendo diem, quàm natura fert, sicut euenit tempore Iosue, ac regis Ezechia: aut mirando naturalem rerum ordinē, atque processum: sicut accidit in eclipsi Solis tempore passionis Domini nostri. Mutat ætates, vel minuendo in commune vitam hominum, quemadmodum post diluuium factum est: vel priuatim minuendo vitam alicuius hominis, vel in pœnam eius, vt contigit Moyfi, & Aaroni, vel in eius bonum, & vtilitatem. Nam de quodam homine electo, & Deo caro scriptum est in libro Sapientiæ, c. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Contrà verò quibusdam prorogat vitam, vt regi Ezechia, annos quindecim, vltra naturaliter ei vitæ spatium præfinitum, adiciens.

Deus transfert regna, & cur.

DICITUR Deus transferre regna, vt intelligatur in manu Dei esse omnem potestatem, & dominationem, quæ est in terris, sicut in lib. Ecclesiast. cap. 10. scriptum est: *In manu Dei, est potestas terra. & Dominus dixit Pilato: Non haberes potestatem vllam in me, nisi esset tibi data desuper.* Arguit præterea translatio regnorum, breuitatem, & instabilitatem humanarum rerum, ne videlicet principes viribus suis, bonisq; confisi, securos se, ac beatos putent. Transfert etiam Deus regna ex vna gente in alias, propter impietatem, & iniquitatem. Nam à Chananæis regnum transtulit ad Iudæos: à Saule ad Dauidem: à Salomone ad Ieroboam: scriptum enim est in cap. 10. lib. Ecclesiast. *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & cõtumelias, & diuersos dolos, & paulò infra: Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eu.* Constituit autem Deus reges variis modis, & variis de causis: aliquando enim homines improbos euehit ad regnum, quia hoc populi improbitas commeruit: ipse enim, vt ait Iob 34. *Regnare facit hypocritam propter peccata populi.* & per Isaiam c. 3. *Dabo eis pueros principes, & effeminati dominabuntur eis.* Interdum sinit barbaros, & crudeles homines dominari populo suo, quo grauissima eius scelera puniat: quemadmodum per regem Assyriorum puniuit decem tribus Israëli, quamobrem per Isaiam appellat eum virgam furoris sui: & per regem Nabuchodonosor castigauit peccata tribus Iuda: quam ob causam per Ezechielem nominat

Cur sinit Deus barbaros, & impios regnare, & populo suo dominari.

Isa. 10.

Ezech. 29.

minat

Aminat eum seruum suum, sicut etiam rex Attila nominabat se flagellum Dei. Nonnunquam Deus creat aliquem regem, ut per eum animaduertat in alium regem, à quo grauius est offensus: hanc ob causam iussit Deus, Iehu regem Israël uinci, ad delendam posteritatem impij regis Achab. Denique quosdam effert Deus ad regalem dignitatem, & potestatem, propter populi sui, & seruatorum suorum utilitatem, & consolationem. Legimus apud Isaiam cap. 45. & in principio libri Eldræ, Cyrum euectum esse à Deo ad amplissimum imperium, ut ipse populum Hebræum seruitute liberatum, in patriam dimitteret, ad instaurandum templum suum.

B Constantinus quoque, propter utilitatem Ecclesiæ, diuina ope debellatis omnibus suis hostibus, solus amplissimum à Deo consecutus est imperium. Porrò illis verbis: *Ipse reuelat profunda, & abscondita, & in tenebris constituta*, significari possunt tria genera rerum, quæ supra omnem sunt naturæ creatæ cognitionem. Vnum est rerum supernaturalium, cuiusmodi sunt mysteria nostræ fidei, ut Trinitatis, incarnationis, & Eucharistiæ, quæ dicuntur

Tria genera rerum, quæ omnem creatæ naturæ intelligentiam excedunt.

C hic profunda, Alterum eorum, quæ vocantur arcana cordium, vti sunt propriæ voluntatis, & intellectus actiones, nominantur autem hoc loco abscondita. Tertium est eorum, quæ in scholis appellantur futura contingentia, quæ nec sunt actu, nec fuere unquam, nec in causis suis determinatè continentur, ob idque certam cognitionem patere non possunt: hæc nominantur in præsentia in tenebris constituta. Vt enim se habet ad sensum oculorum lux, & tenebræ, sic ad cognitionem intellectus, potentia, & actus.

D Atque huius triplicis difficultatis intelligendi similitudinem quandam in visu licet cernere minimè alienam, cui quædam ignota sunt, quia longè distant, alia quia sunt in tenebris: nonnulla, quòd aliquo impedimento ab ipso visu oblitescunt. Circa illa verba: *Inueni hominem de filijs transmigrationis Iuda*, breuiter adnotandum duxi, tres fuisse intra viginti annos captiuitates Babylonicas Iudæorū sub eodem rege Nabuchodonosor, cæsq; omnes in Scriptura nominari

Similitudo.

Nomen transmigrationis in triplici captiuitate Babylonica dictum inuenitur.

trans

transmigrationes. Prima fuit sub rege Ioachim, quã vocat transmigrationem Scriptura hoc loco: illius enim captiuitatis particeps fuit Daniel. Altera sub rege Ioachin seu Iechonia, quã dicitur transmigratione ab Ezechiele, c. 1 & 40. & Hierem. c. 24. à D. etiam Math. c. 1. Tertia sub rege Sedechia, quam Hieremias, c. 1. etiam transmigrationis vocabulo appellat, licet hoc nomen magis in secunda captiuitate usurpatum, & tritum sit.

*Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid
esset futurum post hæc.*

D. Gregorij
sententia, de
latitudine &
efficacia pro-
phetiæ.

H V N e locum exponit Gregorius in prima Homilia super Ezechiël: cum enim docuisset prophetiam non tantum esse futurorum, sed etiam præteritorum & præsentium, ea ratione ut sunt illa homini occulta & incomprehensibilia, subdit, prophetiæ tempora præterita, & futura, inuicem sibi concinere ad probationem, ut aliquando ex futuris præterita, aliquando vero ex præteritis probentur futura: & cum prius illud, exemplo Moïsi ostendisset, de hoc posteriori, quod ad rem nostram facit, quemadmodum in ipso prophetiæ spiritu ex præteritis probentur futura, exemplum ponit huius somnij, quod Daniel est interpretatus. Petiit rex Babylonicus, inquit Gregorius, ex suis sapientibus, non tantum somnij interpretationem, sed etiam quale fuisset somnium, quod ei acciderat, & ex memoria effluerat, ut nimirum ex præterito colligeret, si quid in eorum responsionibus certum teneret; quibus negantibus id scire se posse, adductus est Daniel, qui non solum hoc respondit, quod interrogatus est, sed etiam ipsam somnij originem explicauit, dicens: *Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid esset futurum post hæc.* & paulò post: *Tu rex videbus, & ecce statua vna grandis.* Cuius somnij mox ut ordinem dixit, quicquid ex eodem venturum sequebatur, aperuit. Pensamus ergo ordinem prophetiæ: à cogitationibus venit ad somnium, à somnio peruenit ad futura. Qui ergo ipsam, ut ita dicam, radicem somnij protulit, profectò ex præteritis probauit, quòd vera essent, quæ de futuris diceret. Prophetia

A phetia autem presentis temporis, nec præteriti attestati-
 one indiget, nec futuri: quia cum res occulta per
 prophetiæ verba detegitur, veritati illius, res ipsa, quæ
 ostenditur, attestatur. Hæc ibi Gregorius, Idem in
 4. libro Dialogorum, capit. 48. sex causas memorat
 somniorum: aut enim, inquit, ex plenitudine, vel inan-
 itate corporis somnia existunt, aut ex præcedentibus
 in vigilia cogitationibus & curis, aut ex illusione dæ-
 monis, aut ex cogitatione hominis simul & dæ-
 monis illusione, aut ex reuelatione Dei, aut deniq; ex
 cogitatione, & reuelatione Dei. In hoc autē postremo
B genere somniorum reponendum est somnium hoc Na-
 buchodonosor,

NE quem autem subeat suspicari, propterea som-
 nium hoc natura iter illi regi potuisse accidere, quod
 somnium fuerit congruens cum antecedentibus eius
 cogitationibus & curis: naturale autem sit, vt qualia
 quisque vigilans diu multumque cogitauerit, talia
 frequenter dormiens somniat: frequens enim, aut ve-
 hemens in vigilia phantasiæ commotio, naturaliter
 similes in somno eiusdem phantasiæ motus & phan-
 tasmatata excitat: ne quis, inquam, id forte de hoc som-
 nio suspicetur, scire conuenit, cogitationem & curam
C vigilantis aliquando esse causam subsequenti som-
 niij, cum illud ipsum somniatur, quod in vigilia fue-
 rat animo agitatam: tunc autem somnium est signum,
 non quidem futuri, sed præteriti, similiter vt effectus
 naturaliter signum quoddam est suæ causæ. Nonnun-
 quam vero præcedens in vigilia cogitatio, non est
 causa consequenti somniij, sed tantum præparatio
 quædam animi ad illud accipiendum, vel potius ido-
 nea quædam occasio atque opportunitas, vt somnium
 tunc homini detur, sic beato Iosepho deliberanti
D sponsam suam beatissimam Mariam dimittere, dor-
 mienti somnium à Deo datum est, ad eius cogitatio-
 nes pertinens, quo scilicet vetabatur dimittere spon-
 sam, & vnde illa prægnans esset, docebatur. Simili ra-
 tione huic regi, de futuro regni sui statu anxie cogi-
 tanti, aptè & opportunè missum est somnium, & sui, &
 aliorum regnorum conuersiones significans, scilicet, vt
 ex conuenientia significationis somniij cum prægressa

cogitatione sua, agnosceret rex interpretationem Danielis non esse confictam, sed veram, fidē, que dignam.

Quid sit sentiendum de somniis, quæ Gentiles, vt vera & diuina tradiderunt.

VERVM quid dicturi sumus de multis somniis futura hominum euentū significantibus, hominibus ethnicis, atque impiis, nec à Deo, vt credere par est, datis, in quibus colligendis Cicero in libro de Diuinatione, & Valerius Maximus lib. 1. c. 7. copiosi ac diligentes fuerunt? Respondebimus, pieraque istiusmodi somniorum conficta esse, vel ab ipsismet, quibus accidisse fertur, quo maiorem illi apud homines sibi obseruantiam & venerationem acquirerent: vel ab ipsis scriptoribus, quo mirabilia essent, quæ narrabant, ea supra verum magnificentibus. Sed esto, talia somnia nonnunquam acciderint, & vera euaserint, id tamen quia rarissimè contigit, casu ac fortuito accidisse putandum est. Quid enim nimirum, ex innumerabilibus somniis falsis, vnum aut alterum cecidisse? Quod si nos vrgere insistant multa eius generis contigisse, etiam id facile expediemus, affirmantes ea somnia potuisse à dæmone mitti, & ingeri dormientibus, quò videlicet homines in supersticiosam omnium somniorum obseruationem induceret. Potest autem dæmon in dormientibus exprimere somnia præsignificantiā res futuras, eas dico, quæ, vel ex certis causis naturaliter euenturæ sunt, vel quas dæmon ipse aliquanto post tēpore facturus est, vel quas, si non certis argumētis, probabilibus tamē signis futuras cōiectat.

Math. 1.

Qui reuelat mysteria, ostēdit tibi rex, quæ ventura sunt.

Tres causæ cur Deus mylticotato somnio dignatus sit regem Nabuchodonosor.

ILLVD quod in Euāgēio legimus, ait hoc loco Hieronym. qui solem suum oriri facit super bonos & malos, etiam super Nabuchodonosor intelligamus esse completū. Tanta est enim clementia Dei, vt etiam regi impio & barbaro, dispensationis suæ, qua mundū regit, mysteria reuelaret. Sed eius rei tres possumus afferre causas, præter alias supra positas. Primò quidē id fecit Deus, vt rex superbus & crudelis, agnoscēs instabilitatē & breuitatē regni sui, nō multo post ad aliā gēntē trāsfērēdi, spiritus suos deponeret, seq; submitteret veto Deo, in cuius potestate esse disceret, regna quibuscūq; velle

A vellet dare, vel auferre: nec superbè insultaret Hebrais tūc sub ipso captiuus, eōsue inhumaniter tractaret, cū animo suo reputans, eandem, quæ illis contigerat, sibi quoq; paratam esse regni mutationem, & euerfionem: Deinde, vt scitent homines, qui terrenorum regnorum amplitudine & potētia subnixi, se in summa fœlicitate esse putant, esse aliud quoddam regnum diuinum & æternum Christi domini & seruorum eius, tantò cæteris omnibus præstantius, quantò cælum terræ, æternitas tempori, Deus homini præstat: & sic iam ex eo tēpore cognitio quædam venturū Christi, & regni eius, **B** in animis mortalium sereretur. Postremò, vt cunctis mundi huius principibus manifestum fieret, omnem eorum potentiam & gloriam, caducam, fluxam, & instar somnii atque imaginis esse. Lege Psal. 36. & 72. & cap. 20. Iob.

SED quia locum hunc Philo Iudæus disertissimè grauissimèque tractauit, verba eius ex libro, qui inscribitur, Quod Deus sit immutabilis, nec me piguit hic adscribere, nec lectorem tædebit legere. Sic autem scribit, An putas rem vllam mortalem verè esse, & non **C** tanquam in suggestu quodam, ab inani & incerta opinione sustineri, non aliter quàm somniorum ludum? Quod si non liber singulorum fortunas perquirere, vnde regionum integram, & gentium mutationes. Floruit quondam Græcia, sed Macedones potentiam ei abstulerunt. Postea Macedonia præualuit opibus, sed diuisa in plures portiones, sic debilitata est, vt tandem omninò interiret. Ante Macedonium imperium, inclinata fuerat Persarum fœlicitas, sed vna dies tam ingenti regno finem attulit: & nūc Persæ, penes quos paulo antè fuerat imperium, sunt Parthorum prouincia. Fuit **D** Egypti olim perampla. & magna potentia, sed nūbis in modum præterit eius fœlicitas. Quid Æthiopes, Quid Carthago in Africa, quid Pontici reges, quid Europa, Asiæque, vt compendio dicam, totūque orbis habitabilis! nōne mōre nauis fulque deque iactata marinis fluctibus, nunc secundis ventis, nunc aduersis vititur? Nam verbum diuinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominū fortunam nominat, & omnes gentes circumlustrando, nunc his, nūc illis imperia vel

Præclara Philonis sententia de volubilitate, atque instabilitate regnorum huius mundi.

tribuit, vel adimit. Nihil igitur est in humanis rebus præter umbram, auramque leuissimam sine mora præteruolante: eunt enim vltro citroque, tanquam æstuaria. Nam & marini æstus, nunc cum magno impetu sonituque accedunt, & longè latèque per littora diffunduntur, vndis stagnantibus: nunc refluunt retrò, nec solùm terram, sed maris etiam partè aquis nudatam in similitudinem continentis redigunt. Simile quiddam accidit, quando fortuna, postquam populosam aliquam gentem inundauit magnis felicitatibus, etiam fluxu auerso, ne guttam quidem finit reliquam, deletis pristinae opulentia vestigiis. Hactenus sunt Philonis verba.

Mihi quoque, non in sapientia, qua est in me plusquam in cunctis uiuentibus, hoc sacramentum reuelatum est.

An somnium Nabuchodonosori potuerit Daniel naturali solertia & sapientia verè interpretari.

SU P R A etiam dixerat Daniel mysterium, quod rex interrogat, sapientes, arioli, magi, & aruspices, nequeunt indicare regi, sed est Deus in celo reuelans mysteria. Ex utroque loco satis apparet, significationem & interpretationem huius somnij, nulla hominum ratione, & artificio cognosci, & adinueniri potuisse. Et rectè sanè: nam si Deus voluit persuasum & certum esse regi, illud somnium non naturaliter, aut humanitus, sed diuinitus ipsi accidisse, conueniens profecto fuit, vt eiusmodi daretur, cuius intelligentia non posset à quoquam mortalium humana ratione comprehendì. Deinde, somnium illud significabat futura hominum euenta, quin etiam Dei consilia & decreta, quarum rerum certa cognitio, humanæ mentis vim & caprum exuperat. Ad hoc, somnium illud, cum esset signum futurorum, aut erat signum naturale, aut voluntarium. Non naturale, nam quod naturale signum est alicuius rei, vel causa est eius rei, vel effectus, vel cum causa effectiue naturaliter & necessario coniunctum, denique naturale signum connexionem quandam naturalem, & conuenientiam cum re significata habeat necesse est. Horum autem nihil conuenit in illud somnium comparatione earum rerum, quas significabat. Neque enim statua illa, vel secundum materiam, vel secundum figuram, habebat naturalem conuenien-

- A convenientiam regnorum conuersionibus & euerfionibus, quas significabat. Si autem erat signum uoluntarium, & ut patet, non ex uoluntate hominum, sed ex sola Dei uoluntate profectum, constat nemini potuisse significationem eius esse notam, nisi cum uoluntas Dei esset patefacta. Adhuc, quod illa statua per se considerata remotaque Dei reuelatione, multa & uaria significare poterat, scilicet, uel uariam mutationem euenturam circa personam ipsius regis, uel circa successores ipsius, uel circa regna, & reges alios, quam qui reuera significati sunt. Patet hoc ipsum argumento nonnorum concionatorum, qui illam statuam & imaginem uariè usurpant, & ad innumeras propemodum res significandas applicare, & accommodare solent. Sed enim, obiiciet aliquis, fuisse olim apud Gentiles, somniorum coniectores & interpretes, qui multa somnia significantia res futuras, uerè interpretabantur. At qui, tantò plura illos falsò interpretatos esse constat ut quorum ueridici interpretes fuerunt, aut casu & temerè, aut sagacitate quadam, & solertia humanæ mentis fuisse existimandum sit. Quin sæpenuerò illi, idem somnium contrariè interpretabantur. Narrat Qu. Curtius lib. 3. somnium, quod Dario regi, paulò ante præliū, quo primum ab Alexandro superatus est, acciderat, uates contrarias in partes esse interpretatos: alios enim, id somnij uictoriam Dario, alios contra, Alexandro portendere, respondisse. Accipe aliud exemplum à Cicero-
ne in libro secundo de Diuinatione positum: Cursor ad Olympia proficisci cogitans, uidit in somnoso aquilam esse factum, consuluit uates: vnus dixit, ipsum proculdubio uicturum, aquila enim cunctas aues sublimitate
D antecellit: alter contra, uictum iri respondit, aquila namque cæteras aues insectans & agitans, sæper postrema est. Vides futilitatem & uanitatem huiusce diuinationis.

*Tu rex uidebas, & ecce quasi statua una grandis,
& inuitus eius erat terribilis.*

CUR DEUS sub specie statuæ, uel imaginis humanæ somnium illud significans futuram regnorū conuersionem, figurari & exprimi uoluerit, quò planius intelligatur, sciendum est, quatuor esse genera signorum.

An apud Gen-
tiles fuerint
ueri interpre-
tes somniorū.

Quatuor gene-
ra diuinorum
signorum.

Quatuor genera diuinarum signorum.

rum, quibus Deus ad significantas res futuras uti solet. Primum est eorum, quæ tantummodo sunt signa, nec aliud quàm ad significantum à Deo instituta: huiusmodi sunt omnia signa, quæ prophetis, vel dormientibus per somnia, vel vigilantibus per imaginarias similitudines, siue in raptu, siue in ecstasi dabatur. Alterum genus fuit eorum, quæ, & res quædam erant ad aliquem certum usum comparatæ: præterea erant signa ad aliud quidpiam significantum constituta. Huius generis fuere Mosaicæ legis ceremoniæ, tum propter Dei cultum illo tempore ab Hebræis custodiendum, tum propter significationem mysteriorum nouæ legis à Deo institutæ. Tertium eorum fuit, quæ significabant id, quod fiebat, quemadmodum sepruplex lotio Naaman Syri in Iordane, significabat lotionem eius à lepra, quam tunc in eo diuina virtus operabatur. In hoc item genere signorum reponenda sunt sacramenta nouæ legis, quæ faciunt id, quod significant. Quartum, & vltimum genus signorum eorum est, quæ significabant non tam id, quod tunc fiebat, quàm aliud quiddam multò præstantius, olim futurum: exempli causa, iussit Deus ad euerendos muros Iericho, sacerdotes septies urbem circumire tubis clangentes: quod non tam euerisionem illius urbis significabat, quàm omnè idololatriæ potètiã per Euangelij prædicationem toto orbe personantem, omnino destructum iri portendebat. Ad hoc genus signorum, pertinebat etiã serpens ille æneus in deserto erectus à Mose, quæ aspicientes sanabatur à moribus serpentiũ: ille enim non tã signũ fuit illius corporalis, & tẽporariæ sanitatis, quàm spiritualis & æternæ salutis, quam Deus per crucẽ filij sui, humano generi daturus erat: sicut ipsemet Christus apud Ioannem capite tertio, interpretatus est. In primo autem signorum genere, continetur somnium hoc, quod propterea sub similitudine imaginis & statuæ hominis est figuratum, quia significabat cõuersionem regnorum: ratio autem regni, potissimũ in hominibus consistit, hoc est, in rege, & subditis: regni quoque splendor, nobilitas, potentia, antiquitas, magnificentia, & fortitudo, præcipuè

Sacramenta nouæ legis id faciunt quod significant.

Ios. 6.

Num. 12.

Cur statua referrebat finem hominis.

A in hominibus posita est, quin commutatio regnorum ob imperij ex vna gente in aliam translationem maxime fieri solet.

ERAT autem intuitus illius statuæ terribilis: primò quidem ob insinuatam corporis molem, & proceritatem, & quia minaci, & terrifico vultu regem aspiciebat, ei quodammodo imminens: augebat etiam terrorem, tam multiplex, & diuersa statuæ materia, insignem aliquam rerum variationem portendens: maximè verò tanta dissimilitudo, & discrepantia inter caput aureum, & digitos terreos, quo significari videbatur lapsus ex optimo & felicissimo statu in vilissimum, & miserrimum. Super omnia verò terribilis erat tantæ imaginis contractio, & vsque in puluerem resolutio, facta ab illo lapide, in quo tria erant valdè mira, & portentosa, quod sine manibus abscisus esset ex monte, quod primo paruulus, mox instar magni montis vniuersam terram occupasset, denique, quod illisus & impactus illi statuæ eam contriuisset, & vsque ad puluerem comminuisset: Sed in primis terrificæ erat eius imaginis significatio. Etenim magnorum imperiorum commutatio fieri non poterat sine magno terrore bellorum, sine cæda principum cæde, sine depopulatione, & vastatione regionum, & populorum, sine multa hominum intere-

Cur statuæ
erit terrificæ.

Huius statuæ caput, ex auro optimo erat: pectus & brachia, de argento: venter, & fœmora, ex ære:

D tibiæ ferrea: pedum quodam pars erat ferrea, & quadam fictilis.

DESCRIBITUR his verbis quadruplex illius statuæ materia, aurum, argentum, æs, ferrum: nam fictilem seu testaceam materiam, benè monet Theodoretus non esse hic positam, quasi principalem statuæ materiam, sed tamquam ferro commixtam. Sicut enim quatuor regnorum mutationes significatur, ita quatuor sunt principales materiæ, quarum vnaquæque naturali sua qualitate, & proprietate, eius regni, cuius est signum, conditionem, & proprie-

Cur per illam
statuam signi-
ficata fuerint
quatuor tantū
imperia, Chal-
dæorum, Per-
sarū, Græcorū
& Romanorū,
aliis quamplu-
rimis regnis
prætermis-
sis.

tatem mirificè declarat. Quatuor autem regna, quæ A
quadrup'icis materiæ varietate significantur, confessi-
one fere omnium, manifestum est esse regnū Chaldæ-
orum, Persarum, Græcorum & Romanorum. Cur autē
hæc quatuor, potissimū fuerint significata prætermis-
sis aliis quamplurimis, in promptu est causam reddere:
per hæc enim statuam significatur regna, vel tunc præ-
sentia, vel futura, non autem præterita, & iā extincta.
Quamobrem hic non comprehenditur monarchia
Assyriorum, quippe quæ ducentis circiter annis, ante
huius somnij tempus destructa, & eversa fuerat. Quan B
quam dici posset, eam esse comprehensam in regno
Chaldæorum, quod nihil fuit aliud nisi pars quædam,
& quasi propago monarchiæ Assyriorum. Deinde,
significantur quatuor regna totius terræ florentissima,
potentissima, & amplissima, præteritis cōpluribus aliis
regnis tunc humilibus, & obscuris, & angustis, sicut
erat regnum Sicyoniorum, Atheniensium, Lacedæ-
moniorum, & Lydorum. Nec significantur hæc ima-
gine, omnia regna post futura simpliciter, sed tantū
futura usque ad aduentum, & regnum Christi. Quo C
circa, quæ post exorta sunt imperia, Gothorum, Sa-
racenorū, & Turcarum, ad huius figuræ significationē
minimè pertinent. Denique, imago hæc significabat
conuersionem, non quorumlibet regnorum, sed eo-
rum, quorum vnum ita proximè successit alteri, vt
posterius euerneret prius, & prioris ruina, posterioris
imperij origo, & dilatatio esset. Id quod in his qua-
tuor regnis Chaldæorum, Persarum, Græcorum, &
Romanorum euenisse, liquidum cernimus: quo fit vt
extra huius imaginis significationem sint antiqua Æ- D
gyptiorum, Scytharum, & Chartaginensium impe-
ria, quæ nec inter se, nec cum his quatuor regnis, præ-
dictum ordinem, & seriem successionis habuerunt. Nō
rectè igitur Prosper in libr. de Promission. & prædi-
ctionibus Dei, par. 2. c. 33. sequutus Paulum Orosium,
interpretatus est per ventrem & femora areæ, d-
guratum esse Punicum seu Chartaginense imperi-
um. Sed quid de Medorum imperio, quod eo
tempore stabat, dicemus? respondebimus, vel
esse inclusum in monarchia Persarum, cuius con-
ditor

A ditor Cyrus, eiusque deinceps successores, Persarum simul ac Medorum reges fuere, quamobrem Persicum imperium figuratur hic per pectus cum duobus brachiis: vel esse omissum, quia tunc principatus Medorum valde angustus, & restrictus erat, vt paulò infra ostendemus.

SED quia visio, quam habuit Daniel anno primo regis Balthasaris, vt infra narratur capite septimo, eandem significat eorundem quatuor regnorum commutationem, declarandum est, quid inter hanc & illam visionem conueniat, & differat. Conueniunt dupliciter, tum in re figurata & significata, quæ est mutatio illorum quatuor regnorum, tum in modo visionis: vtraque namque accidit dormientibus per somnium. Sed plurimis modis differuat, primum tempore: nam illa visio capitis septimi euenit post hanc quadraginta annis, tot enim annos reperies à vigesimo quinto anno Nabuchodonosor, quo anno somnium hoc ei contigit, vsque ad primum annum regni Balthasaris. Postea ratione personæ: nam illa soli Danieli, hæc primum regi Nabuchodonosor, tum Danieli etiam obuenerit. Deinde, in qualitate figuræ, ac similitudinis. Nam hæc sub specie vnus statuæ expressa est, illa sub similitudine quatuor animalium, leonæ, vrsi, pardi, & quartæ bestię, cuius nomen taceretur. Ad hoc, in illa visione, quæ ad singula prædictorum quatuor regnorum pertinent, subtilius, vberius, & distinctius explicantur. Denique, in hac visione pauca de regno Christi, nihil de regno Antiochi Epiphaniis, vel Antichristi: illic de Christi regno plura & sublimiora, multa etiam de rege Antiocho, & sub eius figura de ipso Antichristo insinuantur.

Tu es rex regum, & sub ditione tua vniuersa constituit Deus, tu es ergo caput aureum.

D Einceps particulatim interpretatur Daniel, quid singulæ illius statuæ partes propriè significarent. His autem verbis describitur primo regnum Chaldeorum. Dicitur autem Nabuchodonosor rex regum, quia maximus erat omnium regum sui temporis, vel quia multis & magnis regibus imperabat. Ecce enim per Hierem. ca. 27.

An visio huius statuæ differat ab alia simili visione Danielis, quæ infra narratur cap. 7.

De potentia regis Nabuchodonosor.

prædixit Deus, huic regi, multas gentes, magnosque A
 reges seruituros: & Abac. c. 1. vaticinatur, eum de regi-
 bus triumphaturum: quin teste Isai. c. 47. Babylon re-
 gnorum domina vocabatur. Mira sunt autem quæ de
 huius regis magnitudine, potentia, & ditionis ampli-
 tudine, cum hoc, tum aliis locis diuina prædicat Scri-
 ptura: Nam infra c. 4. huic ipsi regi dicit Daniel, *Tu*
rex magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua peruenit
vsque ad cælum, & potestas tua in terminos vniuersa terra.
 idē cap. 5. propter magnificētiā huius regis, ait, om-
 nes linguas timuisse ipsum, quia quos volebat, percu-
 tiebat, & interficiebat, & quos volebat, exaltabat aut
 humiliabat. Per Hieremiam ca. 27. ait dominus de hoc
 rege: *Seruient ei gentes multe, & reges magni: gens autem &*
regnum quod non seruerit ei, & non curauerit collum suum
*sub iugo eius, ego dominus in gladio, fame, & peste visitabo ip-
 sum.* De eodem rege Nabuchodonosor, cap. 1. sic vati-
 cinatus est Abacuc, *congregabit quasi arenam captiuitatem*
ipse de rebus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt,
ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerē,
& capiet eam. Ne his quidem minora, de hoc rege ab
 ethnicis scriptoribus prodita sunt, veluti à Beroso, Me-
 gassthene, Philostrato, Abydeno, Alphæo, & Alexandro
 Polyhistore, quos Iosephus priori lib. contra Appio-
 nem, & Eusebius lib. 9. de præparatione Euangelicā,
 capite ultimo commemorant. Berosus certē in hi-
 storia de rebus Chaldaicis, cunctis superioribus re-
 gibus imperij & gloriæ magnitudine, eum antepōnit.
 Megasthenes lib. 4. de rebus Indicis, tradit hunc præ-
 ter Orientis prouincias, Egyptum quoque & Afri-
 cam, Hispaniāque subiugasse, eumque confirmat
 virtute animi, & rerum gestarum præstantia Hercu-
 lem superasse. Strabo libro decimoquinto suæ Geo-
 graphiæ scribit hunc regem omnium potentissimum,
 & ipso Hercule præstantiorem fuisse à Chaldæis exi-
 stinatum. Tertul. in lib. aduersus Iudæos, ubi agit
 de regno Christi, ait hunc regem imperij sui termi-
 nos habuisse ab India vsque ad Æthiopiā.

Omnia fuisse
 sub imperio
 Nabuchodo-
 nosor, qua-
 tuor modis in-
 telligit posse.

S E D nihilominus tamen, videtur supra veritatem
 esse, quod hic dicitur, vniuersa, quæ homines & be-
 stia inhabitabant, sub regis eius imperio fuisse sub-
 iecta.

- A iecta. Constat enim, Europam saltem totam, nec Indiam, ut alias complures prouincias, & gentes taceam, eius regis dominatione fuisse subactas. Conuenit igitur, ut prædicta verba veram habeant sententiam, aliquo modo interpretari. Nam, vel hoc dictum fuit per *fyæcdochen*, quia totum ponitur pro magna, & principali parte. Etenim, quia hic rex debellauerat magnam & principalem partem orbis, tunc Chaldæis cogniti, & famosi, ideo dicitur, habuisse imperium in vniuersam terram. Vel in his verbis est hyperbole, figura sacris literis per frequens, qua, ut magnitudo rei exprimitur, ea supra veritatem extollitur, quomodo Genes. 22. dicitur semen Abraham tanquam arenam maris multiplicandum: & in 2. Reg. cap. 1. Saul, & Ionatas dicuntur aquilis velociore: & in 3. Reg. cap. 10. dicitur tempore Salomonis fuisse tanta copia argenti, quanta erat lapidum. Vel Phrasis est hæc, peculiaris diuinæ scripturæ ponere omnes pro multis, sicut contra multos pro omnibus. Prioris exemplum habes Genes. 22. in Abraham, in quo dicuntur benedicendæ omnes gentes, pro eo, quod est, multæ gentes. Nam capite 17. dixerat ei Deus, Patrem multarum gentium constitui te. Posterioris exemplum reperies in cap. 5. Epist. Ad Rom. quo loco Paulus ait: propter inobedientiam Adami constitutos esse peccatores multos, id est, omnes: nam ibi dixerat, omnes peccasse in Adamo. Vel denique Daniel hæc dixit secundum existimationem, & morem loquendi Chaldeorum, qui regem suum, quo magnitudinem imperij eius extollerent, vel quo magis ei adularentur, regem regum, & dominum vniuersæ terræ appellate ipsum solebant. Sic Beatus Ioseph in Euangelio simpliciter dicitur pater Christi, quia sic vulgò existimabatur, & appellabatur: & apud Hieremiam cap. 28. Hananias pseudopropheta vocatur simpliciter propheta, quia vulgi existimatione, & appellatione, propheta erat.
- D

In illis porro verbis, *tu es caput aureum*, triplex latet figura: nam primò ponitur rex pro regno, *tu es caput aureum*, id est tuū regnū est caput aureū: nō enim hic agitur de regibus, sed de regnis: id quod patet ex eo, quod proxime

Quomodo
caput aureum
statuæ signifi-
cabat regnum
Chaldæorum.

Res figurata
submine signi
appellatur.

proximè sequitur. *post se consurget aliud regnum*, quibus A
verbis non significatur regnum Persarum surrectum
post obitum Nabuchodonosor, sed post regnum
Chaldæorum, cui tunc ipse præerat. Altera figura est
in eo, quod rex, seu regnum Chaldæorum dicitur esse
caput aureum, pro eo, quod est, significari, seu figura-
ri capite aureo, res enim signifiata, & figurata, nomi-
natur vocabulo signi, & figuræ: qua figura orationis
vitur Scriptura, cum Ecclesiam Christi appellat Sion,
vel Hierusalem, & ipsum Christum nominat Dau-
idem: sicut interdum contrahit, ut quod est figura ap-
pelleretur vocabulo rei figuratæ: quemadmodum Pau-
lus 1. ad Cor. 10. dixit: *Petra autem erat Christus*, id est,
petra figurabat Christum: in Scriptura veteris testa-
menti imagines bouum, leonum, & Cherubin, & ser-
pentium. Lege Augustinum in quæstionibus super Le-
uitic. q. 57. Tertia figura est in illis verbis: *caput au-
reum*, continens duplicem metaphoram, alteram ca-
pitis, qua significatur principatus antiquitatis, & sa-
pientiæ: quo duplici nomine, Chaldæos olim gloria-
ri solitos, sacris literis testatum est. Erat enim regnum
Chaldæorum antiquissimum, & primum omnium, ut
liquet ex decimo capite lib. Genes. Apud Chaldæos C
item diu multumque viguit studium sapientiæ, unde
per Isaiam capite 47. dixit dominus Babyloni, *Scientia
& sapientia tua decepit te*. Altera metaphora continetur
in vocabulo, *aureum*, quo denotatur maxima huius re-
gis opulencia, vel mira fœlicitas, quippè brevissimo
tempore amplissimum imperium adeptus est. Non ta-
men putandum est, quia regnum Chaldæorum com-
paratur auro, Persarum autem argento, & Alexandri D
Magni, atque Græcorum æri, denique Romanorum
ferro, propterea regnum Chaldæorum istibus regnis
fuisse florentius, ac magnificentius: non enim appella-
tur aureum comparatione sequentium regnorum, sed
comparatione eorum, quæ tunc erant, regnante Na-
buchodonosor. Quamobrem Hieremias capite 51. Ba-
bylonem appellat aureum calicem inebriantem omnes
gentes.

SE D enim contra ea, quæ de huius regis magni-
tudine imperij, & potentia dicta sunt, quispiam for-
tasse

A tasse illud obicere nobis posset, quo tempore regnabat Nabuchodonosor, eo tempore stetiſſe monarchiam Medorum, multis annis ante eum regem exortam, multiſq; item poſt eum annis, tempore Cyri extinctam. Erat igitur tunc maior Medorum, quam Chaldæorum potentia. Quin hoc ipſum confirmari poſſet auctoritate Herodoti, qui primo libro, Cyaxarem Medorum regem affirmat fuiſſe potentiffimum: eum namq; ait toti Aſiæ dominatum eſſe, omneſq; Aſyrios, exceptis Babyloñiis, ſub imperium ſuum ſubiunxiſſe. Cyaxarem autem, chronographia Herodoti demonſtrat æqualem fuiſſe regiſ Nabuchodonosor: cum enim ab exordio regni Cyaxaris, uſque ad primum annũ Cyri recenſeat ipſe annos ſeptuaginta quinque, ſcilicet quadraginta ipſius Cyaxaris, & triginta quinque Aſtyagis, cuius imperium Cyrus bello obtinuit: ex ſacris autem literis, ab anno xix. Nabuchodonosor uſque ad primum annum Cyri, ſeptuaginta anni captiuitatis Iudæorum colligantur, necelle profectò eſt, principium regni Cyaxaris, in decimum quartum regni Nabuchodonosor annum incidiffe. Ex hiſ videbitur concludi, Medos eo tempore Chaldæis fuiſſe potentiores. Verum hanc obiectionem diluere non eſt difficile, ſi animaduertamus eo tempore fuiſſe monarchiam Medorum valde coanguſtam, depreſſam, & afflictam, tum ob inſignem cladem, qua aliquot ante annis, ſuperior Nabuchodonosor, cuius mentio fit in libro Iudith, Medos afflixerat, victo rege Medorum Arphaxad, proſtigatoq; omni exercitu, & captis Ecbataniſ regia Medorum ciuitate: tum etiam ob immenſam vim Scytarum, qui vniuerſam Aſiam tanquam inundantes, & per viginti octo annos prædati, ac depulati, Medos intra ſuam regionem manere compulerunt. Quapropter Cyaxares, qui, vt diximus, anno decimo quarto Nabuchodonosor regnare cœperat, per illos viginti octo annos, ſcilicet, dominantibus Aſiæ Scytis, in regno ſuo ſe continuit, hoc eſt, uſque ad mortem Nabuchodonosor, quem ſuprà oſtendimus, tres & quadraginta regnaſſe annos. Poſtremis igitur xij. annis, quibus Cyaxares ſuperſtes Nabuchodonosor, regnauit, dolo interfectis fere Scytis,

imper

An regnante Nabuchodonosor monarchia Medorũ maior eſſet imperio Chaldæorum.

imperium proferre, atque ut narrat Herodotus, florere **A**
 cepit. Quocirca Daniel, qui somnium hoc interpre-
 tatus est, anno xxv. regni Nabuchodonosor, ut supra
 diximus, verissimè dixit, fuisse eum tunc potentissi-
 mum, & maximum regem.

Postre, consurget aliud regnum minus te.

Quomodo di-
 catur regnum
 Persarum mi-
 nus regno
 Chaldæorum.

His verbis significatur, regnum Persarum, quod
 proximè post regnum Chaldæorum affloruit.
 De quo, quæ hic dicuntur, tres habent quæstiones.
 Prima quæstio est, cur regnum Persarum dicatur mi-
 nus regno Chaldæorum, cum ex Scriptura constet, **B**
 ditionem Persarum multò fuisse ampliores, quam
 Chaldæorum: siquidem in libro Esther 1. & 10. cap.
 Assuerus ille Persarum rex imperium habuisse dicitur
 ab India vsque ad Æthiopiam super centum viginti
 septem prouincias, cunctasque maris insulas: tantum
 autem non fuisse Chaldæorum imperium, per se ma-
 nifestum est. Quid? si Cyrus primus Persarum rex,
 regnum Chaldæorum bello captum adiunxit suo,
 nonne, quod ex utroque conflatum est imperium, **C**
 maius fuisse necesse est? Responderi potest, dictum
 esse regnum Persarum minus regno Chaldæorum,
 non potentia, vel opulencia, sed antiquitate ac diu-
 rnitate: stetit enim regnum Chaldæorum, vel Assy-
 riorum, ab ortu suo sub primo rege Nino, vsque ad
 interitum sub Balthasare, vltimo rege, quingentos,
 & mille annos, cum monarchia Persarum intra du-
 centos, & quadraginta annos, & condita, & euer-
 fuerit, sed illud dictu verius est, Daniele hoc di-
 xisse de regno Persarum, non prout postea futurum erat,
 sed prout erat tunc regnante Nabuchodonosor, quo **D**
 tempore multò angustius, & obscurius erat, quam tunc
 erat regnum Chaldæorum: ut hæc sit eorum sententia,
 post te, consurget aliud regnum, quod tunc est minus
 tuo. Hoc autem ideò dixit Daniel, ut rex ille presenti
 felicitate nimis elatus, ac superbus, agnosceret miram
 regnorum vicissitudinem, qua fit, ut regna, quæ multò
 tempore latissimè, & gloriosissimè imperauerant, post-
 ea exiguis restricta finibus, magna in obscuritate, &
 humilitate iaceant: contra verò, quæ diu parua, &

igne

A ignobilia fuerant, deinde amplissimum, & nobilissimum imperium consequantur: tam instabili, & præcipiti gradu est regum felicitas, quæ vultu maxime aestimatur, tamque volubili orbe imperiorum vices circumaguntur.

ALTERA quæstio est, cur regnum Persarum comparatum sit argento: siquidem in illa statua, per pectus, & brachia argentea præfiguratum est. Respondeo, comparatum fuisse argento propter immensam Persici imperij opulentiam, atque incredibilem vini & coenam diuitiarum: huius opulentia multa, & illustria extant argumenta: primo Cyrus conditor imperij Persarum, victo Cræso Lydorum rege, totius Asiae dominus, ad eum locum prouerbij diceretur, dicitur Cræso, superato item rege Chaldaeorum, omnes Lydorum & Chaldaeorum opes in suam potestatem redegit. Quantum vero auri, & argenti Cyrus de bellata Asia reportauerit, ostendit Plinius lib. 33. c. 3. his verbis: *Cyrus de uelâ Asia pondus auri xxxxiij. millia inuenit: præter uasa aurea, aurumque factum, & in eo solia, ac platanum, vicinque. Quæ victoria, argenti quingenta millia talentorum reportauit, hoc est, si ad rationem Atticorum talentorum, & ad vulgarem nostram computationem redigantur, recenti miliones, & insuper craterem Semiramidis, cuius pondus xv. talenta Aegyptiaca colligebat. Talentum autem Aegyptium pondus lxxx. capere, Varro tradit. Tantam futuram Cyri opulentiam uaticinatus fuerat Isaias, apud quem cap. 45. Deus promittit se daturum Cyro, thesauros absconditos: quasi diceret, manifestos, & parables thesauros, ipse sibi comparabit, sed præter hos, ego illi absconditos, & obrutos etiam, & dabo. Eandem Persarum opulentiam satis declarauit Assuerus ille maritus Esther in illo sumptuosissimo conuiuio, quod in exordio libri Esther describitur: sed multo magis, ante illum Xerxes in illo suo innumerabili exercitu, quo uniuersam Græciam debellare uoluit. Narrat Athenæus sub initium lib. 12. de opulentia, & luxu Darij regis Persarum scribens, tempore Darij ultimi Persarum regis, in eas iam delicias, & luxum Persarum reges esse prolapsos, ut ad caput cubilis regij, conclaue esset pariete uno interstitum, ea magnitudine, quæ quinque lectos caperet, in quo semper essent*

Cur Persarum imperium comparatur argento, & de opulentia Persarum.

Opulentia Cyri ex Asia.

Alij legunt folia.

D

essent condita talenta auri quinque millia, quæ tre-
 centies centenis millibus coronatorum aestiman-
 tur, hocque conclaue ceruical regis appellabatur. E
 regione verò huius aliud erat conclaue, ad quod cu-
 bilis regij pedes vergebant, capax trium dumtaxat le-
 ctorum, in quo talenta argenti tria millia condebant-
 tur, & scamnum suppedaneum dicebatur. In ipso au-
 tem cubiculo regio vitis erat aurea, gemmis inclusis
 locupletata, quæ velut pergula regio cubili obtende-
 batur, quam vitem Amyntas in libro de Mansionibus
 regis prodidit, racemos etiam pensiles habuisse ex la-
 pillis pretiosissimis. Ad extremum, demonstrat hoc B
 præda gazæ Persicæ, qua potius est Alexander Ma-
 gnus, quam Curtius fuisse ait ad centum & quinquaginta
 septem millia talentorum, absque Babylonica
 pecunia. Strabo autem omnia complexus, centum
 & octoginta millia posuit. Quæ summa ad rationem
 nostratis pecuniæ redacta, conficit millies & octies
 centena millia aureorum, vel, vt Italicè dicam, cen-
 to & otto millioni. Ergo, aptissimè Persarum imperium,
 propter infinitam eius opulentiam, fuit argento com-
 paratum.

Ceruical, Sca-
 bellum, Per-
 gula regum
 Persarum-

Præda Persica
 Alexandri Ma-
 gni cento &
 otto millioni.

Persicum re-
 gnum, pectori
 & brachiis cur-
 tit compara-
 tum.

Moralis sen-
 sus.

TERTIA quæstio cur comparatum fuerit Persi-
 cum imperium pectori & brachiis? Multas ob cau-
 sas. Principio, sicut pectus & brachia proximè cohæ-
 rent collo & capiti, ita regnum Persarum, regno
 Chaldæorum proximè successit. Deinde regnum
 Chaldæorum à duobus velut brachiis, id est, à Dario
 Medo Cyri auunculo, & ab ipso Cyro, destructum
 est: Præterea, per pectus, & brachia significatur Cyrus
 fundator imperij Persici: nam, vt in pectore coniun-
 guntur duo brachia: sic primum in Cyro, duo regna,
 Medorum, & Persarum, quæ antea fuerant diuisa, sunt
 coniuncta. Ad hoc, significatur Cyrum pectore, id est,
 singulari prudentia, & animi magnitudine, ac vigore:
 brachiis item, id est, tota vita laborando, & bellando,
 tantum sibi imperium comparasse. Pulchrè autem,
 secundum moralem sensum, pectus, & brachia argen-
 tea designant ingenium auari, qui toto pectore, id est,
 omni solertia, cogitatione, studio, animique affectu:
 vtroque etiam brachio, id est, omni labore, & indu-
 stria

- A** stria ad comparandam, augendam, & conseruandam pecuniam incūbit. Nec à similitudine abhorret, quòd auaritia per idolum & statuam designatur, cum D. Paulus auaritiam appellet idolorum seruitutem.

Et regnum tertium aliud arcum, quod imperabit vniversa terra.

- B** **D**vo sunt in his verbis explicanda: vnus est, cur regnum Alexandri & Græcorum, quod his verbis significatur, figuratum sit in illa statua, ventre & femoribus: & alterū est, cur comparatum sit æri. Ac primò quidem, comparatum est ventri, quia sicut venter subest pectori, sic regnum Alexandri & Græcorum proximè successit regno Persarum. Et sicut venter ad se trahit omnem cibū, eūque subigit, atque cōficit, nec diū tamen in se retinet, sed ad alia mēbra trāsmittit: sic Alexander plurima regna sibi vindicauit, & suo imperio subiecit, diū tamē illis potiri non potuit: sed ea ducibus suis possidenda, & fruenda reliquit. Denique, figura ventris significatur immodica vini cupiditas, & intemperantia, qua infamis fuit Alexāder: hoc enim vitium in eo admodū insigne, ac notabile fuisse, qui res eius scripserunt, non inficiantur. Curtius libro quinto, ita scribit: *Ceterum ingentia animi bona, illam indolem, qua omnes reges antecessit, illam in subeundis periculis constantiam, in rebus molientis, efficiendisquē velocitatem, in deditis fidem, in captiuis clementiam, in voluptatibus, permisis*
- C** *quoque, & vstitatis, temperantiam, intolerabili vini cupiditate fœdauit. Sæpissimè totas noctes comestabatur, ac potabat, noctibusque dies iungebat, quin nonnunquam tantum vini hausit, vt totum triduum mero, somnòque sepultus iaceret, donec vinum edormisceret. Instituebat etiam in exercitu potationum certamina, amplo cæteros Vincenti constituto præmio. Certè Protarchus, qui quatuor congios ebiberat, tanquàm victor talentum ab eo tulit: sed intra triduum ex ebrietate extinctus est, aliisque vnus & quadraginta, eandem ob causam exanimati. In conuiuio temulentus, suasu Thaidis procacissimæ meretricis, vt refert Curtius*
- D**

Cur imperiū Alexandri Magni & Græcorum comparatum fuit ventri, & femoribus.

Intemperantia Alexandri Magni.

Alexander
temulentus oc-
cidit Clytū.

libro quinto, incendio concremavit clarissimam & A
nobilissimam Orientis urbem, ob id à Persis nomi-
natam Persepoim. Iterum ex temulentia in futorem
versus, Clytū sibi familiarissimum, ducem strenuum
fratrem eius, à quo fuerat nutritus & educatus, deni-
que vitæ suæ contemnatorem, quod res gestas Philip-
pi partis rebus ab ipso gestis, petulanter antepone-
ret, lancea transfodit: cuius facti adeò mox eum poenituit,
ut ægrè, ne sibi mortem conscisceret, ab amicis pro-
hiberi potuerit. Hinc vulgatum fuit, Alexandrum B
mitiorè fuisse in bellis aduersus hostes, quàm in con-
uiujs erga amicos. Ne multa: tandem ob intemperiem
ebrietatis interit: licet multi veneno eum occidisse

Iulius Cæsar
alter Alexan-
der, sed sobri-
us, nec iracun-
dus.

prodiderint. Scitè igitur Velleius Paterculus libro 2.
dixit Iulium Cæsarem alterum fuisse Alexandrum,
sobrium tamen, nec iracundum. Arbitratur Plutar-
chus in Vita Alexandri, fuisse eum auidissimum vini,
proptereà quòd erat temperamento corporis præfer-
uido & igneo. Ex eadem causa Plutarchus existi-
mat euenisse, ut ex cute & membris Alexandri, iucun-
dissimus efflaret odor. Gignitur enim suauitas odo-
ris, ut Theophrasti opinio est, concoctis, à calore hu-
moribus: vnde aridi & feruidi tractus terrarum opti-
morum odorum sunt feracissimi. Per femora vero e-
ius statua, significatur lasciuià, & veneris intemperan-
tia, non tam Alexandri, qui, ut in illa ætate & poten-
tia, eius voluptatis satis continens fuisse dicitur, sed
successorum eius, præsertim autem regum Ægypti.

Cur corpus A
Alexandri effla-
bat suauè odo-
rem.

Cur corpus A
Alexandri effla-
bat suauè odo-
rem. C

Quid significet
tur per femo-
ra statua.

Cur autem imperium Alexandri & Græcorum ære fi-
guratum sit, causa, quam reddit beatus Hieronymus, D
mihi quidem valdè probatur. Est, inquit, æs vocalissi-
mum, & sonantissimū, edit sonum magnum & clarum,
eumque longè, latèque diffundit: qua re denotauit
magna imperij Græcorum fama, & gloria, non solum
ob potentiam, sed etiam ob sapientiam, & eloquen-
tiam, quæ apud Græcos maximè floruit. Præcipuè verò
significatur, famam Alexandri Magni super omnes re-
ges, atque imperatores omni æuo fore clarissimam, ac
celebratissimam.

CAETERVM, decè res nomen Alexandri omnibus
seculis, cunctisque gentibus admodum memorabile, &
mirabile

- A** mirabile reddiderunt. Quas res nos hinc paulò longius solita breuitate tractabimus, ob eas causas, quas infra reddemus. Prima res, fuit ætas, qua res tantas gessit: suscepit enim regnum defuncto patre Philippo, annum ægens 20. & anno ætatis trigésimo tertio extinctus est. Quæ ætas, cum per se soleat esse consilij, prudentiæ, experientiæ, auctoritatis, patientiæ, constantiæ, castitatis, & maiestatis expers, tantis rebus gerendis immatura, & infirma esse videbatur. Narrat Suetonius, Iulium Cæsarem, Gadibus, cum in templo Herculis simulacrum Alexandri Magni aspexisset, quasi ignauiam suam pertæsum, ingemuisse, quòd, qua ætate Alexander totum orbem subegerat, ea ipse ætate nihil dum memorabile gessisset. Secunda, tenuitas apparatus, & paruitas exercitus, quo uniuersum orbem subiugare aggressus est: numerus enim copiarum, quas in Asiam transmisit ad debellandum Orientem, ut Plutarchus optimis auctoribus confirmat, minus quadraginta millia militum habuit, nec in stipendium, amplius septuaginta talenta, nec nisi ad triginta dies commeatus tulit. Tanta apparatus exiguitate, incertum est, inquit Iustinus, utrum sit admirabilis, Alexandrum vicisse orbem, an vincere aggressum esse. Tertia, foelicitas eius in præliis, quæ tanta fuit, ut tribus præliis victor, vno ad Granicum flumen, altero ad Issum Ciliciæ, tertio ad Arbeta, ut tradunt multi, vel secundum Plutarchum, & Strabonem initio libri decimi sexti, ad Gausamela vel Gangamela, imperium Asiæ capuerit: cum tantæ essent hostium copiae: ut Darius decies centena millia militum haberet, idòque iactaret, se pro vno milite Alexandri, decem in suo exercitu habere. His addit Iustinus, tantam fuisse Alexandri foelicitatem, ut nullo vnquam cum hoste congressus sit, quin eum denicerit, nullam ciuitatem obsederit, quin eam expugnauerit, nullam gentem adierit, quin eam calcauerit: denique, præsentem Alexandro tantam fuisse militum eius fiduciam, ut armatos hostes, vel inermes ipsi adoriri non dubitarent, semperque certam animo præsumerent victoriam. Quarta, fortuna eius, ut mox Gentilium loquar, quæ plurimis in rebus secundissima ei affuit, maximè vero in euadendo ex innumeris periculis, in quibus

Apparatus eius bellicus tanto negotio impar.

obsequia
suo in
militibus

Foelicitas eius in rebus gerendis.

Eius secundissima fortuna.

sapissimè præsentissimo vitæ discrimine versatus, mirabiliter tamen est seruatus. Quocirca cum extincto Alexandro, mors eius de uictis gentibus nuntiata est, primum illa fidem nuntio non habuere, ut narrat Iustinus initio libri 13. quod ut inuictum regem, sic immortalem eum crediderunt, recordantes quoties præsentis mortis ereptus esset, quam sæpè ferro amisso, repente se non sospitem tantum suis, verum etiam victor em obtulisset. Curtius vero libro 10. de fortuna Alexandri, ita scribit: *Fatendum est, cum plurimum virtuti debuerit. Alexander, plus tamen eum debuisse fortunæ, quam solus omnium mortalium in potestate habuit. Quoties illum à morte reuocauit? quoties temerè in pericula rectum, perpetua felicitate protexit? Vix quoque fuit eundem illi, quæ gloriæ statuit. Expectauere eum fata, dum Oriente perdomito, aditæque Oceano, quicquid mortalitas capiebat, imple-ret.* Hæc Curtius, cui tamen dissentiens Plutarchus in duabus Orationibus, quas scripsit de ea controuersa, utrùm plus fortunæ Alexander debuerit, quam virtuti multis argumentis probare contendit, magnitudinem rerum Alexandrini, virtutibus eius potius, quam fortunæ acceptam ferre oportere. Quinta, amplitudo imperij, quod acquisiuit: quod quidem quantum fuerit, satis iudicauit hoc loco Scriptura, cum prædixit eum vniuersæ terræ imperaturum: & initio prioris libri Machabæorum, iam præterita & transacta commemorans, ait eum pertransisse vsque in fines terræ, & in conspectu eius siluisse omnem terram. Subiecit autem imperio suo clariorem, ac nobiliorem Europæ partem, cum omnem Syriam & Ægyptum, ad hæc, vniuersam Asiam, denique Iddiam vsque ad Gangem, & Oceanum. Plinius l. 6. ca. 16. ait in vltimis Sogdianorum finibus, ab Alexandro conditam esse Alexandriam: aras ibi esse ab Hercule ac Libero patre constitutas, item à Cyro, & Semiramide atque Alexandro: hunc esse finem omnium eorum ductum ab illa parte terrarum, includente flumine Laxarte, quod Scythæ Sylin vocant; Alexander, militesque eius Tarian putauere. In cap. 17. eiusdem libri ait Hypasin clarum fluum, Alexandri itinerum fuisse terminum, exuperato tamen eo anue, arisque in aduersa ripa dicatis. Verùm idem Plinius

Amplitudo
 imperij quod
 acquisiuit.

- A** Plinius libro 4. capite 10. subtiliter & enucleatè recenſet provincias omnes Alexandri ſubiectas imperio: nam deſcribens Macedoniam, Hæc eſt, inquit, Macedonia terrarum imperio potita quondam: hæc Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Aegyptū, Taurum, Caucaſum tranſgreſſa: hæc in Baclris, Medis, Perſis, domi nata; toto Oriente poſſeſſo: hæc etiam India victrix per veſtigia Liberi patris, ut que Hercules vagata, Hæc eadem eſt Macedonia, cuius vno die Paulus Aemilius imperator miſer, ſeptuaginta duas urbes direptas vendidit. Tamant differentiam ſortis præſtitere duo homines. Sic Plinius. Lyſippus, quo amplitudinem imperij Alexandri exprimeret, finxit ex ære Alexandrum ſupina facie cœlum ſuſpicientem, ſubiectis hiſce verſibus. *Aereus in cœlum ſuſpectans, farè quid arati: Iupiter, aſſerui terram mihi, tu aſſerere cœlum: quo inuento Lyſippi adeo delectatus eſt Alexander, vt ſe ſingi ab alio, quàm ab vno Lyſippo, publico edicto vtuerit.* Sexta, celeritas victoriarum eius; & breuitas temporis, quo tantum imperium conſecutus eſt, ſcilicet tredecim annorum ſpatio: quod tempus vix ſatis eſſe videbatur ad obcundas & perluſtrandas totâ variâs, tam longinquas, tam inter ſe diſtintas regiones, & gentes, quas ille belligerando deuicit. Quamobrem Apelles pinxit Alexandrum fulminiferum, & quidem tam ad viuum, vt vulgò dice- retur duos eſſe Alexandros, vnum, Philippi filium nullis viribus ſuperabilem: alterum, opus Appellis nulla arte imitabilem. Rectè autem Alexander comparatur fulmini, non ſolum propter celeritatem & impetum, quam ob cauſam in viſione Danielis, quæ narratur infra capite octauo, figuratus & ſignificatus eſt, hirco maximo impetu currente, nec præ velocitate terram tangente, ſed etiam quia fulmen, magnum quidem ſplendorem oſtendit, magnamque vim, & efficacitatem habet, ſed ad breuiſſimum tamen tempus: ſic Alexandri imperij gloria, maxima quidè illa, ſed diuturna tamen non fuit. Septima, nominis eius fama. Nominis eius fama.
- D** Alexandri imperij gloria, maxima quidè illa, ſed diuturna tamen non fuit. Septima, nominis eius fama & terror, quo plura ſubiecit ſibi, quàm bello. Poſt primas enim illius victorias, tantus pavor eius, hominum animos occupauit, vt omnes ſe illi certatim dederent. Quapropter domino iam Oriente reuerſus Baby- lonem,

ionem, reperit ibi legationes omnium gentium, non tantum earum, quas vicerat, sed etiam ex Africa, Carthagine, Hispania, Gallia, Italia, Sicilia, & Sardinia. Quin etiam Plinius libr. 3. ca. 5. Clitarchum laudat auctorem, à quo proditum sit etiam tunc à Romanis venisse legatos ad Alexandrum: Scilicet, vniuersum orbem, vt Curtij, & Iustini verbis vtar, tantus nominis eius terror inuaserat, vt cunctæ gentes, velut iam destinato sibi regi adularentur. Nec dubium est, quin si vel paucos superuixisset annos, quemadmodum Orientem sibi subiecerat, ita totum Occidentem debellaturus fuisset: quod, & ipse iam animo agitabat, & moliri cœperat. Iusserat enim amplissimam parari classem, qua per Euphratem in mare rubrum peruectus, indeque Arabiam & Africam circumuectus, per Gaditanum fretum ingressus, Hispaniam, Africam, & Italiâ bello adoriri, & subiugare posset. Nec temerè Plutarchus in magna parte Romanæ felicitatis ponit, tam præcocem Alexandri mortem, ob eam, Romanis tam imminente, certoque periculo præreptis: neque enim illi tunc tantas Alexandri vires sustinere potuissent, qui Pyrho, tantò minori, & multos post annos, agrè resistere potuerunt. Octaua, monumenta Alexandri, quorum duo sunt genera: vnum ciuitatum, quas ipse condidit, quas Plutarchus in priori Oratione, de virtute, vel fortuna Alexandri, ampliùs septuaginta fuisse affirmat. Ipse præterea barbararum gentium, quas deuicerat, agrestem vitam, fetina ingenia, & immanes mores correxit, expoliuit, & opumis imbuit instituit. Ipse, ait Plutarchus, Hyrcanos docuit vi coniugijs: ipse Arachensios docuit agriculturam: Sogdianis persuasit, ne occiderent, sed alerent parentes suos: Persas induxit, vt matres honorarent, nec vxorum loco haberent: Scythasque ne mortuos suos comederent, sed eos sepelirent. Alterum genus fuit principum & ducum, quos militiae suæ alumnos reliquit, ea prudentia, fortitudine, auctoritate, rerum gestarum gloria, & corporis forma, vt singulos putares reges: Et verò, plerique reges fuerunt, & in primis tres, qui regalem potentiam, & dignitatem etiam posteris suis in plurimos annos reliquerunt. Hi fuere Seleucus in Syria, Antigonus in Macedonia, Ptolemæus in Ægypto

Monumenta
Alexandri.

A pro. Nec successores Alexandri, ut inquit Iusti. lib. 13. unquam sibi reperissent pares, si non inter se concurrissent, multoquæ Macedonia pro vno, Alexandros habuisset, nisi fortuna eos ex æmulatione virtutis, in perniciem mutuam armasset. Hòrum tamen clarissimi sunt habitus, ut ait Curtius li. 10. qui etiam minimæ parti fortunæ Alexandri adhæserunt. Nona, eximie naturæ dotes, & multæ virtutes planè regales, quas Curtius lib. 10. commemorat. Fuit enim in illo incredibilis animi vigor, & celeritas ingenij, quod etiam de Iulio Cæsare lib. 7. scripsit Plinius, veit quodam igne volucris, Fuit incomparabilis fortitudo in aggradiendis rebus maximè arduis, & in peruincendis constantia, motisquæ, cuius metus cæteros exanimat, perpetua contemptio. Fuit erga victòs, & captiuos admirabilis clementia, continentia, & munificentia. Matrem Darij à se captam, ut reginam ab alijs honorari voluit, ipse ut matrem eam coluit: Darij vxorem, & filias formosissimas, honorificè tractari voluit, sed eas tamen non visit, nec formam earum sibi laudari ab alijs æquo animo sustinuit. Porro Indorum regi, quem bello vicerat, qua die regnum abstulit, eadem die restituit. Magnificèntia verò eius, & liberalitas videtur transisse modum, & finem excedere: ad dissoluendum æs alienum omnium militum ipse talenta viginti tria millia largitus est. Ad quoddam conuiuium, nouem millia conuiuiarum adhibuit, & singulis pateram auream ad libandum donauit. Cuidam parenti munus aliquod, ciuitatem donauit, refugièriquæ tantum munus accipere, quasi non deceret ipsum, dixit, non quero quid te decet accipere, sed quid me dare deceat. Narrat Plutarchus, cuidam Archestrato Poëtæ elegantissimo, sed pauperi tamen, & inglorio, dixisse quendam, si tu Alexandri arte vixisses, is tibi pro quouis versu Cyprum, aut Phœnicen dedisset. Nempe, tanta illius erat in viros egregiè doctos, aut nobilis cuiuspiam artis excellenter petitos, liberalitas. Denique Plutarchus in secunda Oratione de virtute seu fortuna Alexandri, scribit fuisse in eo coniunctas eas virtutes, quarum singulæ, multos quondam illustrant ac nobilitant, fuisse namquæ in eo fortitudinem Achillis, castimoniam Aga-

Scriptores rerū ipsius.

Curiam multa de Alexandro hic dicta sint.

Mystica interpretatio.

memnonis, pietatem Diomedis, magnanimitatem Cy- A
 ri, sagacitatem & solertiā Themistoclis, Brassidæ auda-
 ciam, & Philippi patris peritiam, ac prudentiam mili-
 tarem. Et verò, iustè æstimantibus regem, inquit Cur-
 tius libro 10. liquet, bona naturæ eius fuisse: vitia,
 vel fortunæ, vel ætatis. Decima, ad maximam quo-
 que Alexandri nominis famiam, & gloriam contu-
 lit, quòd rerum suarum scriptores habuit, & mul-
 titudine plurimos, & auctoritate grauissimos, & in di-
 cendo disertissimos, Ptolemæum regem Ægypti, He- B
 chataeum, Aristobulum, Callisthenem, Durim, Onesi-
 cratum, Diodorum Siculum, Trogum Pompeium, seu
 Iustinum, Q. Currium, Plutarchum, Arrianum, aliòs-
 que, qui virtutes, & res gestas Alexandri, non modò
 pro earum magnitudine verè, ac dignè literis produ-
 derunt, sed etiam in maius nonnumquam, & supra
 verū extulerunt. Quod igitur ipse predicauit de Acnile,
 eum fuisse fortunatum, quòd rerum suarum præ-
 conem Homerum habuisset, id sanè veriùs de ipso di-
 ci potest: quippè non vnum Homerum, sed plurimos C
 scriptores clarissimos, suarum rerum præcones habuit.
 Hæc de Alexandro, propterea tam copiosè, distinctè,
 expressèque disseruimus, quòd de eius bellis, victorijs,
 potentia, gloria, felicitatèque multa, & præclara ex-
 tant in hoc lib. velut in 7. 8. & 11. cap. Danielis vaticinia:
 quibus dilucidè interpretandis, planèque intelli-
 gendis, quæ hic à nobis de eo, vno loco dicta sunt,
 multum lucis afferre possunt. Præterea, quæ de Ale-
 xandro varijs locis sparsè, diminutèque necessariò D
 tractanda erant, ea semel, vnaque narratione compre-
 hendere, & ad voluptatem lectoris iocundius, & ad co-
 gnitionem rerum plenius, atque vtilius putauimus.

S E D quæret aliquis quidnam significet secundum
 sensum mysticum, venter, & femora ærea? Respon-
 deo, quia vsus æris ad res bellicas maximè pertinet,
 significari ea similitudine, ex ventris, & femorum,
 hoc est, ex gula, & veneris intemperantia, sæpissimè
 bella atrocissima, sædissimæque principium, & popu-
 lorum clades exitisse. Cuius rei multa, & illustra
 sunt exempla apud Græcos in Helena, apud Roma-
 nos in Lucretia, & Virginia, apud Ægyptios in Cleo-
 patra

- A patra, apud Hebræos in Dina filia Iacob, in tribu *Gen. 34.*
Beniamin propter nefariè violatam, cuiusdam Leui- *Iud. 29.*
tæ vxorem, tota propemodùm ad internecionem re- *2. Reg. 11. &*
ducta, denique in adukerio Bethabee, & incestu *13.*
Thamar sororis Absalon.

Et regnum quartum erit velut ferreum.

- C**VR Romanorum imperium, his verbis significa-
tum, comparetur ferro, Scriptura ipsa declarat,
subiciens hoc loco. *Quomodo ferrum comminuit, & do-*
B *mat omnia, sic comminuet, & conteret omnia hæc.* Intra verò
cap. 7. hoc ipsum Romanum imperium figuratum est
similitudine cuiusdam bestię terribilis, ac fortis ni-
mis, & habentis dentes magnos ferreos, & vngues,
comedentis, atque comminuentis, & reliqua pedibus
suis conculcantis. Et sanè Romani domuerunt omnes
gentes, vel robore corporis, & viribus præualidas, & *Romanos do-*
feroces, sicut Germanos, Gallos, Hispanos: vel imperio *muisse & sub-*
tunc potentes, vt Carthaginenses: vel maiorum glo- *gentes.*
Cria, sapientia, & prudentia præstantes, vt Græcos: vel
diuitijs, & militum copijs abundantes, vt Asiaticos,
vel terrarum longinquitate remotas, vt Cappadoces,
Ponticos, Armenios, Iberos, Albanos, Scythas: vel in-
Dterfuso Oceano à nostro orbe disunctas, vt Britan-
nos: vel patrum suorum sanctitate, & suæ legis reli-
gione confisos, vt Iudæos, qui post mortem Domini
nostri à Deo derelicti, & abiecti sunt, eorumque reli-
gio inanis, Deoque inuisa fuit, & superstitio magis,
quàm religio nominanda. Ergò Romani perdomuere
omnes gentes, ipsi verò à nullo subacti, nulliusque
sub dominatum subiecti sunt. Quanquam bis in sum-
mum discrimen venère, non modò imperium, sed etiã
libertatem amittendi: primùm quidem Romano exer-
citu à Gallis cæso, urbèque capta, & Capitolio per se-
ptem menses obsesso: iterùm autem post Cannensem
cladem, Annibale propè Romani mania exercitum
admovente, qui solus omnium hostium, vt inquit
Plinius libro 34. capite 7. intra muros Romanos im-
misit hastam.

CVR autem Romanum imperium in hac statua
simile factum sit tibijs, varias rationes asserre possu-
mus. Principiò tibiæ humani corporis infima, & *Cur Romanũ*
imperium com-
paratur tibiæ

ultima pars est : sic Romanum imperium postremum
 fuit, & vt infra dicitur, vsque ad tempora Antichristi,
 & consummationem mundi aliquo modo perdurabit.
 Deinde, tibiis ingredimur & currimus, sic Romani
 belligerando, & vincendo, vniuersum orbem per-
 agrarunt. In tibus, magnum est robur, & firmas, quip-
 pè omne corporis pondus tibus fulcitur, ac sustinetur,
 quare significatur firmitudo, & robur animi Ro-
 manorum, sufficiens ad tantam imperii mò em sub-
 eundam, & sustinendam. Adhæc tibiæ portant om-
 nia superiora corporis membra, sic Romani priora
 regna & imperia sua dominatione complexi sunt, eâ-
 que præclare sustentarunt. Postremò, in tibiis mul-
 tum est carnis, & ossis, in carne teneritudo, & molitudo
 est, in osse duritia, & firmitudo: sic in Romanis
 magna fuit vis, & firmitas ad eos, qui repugnabant ip-
 sîs, frangendos ac debellandos: magna item humanitas,
 clementia, & fides erga sibi deditos, & subiectos,
 quibus de rebus valde Romanos laudar diuina Scri-
 ptura in capite octauo prioris libri Machabæorum,
 & Virgilius libro 6. de Romanis cecinit:

*Tu regere imperio populos, Romane, mento,
 Hæ tibi erunt artes, pacisque imponere morem,
 Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Romanorum
 principatus se-
 rē penes mul-
 tos fuit.

SIMILITUDO autem duarum tibiarū, significat
 regimen, & administrationem Romani imperii serē
 penes multos futuram. Nam post exactos reges, primò
 fuit imperium penes duos consules: postea penes con-
 sules, & tribunos plebis: tum penes decemuiros: de-
 inde iterū penes consules, & tribunos: nonnunquàm,
 licet ad breue tempus, penes dictatores: aliquando pe-
 nes trimuiros, vel duumuiros, hoc est M. Antonium,
 Lepidum, & Octauium: & abdicato Lepido, penes re-
 liquos duos tantum, interdum penes vnam, & per to-
 ram vitam, vt in Augusto, & successoribus eius factum
 est. Ad hoc, penes multos imperatores, id quod, au-
 ctore Eutropio in libro octauo, fieri coeptum est, sub
 Marco Antonio Vero, & sub Lucio Annio Antoni-
 no Vero. Ad extremum, ex vno duplex factum est im-
 perium Romanum, alterum Latinarū, seu Occidentis,
 alterum verò Constantinopolitanam Græcorum, seu
 Orient

A Orientis. Adiace, quòd omnia regna, quæ nunc sunt apud Christianos, & sub imperio Turcarum, partes sunt imperij Romani, tanquam rami ex vna illa imperij arbore decisi.

Et Digitos pedũ ex parte ferreos, & ex parte fẽtiles.

Hac similitudine, inquit Hieronymus, significatur, sicut pes ferreus desinebat in digitos partim ferreos, partim terreos, sic imperium Romanum, prius quidem fore robustissimum, & validissimum, posterius autem infirmum, & inualidum: quod suo tempore, inquit Hieronymus, perspicue cerni quoad defensionem Romani imperij, barbararum nationum auxiliis opus erat. Fuit igitur ferreum, ferè vsque ad irruptionem Gothorum & aliarum gentium barbararum in Romanam ditionem, post hæc autem factum est terreum, quippe tunc maiorem in modum Romani imperij maiestas deformari, diminui amplitudo, potentia debilitari cœpta est. Vel per decem digitos partim ferreos, & partim terreos, significatur Romanum imperium nouissimè diuisum iri in multa regna, multosque reges, quorum alii maiores, & potentiores, alii minores, & imbecilliores futuri sint. Vel idem hoc loco per decem digitos figuratur, quod infra c. 7. significatur per x. cornua eius bestię, quæ imaginem gerebat Romani imperij. Illa namque x. cornua significare putantur multos reges in Romano imperio futuros circa tempora Antichristi, quibus ille debellatis, sibi que subiectis, magnam adepturus est potentiam. Vel denique diuisio tibiarũ, & digitorum, prænotat multiplicè dissensionẽ, & discordiam futurã sub imperio Romano. Etenim quadruplex insignis discordia diuersis temporibus fuit inter plebem, & partes, quas discordias breuiter enarrat Florus in lib. 1. historię Romanę, à ca. 23. vsque ad 26. Primò orta est discordia inter Senatorem, & Equestrem ordinem, propter iudiciorum potestatem. Deinde, consecuta est quadruplex seditio: prima à Tiberio Graccho concitata, secunda à fratre eius Caio Graccho, tertia à Lucio Apuleio Saturnino, quarta fuit bellũ sociale, cuius incendendi per imprudentiam Drusus auctor fuit. Consecuta sũt deinceps

Cur imperiũ Romanum primò ferreũ, postea terreũ significatũ sit.

Discordia Romanorum insignis quadruplex

D quatuor

quatuor illa Romanis exitalia inter patres diffidia, A
 seu bella ciuilia, primum inter Syllam, & Marium, se-
 cundum inter Pompeium, & Cæsarem: tertium inter
 Octauium simul cum Marco Antonio, & Brutum, atque
 Cassium: quartum inter Octauium, & M. Antonium.
 Taceo atrocissima bella inter ipsos imperatores de
 imperij possessione dimicantes. Quod autem hoc loco
 dicitur: *Commiscebuntur quidem humano semine, sed non ad-
 herebunt sibi, sicut ferrum misceri non potest teste*, hanc ha-
 bet sententiam, ad tollendas discordias inter Romani B
 imperij Principes, & ad mutuam eorum concordiam
 conglutinandam, firmandamque fore, vt illi per con-
 nubia inuicem misceantur, atque copulentur: eam ta-
 men coniunctionem, stabilem, & diuturnam nequa-
 quam fore. Pater autem hoc duobus luculentissimis
 exemplis, altero Pompeij, & Iulij Cæsaris: Pompeius
 enim vxorem duxit Iuliam Cæsaris filiam: altero Ant-
 onij, & Octauij, cuius soror Octauia in matrimonium
 M. Antonio data est: ea tamen istorum coniunctio, &
 amicitia, breui tempore dissoluta est, quin etiam in C
 atrocissimum odium, & dissidium conuersa.

Moralis inter-
 pretatio.

SEd paucis doceamus, quidnam pes ferreus in di-
 gitos ferreos, & terreatos desinens, mysticè, ac secundum
 moralem sensum denotare possit. Ad varias profectò
 res significandas, ea figura applicari, & accommodari
 potest. Principiò significat, vbi est multitudo regnorum,
 & regum, ibi esse inæqualitatem: alios enim reges esse
 velut ferreos, id est, potèriores, alios verò velut terreatos,
 id est, imbecilliores: vbi autem est huiusmodi inæqua-
 litas, necesse item est dissensionem, & discordiam inibi D
 esse. Potèriores enim insidiatur infirmioribus, eosque
 opprimendo, partem imperij sui facere cupiunt. Mi-
 nores autem, & infirmiores, potentioribus inuident, &
 diffidunt, sibi que ab illis perpetuò cauendum putant.
 Postea, exprimitur imago quædam tyrannici impe-
 rij, quod partim est ferreum propter violentiam, &
 crudelitatem, partim terreatum. Cum enim timori, &
 odio subditorum sit obnoxium, stabile, ac diuturnum esse
 non potest: malus enim imperij custos est metus. Nã
 quem metunt, oderunt, quem autem oderunt, regnare
 nolunt, regnoque disturbare quoquo modo conantur.

Præter

- A** Præterea significatur, qualis sit gloria, & felicitas regum. Etenim, quamuis ea videatur ferrea, propter imperij robur, & potentiam: est tamen eadem etiam terrea, propter naturæ hominum fragilitatem, & mortalitatem: Equè enim reges, quàm alij infimæ sortis homines, & mortis lege tenentur, & in terram dissoluuntur. Quod diuina Scriptura in exordio prioris libri Machabæorum exemplo Alexandri Magni expressissimè declarauit: cuius cum amplissimam potentiam, &
- B** imperium vsque ad fines terræ prolatum enarrasset, subdit: *Et post hæc decidit in lectum, & cognouit, quia moreretur.* His adde, quod in vno quoque prædictorū quatuor regnorum, qui fuisse potentissimi, & florentissimi, & tanquam ferrei, hinc tandem in terram deserunt, hoc est, miserabiles, infelices, & horrendos exitus habuerunt. Hoc liquidò cernitur in Balthasare ultimo Chaldæorū rege, cuius subitus, & miserrimus interitus, infra cap. 5. describitur: in Cyro monarchiæ Persarum auctore, in Alexandro Magnò, qui amplissimum Græcorum imperium constituit, in Crasso, Pompeio, & Cæsare, omnium sui temporis Romanorum potentissimis, & gloriosissimis. Postremo, statua hæc mirificè refert, & repræsentat imaginem gloriæ, ac felicitatis huius mundi: cuius caput est aureum; sunt enim fausta, & læta principia: digiti vero sunt terrei, id est, extrema tristitia, luctuosa, & funesta. Contrà regnum Christi, initio triste, laboriosum, & asperum videtur: verumtamen omnis labor, & tristitia incomparabili, æternaque mercede, atque gaudio compensabitur: id quod adumbravit lapis ille, cuius hic fit mentio; primò paruulus, dein paulatim crescens; & in montem vniuersæ terræ æqualem euadens.

Regnorū exitus infelicitissimi.

NON erit alienū hoc loco indicare, quando vnumquodque prædictorum regnorum, ortum, & occasum habuerit, quantoque tempore perdurauerit. Regnum Babylonicum, seu Chaldaicum, ex quo cœpit sub rege Nabuchodonosor, longè lateque profertur, initium habuit, vt supra ostendimus, anno regni eius xxij. tunc videlicet deuicta, & subacta Syria, Phœnice, Moabitudine, Ammonitide, Idumæa, Iudæa, Ægypto, & Libya, armis etiam vsque in Africam, & Hispaniâ illatis. Quod

De ortu, occasu, & duratione prædictorū quatuor regnorum.

tempus

tempus incidit in Olympiadem trigessimam octauam, A
 & annum vr̄bis conditæ circiter centesimum trigessi-
 mum. Stetit autem vsque ad primum annum Cyri,
 hoc est, vsque ad Olympiadem quinquagesimam quar-
 tam, & annum vr̄bis conditæ centesimum nonagesi-
 mum, scilicet per annos lx. Cyrum imperij Persa-
 rum conditorem regnare cœpisse initio Olympi-
 adis quinquagesimæ quintæ Eusebius lib. 10. de Præ-
 paratione Euangelica, c. vlt. plurimis, & grauisimis
 auctoribus confirmat. Id autem temporis concurret B
 cum anno vr̄bis conditæ clxxx. Est autem monar-
 chia hæc ab Alexandro Magno destructa, Olympi-
 adē centesima duodecima, & anno vr̄bis conditæ cir-
 citer quadringentesimo vigesimo: stetitque annos
 circiter ccxxx. Imperium Græcorum, penes vnum
 fuit viuente tantum Alexandro, per sex duntaxat an-
 nos: post eius verò mortem diuisum est in multa re-
 gna: quæ tamen breui redacta sunt ad tria: ad regnum
 Asiaticum, & Syriacum, quod fuit penes Seleucum, &
 successores eius Seleucidas, vsque ad Olympiadem
 centesimam septuagesimam quintam: deinde penes C
 Tygranem Armeniæ regem per xv. annos: postea
 Olympiade lxxix. subiectum est ditioni Romanæ à
 Pompeio Magno. Alterum regnum fuit Græcum, seu
 Macedonicum, quod perdurauit vsque ad Olympi-
 adē centesimam quinquagesimam: tunc enim victo
 captoque Perseo Macedonum rege, Macedonia sub
 Romanorum imperium redacta est. Tertium fuit re-
 gnum Ægypti, quod vsque ad Olympiadem clxxxvij.
 floruit: tunc Augustus, debellato mortuoque M. An- D
 tonio, & Cleopatra regina Ægypti, ex regno fecit
 Romanorum prouinciam.

Romanorum
 imperiū quan-
 diu steterit.

ROMANORVM autem regnum, simpliciter quid-
 em initium habuit simul cum vr̄be Roma, primo
 anno Olympiadis septimæ: monarchiæ tamen digni-
 tatem, & potentiam habere cœpit post Olympiadem
 centesimam quadragesimam quartam, finito secundo
 bello Punico; tunc enim omnem Italiam vniuersam-
 que Hispaniam, Sardiniam quoque, & Siciliam sub
 ditione sua habebant Romani, & Carthaginenses,
 adempto illis imperio, subiugauerant. Deinde magna
 accepit

- A** accepit incrementa circa Olympiadem cxlvij. victo in Asia Magno Antiocho: & circa Olympiadem cix. excisa Carthagine, deleta Numancia, euerfa Corintho, multisque aliis prouincijs adiectis. Summam verò amplitudinem, & potentiam habuit Romanum imperium circa Olympiadem clxxx. subiugato per Pompeium Magnum, Oriente: cuius victoris vsque adeò dilatatum est Romanum imperium, vt Asiam minorem, quæ Orientem versus, extrema erat Romanarum prouinciarum, ipse fecerit mediam. Lege Plinium libro septimo, capite 26. Videtur autem huius monarchiæ Romanorum potentia, & gloria viginti per annos circiter quingentos, hoc est, post secundum bellum Punicum vsque ad id temporis, quo Roma capta est à Gothis. Vectius Augur, vt scribit Varro lib. 18. Antiquitatum, refertate Censorino in libro de Die Natali, Romanorum, ex illis duodecim vulturibus, quorum auspicio Romulus Romam condidit, auguratus est, & potentia crescens, mille, & ducentos annos perduraturum. Singuli enim vultures, secundum antiquam, & reconditam augurandi disciplinam, centenos annos significabant. Ego quamuis, & istud figmentum esse non temerè existimare possim, & omnem augurandi diuinationem futilem, mendacem, denique pro nihilo habeam: non possum tamen inficiari tanto ferè tempore, quantum ab illo, vel vsu, vel instinctu diaboli prædictum fuisse traditum est, incrementa imperij Romani durasse. Siquidem ex probatissimis historijs constat, Romam annis postquàm condita fuerat mille centum sexaginta quatuor, à Gothis esse captam rege Gothorum Alarico, Romanorum imperatore Honorio, summoque Pontificè Innocentio primo, deinceps autem sequentibus annis, multis, magnisque cladibus, & calamitatibus Romanum imperium à Barbaris gentibus afflictum, prostratum, & contitum est. Lege Paulum Orosium lib. 7. c. 40.

Augurii Vestij de duratione Romani imperij.

*In diebus autem regnorum illorum suscitabit
Deus regnum: quod in aeternum non
dissipabitur.*

PORPHY

Opinio Por-
phyrij, Iose-
phi, & He-
bræorum.

PORPHYRIUS, & Hebræi, ut refert hoc loco D. A Hieronymus, interpretantur hæc verba de regno Iudæorum, quod in fine mundi, ut ipsi stultè sperant, erit potentissimum, & cætera regna subueret. Credo equidem, idem sensisse Iosephum. Nam cum peruenit ad huius loci interpretationem in libro 10. Antiquitatum tacitum eum præteriuit, scilicet, timens offensionem Romanorum, à quibus ipse honoratus, & locupletatus fuerat. Non enim sine offensione audire potuissent Romani imperium suum iri destructum à regno Iudæorum. Propterea verò Iosephus excusat se, quòd huius loci expositionem prætermittat, quia non diuinare futura, sed præterita interpretari, illis libris suscepisset. Hæretici porro, qui dicti sunt Chiliastæ, hoc est, Millenarij, arbitrati transactis ab exordio huius mundi sex annorum millibus, futuram iustorum hominum resurrectionem, post quam sancti omnes vnà cum Christo, in terris per mille annos cum magna potentia, gloria, & felicitate regnaturi sunt: isti igitur Chiliastæ, quæ hoc loco de regno Christi vaticinatur Daniel, ea ipsi ad illud suum millenarium regnum pertinere existimant. Sed profectò hæc, sunt Iudæorum ac hæreticorum nugæ, atque figmenta: & extra controuersiam est, vaticinium hoc Danielis, non ad aliud, quàm ad Christi regnum referri posse.

Opinio Chi-
liastarum.

ILLVD tamen dubitationem habet, & inter doctores controuersiam, an Daniel loquatur de regno Christi, quod cæpit post primum eius aduentum, & quod ex eo tempore viget adhuc, & vsque ad finem sæculi vigeat: an verò de eo, quod erit post secundum Christi aduentum, perfectissimam Christi dominationem continens, super cælum & vniuersum orbem. Tertullianus, extremo eo libro, quem aduersus Iudæos scripsit, verba hæc Danielis interpretatur de regno Christi, quod erit post secundum eius aduentum. Idem hoc loco Theodoretus, & sentit, & confirmat eo argumento, quod Daniel ait, adueniente illo regno Christi, destructum iri omnia regna terrena: hoc autem non esse factum in primo Christi aduentu, manifestum est: quin imperante Augusto, quo tempore Dominus noster natus est, maxime flo-
ruit

An Daniel lo-
quatur de Chri-
sti regno, quod
est in hoc se-
culo, an de fu-
turo.

A ruit Romanum imperium, itémque deinceps per quadringentos ferme annos, quoad videlicet Roma capta est à Gothis, summam in orbe potentiam obtinuit. Contraria tamen sententia, quæ verba Danielis refert ad regnum Christi, quod post primum eius aduentum cœpit exordium, & verisimilior est: & sententiæ verborum Danielis aptior, atque conuenientior: Hoc enim significat illud, quod ait Daniel, *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus regnum*, hoc est, tempore, quo regna terræ vigeant & pollebunt, videlicet vsque ad finem mundi: Nam post secundum Christi aduentum, nõ erunt dies, vel tempora illorũ regnorum. Quapropter his verbis satis perspicuè significatur, excitatum iri regnum Christi ante secundum eius aduentum. Deinde, abscissio lapidis ex monte sine manibus, quid aliud significat, quàm generationem Christi ex beatissima virgine sine viri interuentu? Hoc autem ad primum eius aduentum spectat. Postea, Daniel ait, Lapidem, qui percussit statuum, fuisse paruum; deinde verò mirabiliter creuisse. Lapis autem ille sine dubio significauit Christum, vel eius regnum: at paruitas Christi, vel regni eius, in primo aduentu verè dicitur & intelligitur: in secundo autem aduentu minimè: quippe veniet tunc Christus, vt ipsemet nos docuit, cum virtute, potestate, & maiestate magna. Denique, lapidis illius ex paruo in amplissimum montem incrementa & processus, haud dubiè ad Christũ & regnum eius, quod primo eius aduentu cœptũ est, tantũ referri possunt. Maneat igitur, verba Danielis ad regnum Christi post primum eius aduentum pertinere.

D **Q**UEM AD MODVM autem Christus post primum aduentũ, imperiũ Romanorũ, & aliorum regum regna destruxerit: hoc enim difficultatem affert, & pro confirmatione suæ opinionis sumebat Theodoretus, sic est intelligendum: Destructa sunt omnia regna à Christo: non euersa temporali eorum dominatione, sed sublata idololatria: quæ in omnibus illis regnabat, excisõque dæmonis imperio, cui illa erant subiecta: Nec putandum est, hoc esse factum in omnibus regnis simul & vno tempore: sed paulatim, & per varia temporũ interualla, nunc his, nunc illis regnis ad fi-

Quomodo
Christi regnũ
destruxit om-
nia regna mũ-
di.

dē Christi conuersis, & dominationi Christi, potestati. A que ipsius Ecclesie, in his, quæ ad spiritualē eorum gubernationem faciebant, omnino subiectis. Ex quo factū est, ut post cōuersionem Magni Constantini, imperatores Romani & alij reges, se, suæque regna Christo Domino, & ipsius Ecclesie subderent, summūq; Pontificem totius Ecclesie pastorem, Christi que vicarium in terris, tanquam suū patrē, principem, & monarcham in his, quæ ad Deum & salutem animæ pertinet, humiliter adorarent, religiosè venerarētur, & libenter, atque obedienter eius salutaria iussa & decreta amplecterentur. De hoc regno Christi, quod in hac Ecclesia terrestri, & militate versatur, apud Isaiam c. 49. & 60. prædixit Deus: *Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & lingent puluerem pedum tuorum: gens & regnum, quod non seruiet tibi, peribit.* Quamuis autem, quæ Daniel hoc loco vaticinatur, ea quadret in regnū Christi, post primū eius aduētum, inchoatum, & per varia incrementa, & decreta processurū vsq; ad finē mundi: non est tamen negandū eadem, magna ex parte regno Christi, quod post secundū aduētū erit, perfectissimè cōuenire. Ergo vaticinium Danielis de regno Christi, conuenit ei post primum aduentum, inchoatè & aliquatenus: post secundum autem aduentum, consummatè, ac secundum omnes numeros absolute. Verūm quæ nunc carptim dicta sunt de regno Christi, eadem in explanando septimum caput Danielis, latius & accuratius à nobis tractabuntur.

Donec abscissus est lapis de monte sine manibus.

Christus lapis
in Scripturis
sæpè dicitur.

NON dubiū est, quin lapis ille significauerit Christum & eius regnum. Etenim frequentissimè in D sacris literis vocabulo & similitudine lapidis, Christus significatur, quod plurimis Scripturæ testimoniis, in libro secundo aduersus Iudæos confirmat Cyprianus. Vocatur lapis fundamentalis: *Ecce ego, inquit Dominus per Isaiam c. 28. mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, pretiosum, in fundamento fundatum.* Nominatur lapis angularis in Psal. 117. *Lapidem, quē reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.* De quo la-
pide

- A p^{ide} dixit Dominus per Zachariam cap. 3. *Super lapidem unum septem oculi sunt : ecce ego calabo sculpturam eius ait Dominus: & auferam iniquitatem terræ in die vna.* Oculi in Scriptura significat scientiam : septenarius autem numerus, vniuersitatem, & perfectionem: in Christo autem absconditos fuisse thesauros omnes sciētiæ & sapientiæ Dei, restante Paulo, cognouimus. Dicitur autem Deus cælasse sculpturam huius lapidis, quia solus ipse formauit, figurauit, & absoluit corpus Christi in vtero Virginis. Et in vna illa die Veneris, qua Christus seipsum obtulit hostiam viuam Deo pro remissione omnium humani generis delictorum, dicitur Deus omnē terræ iniquitatem abstulisse. Et, vt in eadem similitudine lapidis permanentes, diuina scrutemur mysteria: figura Christi fuit lapis ille, super quo dormiens Iacob admirandam illam scalam in somno vidit Genes. 28. Et ille lapis, super quo Moses lassā brachia, & manus reponens, ac sustentans, perseuerauit in oratione, quo ad Amalechitarum victoriam obtinuit, Exod. 17. Lapis etiam ille, ex quo virga percusso, largissima ad potandum populum Hebræum, aquarum copia emanauit, Numer. 20. Necnon & ille lapis, super quo Moses à Deo positus, Dei transuentis posteriora videre potuit, Exod. 33. Denique lapis, quo Dauid superbum illum gigantem Goliath percussit, prostrauit, interemit, I. Reg. c. 17.

Locus Zachariæ ex cap. 3.

Col. 3.

Qui lapides in veteri Testamento figuræ Christi fuerunt.

- SI MILITVDO autem & appellatio lapidis, pulchrè conuenit Christo. Primò, propter soliditatem & firmitatem, tum ob humilitatem : lapis enim ad humilia loca naturaliter descendit, & in illis conquietitur. Postea, quia Christus dæmonem sua morte percussit : & imperio, quod in homines habebat, spoliavit. Deinde, quia, Christus est petra, super quam fundata est, & sustentatur Ecclesia: de oque nullo vnquam tempore, nullaque vi labefactari & euetri poterit: quinimò, nec portæ inferi aduersus eam præualebunt. Ad extremum, Christus petra est refugij & præsidij bonis, de qua intelligi potest illud Psalmi centesimi tertij, *Et petra refugium herinaceis*, vnde Dauid lætus & exultans canit : *In petra exaltasti caput meum, & posuisti super petram pedes meos.* Huc etiam referri potest illud, quod est in

Cur Christus dicatur lapis.

Matth. 16,
Luc. 2.

Psal. 10. *Posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso.* A
 Contra veto, perfidis ac reprobis fuit lapis offensivus
 & petra scandali, sicut ab Isaiâ capite octavo fuerat præ
 dictum: & Simeon dixerat de Christo, futurum eum in
 ruinam & resurrectionem multorum. Percussit autem
 hic lapis statuâ: quia dissipavit ac penitus destruxit ido
 latriam, dissolvit errores hominû, & vitia deleuit: id
 que tripliciter, veritate doctrinæ, sanctitate vitæ, multi
 tudine ac magnitudine miraculorum, tam per se, quàm
 per sui cultores, atque sectatores. Hic est funiculus ille
 triplex Salomonis, qui difficili è rûpitur. Ad cuius rei in
 telligentiam spectat, quod vaticinatus est Isaiâs c. vnde B
 cimo; *Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suo
 rum interficiet impium.*

Eccle 4. **S**ED quid sibi vult excisio lapidis de monte sine
 manibus? Haud dubiè significabat admirandâ Christi
 generationem ex matre virginæ, sine vlllo vitilis se
 minis concursu. Neque est idolens in Scriptura, gene
 rationem alicuius ex aliquo, præsertim mirabilem ac
 supernaturalem, appellare excisionem ex petra. Nam
 que apud Isaiâs capite quinquagesimo primo, sic leg
 imus. *Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cavernam
 laci, ex qua præcisi estis.* Quam metaphoricam locutio
 nem mox declarans, subiungit: *Attendite ad patrem
 vestrum Abraham, & ad Saram, quæ peperit vos.* Signi
 ficat autem propheta, Isaac, ex quo progenerati sunt
 Hebræi, ex parentibus infœcundis, & ad modum pe
 træ sterilibus, mirabiliter esse generatum. Quamquam
 autem vocabulum montis, figuratè sumptum, admo
 dum multas & varias in Scriptura significaciones ha
 beat, quas beatus Gregorius lib. 33 Moralium, cap. pri
 mo, disertè ac luculenter exposuit: attamen hoc loco
 per montem significari beatissimam virginem, & au
 thoritas Patrû, & ratio sententiæ Danielis, & proposi
 tæ figuræ scopus, credere nos cogit. Non est in præ
 teritis relinquendum, quod Iustinus in Dialogo, quem
 habuit cum Typhone Iudæo adnotavit, vt multa al
 lia, quæ traduntur in sacris literis, ita hoc de abscisio
 ne lapidis ex monte, præcos illos Gentiles, vel ex Sa
 cris libris furatos, vel à dæmone doctos, & impulsos,
 ad impias Deorû suorû superstitiones transtulisse. Sic
 autem

Quid signifi
 cet abscisio
 lapidis è mon
 te sine mani
 bus, variæ in
 terpretationes

A autem Iustinus eo loci scribit: *Iam, quando Mithragy-
ta suum Mithrum auro saxo progenitū, & speluncam vocant
locum ubi discipulos imitant, nomine hic licet agnoscere saxum
illud, quod Daniel dixit excisum sine manibus: nimirū his quo-
que oracula effingere conantibus.* Mons autem merito di-
citur beata virgo propter singularem omnium virtu-
tum excellētiā: quarum tanta est sublimitas, ut quod
est summum & celsissimum in virtutibus aliorum san-
ctorum, id cōparatione virtutū beatæ virginis, sit in-
fimum. Quapropter non incongruē de beata virgine
dici posset, quod est in Psalmo octogesimo sexto, *Fun-
damenta eius in montibus sanctis.* Etenim Deipara virgo
verticem & culmē perfectionis sanctorum habet, tan-
quā fundamentum perfectionis & sanctitatis suæ.
Considera igitur quā sublime sit fastigiū huius vir-
ginis, cuius fundamenta, super culmina sanctorum lo-
cata sunt. Hic est ille mons, de quo figuratē cecinit
David Psal. 67. *Mons pinguis, mons coagulatus, mons in quo
bene placitum est domino habitare in eo: etenim dominus habi-
tabit in sinem.* Diuus Augustinus montem de quo ab-
scissus est lapis, interpretatur populum Iudaicum, de
quo Christus secundum carnē, sed sine manibus, hoc
est, sine carnali copula generatus est. Cū enim in
Tractatu nono super Euangeliū Ioannis citasset hunc
locum Danielis, subiicit hæc, *Lapis de monte præcisus,
ipse est lapis, quem reprobauerunt edificātes. & factus est in ca-
put anguli.* De quo monte præciditur, nisi de regno Iudæorū,
unde Christus Dominus secundū carnē natus est, & præciditur
sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali
de virgine exortus est? Eādem habet sententiā Augusti-
nus Tractatu primo in Epistolam primā Iōānis: Verūm
idē Augustinus in Concione ad Catechumenos contra
Iudæos, paganos, & hæreticos, hunc locū Danielis ci-
tans, per montē, beatā Mariam intelligit & interpre-
tatur. Ambrosius aliā habet huius loci lectionem & in-
terpretationem: Nam pro vocabulo, lapis, habet vo-
cem, mōs: legens in hunc modum, *Mons abscissus est de
monte sine manibus.* Sic autē exponit, Deus filius genera-
tus est ex Deo patre, sine manib⁹, hoc est, non per ali-
quam creationem, vel effectiōem: non enim filius à
patre factus, aut creatus est, sed tantum genitus. Sic
autem

Cur B. Virgō
dicatur mons

autē habent verba Ambrosij in Sermone 70. *Quid enim A*
aliud est de monte ad montē volare, nisi de saluatoris gratia ad
patris gloriam properare? Ipsi enim sunt montes, sicut dicit pro-
pheta, Mons de monte sine manibus concidentium, hoc est, filius
de Patre absque ullius creationis accessu. Hippolytus Mar-
 tyr hæc verba Danielis de secundo Christi aduentu ex-
 ponit: illud autem, *sine manibus*, significare inquit, se-
 cundum Christi aduentum fore improuisum, & repen-
 tinum hominibus: quippe eos non opinantes, & incau-
 tos opprimeret. Alij, ea similitudine denotari putant fi-
 lium Dei missum esse à Patre, & de cælo descendisse B
 in terras sine manibus, hoc est, sine ullis hominum me-
 ritis, secundum illud, quod scripsit Paulus in Epistola
 ad Titum capite tertio: *Apparuit humanitas Saluatoris*
Dei non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum
magnam misericordiam suã saluos nos fecit. Iulianus in Dia-
 logo, quem cum Tryphone Iudæo habuit, abscissione
 lapidis ex monte sine manibus, significari ait, genera-
 tionem Christi non fore humanum opus, sed diuinæ
 volūtatis propositum: Dixit enim Isaias, generationem
 eius quis enarrabit? nullius hominis ex hominibus nati, C
 generatio est inenarrabilis.

R E S T A T V T ostendamus quomodò Christus fue-
 rit lapis primò paruus, tum paulatim crescens, tandem
 replens vniuersam terram. Paruus fuit Christus pro-
 pter assumptam humanitatem, quæ diuinitatis com-
 paratione paruum quid, & propè nihil est: Verbum e-
 nim abbreviatum fecit Dominus, cum verbum caro fa-
 ctum est: Puer natus est nobis, atque paruulus datus est
 nobis. Paruus fuit Christus propter statum viatoris,
 in quo secundum partem suam inferiorem, tres, & tri-
 ginta annos versari voluit. Paruus fuit propter car-
 nem, quam induit, morti, & doloribus subiectam. D
 Paruus fuit propter pauperem vitam, & humilem conuer-
 sationem. Paruulus fuit in oculis superbiorum Iudæo-
 rum, qui eum contemnebant. Paruus fuit, quia in
 parua Iudæorum regione præsentiam suam dunta-
 xat declarare, & solis Iudæis prædicare voluit, paruum-
 que sibi adiunxit discipulorum numerū, quem ipse pu-
 sillum gregem vocare solebat. Deniq; paruus fuit, pro-
 pter humilitatē, ignominiam, & acerbitatem passionis,
 &

Isa. 53.

Christus pri-
 mò paruulus
 lapis, postea
 maximus.

A & mortis. Creuit autem Christus non coram Deo, coram quo semper æquè magnus fuit: neque creuit secundum gratiam, & gloriam animæ, quam inde ab exordio vsque sui conceptus, tantam habuit, quam iam nunc habet, sed creuit coram Deo & hominibus, tam secundum gloriam corporis post resurrectionem, quam secundum famam atque gloriam sui nominis, quod toto orbe celebratum est. Denique creuit in corpore suo mystico, quod est Ecclesia, quam per vniuersum mundum diffusam, & dilatatam cernimus. Christus autem

B repleuit vniuersam terram: primò prædicatione Evangelicæ doctrinæ, quæ per Apostolos & discipulos eius, toto orbe personuit, sicut prædixerat David Psalm. 18.

Quomodo
Christus impleuit vniuersam terram.

In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum: Tum scientia Dei: nã per Christi doctrinam,

pernotuit mundo, vnum esse Deum ab homine colendum: Deos autem, quos prius colebant homines, esse inania simulacra, & fallaces dæmones. Hoc vaticinatus est Is. c. 11. cum de Messia aduentu loquens, dixit: *Repleta est terra scientia Dei*. Deinde gloria & maiestate

C Dei: Per Christum enim verus Deus à mundo cognitus, & glorificatus est, repudiato abiectoquæ falsorum Deorum cultu. Quapropter Christus dixit Patri suo, vt refert Ioannes capite, 17. *Ego te clarificauit super terram*. Hoc etiam in Psalm. 71. qui totus est de Messia, cecinit David: *Replebitur maiestate eius omnis terra*: Et Malachias de Christi aduentu vaticinatus est: *Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus ait Dominus*. Postea odore virtutum ac sanctitatis: Etenim vbi Christi doctrina mundo innotuit,

D incredibili ardore, hominum animi vbique tertarum, & gentium inflammati sunt ad colendas virtutes, non vulgares, non humanas modò, sed eximias, singulares: nec tantùm antea inusitatas, sed etiam incognitas, denique planè diuinas: vt est voluntaria paupertas, obedientia, virginitas, desiderium martyrij, & alia, quæ non solùm, quia noua, sed etiam quia super humanæ fragilitatis vires esse videbantur, erant hominibus admirationi, stupori, & miraculo. Præterea innumerable prodigiorum ac miraculorum, quæ passim, & vbique in Christi nomine patrabantur, mirabilita-

re. Ad hæc desiderio, & expectatione bonorū cœlestiū: **A**
 Christi namque fides docuit homines, mūdo neglecto,
 terrena despiciere, & amare cœlestia. Et sanè, admiran-
 dum fuit, in quibus rebus homines summum bonum,
 supremamque salicitatem suam collocabant: eas dein-
 de res ab eisdem hominibus negligi, pro nihilo haberi,
 vltro derelinqui. Pro adeptione autem cœlestium bo-
 norum, quæ prius nec curæ, nec cordi erant hominibus,
 cætera omnia bona postponi, nullum recusari laborem,
 quantumvis aditi pericula, profundi sanguinem, etiam **B**
 mortem libenter, atque gaudenter oppeti. Adicere, per
 doctrinæ Christi prædicationem, impletos esse hominū
 animos metu ac pauore futuri Iudicij. Maximo enim
 terrore percussus est mundus, cum per fidem Christi
 cognouit aliquando futurum, vt Christus ab omnibus,
 & singulis hominibus exactissimam rationem, summa
 fæueritate, reposeat omnium, quæ vnquam fecerint, di-
 xerint, cogitauerint: ita vt etiam verba otiosa, & secre-
 tissimæ animi cogitationes, intimiq; sensus, & appeti-
 tiones, tunc palam in notiam omnium proferendæ, &
 iudicis Christi subtilissimo examine discutiendæ sint. **C**
 Postremo repleuit Christus orbem, reuerentia & vene-
 ratione, non tantum sui nominis, sed etiã Ecclesię suę:
 & eius hominis, qui vicarius ipsius est in terris, Summū
 dico Pontificem, quem vniversus orbis Christianus Ca-
 tholicus honorat, colit ac veneratur, eiusq; responsa, &
 decreta non secus, ac diuina oracula reueretur atque
 obedienter amplectitur, & obseruat.

*Tunc rex cecidit in faciem suam, & Danielem
 adorauit, & hostias, atque incensum præ-
 cepit, vt sacrificarent ei.*

Refellit:ur du-
 plex calumnia
 Porphyrij ad-
 uersus hunc
 locum.

AD hunc locum explanandum, & illustrandum, **D**
 nihil afferri potest luculentius commentario di-
 uini Hieronymi, quem totum, verbis eius, his adscri-
 bam. Hunc locum, inquit, Hieronymus, calumnia-
 tur Porphyrius, quod nullo modo sit credibile, su-
 perbissimum illum regem seruum suum, & captiuum
 adorasse. Quasi non, & Lycaones, ob signorum ma-
 gnitudinem, vt est in Actis Apostolorum, cap. 14. Pau-
 lo, & Barnabæ voluerint hostias immolare, illum
 Mercur

A Mercurium, hunc Iouem appellantes. Error ergo gentilium, qui omne, quod supra se est, Deum putant, Scripturæ non debet imputari, quæ simpliciter refert vniuersa, quæ gesta sunt. Sed, & hoc possumus dicere, quod causas adorandi, & sacrificandi, ipse rex exposuerit, dicens Danieli: *Verè Deus vester Deus Deorum est*: ergo non tam Daniele, quàm in Daniele, adorare voluit Deum, qui mysteria reuelauerat. Quod & Alexandrum Magnum in Pontifice Iaddo fecisse legimus apud Iosephum libro vndecimo

B Antiquitatum. Quod si hoc displicet, dicendum est, Nabuchodonosor signorum magnitudine, & stupore confusum, quid faceret ignorasse: ut qui Dominum verum intelligebat, & ipsum dominum, & seruum eius adoraret, & incenso atque hostiis veneraretur. Illud quoque calumniatur, & reprehendit Porphyrius, quod oblata sibi à rege munera, & honores, Daniel accipere non recusarit, ac planè repudiat: non considerans ideò somnium illud diuinitus regi missum, eiusque interpretationis mysteria per Daniele reuelata, ut

C Daniel cresceret, & in loco captiuitatis princeps fieret omnium Chaldæorum, & Dei omnipotentia nosceretur. Quod quidem, & in Ioseph apud Pharaonem, & Ægyptum, legimus factum: Et in Mardocheo apud Assuerum: ut in vtraque gente haberent captiui, & peregrinantes Iudæi solatia, videntes hominem gentis suæ Ægyptiorum esse principem, & Chaldæorum. Ha-

D nus autem prudenter admonet, in hac historia elucere mirabilem Dei prouidentiam, etiam circa homines superbos, impios, & barbaros, cuiusmodi erat rex Nabuchodonosor: ad cuius deprimendam arrogantiam, per somnium illud demonstrauit ei, inanem esse fiduciam regni felicitatis, quæ instar floris celeriter arefcit, & perit, & instabilis in nullo diu permanet. Deinde, cum illius somnij interpretationē, quam apud nullū suorum sapientum inuenire potuisset, & à Daniele veri Dei cultore ac seruo percepisset, ad veri Dei cognitionem, admirationem, atque uenerationē ea ratione pertractus est. Tantum igitur, & ex somnio, & ex somnij obliuione, eiusque interpretatione ei attulit utilitatis Deus, ut suam

Gen. 41.

Esl. 3.

Utilitas huius somnij contra gens Nabuchodonosor.

rex agnosceret humilitatem : tum eorū Deorum , quos A
 colebat, disceret imbellicitatem : postea quanta sit veri
 Dei potentia , & virtus intelligeret. Idcirco enim ex-
 clamauit, *In veritate Deus vester , ipse est Deus Deorum, &*
Dominus regum, reuelans mysteria. Deos autem vocat non
 more Sacre scripturæ , quæ Deos appellat sacerdotes, &
 iudices populi Hebræi, sed idola, quos, errore opinio-
 nis , Deos gentilitas appellabat. Nondum enim potue-
 rat illorum inanitatem, & imbecillitatem penitus per-
 spicere , & omnino intelligere : Plurimum tamen con-
 fiteatur Deum Hebræorum cæteris Diis antecellere, cum B
 eum nominet Deum. Hactenus ex Theodoro. Non
 esse autē passum Daniele sibi hostias immolari, quin
 fuisse id omnino aduersatum, indicato vero Deo , cui
 ea immolatio debebatur , licet hoc loco expressum
 non sit, haud dubiè tamen existimandum est : nec ali-
 ter de tam pio, religioso, sanctoque propheta, quem
 scilicet post hæc Deus , & magnis pro eius salute edi-
 tis miraculis , & secretissimorum consiliorum suorum,
 ac cœlestium mysteriorum multiplici reuelatione,
 insigniter honorare , & in omne æuum nobilitare vo- C
 luit , cogitare fas est.

B E N E D I C T I P E R E R I I S O C I E - T A T I S I E S V ,

Commentariorum in Daniele,

L I B E R I I I . D

C A P V T T E R T I V M .

NABUCHODONOSOR Rex fecit statuam au-
 ream altitudine cubitorum sexaginta , latitudine cubi-
 torum sex, & statuit eam in campo. Dura prouincia Babylonis.
 Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas,
 magistratus , & iudices, duces, & tyrannos, & prefectos, om-
 nesque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem sta-
 tue

A tua, quam erexerat Nabuchodonosor Rex. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus, & iudices, duces, & tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quã erexerat Nabuchodonosor Rex. Stabant autem in conspectu statuæ, quam posuerat Nabuchodonosor Rex: & præco clamabat valenter. Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis, in hora, qua auderitis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorete statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor Rex. Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora

B mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hæc igitur statim, vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, symphoniæ, & omnis generis musicorum, cadentes omnes populi, tribus, & lingue adorauerunt statuam auream, quã constituerat Nabuchodonosor Rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldaei accusauerunt Iudeos, dixeruntque Nabuchodonosor Regi: Rex in æternum viue. Tu Rex, posuisti decretum, vt omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, &

C vniuersi generis musicorum, prostrat se, & adoret statuam auream. Si quis autem non proiciens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudei, quos constituisti super opera regionis Babylonia, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, Rex, decretum tuum, Deos tuos non colunt, & statuam auream, quam erexisti, non adorant. Tunc Nabuchodonosor in furore, & in ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Misach, & Abdenago, qui confestim adducti sunt in conspectum Regis. Pronunciãnsque Nabuchodonosor Rex, ait eis: Verum Sidrach, Misach, & Abdenago Deos meos non colitis, & statuam auream, quam ꝑ constituisti, non adoratis? Nunc

D ergo si estis parati, quacumque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, omnisque generis Musicorum, prosternite vos, & adorete statuam, quam feci: quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis est Deus, quis eripiet vos De manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdenago, dixerunt Regi Nabuchodonosor, non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, o Rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, Rex, quia Deos tuos non colim

†Erexi S.M.S.

colimus, & statuam auream, quam crexisti, non adoramus. A
 Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei
 illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, &
 precepit, ut succenderetur fornax septuplum, quam succendi
 consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut liga-
 tis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos
 in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti, cum
 bracciis suis, & tiariis, & calceamentis, & vestibus missi sunt in
 medium fornacis ignis ardentis: nam iussio regis urgebat: for-
 nax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant
 Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis: viri B
 autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt
 in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur, in Hebræis volumi-
 nibus non reperi.

Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & bene-
 dicentes Dominum. Stans autem Azarias orauit sic, aperiensque
 os suum in medio ignis, ait: Benedictus es, Domine Deus Pa-
 trum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in se-
 cula: quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & vniuersa C
 opera tua vera, & via tue rectæ, & omnia iudicia tua vera.
 Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia, quæ induxisti super nos,
 & super ciuitatem sanctam Patrum nostrorum, Hierusalem:
 quia in veritate, & in iudicio induxisti omnia hæc propter
 peccata nostra. Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes
 à te: & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus,
 nec obseruauimus, nec fecimus, sicut præceperas nobis, ut
 bene nobis esset. Omnia ergo, quæ induxisti super nos, & vni-
 uersa, quæ fecisti nobis, verò iudicio fecisti: & tradidisti nos D
 in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum,
 preuaricatorumque, & regi iniusto, & pessimo ultra omnem
 terram. Et nunc non possumus aperire os: confusio, & oppro-
 brium facti sumus seruis tuis, & his, qui colunt te. Ne, quæsi-
 mus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dis-
 sipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam à
 nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum,
 & Israel sanctum tuum: quibus locutus es pollicens, quod mul-
 tiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ
 est in

A est in littore maris. Quia, Domine imminuti sumus plus, quam omnes gentes. sumisque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et non est in tempore hoc Princeps, & Dux, & Propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te: vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam nō est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur in toto corde, & timemus te, & querimus faciem tuam. Ne confundas nos, **B** sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiae tuae. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo, Domine, & confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala, confundantur in omni potentia, & robur eorū conteratur: & sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terrarum. Et non cessabant, qui miserant eos ministri regis succendere fornacem naphtha, & stupa, & pice, & malleolis, & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis. Angelus autem Domini descendit cum Axaria, & socijs eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiae intulit.

Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant,
& glorificabant, & benedicebant
Deum in fornace, dicentes:

D Benedictus es, Domine Deus Patrum nostrorum, & laudabilis* & superexaltatus in secula: & benedictum nomen gloriae tuae sanctum, & laudabile, & superexaltatum in omnibus seculis.

Benedictus es in templo sancto gloriae tuae, & superlaudabilis, & supergloriosus in secula.

Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in secula.

Benedictus es, qui intueris abyssos, & * sedes super Cherubim, & laudabilis, & superexaltatus in secula.

Benedictus es in firmamento caeli, & laudabilis, & gloriosus in

* Gloriosus
M.S. Rom.
Hier. verū in
V. codicibus
non additur.
superglorio-
sus. 2. M.S.G.

* Psal. 79. 2.
98. 1.

sus in secula.

* Pſal. 144. 10. * Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula. A

* Pſal. 101. 20. * Benedicite Angeli Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

148. 2.
* Pſal. 68. 45. * Benedicite caeli Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

148. 4.
Benedicite aquae omnes, quae super caelos sunt, Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

* Pſal. 148. 3. * Benedicite sol, & luna Domino, laudate, & superexaltate eum in secula. B

Benedicite stella caeli Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnis imber, & ros Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnis spiritus Dei Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite ignis, & aestus Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

* M. S. G. Benedicite frigus, & * aestas Domino, laudate, & superexaltate eum in secula. C

xllus. 3. M. S. Benedicite rores, & pruina Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

cauma. 4. M. Benedicite gelu, & frigus Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Græcis est *καύωον*,
id est, cauma, tate eum in secula.

ſiue xllus. Benedicite glacies, & nives Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite noctes, & dies Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite lux, & tenebrae Domino, laudate, & superexaltate eum in secula. D

Benedicite fulgura, & nubes Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicat terra Dominum, laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite omnes montes, & colles Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite

A Benedicite fontes Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite maria, & flumina Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite cete, & omnia, quæ mouentur in aquis, Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes volucres cæli Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite omnes bestia, & pecora Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

B Benedicite filij hominum Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicat Israël Dominum, laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite serui Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite spiritus, & anime iustorum Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite Sancti, & humiles corde Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

C Benedicite Anania, Azaria, Misael, Domino, laudate, & superexaltate eum in secula: quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.

* Consiitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum. * Psal. 117. 1.

Benedicite omnes religiosi Domini Deo Deorum, laudate, & consitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.

D Huc vsque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

TUNC Nabuchodonosor Rex obstupuit, & surrexit prope, & ait Optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes Regi, dixerunt: Verè. Rex respondit, * & ait: Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti, similis filio Dei. Tunc accessit

* Rex M.S.R.
Hier. G. verū
a Chaldæo nō
legitur.

accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, A
 & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei excelsi
 egredimini, & venite: Statimque egressi sunt Sidrach, Misach,
 & Abdenago de medio ignis. Et congregati satrape, & ma-
 gistratus, iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos,
 quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, &
 capillus capitis eorum non esset adustus, etiam saraballa eorum
 non essent immutata, & odor ignis non transisset per eos. Et
 erumpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus Deus corū, Sidrach
 videlicet, Misach & Abdenago, qui misit Angelum suum, &
 erunt seruos suos, qui crediderunt in eum, & verbum regis im-
 mutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent, & ado- B
 rarent omnem Deum, excepto Deo suo. A me ergo positum est
 hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quacumque
 locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach, &
 Abdenago, dissipet, & domus eius vastetur: neque enim est
 alius Deus, qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach,
 Misach, & Abdenago in prouincia Babylonis.

NABUCHODONOSOR Rex, omnibus populis, gen-
 tibus, & linguis, qui habitant in vniuersa terra, pax vobis
 multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. C
 Placuit ergo mihi predicare signa eius, quia magna sunt: &
 mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius regnum sempiter-
 num, & † potestas eius in generatione & generationem.

† Infr. 4 g. 31.
7 d. 14.

Summa capi-
tus 1211j.

NARRATUR hoc tertio capite insigne miracu-
 lum, quo factum est, vt tres illi Danielis socij, quia
 auream regis Nabuchodonosor statuam adorare re-
 cusarunt, in ardentissimam fornacem coniecti, ab
 angelo cælitus ad eos misso, sic ex illo incendio ser-
 uati sint, vt omnino illæsi & intacti, per medias flam-
 mas incederent, diuinas laudes celebrantes. D
 Quo miraculo rex attonitus & stupens, furorem vertit in ad-
 mirationem tantæ illorum iuuenum constantiæ ac vir-
 tutis: totusque in veri Dei venerationem & prædica-
 tionem effusus, nomen eius per omnes imperij sui
 prouinciâs prædicari, ac nobilitari voluit, capitali pœ-
 na, in eos, qui Deum Iudæorum blasphemarent,
 constituta.

Quo tempore
 regi Nabu-
 chodonosor,
 hoc miraculū
 accidit.

ANTE omnia disquirendum est, quo tempore mi-
 raculum

- A** raculum hoc contigerit. Diuus Chrysoftomus in quodam sermone de his tribus pueris, qui est circa finem primi tomi, sic initium huius tertij capitis citat: *Anno decimo octauo, rex Nabuchodonosor fecit statuam auream. Eadem lectionem habet hoc loco Theodoretus in textu: & in commentario eam explanans, affirmat, miraculum hoc euenisse anno decimo octauo regis Nabuchodonosor, paulò antè, quàm cum exercitu proficisceretur ad obsidenda Hierosolyma: quæ ab eodem rege, anno decimonono expugnata & euerfa esse, apud Hieremiam legimus. Sed profectò lectio illa Chrysoftomi & Theodoreti, nunc in nulla Scriptura vel Hebraica, vel Chaldaica, vel Græca, vel Latina inuenitur: vt sine dubitatione dicendum sit lectionē illā fuisse mendosam. Præsertim verò cùm Diuus Hieronymus huiusmodi lectionum varietates obseruare, ac procedere solitus, de ista lectione nullum verbum fecerit. Certè opinionem Theodoreti falsam esse, ex hoc ipso libro Danielis conuinci potest. Fuisse enim hanc historiam post euerfionem Hierosolymorum, non obscure indicat Azarias, in sua oratione, quæ continetur hoc capite, dicens, eo tempore nullum fuisse regem in populo Hebræo, nec locum, vbi incensum, holocaustum, cæteraque sacrificia ad placandum Deum, lege Moysis instituta, offerri possent. Præterea, contigisse hoc miraculum post interpretationem somnij, præcedenti capite traditam & Theodoretus ipse fatetur, & liquidò cernitur ex hoc ipso capite. Chaldæi namque eo nomine tres illos iuuenes accusarunt, quòd cùm essent à rege honorati, & operibus prouinciæ Babylonis præpositi, ingratisimi tamen aduersus regem fuissent, eius adorare imaginem prorsus auerfati. Constat autem ex postremis verbis secundi capitis, regem post interpretationem somnij, rogatu Danielis, hos tres iuuenes ad honores, & publicorum munerum præfecturam extulisse. Illud autem somnium contigit regi, vt supra in exordio secundi capitis docuimus, secundo anno monarchiæ eius, hoc est ab initio regni eius, anno vigesimo quinto. Non igitur potuit hoc miraculum euenire anno decimo octauo regni Nabuchodonosor, sed post vigesimum quintum.*
- k
- quanto

quāto tempore post, nec est compertum, nec com-
 periri posse arbitror. Quā, non satis videtur sibi con-
 stare Theodoretus. Hic enim ait, hoc miraculum ac-
 cidisse, & anno decimo octavo huius regis, & paruo
 tempore post supradictum somniū: quæ nō admodū
 coherent inter se. Etenim somnium illud suprà do-
 cuit Theodoretus, euenisse anno secundo huius regis:
 spatiū autem sexdecim annorum, quod inter secundū
 & decimo octauū annum regni eius intercessit, an
 exigui temporis nomine censeat & appellari obeat,
 lectori existimandum relinquo. Sed illud mirum vide-
 ri potest hunc regem tam citō sui oblitum, cum antea
 Deum Iudæorum Deum Deorum, & dominum regum
 agnouisset, & adorasset, paulō post, se ab omnibus,
 quasi Deum adorari voluisse. Velox obliuio veritatis,
 inquit Hieronymus, vt qui dudum seruum Dei quasi
 Deum adorauerat, nunc statuam sibi fieri iubeat: vt
 ipse quasi Deus in statua adoraretur. Apparet igitur
 regem hunc fuisse ingenio maximē instabili, & superbo:
 instabilitas fecit, vt ex bono in malum celeriter
 mutaretur: superbia verō, vt humanis honoribus non
 contentus, diuinos concupisceret. Cuius superbia
 mirificē depingitur ab Esaia ca. 14. *Quomodo, inquit, ce-
 cidisti de calo. Lucifer, qui mane oriebaris: qui dicebas in corde
 tuo, In calum conscendam, super astra Dei exaltabo solium
 meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissi-
 mo.* Similis fuit superbia prioris illius Nabuchodo-
 nosor, cuius fit mentio in libro Iudith, qui misit Du-
 cem suum Holophernem cum validissimo exercitu,
 vt subiugatis omnibus gentibus, eorūque diis ē
 medio sublatis, solus ipse a cunctis, vt Deus coere-
 tur. Hæc item vesana diuinitatis cupido incescit A-
 lexandriū Magnum, vt filius Iouis Ammonis existi-
 mari, & diuinum sibi cultum adhiberi veller. Ea-
 dem infania Caius Caligula, Domitianus, alique Im-
 peratores agitati sunt. Sed quid mirum, tantam in isto
 rege fuisse animi volubilitatem, cum in viris maximē
 piis, Deōque charissimis, & singulari eius gratia ex-
 cellentibus, vt in Dauide, Salomone, & diuo Petro,
 similes mutationes & lapsus fuisse non ignoremus?
 Nimirum istiusmodi exemplis docemur, qualis sit
 homo

Nabuchodo-
 nosor maximē
 instabilis & su-
 perbus.

homo presente Dei gratia, qualis item sit absente, scilicet, qualis est aër presente vel absente sole: & corpus humanū præditum vel priuatum anima, aut homo cōpos mentis, vel vsu rationis captus.

*Nabuchodonosor rex fecit statuam aureā altitudi-
ne cubitorum sexaginta, latitudine cubitorū
sex, & statuit eam in campo Dura,
provincia Babylonis.*

HANC statuam rex ille fecit, quò suam opulen-
tiam, & magnificentiam, & ex adorantium multi-
tudine ac diuersitate, imperij sui amplitudinem o-
stentaret, eaque ratione suis venerabilior, & hosti-
bus esset terribilior. Theodoretus ait, voluisse regem
facere statuam præstantiorem ea, quam ipse viderat
in somno, & magnitudine, & nobilitate materiæ. Illa
enim caput tantum habebat aureum, hæc autem tota e-
rat aurea: Hieronymus quidem significat fuisse totam
ex auro, plenam ac solidam, cum ait, *Quòd autem sit au-
rea & infiniti ponderis, illud in causa est, vt stuporem videnti-
bus creet, & res inanitata adoretur vt Deus, dum vnusquis-
que suam consecrat auaritiã.* Sed hoc non est verisimile.

Nabuchodo-
nosor cur sta-
tuam talem e-
rexit.

Nam & insolitum est sic fieri tales statuas, & superua-
caneum fuisset, & infiniti sumptus ac laboris. Erat igitur
aurea, sed intus caua & inanis. Pro campo, *Dura*,
Theodotio vertit *Deira*, Symmachus *Soraum*, septua-
ginta, *περιβολικη*, transtulerunt, quod nos (inquit Hiero-
nymus) viuarium vel conclusum locum dicere pos-
sumus. Historia Scholastica super librum Danielis
cap. 3. ait, *Dura* esse flumen, quo ille campus alluitur,
& hunc esse locum, in quo post diluuium gigantes
turim Babel ædificare aggressi sunt. Philostratus li-
bro primo de vita Apollonij cap. 19. tradit hanc fuisse
consuetudinem Babylonæ, vt satrapa, qui magnæ
vrbis portæ præsidebat, neminem peregrinorum ad
visendam vrbem admitteret, nisi prius auream regis
statuam adoraret: quem morem ex huius regis Nabu-
chodonosor instituto, originem duxisse, qui putauerit,
fortasse coniectura non aberrabit à vero.

An statua, quã
fecit Nabucho
donosor, supe-
rauerit alias
omnes.

De magnitudi-
ne singularũ
partiũ huma-
ni corporis, ad
totius corporis
magnitudi-
nem relata.

ADMIRANDA quidem fuit huius statuæ ma-
gnitudo: fuisse tamen alias ea maiores, legimus apud
Pinium, à quo proditum est in lib. 34. cap. 7. colossum
solis, qui erat Rhodi, fuisse septuaginta cubitorum alti-
tudinis: idque simulachrum post quinquagesimum sex-
tum annum, terræ motu prostratum iacens quoque mi-
faculo fuisse, pauci enim pollicem eius amplexi pote-
rant: maiores erant digiti, quàm sint pleræque statuæ,
vasti specus hiabant, ac defractis membris, spectaban-
tur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabi-
liuerat constituens. Duodecim annis, & trecentis tal-
entis effectum fuerat. Hoc etiam maior fuit colossus
Neronis, centum decem pedum longitudine constans,
vt ibidem tradit Pinus: qui libro trigesimo quinto
c. 7. narrat, factam esse colossicã eiusdem Neronis ima-
ginem in linteo pictam, centum viginti pedum. Illa ta-
men regis Nabuchodonosor statua, si non magnitu-
dine, certè quia fuit aurea, prædictis longè præstantior
& admirabilior fuit. Quoniam autem cubitus Babyo-
nius, teste Herodoto lib. 1. tribus digitis maior erat vul-
gari & communi cubito, credibile autem est, hinc haberi
sermonem de cubitis Babylonis, cum hæc statua &
in Babylonis prouincia, & à rege Baoylonio facta fue-
rit, hinc apparet, sexaginta cubitos altitudinis istius sta-
tuæ, fuisse de communibus cubitis sexaginta septem,
præterque vnã sextam vnus cubiti: sex autem cubi-
tos latitudinis, continuisse sex communes cubitos, su-
perque tres quartas partes vnus cubiti.

SE D Vt cãrius enotescat admiranda istius statuæ
moles, singularum eius partium magnitudinem cur-
sim indicabimus: quod faciliè erit demonstrare, ap-
riendo quam proportionẽ principales partes humani
corporis habeant ad mensuram longitudinis totius
corporis. Non enim dubitandum est, quin statua illa
maxima arte facta, debitam habuerit proportionem
omnium partiũ, tam inter se, quàm cum totius corpo-
ris magnitudine. Iusta mensura humani corporis, qua-
tuor cubitis definitur, vel sex pedibus: cubitus enim
vno pede & dimidio constat: pes autem quatuor pal-
mis, palmus quatuor digitis secundum latitudinem
inter se iunctis. Quantum autem est spatium hominis
à vestigio

A à vestigio ad verticem, tantum esse, passis manibus inter longissimos digitos, obseruatum est, vt tradit Plinius lib. 7. cap. 17. Totius autem longitudinis humani corporis, facies ab imo mento, vsque ad summam frontem, vel imam radicem capillorum, est pars decima, eandemque rationem habet habitus totius frontis. Diuiditur autem facies in tres partes æquales, vnam ab imo mento ad imas nares: alteram inde vsque ad supercilia: tertiam inde, vsque ad summam frontem. Longitudo oculi, ab vno angulo ad alterum oppositum, pars est quadragesima quinta, & iidem se habent interuallum & distantia inter vtrumque oculum. Nasi longitudo, est trigesima pars, cuiusque foramen est centesima octogesima. Ambitus oris & auris, est decimaquinta. Totum caput ab imo mento vsque ad verticem, est octaua pars. Colli magnitudo, est decimaquinta. Longitudo pectoris propriè dicti, itemque latitudo, ferè sexta pars est. Umbilicus dimidium corporis locum tenens, ipsum in duas partes æquales diuidit: tota longitudo femorū, & crurum vsque ad pedum vestigia, paulo minor est dimidia parte. Longitudo pedis, sexta pars est, sicut propè etiam brachij vsque ad cubitum, & cubiti vsque ad manum: Manus verò, decima pars est. Lege Vitruuium initio libri decimitertij, & interpretes eius, Filandrum, & Danielem Barbarum, Cardanum item extremo lib. 11. de subtilitate. Scio huiusmodi commensus seu proportionem, quas vocant Græci symmetrias, alios, qui subtilius & curiosius hæc persequuntur, paulo aliter designare, sed nobis, qui hæc alterius rei gratia, obiter attingimus, satis fuit prædicta rudis & adumbrata descriptio. Ex quo facile est intelligere, quanta fuerit in illa statua principalium eius partium magnitudo. Etenim facies illius statuæ longa erat sex cubitos, parèmq; ambitus frontis magnitudinem habebat. A mento ad nares, duo cubiti: totidem hinc, vsque ad supercilia: totidem item inde, vsque ad summam frontem. Longitudo nasi, erat duorum cubitorum, foramen eius, tertiam partem vnius cubiti, seu dimidium pedem continebat. Ambitus oris, & cuiusque auris, quatuor erat cubitorum, totidem etiam longitudo colli. Pectoris longitudo, & latitudo, ferè decem

k 3

cubito

Magnitudo
linguarum
partium illius
statuæ, quam
erexit N. bu-
chodonosor.

cubitorum. Longitudo femorum, & crurum, circiter A
viginti nouem. Longitudo pedis cubitorū decem: toti-
dem ferè longitudo brachij, itèmq; cubiti. Manus ve-
rò longitudo, sex cubitorum. Sed his, velut animi gra-
tia, raptim dictis ad seria, & propria instituti operis ve-
niamus.

Mystica illius
statuæ inter-
pretatio.

M Y S T I C A huius statuæ interpretatio, triplex
à Doctõribus traditur, vnam tradit Chryostomus in
homilia decima octaua in secundam epistolam ad Co-
rinthios super caput sextum eius epistolæ, docens, il-
la statuæ figuratam esse auaritiã: & quidem aptè. B
Nam Paulus eã nominat idolorum seruiturem. Sena-
rius numerus, quo latitudo, & altitudo statuæ consta-
bat, in Sacra Scriptura significat operationem, & labo-
rem, sicut contrà septenarius, quietem & vacationem à
labore, vt licet animaduertere tam in creatione mun-
di, quàm in lege Moysi. Ea re denotatur, nullum esse
vitium operosius, laboriosius, & sibi infructuosius au-
ritia. Sex cubiti latitudinis, significant laborem avari
in acquirendo: sexaginta verò cubiti altitudinis, in-
dicant longè maiorem eius esse laborem in augendo: C
& quia cupiditas avari est infinita, & insatiabilis, ne-
cesse est laboris eius nec terminum, nec modum esse
vllum. Alteram interpretationem Hieronymus tra-
dit hoc loco, dicens illa statuæ significari falsam do-
ctrinam, vel gentilium philosophorum, vel hæretico-
rum, quam illi ornant tum aureo splendore eloquen-
tiæ, tum magnitudine doctrinæ secularis, aut etiam
diuinæ. Hæretici namque ad falsa dogmata sua per-
suadenda, circumuestiunt, & adornant ea plurimis Sa-
crarum literarum sententiis, peruersè intellectis, at-
que interpretatis. Tertiam interpretationem lege ap-
ud Irenæum extremo propemodum libro 5. aduersus
hæreses. Nec ineptè quispiam diceret, istam statuam
fuisse imaginem quandam mundanæ felicitatis, ad
quam nos dæmon adorandam, posthabitis cælestibus
bonis instigat ac sollicitat, proponens aureã materiam
statuæ, id est, copiam diuitiarum: tum eiusdem altitudi-
nem, & latitudinem, id est, sublimitatem honorum,
potentiæ & gloriæ: exempla utè principum huius mun-
di, qui eam adorant, suauitatem etiam Musicæ, id est,
illecebras

A illecebras, & blanditias voluptatum. Denique terrorem incense fornacis, in proximo aduersus statum contemptores positam, id est paucum imminentiū malorum: iis, qui mundo non seruiunt, eiusque bonis carent.

Tunc congregati sunt satrapa, magistratus, iudices, & tyranni, & vniuersi principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ.



Quia omnes gēres, huius regis imperio subiectæ, ad eius statuæ adorationem conuenire non poterant, principes, & præfides omnium gentium conuocantur; vt illis adorantibus, omnes quoque adorasse videantur. Adice quoddam principes, & diuites regi subiecti, & ab eo honorati & locupletati, metu perdendi honores, & diuitias, ad omnem voluntatem, & nutum ei seruiunt atque obediunt. Denique, istiusmodi homines, facillimè ad Dei & rerum diuinarum contemptum, difficillimè vero ad earum venerationem, cultum & obseruantiam adducuntur. Vnde Salomō Proverbiorum capite trigesimo, orat Deum, vt sibi tribuat tantum victui necessaria, nec diuitiarum abundantiam largiatur: ne forte, inquit, satiatus illicitis ad negandum, & dicam, quis est Dominus? Et Paulus prioris epist. ad Corinth. cap. i. ait, In his, qui vocati fuerant ad gratiam Euāgelij, paucos fuisse nobiles, & potentes. Et Iudæi contemptum loquentes de Christo, quis, inquit, ex principibus credit in eum? Voluit etiam rex ille, principum exemplo, ad sui adorationem ceteros omnes cogere: vulgus namque ducitur auctoritate, & exemplo principum, eorumque facta & exempla imitatur: id est scriptum est in Ecclesiastico cap. decimo: *Qualis rector ciuitatis, tales & habitates in ea.* Cuius perquam similis est Platonis sententia, quam in quadam epistola ad Lenulum, laudat Cicero, quales sunt in Republica principes, tales esse in ea solere ciues. Quapropter non tantum mali est, vt scribit Cicero libro tertio de legibus, peccare principes, quamquam est magnum hoc per se malum, quantum illud, quod permulti

Cur principes ad statuam adorandam conuocati fuerint.

Ioan. 7
Vulgus ad imitationem principum stultitia, mores, vitiaque conformat.

etiam imitatores principum existunt. Nam quales-
 cunque summi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem
 esse solere: & quæcunque mutatio morum in princi-
 pibus extiterit, eandem in populo existere. Quo per-
 niciosius de republica merentur vitiosi principes,
 quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infun-
 dunt in ciuitatem: neque solum obliunt, quod illi ipsi
 corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plûsque
 exemplo, quàm peccato nocent. Supradictis consona
 tradit Hieronymus, ita scribens: *Excelsa periculosius stant,*
& citius corrunt, quæ sublimia sunt. Principes congregantur
ad adorandam statuam, vt per principes seducantur & gen-
tes. Qui enim diuites sunt, & potentes, dum timent carere di-
uitijs, & potentia, facilius supplantantur: seductis autem ma-
gis fratribus, subditi populi, maiorum exemplo pereunt. Verùm
 idem Hieronymus explanans illa verba, quæ sunt
 paulò infra, *Cadentes adorare statuam, quàm constituit rex*
Nabuchodonosor, ad hunc modum scribit, Omnem scri-
pturam sanctâ mente percurrens, nisi tamē me fallit obliuio, ne-
quaquam reperio, quod sanctorum quisquam, Deum cadens
adorauerit, sed quicumque idola, & demones, & res illicitas
adorauerit, cadens dicitur adorare: vt in hoc loco non semel, sed
crebrius, & in Euangelio diabolus dixit Domino: Hæc omnia
tibi Dabo si cadens adoraueris me. Sed profectò hæc scri-
 benti Hieronymo, obliuio irrepsit complurium lo-
 corum Scripturæ, in quibus hoc ipsum ponitur in
 Dei & Christi adoratione: veluti Psalmo nonagesimo
 quarto, *Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante*
Dominum, qui fecit nos. Et Ioannis capite nono, cæcus à
 Christo illuminatus, procidens eum adorauit, & Mat-
 thæus narrat capite secundo, tres Magos prociden-
 tes adorasse Dominum. Præterea, vt est in Apocalypsi
 capite septimo, angeli ceciderunt in conspectu thro-
 ni: in facies suas, & adorauerunt Deum: & cap. 19 Io-
 annes cecidit ante pedes angeli, vt adoraret
 eum: & paulò suprâ, viginti quatuor
 seniores ceciderunt, & adoraue-
 runt Deum sedentem super
 thronum.

Matth. 4.

Matth. 4.
 Matth. 4.
 Matth. 4.
 Matth. 4.
 Matth. 4.
 Matth. 4.
 Matth. 4.

Sunt

A *Sunt viri Iudai, quos constituisti super opera regionis Babylonica, Sidrach, Misach, & Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: Deos tuos non colunt, & statuam auream, quam crexisti, non adorant.*

SUPER his verbis tres explicandæ sunt difficultates. Prima difficultas est, qua ætate fuerint eo tempore hi tres Danielis socii. Vulgò namque existimatur, & dicitur eos fuisse tunc pueros: nec vulgus tantum ita sentit, & loquitur, sed idem quoque videntur sensisse patres. Hieronymus in commentariis huius capituli, non semel eos appellat pueros: Augustinus etiam in sermone quodam de his tribus pueris, qui est 240. inter sermones eius de tempore: Chrysostomus in quadam homilia de tribus pueris, non tantum puerili, sed etiam infantili ætate fuisse tunc eos significat, quin ipsa Ecclesia in horariis precibus ad laudes diei dominicæ, canens horum hymnum, usurpat illam antiphonam: *Tres pueri iussu regis, in fornacem missi sunt, non timentes flammam ignis, dicentes, Benedictus Deus: denique vocatur hymnus, seu canticum trium puerorum.* Sed profectò, si veritati, & diuinæ Scripturæ consentanea loqui volumus, necesse est dicere, eos tunc, non solum ex pueritia, & adolescentia excessisse: sed minimum extremam egisse iuventutem. Quippè suprâ ostendimus in exordio huius capituli, quæ narrantur in hoc capite, ea post vigesimum quintum annum regni Nabuchodonosor esse acta: an verò multis, an paucis annis, post id temporis euenierint, in obscuro & incerto esse. Capti sunt autem, & Babylonem ducti hi tres, primo anno regni Nabuchodonosor, quo tempore non poterant minores esse octavo aut decimo anno: quam rem suprâ in principio primi capituli, exposuimus. Ex his conficitur, cum hoc miraculum accidit, fuisse eos minimum triginta quinque annorum. Vnde scriptura hoc loco appellat illos viros: & Theodoretus vocat iuvenes, in ætate vere eos fuisse scribens. Et verò, si tunc erant præpositi operibus prouinciæ Babylonis, non minori

eos fuisse ætate existimare conuenit: tanti enim mu-
 neris grauitatem, & auctoritatem, nequaquam pueris
 rex imposuisset. Cur igitur passim appellantur pueri?
 Fortasse habito respectu ad eam ætatem, qua illi erant,
 cum capti, & Babylonem ducti sunt, quo tempore di-
 ximus fuisse eos admodum pueros, vt eam ubi cau-
 sam appellatio pueri semper in illis remanserit. Vel
 fortè appellantur pueri, non more nostro, sed con-
 suetudine loquendi sacræ Scripturæ, qua puer dici-
 tur, quicumque nondum est senex. Sic in Exodo ca-
 pite 33. Iosue appellatur puer, qui tamen excedebat
 quadragesimum annum, & princeps exercitus iam
 debe lauerat, & deuicerat Amalechitas, vt antea eo-
 dem libro capite 17. scriptum fuerat. Dominus quo-
 que noster, vt est apud Ioannem capite 21. apparet
 post resurrectionem suã discipulis, appellauit eos pue-
 ros, dicens, *Pueri, nunquid pulmentarium habetis?* Nisi etiam
 dicamus, tres illos iuuenes appellari pueros, propter
 singularem animi & corporis puritatem, atque inno-
 centiam, & quandam veluti puerilem sinceritatem
 ac simplicitatem: qua de causa etiam Saul in primo
 libro Regum, cap. 13. fuisse dicitur filius vnus anni,
 cum regnare cepisset.

Cur de tam
 multis Iudæis,
 hi tres tantum
 accusati sint.

ALTE RA difficultas est, cur de Iudæis plurimis, qui
 erant Babylone, tres hi dunaxat iuuenes accusati sunt
 à Chaldæis: Fortasse principes tantum, & magistra-
 tus, ad statuæ adorationem vocabantur, nulla vulgi ha-
 bita ratione, quamobrem cum hi tres iuuenes publico
 muncie fungerentur, ad statuam adorandam com-
 pellebantur, eorumque recusatio notabilis erat, & ad
 regem deferenda videbatur. Vel credibile est, plerof-
 que Iudæorum metu mortis adorasse statuam, præser-
 tim cum essent Iudæi valde prociues ad idololatriam:
 qui autem boni viri erant, & diuinæ legis obserua-
 tes, sed quibus tamen non satis animi erat ad toleran-
 dos cruciatus, mortemque subeundam, aliud profuge-
 rant, vel se abdiderant. Illud quoque responderi pos-
 set, quia hi tres erant omnium Iudæorum honoratissi-
 mi, & apud regem gratiosissimi, erantque Chaldæis
 præpositi à rege, propterea fuisse eos Chaldæis inuidio-
 sos, & exosos, quocirca libenter Chaldæos arripuisse
 occasi

A occasionem hanc, accusandi eos apud regem, & si possent, omni dignitate vitaque priuandi.

TERTIA est difficultas, cur etiam Daniel non est coactus adorare statuam, & cum credibile sit cum non fuisse adoraturum, cur non eidem supplicio cum sociis suis destinatus fuerit? Multiplex responsum dari potest. Glossa respondet, Danielem tunc astirisse regi, & quia rex non adorabat statuam, nec ipsum ad eam adorandam esse compulsum. Lyranus, & Carthusianus, tribus modis respondeat: A iunt enim Danielem tunc, vel agrotasse, vel longè abfuisse Babylone, propter mandata, & negotia, quæ regis iussu, ac nomine in aliis prouinciis conficere debebat: vel non tentasse regem ab illa impietate reuocare, quod certum haberet, se regem admonendo, aut reprehendendo, nihil profecturum, quin magis furorem, & crudelitatem eius irritaturum, atque inflammaturum. Sed cur regis ira aduersus tres socios suos non intercessit, eorum suscipiens patrociniū, eosque à tanto periculo, & supplicio liberare quoquomodo contendens? An fortasse,

C quia diuina reuelatione cognouerat, eos ex illo incendio, insigni miraculo, seruatum iri à Deo, & ex ea re, magnam diuinæ omnipotentiae apud omnes illas gentes admirationem, maximamque Dei Iudæorum prædicationem, & reuerentiam prouenturam? Namque simili de causa Dominus noster sinere uoluit amicum suum Lazarum grauissimo morbo conflictatum interire, quod postea eius ad vitam reuocatis, magnam Dei gloriam, suæque doctrinæ auctoritatem & confirmationem, ac Iudæis utilitatem D esset allatura.

*Ecce Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis: & de manibus inuisi-
o rex, liberare. Quod si noluerit, notū sit tibi, rex, quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.*

BENE monet hoc loco diuus Hieronymus in hac historia, tam hic, quam paulò supra, distinctè commemorari Deos Nabuchodonosor, & stat

Cur Daniel non sit vocatus ad statuæ adorationem.

utrobosc

statuam, quam ille erexerat. Nam tres illos iuvenes, A
 nec Deos Regis, nec statuam voluisse adorare, & Chal-
 dai detulerunt, & ipsi confessi sunt. Quo licet intelli-
 gere, illam statuam non fuisse alicuius de Diis, quos
 Rex, vel Babylonij colebant, sed fuisse statuam ipsius
 Regis, in qua se ille tanquam Deum adorari volebat.
 Mira tamen in hoc responso illorum iuuenum, eluce-
 pietas, & prudentia. Affirmant enim Deum, quem co-
 lunt, posse eos ex omni periculo, & malo liberare, an-
 vero si ipsos ex illo presenti periculo liberaturus, in-
 certi diuinæ voluntatis, ac sententiæ, non affirmant: B
 nouerant enim Deum non semper facere, quicquid
 potest facere, nec semper seruos suos ex periculis, &
 malis, in quibus versantur, eripere: sed quia non ser-
 uiebant Deo, tantum propter bona, quæ ab eo expe-
 ctabant, nec propter mala, quibus liberari ab eo cu-
 piebant, propterea dixerunt: Si autem noluerit liberare,
 nihilominus statuam tuam non adorabimus. Quam istorum
 iuuenum in respondendo prudentiâ perpendens Hie-
 ronymus: Pulchrè, inquit, illi iuvenes dixerunt, sed si C
 noluerit, ut non impossibilitatis Dei, sed voluntatis sit. si perie-
 rint. Eundem locum pluribus, & illustrioribus verbis
 tractans Theodoretus: Quasi, ait, istis verbis illud signifi-
 care vellent, nos pro mercede aliqua, Domino nostro non serui-
 mus, sed amore eius, omnibus rebus cultum ipsius preferimus,
 quare ne ab his quidem malis temerè liberari petimus, sed ipsi
 omnem nostri gubernationem, & prouidentiam, permittimus,
 & eius, quod futurum est, ignari, gubernatori nostro, quocumque
 ei libuerit, nauem dirigendam committimus. Pro certo enim
 habemus, posse illum nos è manibus tuis eripere, vtrum vero id D
 facere velit, ignoramus, sed cum sapiens sit, ei rerum nostrarum
 moderationem committimus, quamlibet iudicij eius sententiam,
 tamquam meliorem, nobisque vtiliorem libenter accepturi. Sic
 Theodoretus. Verum duo ex prædictis verbis in qua-
 stionem adduci possent. Quæri enim posset, cur
 Deus, cum sæpe seruos suos mirabiliter liberet ex
 malis, quibus sunt, vel proximi, vel iam subiecti, non
 id semper faciat cum semper tamen facere nullo ne-
 gortio possit. Sed in promptu est responsum, multis de
 causis id semper Deum non facere. Primum, ut stet ra-
 tio suæ prouidentia, qua sapienter, ac iuauius gu-
 bernans

Theodoretus.

Cur Deus non
 semper seruos
 suos, malis,
 quibus affici-
 tur, aut præri-
 piat, aut eri-
 piat.

A bernans omnia, sinere debet causas secundas ferè suas vires naturales exercere, suos motus agere, & ordinem sibi à conditore suo impositum tenere. Deinde, vt cum serui Dei miraculosè à Deo liberantur, clarissimè appareat, illud esse diuinæ omnipotentix opus, nec ad aliquam naturæ occultam vim referri posse, vt de Pysillis, & Marfis, qui serpentes, & venenata animalia innoxie tractabant, ab antiquis proditum est. Si enim liberatio Sanctorum, semper vel frequenter fieret, non haberet **B** administrationem: ideoque cessaret ratio miraculi, & ex eo ad multos permanens vilitas, nec tam puro, & sincero animo, ad fidem Christi amplectendam homines accederent, nec in tolerantia omnis generis cruciatuum, & acerbissimæ mortis perpeffione, tanta fidei, & gratiæ Christi efficacitas, tanta seruorum eius magnitudo animi, & constantia, tanta diuini nominis gloria eluceret. Quocirca, hos tres iuuenes ex manibus Nabuchodonosor liberauit Deus, septem autem pueros Machabæos, de manibus regis Antiochi liberare *2. Matt. 7.*

C noluit.

AL T E R V M, de quo posset dubitari, illud est, cur illi iuuenes tantoperè regis imaginem adorare recusarent. Sed facillè est causam reddere. Erat enim Iudæis, lege diuina vetitus omnis generis imaginum cultus & adoratio. Nam Exod. 20. c. Dominus ait; *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles.* Leuitici autem 26. c. ait: *Ego Dominus Deus vester, non facietis vobis idolum, nec titulos erigetis, nec insignem lapidè ponetis in terra vestra, vt adoretis eum.* Idem ipsum Deuter. cap. 4. & 27. inculcat Moses. Præterea, variis in locis diuina Scriptura, imagines, & idola, eorumque adorationem damnat, contemnit, irridet. Lege Psalm. 133. & 134. Isa. item 45. c. Hier. 10. Baruc. 6. Sap. 15. c. Quin rex Ezechias, vt est in lib. 4. Reg. c. 18. quia Iudæi, nescio quem cultum, & venerationem adhibebant illi æneo serpenti, quem Moses in deserto fecerat, cum contemptu, & indignatione ipsum confregit, atque comminuit. Denique in huius præcepti obseruantia, tam constanti, & obfirmato animo sæpè Iudæos permansisse accepimus, vt cum **Pilatus**

Cur illi iuuenes tantoperè statuam regis adorare recusauerint.

Pilatus, & Petronius praesides Iudææ, tentassent facere **A**
 imagines Tiberij, & Caligulæ imperatorum, occul-
 tē Hierosolymam illatas, à Iudæis honorari, & coli,
 tam obstinatē Iudæi resisterunt, vt turmatim nudas
 ceruices ostentarent, & offerrent, parati millies quam-
 cumque mortem subire potius, quam contra patrias le-
 ges, vlla simulachra venerari. Narrat hoc Iosephus libr.
 18. Antiquitatum, cap. 4. & 10. In 2. autem libro contra
 Appionem refert, Iudæos, qui sub Alexandro Magno **B**
 militabant, cum vellet ille templum, & sepulturam Beli,
 quem Babylonij pro summo Deo colunt, repurgare, ac
 reparare, & ad id suorum militum opera vteretur, vt ad
 id etiam Iudæi operam suam nauarent, nulla rationē
 eos adduci potuisse. Cum igitur aduersus quarūlibet
 imaginum adorationem, tam obfirmati, & inuicti sem-
 per fuerint Iudæi, liquet profecto fabulosum esse, & in
 Iudæorum contemptum, atque odium malitiosē confi-
 ctum à Possidonio, Appollonio Molone, Appione Grā-
 matico, & Cornelio Tacito, Iudæos habuisse in penē-
 tralibus templi, aureū caput asini, idque tanquam sum-
 mum Numen adorare solitos. Sed hoc commentum **C**
 manifestis argumentis confutat Iosephus. Miror equi-
 dem Tacitum id ausum de Iudæis prodere, cum ipso
 libro 5. historiarum, disertis verbis confiteatur, Iudæos
 mente sola, vnumque Numen intelligere, ac venerari,
 profanumque ducere, imagines Deorum, mortalibus
 materiis, in species hominum effingere: ideoque nulla
 simulachra corū urbibus, nedū templis esse: nō regibus
 hanc adulationē, non hunc Cæsaribus honorē adhibe-
 ri. **D** Hieronymus hunc locum explanās, ita scribit: *Cul-
 tores Dei, statuas adorare nō debent. Ergo Iudices, & Princi-
 pes seculi, qui imperatorū statuas adorant, & imagines, hoc se
 facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes, Deo placue-
 rant. Et notanda proprietates, Deos coli, imaginem adorari di-
 cunt, quod vtrumque seruis Dei non conuenit.* His verbis
 Hieronymi & horum iuuenum exemplo, valde in-
 scienter, & imprudenter hæretici huius temporis abu-
 tuntur, ad reprehendendum, damnandumque cul-
 tum, & venerationem, quam Sanctorum imaginibus
 exhibet Ecclesia Catholica, cum luce solis clarius sit,
 Hieronymum loqui de imaginibus imperatorum, quas
 nefas

Tacitus men-
 daci; arguitur.

Aduersus hæ-
 reticos nostri
 temporis.

A nefas est, à Christianis adorari more Gentilium, qui eas diuino cultu, & honore venerabantur, non aliter, quam suorum Deorum simulachra.

ORATIO AZARIÆ.

LICET in libris Hebraicis hæc oratio non recitari, eam tamen Ecclesia Catholica, vt diuinam Scripturam, & partem libri Danielis, semper habuit. Et sanè, tanta huius orationis sanctitas est, tam certum Sancti Spiritus odorem afflans, tantaque cum aliis sacre Scripturæ sententiis, maximè verò cum oratione Daniels, quæ infra ponitur capite 9. ipsius est consensus, & conuenientia, vt eam Dei afflatu, & instinctu fuisse editam, dubitari non possit. Ecclesia sanè: multas huius orationis sententias, in officiis Ecclesiasticis, & diuinis mysteriis peragendis, frequenter usurpat: exempli causa, in sancto, & tremendo Missæ sacrificio, post oblationem calicis, subdit illam precationem: *In spiritu humilitatis, & animo contrito, suscipiamur à te, Domine, & sic fiat sacrificium nostrum hodie, vt placeat tibi, Domine.* Quæ verba manifestum est, ex hac oratione esse sumpta. In quadagesima item, Feria 5. Dominic. in passione, introitus Missæ sic habet: *Omnia, quæ fecisti, Domine, in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediimus, &c.* Quæ verba ex hac oratione de prompta sunt: sicut etiam Epistola eiusdem Missæ. Sed, cur in eius Epistola principio positum fuerit *Orauit Daniel Dominum,* cum oratio illa non Danielis fuerit, sed Azariæ; causam equidem non intelligo. Nisi quispiam fortasse dicat, quia Daniel eius libri auctor fuerit, propterea quæcumque in eo libro continentur, ipsi posse attribui. Quod responsum si probatur, reddèda etiam causa erit cur non simili ratione, Canticum trium puerorum, Danielis Canticum inscribatur, & appelletur. Adiiice, quòd visum est quibusdam viris doctis hanc orationem Azariæ, itemque Canticum trium puerorum, historiam quoque Susannæ, ac Belis, quæ nec Hebraico, nec Chaldaï

Oratione Azariæ esse sacrâ Scripturam.

Chaldaico, sed Græco tantum sermone sunt edita, ea non à Daniele, sed multis post seculis, à docto aliquo, & linguæ Græcæ perito Iudæo, non sine Dei tamen afflatu & ductu esse scripta, & libro Danielis adiecta, quòd ad idem eius libri argumentum, & historiam pertinerent. Quamquam Athanasius in Synopsi, omnium, quæ sunt in hoc libro, solum Danielem agnoscit auctorem. D. Hieronymus in principio huius orationis, & post finem Cantici trium puerorù, monet lectorem, has duas scripturas non inueniri in libris Hebraicis, sed eas sumptas esse ex translatione Theodotionis. Quo non voluit Hieronymus significare, has duas scripturas à Theodotione fuisse primum editas, nec ante illum fuisse in Ecclesia, cum & Origenes, & Ruffinus asserunt, eas ab exordio nascètis Ecclesiæ, summa veneratione in conuètu fidelium vsurpari & decantari solitas: sed illis verbis voluit indicare Hieronymus, librum Danielis in Ecclesia tantum legi, secundum translationem Theodotionis, posthabitis aliis translationibus, etiam septuaginta interpretum. Qua de re ita scribit Hieronymus in epistola 120. quæ est præfatio in Danielem.

Danielem prophetam, iuxta Septuaginta interpretes, Domini saluatoris Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: hoc cur acciderit, nescio: siue enim, quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes, easdem linguæ lineas in translatione seruare, siue sub nomine eorum, ab alio nescio quo non satis Chaldeam linguam sciente, editus est liber, siue aliud quid causa extiterit ignorans, hoc unum affirmare possum, quod multiplex à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sic ibi Hieronymus.

Omnia iudicia tua vera sunt.

Quibus in rebus maximè incomprehensibilia videantur Dei iudicia.

MULTA sunt Dei iudicia, non ipsius Dei, sed operum eius atque effectuum, in quibus illa mirabiliter elucent, comparatione. Verùm in quatuor potissimum rebus, iudicia Dei vera sunt, & humana ratione incomprehensibilia, in quibus nempe verissimè illud dicatur: *Iudicia Dei abyssus multa.* Primò quidem, in æterna electione & reprobatione hominum,

A num, siue priuatim, horum aut illorum hominum, vt Iacob, & Esau: siue in commune aliquarum gentium & populorum, vt populi Gentilis & Iudaici. Eoque mirabilis id accidit, quod illam distinctionem electionis & reprobationis, non ex praeiis bonis, malisue hominum factis, sed ex sola Dei voluntate primum profectam esse, nec vno loco, nec obscuris verbis Scriptura demonstrat. De hisce iudiciis Dei, multa Paulus in epistola, qua scripsit ad Romanos, nono & vndecimo capite, diuinissime disputat. Deinde, quod aliquas gentes & nationes vocet ac perducet ad gratiam Evangelij, missis ad eas concionatoribus & doctoribus veritatis, crebrisque ad eas commouendas factis miraculis: alias vero gentes, nihilo peiores illis, despiciat, & in tenebris ignorantiae ac idololatriae derelinquat, non mittens illis efficacia subsidia, quibus ad salutem accipiendam conuertantur: Atque, in hoc illud admiratione auget, quod Deus nonnunquam magna dedit auxilia quibusdam populis, quibus sciebat ea nihil profutura: eadem vero derogauit aliis, qui si ea habuissent, vehementer ad poenitentiam commoti fuissent. Id quod Dominus noster in Euangelio docet, dicens, *Va tibi Corozaim, Va tibi Bethsair* Matth. II. *da, quia si in Tyro & Sidone factae fuissent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egressi.* Luc. 10. Postea, in eo quoque miranda sunt Dei iudicia, quod saepe sceleratis & impiis hominibus, omnia tribuat secundissima, & ad eorum voluntatem fluentia: pios autem & innocentes viros, magnis acerbitatibus, & calamitatibus deprimat & conterat, eosque sub imperium impiorum & barbarorum principum, potestatemque & dominatum subiiciat, quinetiam, templa, sacra vasa, caeteraque diuino cultui & religioni dicata, ab hostibus sui nominis rapi, violari, contemni, & pessundari patiat. Quae de re, veteres sanctorum querelas, & lamentabiles voces, legimus apud Iob capit. 21. Dauidem Psal. 72. Hieremiam capite duodecimo, Abacuc cap. primo. Denique, mirabilia & tremenda sunt Dei iudicia in eo, quod aliquos homines, qui totam vitam in maximis flagitiis cotriuerant, extrema aetate ad poenitentiam adducat, & vsque ad vltimum spiritum, in gratia sua conferuet: alios vero, qui vsque ad senectutem sanctissime vixerant, in

extre



extremo vitæ actu derelinquat, id est, finat in ea peccata labi, è quibus deinde ad veram poenitentiam nunquam exurgant.

Triplex veritas diuinorum iudiciorum.

PORRO, prædicta Dei iudicia, licet occulta sunt homini, sunt tamen vsquequaque iusta & vera. Vera dico veritate entis, iustitiæ, & fidei: entis, quia sunt congruentia cū regula & idea diuinæ sapientiæ. Sicut enim veritas operum artificialium ex eo spectatur, quod illa opera respondeant ideæ, quæ est in mente artificis: ita veritas rerum omnium à Deo creatarum, eo potissimum æstimatur, quod ideæ seu ideis, quæ sunt in mente illius sapientissimi opificis, perfecte consentiant. Veritate iustitiæ, quia sunt consentanea Dei iustitiæ, tam ei, quæ est vindex & vitrix scelerum, quam quæ remuneratrix est virtutum. Veritate fidei, quia mirifice conueniunt cum antecedentibus Dei promissionibus, & comminationibus: ita enim Deus tractauit Iudæos & cum ipsam præcelebant, & cum ab eius cultu recedebant, sicut facturum se per prophetas suos illis pollicetur & comminatus fuerat. Vocabulo enim si dei significatur hoc loco veritas & constantia in dictis & promissis.

Peccauimus enim, & iniquè egimus, recedentes à te, & deliquimus in omnibus.

Viri sanctissimi appellant se iniquos & sceleratos.

AT QV I iuvenes isti, optimi, sanctissimi que erant, & semper fuerant: cūque in seruitutem ducti sunt, peccati erant innocentes, vtiliam calamitatis acerbitatem, sui ipsi sceleribus commersisse non potuerint. Quamquam non fuit hoc singulare & proprium istorum iuuenum appellare se iniquos & contemptores diuinæ legis, sed commune cum multis alius integerrimis & innocentissimis viris. Audi locum istorum. Dancielem, infra ca. 9. sic orantem: Domine, peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & declinauimus à mandatis tuis, &c. Et post aia subdit: cum confiterer peccata mea, & peccata populi mei. Audi Isaiam c. 64. Facti sumus sicut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruata omnes iustitiæ nostræ, & cecidimus quasi folium, & in

A quitates nostra, quasi ventus abstulerunt nos. Similia loquitur Hieremias, cap. 3. *Dormiimus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Deo nostro peccauimus nos & patres nostri, ab adolescentia nostra usque ad hanc diem.* Similiter etiam orabar Deum Eldras, libro primo, capite nono, *Deus meus confundor & erubescor leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostra multiplicatae sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt usque ad diem hanc, & pro iniquitatibus nostris traditi sumus in gladium, in captiuitatem, in rapinam, & in confusionem.* Hieronymus igitur,

B exponens rationem, cur hi sanctissimi iuuenes appellent se peccatores ita scribit hoc loco: *Certe tres pueri non peccauerunt nec eius aetatis erant, quando ducti sunt Babilonem, ut propter vitta sua sic puniri deberet: Ergo, quomodo hi ex persona populi loquuntur, sic illud Apostoli legendum est, non quod volo bonum hoc ago, sed quod volo malum illud operor, & cetera, quae eo in loco scripta sunt.* Tantum Hieronymus. Significat igitur, quia isti iuuenes erant pars populi Hebraei, qui omnis ferme, nimirum paucissimis exceptis, sceleratus & aduersus Deum impius fuerat, ideo ipsos annumerantes se ceteris, quod plurimis conueniebat, de omnibus vniuersum pronuntiasse. Verum praeter supradictam Hieronymi rationem, alias complures causas afferre possumus, cur sancti viri se peccatores agnoscant & accuset. Ac primo quidem, excellens charitas, qua illi ardebant, faciebat, ut omnia proximi, siue bona, siue mala, praesertim vero hominum suae gentis ac religionis, communia secum illi existimarent. Itaque illorum peccata, ut sua lugebant, & pro illis expiandis ac eluendis, non minus quam pro suis, Deo satisfacere quomodo satagebant. Multi praeterea, suorum peccata sibi imputabant, veriti, ne quam ipsi dedissent illis occasionem ea perpetrandi, vel non praemonendo eos, vel non reprehendendo & corrigendo, vel occasiones peccandi ab illis non remouendo, vel denique praetermittendo ea, quae facere ipsi valuissent & debuissent, quibus illi iuari, & a peccando cohiberi potuissent. Deinde, vocant se peccatores sancti viri, spectantes infinitam Dei sanctitatem & iustitiae perfectionem, cuius comparatione, omnis humana iustitia,

Rom. 7.

Cur se viri sanctissimi sceleratos & iniquos appellant.

C

D

est iniustitia: & munditia, sunt sordes: & lux, sunt tenebrae. Ne intres, inquit David Psal. 142. *in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuos.* Sed ad hoc illustrandum, nihil est luculentius verbis illis Iob, quæ sunt in capite 25. *Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus, natus de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stelle non sunt mande in cōspectu eius, quanto magis homo putredo, & siltus hominis vermis?*

POSTEA, sancti reputant secum plurima & gravissima peccata sua præterita, in quibus magnam vitæ partem miserè perdidit, ideoque se peccatores appellat. Sic Paulus, quia persecutor, contumeliosus, & blasphemus fuerat, agnoscebat, & appellabat se primum omnium peccatorum. Considerabant præterea, quid ipsi essent, remota Dei gratia, quæ non illis ex debito, sed planè gratuitò donata fuerat, cernebantque hominem ex se, in peccatis conceptum & natum, & ad peccata propensum, nec posse vlla ratione de peccatis emergere. Hoc de se David cogitans & sentiens, clamabat Psal. 50. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea:* & Paulus in epistola ad Ephes. c. 2. dixit. *Eramus natura filij iræ.* Ad hoc, quia sanctis incerta erat, præteritorum suorum criminum remissio: non enim erat certò exploratum & liquidò cognitum, an ipsi essent in gratia apud Deum, propterea semper pauebant, & quasi peccatores penitentiam agere, & veniam à Deo impetrare studebant. Sciebant enim Sapiensem in Ecclesiastico, capite quinto, salutare documentum reliquisse: *Beatus vir, qui semper est pauidus: & de propitiatu peccati, noli esse sine metu.* Legerant etiam quod dixerat Iob, ca. nono, vir cæteroque sanctissimus: *Si venerit ad me, non videho eum, si abierit, non intelligam eum, etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.* Ad iuce, quòd se peccatores existimabant, propter peccati, si non consensum, certè acerrimum sensum: qui ex innata concupiscentia perpetuò exarscebat. Solet autem Scriptura nominare peccatum, etiam concupiscentiam, & naturalem propensionem atque incitationem ad peccandum, ut videre est apud Paulum capite septimo epistolæ, quæ est

Omnes sancti aliqua in hac vita peccata habent.

A est ad Romanos. Ad extremum, peccatores se appellabant, propter crebra peccata venialia, in quæ identidè labebantur. Ea verò illi, non parua & leuia existimabāt, sed valde graua & odiosa, vt quibus cernerent ardorē charitatis minui, & retardari cursum hominis ad summam virtutum perfectionem consequendam. Hac de causa Salomon, vt est in 1. 3. Reg. c. 8. dixit: *Non est homo, qui non peccet.* Et ne putaret quispiam ipsum loqui tantum de homine nudo & vacuo Dei gratia, idem in li. Eccle. cap. 7. ait: *Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet.* Quin, dilectus ille Iesu discipulus Ioannes asseuerat inquit, *Si dixerimus quia peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: & Dominus noster docens Apostolos suos orare, voluit eos crebro, vsurgare sententiā illam, Dimitte nobis debita nostra. Verūm de hoc satis dictum sit.*

1. Ioan. 1.

Matt. 6. 17.

C *Indicia vera fecisti omnia, qua induxisti super nos, & super ciuitatem sanctā Patrum nostrorum Hierusalem.*

MVLTI de causis olim Hierusalem, appellata est ciuitas sancta. Primò quidem propter eius vrbis conditores, vnde ipsi non parua dignitas, religio, & sanctitas accessit. Strab. lib. 16. significare videtur, Hierusalem fuisse conditam à Mose, aut certè, primum omnium Mosen, cum locum, in quo ea vrbis constructa est, cum imperio tenuisse. Sed errat ignorantie Sacram literarum, quibus proditum est, nunquam Mosen, vel pedem in terram Chanaan posuisse priusquam populus transiret Iordanem, & Iudæam attingeret, vita defunctum. Lege extrema duo capita Deuteronomij. Cornelius Tacitus refert, quosdam putasse Hierosolyma ab antiquissima gente Solyomum, fuisse condita: sic enim scribit initio libri quinti historiarum: *Clara alij Iudeorum initia, tradunt, Solyomos carminibus Homeri celebratam gentem, condita vrbis, Hierosolyma nomen, è suo fecisse.* Verūm hanc opinionē falsam esse, paulò infra ostendemus. Iosephus lib. 7. de bello Iudaico.

De conditoribus vrbis Hierusalem.

Refellit Strabo.

Genes. 14.
& Hebr. 2.

2. Reg. 5.

Multas ob causas quodam dicitur esse Hierusalem civitas sancta.

2. Reg. 24.

Gen. 21.

2. Reg. 24.

cap. 18. opinatur, primum Hierosolymæ conditorem A
fuisse Melchisedech regem Salem, ut scriptum est in
libro Geneseos cap. 14. Namque antiquitus dicta est
Salem, quæ postea Hierusalem appellata est. In eadem
sententia fuisse Hippolytum, Irenæum, Eusebium
Cæsariensem, & Emisenum Apollinarium, & Eustachium
in epistol. 126. quam scripsit ad Euagrium, confirmat Hieronymus. Quamquam huic ipse opinioni, eodem illo loco vehementer aduersatur, variè
argumentans, Salem, cuius rex fuit Melchisedech, B
aliam fuisse urbem, quàm Hierosolymam, quam probabiliter, non est huius loci excutere, ac iudicare.
Melchisedech autem, qui clarissimam Christi Saluatoris in sacerdotio, & sacrificio imaginem prætulit, quanta fuerit dignitatis ac sanctitatis excellentia, ex libro Geneseos, & epistola, quæ à diuo Paulo scripta est ad Hebræos, facile intelligi potest. Alter eiusdem urbis quasi conditor, fuit David, qui eam bello cepit, victis pulsisque inde Iebusæis, qui eam urbem per annos ferme octingentos quadraginta tenuerant: Eam C
verò urbem David circa decimum regni sui annum à se captam, ex angusto oppido fecit amplissimam, & munitissimam civitatem, eamque regiam, & imperii sui caput constituit: Quæ postea, in tantum gloria, opibus, & imperio aucta, & nobilita est, ut eam Plinius lib. 5. cap. 14. urbium Orientis longè clarissimam, appellare non dubitauerit.

MAGNAM porrò ei urbi sanctitatem attulit, magnificentissimum templum à Salomone in ea constructum: in quo solo à Iudæis sacrificari Deo, & quæ ad cultum diuinum propriè pertinebant, tractari poterant. Locus item, in quo templum & urbs ædificata est, fuerat antea duplici, & utròque quidem valde insigni, miraculo consecratus, & sanctificatus. Et enim eo in loco Abraham, ut diuinis iussis obtemperaret, sacrificare voluit filium suum Isaac, & fecisset, nisi diuinitus ab eo esset reuocatus. Super eundem locum vidit David, cum latissime grassaretur in populo Hebræo pestilentia, Angelum stantem inter cælum & terram, manu tenentem gradium contra Hierusalem euaginatam, quo in loco iussus à Deo est David, ad placandam

A placandam iram Dei, & depellendam pestilentiam, edificare altare, & offerre holocausta, & pacifica: oblatum autem ab eo sacrificium, igne cœlitus misso crematum, & consumptum est. Lege 21. caput prioris libri Paralipomenon, & posterioris libri caput tertium. Dicitur etiam Hierusalem ciuitas sancta, propter sanctissimam multorum prophetarum in ea conuersationem, prædicationem, miracula, & martyria. Illud quoque ad sanctitatem eius facit, quod in veteri testamento frequenter assumitur, vt figura & imago euangelicæ, & Christianæ Ecclesiæ, qua ratione læpenerò de Hierusalem loquitur Isaias. In nouo autem testamento, vt videre est apud Paulum in epistola ad Hebræos, & in extrema Apocypsi Ioannis, frequenter proponitur, vt typus, & imago quædã cœlestis patriæ. Cæterum prædicta omnis eius v. bis sanctitas, nullius penè momenti est, si cum ea conferatur, qua Dominus noster eam vibem condecorauit, & sanctificauit, corporali sua præsentia, conuersatione, prædicatione, miraculis, effusione sanguinis, acerbissimæ mortis percussione, & multis post resurrectionem apparitionibus: denique admiranda spiritus sancti missione. In qua vibem, prima fuerunt legis Euangelicæ primordia, indeque lux Euangelicæ veritatis effulgens, toti mundo inclaruit, sicut Isaias prædixit: *capite secundo: De Syon exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Postremo, sanguine protomartyris Stephani, & vniuersique Iacobi Apostoli, aliorumque martyrio, sanctificata, & glorificata est. Atque hanc eius v. bis, & templi, quod in ea erat, spirituales gloriam, & decorem spectans

D Aggeus Propheta, vaticinatus est, maiorem fore secundum templi gloriam, quam fuerat primi. Quod vaticinium, si de corporali eius templi gloria intelligatur, vt carnales & cæci exponunt iudæi, verum non fuisse, euentus ipse demonstrauit.

Vocabala quoque quibus ea ciuitas diuersis temporibus variè appellata est, ad cõmendandam eius dignitatem, & sanctitatem non parùm valent. Primum igitur, nonnulla est coniectura, eam urbem ab initio esse appellatam Zedech, hoc est, iustitiam. Nam primos eius reges reperimus in Scriptura nominatos Mechi-

Isa. 60.

Heb. 2.

Apoc. 2. 6.

23. lib. 1. v.

m. 1. 1. 1.

et. 1. 1. 1.

1. 1. 1.

Agg. 2.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

Genes. 14.
Ios. c. 10.

zedech, & Adonibezech, quorum illud regem iustitiae, hoc, dominum iustitiae, significat. Postea, Salem dicta est: quae vox significat pacem, unde in Pl. 75: dicitur, *Et factus est in pace locus eius*: pro, *in pace*, Hebraicè ad verbum est, (*in salem*:) nec dubiè, de ciuitate Hierusalè ibi loquitur Dauid. Nimirùm, propter sacro-sancta Christi Domini in carne mysteria ea in vrbe peragèda, tam augusta ei loco diuinitus sunt imposita nomina: Per Christum enim eiusq; mortè in ea vrbe susceptam, iustitia, & pax, atq; foelicitas toti orbi comparata est. Vocabulum autem *Iebus*, quo ea vrbs vulgò solita est appellari, incolarum magis, quàm vrbs propriè fuit appellatio. Denique appellata est Hierusalem, siue à Dauide, vt Iosephus li. 7. Antiq. existimare videtur: siue ab alio quopiam, facto ex duarum vocum nomine. Nam cum Abraham, vt est in lib. Gen. ca. 22: filium suum sacrificaturus, loco dedisset nomen *Adoni Iereh*, hoc est, Dominus prouidebit: ex illo *Iereh*, id est, prouidebit, & verustiori appellatione *salem*, formatum est nomen *Hierusalem*, hoc est prouidebit, aut videbit pacem. Illud autem ineruditum & insulsum est, quod scribit Ioseph. lib. 7. de bello Iudaico, c. 18. nomen Hierusalem positum esse à Melchisedech, qui ad vetus nomen *salem*, addiderit *ro ieroh*, propter exedificatùm illic à se sanum. Quasi verò Melchisedech Græcè loquutus sit. Nugæ item sunt, quod idem Ioseph li. 7. Antiq. ait, Hierusalem appellatam esse à Dauide, propter murum, quo vrbein cinxerat: *Hieron* enim, Hebræos mœnia vocare. Atque tum hoc argumento, tum aliis non paucis coniecturis, planè deprehenditur fuisse Iosephus Græcè linguæ atq; eruditionis peritior, quàm Hebraicè: adeò sèpè, ac pueriliter in Hebraicorum nominum interpretationibus hallucinatur.

Vnde dicta sit Hierusalem.

Refellit Iosephus,

An vrbs Hierosolyma originem & nomen traxerit ab antiqua gente Solymorū. carminibus Homeri celebrata.

NON est sine confutatione prætereunda opinio eorum, qui putarunt nomen Hierosolymæ, ab antiqua Solymarum gente, quæ eam vrbein condidit, esse tractum. Iosephus quidem ceterè libro 7. Antiquit. cap. 3. refert, proditum esse à nonnullis, Iudæos antiquorū dictos Solymos, gentem iam Troianis temporibus inclutam, & carminibus Homeri celebratam. In priori autem libro contra Appionem, citat Cherillum veterem

Aterem Poëtam, qui Solymos dixit militasse sub Xerxe in eo bello, quod Græciæ inulit. Namque recensens omnes gentes, quæ in eius exercitu erant, nouissimos numerat Iudeos, quos inquit habitare iuxta montes Solymos, & propè magnum stagnum: haud dubiè significans lacum Asphaltitem, in scriptura mortuum mare nominatum. Hanc ipsam opinionem etiam memorari à Cornelio Tacito, supra posuimus. Sed eam falsam esse liquidò cõstat. Erenim bellum Troianum euenit tempore Samsonis, aut Heli pontificis, quo tempore Iudæi grauissima seruitute à Philisthæis premebatur, neque cum Græcis, vel Asianis, vllū habebant commercium. Neque verò tunc ceperant urbem Solymam, seu Hierusalem. Quippè eam urbem vsque ad regnum Dauidis, in potestate Iebuscorum fuisse, liber Iudicum, & primus liber Regū apertè declarat. Solymos autem, quos canit Homerus, populos fuisse Asianos, satis liquet ex descriptione ipsius Homeri: idque primo libro & 14. productis in medium Homeri versibus probat Strabo: affirmans Solymos tenuisse excelsos Tauri montis vertices, circa Lyciam vsque Pisidiam, & esse eos, qui olim Milyes vocabantur. Herodotus lib. 1. Solymos facit etiam populos Asiæ, eosdem, qui postea dicti sunt Lycij: sed hoc esse contra Homerum, prædictis locis Strabo confirmat. Plinius lib. 5. c. 27. Insuper, inquit, verticem Pisidiæ, quondam Solymi appellati: quorum coloniam Cæsarea, eadem Antiochia. Et eiusdem li. c. 30. testè excitat Eratosthenem, à quo traditum est, quosdam Asiæ populos interuisse, & in hanc partem Solymorum, quorum regio proxima erat Pamphylia, Isauria, Lycaonia.

Situs Hierosolymæ.

DENIQUE situs urbis Hierusalem, nescio quid sanctitatis reterebar. Erat enim posita in medio totius Iudææ loco, vt scitè quidam, auctore Iosepho, libro 3. de bello Iudæico, c. 2. totius Iudææ umbilicum, eam urbem appellauerint. Quo licet intelligere, quid significet illud, quod de Christo canitur, *Operatus est salutem in medio terre*, scilicet per mortem, quam in loco Hierosolymitano, qui medius est terre Iudææ, perpeffus est: Nisi illud, *in medio terre*, phrasi propria, sed frequenti sacris literis, idem sit, quod *in terra*: quem-

ad nodum, in medio vestrum, id est, inter vos. Hieronymus quidem ceterè initio libri secundi commentariorum in Ezechielem, super illis verbis capitis quinti: *Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam*, confirmat: Hierusalem umbilicum esse totius terræ: sed quomodo sit intelligendum, ipse declarat. Ad hoc adificata erat Hierosolyma, sicut describit eam Iosephus libro sexto de bello Iudæico capite sexto, super duos colles, contrariis frontibus semet insipientes, & interueniente valle discretos, in quam domus creberrimæ definebant: in celsiori colle, erat arx, & Sion ciuitas quondam appellata ciuitas David. Cincta autem erat vrbs utino muro, nisi qua vallibus inuis cingebatur: qua parte, vnus muri dumtaxat habebat ambitum. Sed ne sim longior, cetera, quæ eo loci scribit Iosephus, non persequar. Ad hunc igitur Hierosolymæ situm spectans David in Psal. 86. canit: *Fundamenta eius in montibus sanctis*: & in Psal. 67. *Mons Dei, mons coagulatus, mons pinguis, mons in quo beneplacitum est domino habitare in eo*: & alibi, *Leuabo oculos ad montes, unde veniet auxilium mihi*. Atque hinc accidebat, vt Hierosolyma vndeque arduo ascensu adiretur, quapropter dixit Dominus: *Ecce ascendimus Hierosolymam*: & frequens est in Scriptura, itionem ad eam urbem, appellari ascensum. Pauca hæc de sanctitate vrbs Hierusalem, ad suprâ positam Asariæ sententiã explanandam, & illustrandam, strictum attingere, non alienum duxi.

Psal. 120.

Matth. 20.

Ne auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum.

Cur Iudæi, cõmemoratione Abraham, Isaac, & Iacob, tam sepe vsurpabãt apud Deum.

MOS erat Iudæis, multis scripturæ locis expressus in suis preceationibus, quibus Deum vel laudate, vel placare, vel exorare cuperent, horum trium Patriarcharum commemorationem adhibere, promissa illis à Deo data, pactaque cum ipsis inuã, quasi in memoriam Deo reducentes, & tanquam sub oculos subiicientes: rati scilicet, ea ratione dignius laudari Deum, facilius placari, & quæ à Deo optabant, ac

- A** postulabant, prolixius impetrari posse. Cuius ego confuecudinis, duas fuisse causas existimo. Etenim nouerant Iudæi, viros istos fuisse Deo charissimos, & apud ipsum gratissimos. Audierant enim, & legerant, Deum illis sæpenumero apparuisse, magnisque eos cumulasse beneficiis. Cumque Deus sit ipse cõmuniter omnium, propriè tamen, ac singulariter istorum trium, Deum se & appellasse ipsum, & appellari ab aliis voluisse. Cum enim primùm apparuit Moyfi, dixit ei: *Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob.* Deinde istos Patriarchas apud Deum commemorabant Hebræi, quòd ipsis Deus promississet quatuor bonorum genera, non tam ad ipsos, quàm ad eorum posteros pertinentia. Primò enim pollicitus ipsis est Deus, se multiplicaturum eorum semen, sicut arenam maris, tum, se futurum posteritatis eorum protectorem, ac defensorem: postea, daturum se posteris ipsorum terram Chanaan in perpetuam possessionem: ad extremum, ex illorum semine generatum iri Messiam, in quo benedicenda essent omnes gentes. Appellatur autem Abraham hoc loco, *dilectus*: quia primus ex media idololatria seductus, & segregatus à Deo est, & vt princeps, ac pater esset futuri populi sui, peramanter electus est, amplissimisque promissis in se, & in posteris suis à Deo donatus. Isaac vocatur, *Seruus*, propter singularem obedientiam, quam Patri suo præstitit, passus ab eo se tanquàm seruum colligari, & quasi victimam immolari. In quo pulchrè adumbrant Christum Dominum, qui propter nos factus homo, seruilem formam, & conditionem suscepit. Venit enim in hunc mundum tanquàm seruus, ministrare, & non ministrari, vt seruus lauit suorum pedes: & vt seruus in crucem tolli, & plusquàm seruili mortis ignominia necari voluit. Iacob vocatur, *Sanctus*: vel quia primus sanctificasse videtur se, & dicasse Deo, vouens illi decimas omnium, quæ possideret: vel quia plenus spiritu Sancto, futuros omnium fidelium suorum, & qui ex illis nascituri erant, calus, & euentus præuidit, & prænunciat, & nobilissimum de tempore aduentus Messie vaticinium edidit: cuius expectatione lætissimo animo moriens dixit. *Salutare tuum expectabo, Domine:* vel

Exod. 3.

Gen. 12. 13.

15. 17. 18. 22.
24. 28.Cùm Abraham
dicitur sic dile-
ctus, Isaac ser-
uus, & Iacob
sanctus.Genes. 12.
Genes. 22.

Genes. 28.

Genes. 45.

vel

vel quia Iacob ex utero matris suæ sanctificatū fuisse, A
ex Augustini sententia, refert hoc loco Carthusianus.

*Et non est in tempore hoc propheta, neque holo-
caustum, neque sacrificium, neque incensum, neque
locus primitiarum coram te, ut possimus inuenire
misericordiam tuam.*

Quomodo A-
zarias dicat,
tūc non fuisse
prophetā, cum
eo tēpore Da-
niel, & Eze-
chiel in ea ip-
sa captiuitate
florent.

NON est facile intellectu, quemadmodū Azarias B
verè dixerit tunc non fuisse Prophetam: cum
eo tempore, & in ea ipsa captiuitate Babylonica, duo
florent eximij Prophetae, Daniel, & Ezechiel. Nam
Ezechiel quidem, in cap. 40. meminit xxv. anni trans-
migrationis Iechoniae, qui fuit xiiij. annus post vlti-
mam captiuitem Iudeorum, & incendium, atque exci-
dium Hierusalem. Hic autem annus incidit in annum
xxxij. regni Nabuchodonosor, ante quod, vel circa
quod tempus, euenisse, quæ narrantur hoc capite, si-
millimum vero est. Verum responderi potest, Danielē, C
tunc longè abfuisse Babylone: & quamuis ipse, quan-
tenus pertinet ad somniorum interpretationes, &
diuinas visiones, ac reuelationes, clarissimus Prophe-
ta esset, non tamen propriè habebatur, vt Prophe-
ta: quia non, vt superiores Prophetae, munus prophetale
apud populum exercebat, monendo eum, & erudien-
do, reprehendendo item, & corrigendo, ei que Dei vo-
luntate & secreta enunciando: quemadmodū Isaiam,
Hieremiam, Ezechielem, atque alios Prophetas fecit-
se constat. Atque hanc fortasse ob causam maluerunt D
Hebraei Danielis scripta inter hagiographa, quam
inter prophetica reponere. Ezechiel autem in aliis
locis Chaldaeæ morabatur, nec ipsi plena, & libera
potestas tractandi propheticum munus apud populum
facta erat: denique vnus ille erat cum superioribus
temporibus multi magniq; prophetae simul claruissent.

QUOD autem ait, tunc non fuisse locum sacrifi-
ciorum, oblationum, & incensi, significat, secundum
Theodoretum (qui putat hæc acta esse ante vrbis
Hierosolymæ euerisionem, & incendium templi) non
fuisse illis fas, secundum legem Mosaicam facere ista
in loco

A in loco suæ captiuitatis: quippè ea fieri extra templum Hierosolymitanum diuina lex omninò vetabat. Idem sensit Euthymius in calce suorum commentariorum in Psalmos, vbi hanc orationem interpretatur. At enim nos suprâ ostendimus, hæc gesta esse post excidium vrbs, & templi Hierosolymitani. Quare, ea istorum verborum sententia erit, destructo illo templo, nullum ipsis reliquum in omni terrarum orbe factum esse locum, in quo ad placandam Dei iram, & consequendam

B misericordiâ, obire ista possent. Sed dices, nòpne stante illo templo Hierosolymitano, nihilominùs tamen Helias, vt est in lib. 3. Reg. c. 10. in monte Carmeli, coram populo Hebræo nouum extruens altare, sacrificiû Deo fecit? Fecit sanè, sed à Deo incitatus, & impulsus, qui supra legem erat, id quod mox cõsecutum miraculum comprobauit. Verùm nos præterea vrgebis exemplo pontificis Oniæ, qui, vt prodidit Iosephus in libro septimo, de bello Iudaico, c. 30. tẽpore Antiochi Epiphaniis, immanissimi Iudeorum hostis profugiens in Ægyptum, facta sibi à rege Ptolemæo potestate, in tractu Heliopolitano templum ædificauit simile Hierosolymitano, similes in eo ritus, & cæremonias sacrificiorû, oblationum, cæteriç; diuini cultus instituens, & exercens, idç; deinceps ad annos cccxxiiij. perdurauit. Existimabat autẽ Onias, ita completum iri vaticiniû Isaia, quod est in c. 19. *In die illa erit Altare Domini in medio terre Ægypti, & titulus Domini iuxta terminû eius, & erit in signû, & in testimoniû Domino in terra Ægypti. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & colent eû in hostijs, & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & soluent.* Sed ad hoc sine dubitatione respondendum est: Oniam fecisse illud contra legem, & peccasse aduersus Deum, nec id bono, ac religioso egisse animo, sed potiùs æmulatione eorum Iudæorum, quorum opera eiectus fuerat ex Iudæa: quinetiam ambitione quadam, scilicet, ne extra patriam suam obscurus, & ignobilis esset, sed specioso templi, & diuini cultus prætextu, multos ex Iudæa ad se alliceret, sibiç; adiungeret. Quapropter, factum eius, etiam Iosephus prædicto loco non obscure reprehendit.

Dubitatio de
tẽplo ab Onia
exædificato
in Ægypto.

C AETERVM maiorem affert dubitationem, quod scriptum

scriptum est in c. r. lib. Barnab. Si quidem eo loco narra-
 tur quinto anno post templi Hierosolymitani, & vrbis
 euersionem, Iudæos, qui vnâ cum rege Iechonia capti-
 ui Babylone erant, misisse ad Iudæos, qui erant Hie-
 rosolymis, sacra vasa, quæ in captiuitate Sedechiæ fue-
 rant ablata, pecuniam item multam, qua, quæ ad sa-
 crificia, & oblationes, cunctumque Dei cultum per-
 agendum necessaria erant, compararent, dicentes:
*Ecce misimus ad vos pecunias: de quibus emite holocaustoma-
 ta, & thus, & facite manna, & offerite pro peccato ad aram
 Domini Dei nostri, & orate pro vita Nabuchodonosor Regis
 Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sicut dies eorum,
 sicut dies cæli super terram, &c.* Ex quo intelligitur, etiam
 post destructam urbem, & templum Hierosolymita-
 num, habitasse Iudæos in eo loco, & diuinum cultum
 administrasse. Multi enim de Iudæis, qui propter cæ-
 dem Godolix, metu Chaldæorum fugerunt in Ægy-
 ptum, deinde partim amore natalis soli, & religione
 sanctitatis illius loci; partim etiam permoti vaticinio
 Hieremiæ, qui prædixerat breui vastatum iri Ægy-
 ptum à Chaldæis, & cælum iri Iudæos, qui in ea inueni-
 essent: reuersi sunt in Iudæam, & in loco diruti, & com-
 busti templi, nouum erigentes Altare, sacrificia, & obla-
 tiones, aliaque id genus ad Dei cultum pertinentia, fa-
 cere instituerunt. Si quis autem obiiciat, Hieremiam, vt
 est in libri eius, cap. 42. & 44. vaticinatum esse, omnes
 Iudæos, qui ingressi fuerant in Ægyptum, Chaldæorum
 gladio petituros, neminemque eorum reuersurum in
 Iudæam, aut eum locum vquam visurum: respondebi-
 mus, vaticinium illud Hieremiæ esse intelligendum de
 Iudæis, qui contra Hieremiæ monita, Dei que manda-
 ta, sponte sua profecti fuerant in Ægyptum, cæterosque
 secum, eodem, vel inuitos duxerant: non autem de Iu-
 dæis, qui, sicut Hieremias, & Baruch, in Ægyptum ire ab
 aliis compulli, & coacti fuerunt. De his enim dixit Hie-
 remias cap. 44. *Non reuertentur, inquit, in terram Iuda, ve
 habitent ibi, nisi, qui fugerint. Et paulo infra: Consumentur,
 ait, gladio, & fame omnes viri Iuda, qui sunt in Ægypto, &
 qui fugerint gladium, reuertentur ex Ægypto in terram Iuda,
 viri pauci. Verum eò reuocetur, vnde huc fluxit oratio:
 Dubitatio, quam supra posuimus, hanc vim habebat.*
 Si post

- A** Si post incendium, & excidium vrbis, ac templi, in loco illo Hierosolymitano fiebāt sacrificia, & cætera sacerdotum munera tractabantur: quomodo verè dixit Azarias, tunc nullam fuisse locum primitiarum, nulla sacrificia, & oblationes? Hinc dubitationi potest occurrī dupliciter: Nam dici potest, quia tunc à paucissimis, & tenuissimè, parcissimè, ac vilissimè, in illis scilicet parietinīs, incendiis, & ruinis templi atque vrbis, cultus Dei agebatur, tanquàm nullum, & quasi pro nihilo eum fuisse habitum. Illud quoque, & fortasse verius, responsum dari potest: illum quintū annum ab incendio vrbis memoratum à Baruch, fuisse xxij. regni Nabuchodonosor: eius namque xvij. anno, ciuitas, & templū Hierosolymitanum combustū, & excisum est: atqui, paulò quidem post, sed eodē tamen anno xxij. Nabuzardan princeps militiae regis Nabuchodonosor omnes Iudeos, quos eo tēpore reperit in Iudæa, Babylonē trāstulit. Sic enim apud Hieremiam c. 52. legimus. *In anno xxij. Nabuchodonosor, trāstulit Nabuzardan magister militiae, animas Iudeorum septingentas quadraginta quinque.* Cū igitur, quæ narrantur in hoc 3. cap. Danielis, post xxv. annum regni Nabuchodonosor, v: suprā docuimus, acta sint, liquet, eo tempore nullos fuisse Iudæos, qui in loco templi Hierosolymitani, sacrificia facerent, & quæ erant Mosaicæ religionis, & diuini cultus, ritè peragerent.

Similitudo
quæstionis.

*Et non cessabant, qui miserant eos, ministri regis,
succendere fornacem naphtha, & stupa,
& pice, & malleolis.*

EXPLICANDVM est, quid sit naphtha, & quid Quid sint mal
leoli. malleoli. Primum tamen dicam de malleolis, quia breuius expediam. Theodoretus vocem Græcam, quæ Latine significat malleolos, interpretatur, nec malle, vitium sarmenta, quibus vimur ad incendendum, vel augendum ignem. Lege caput decimum quintum Ezechielis. Alij dicunt malleolos esse fasciculos ex pice, sulphure, aliisque id genus incendij fomiticibus, ad comburenda à discipulis accommodatos: unde

Quid sit
naphtha.

obliqua
naphtha

Mira vis & fa-
cultas naph-
thæ, ex Plinio.
Si abone, &
Plutarcho.

vnde Cicero in quadam oratione Catilinaria, Desinant **A**
inquit, malleolos ad incendendam urbem, facésque compara-
re. At verò, Nonius Marcellus scribit, Malleolos esse ma-
nipulos sparteos, pice contextos, qui incensi, aut in muros, aut in
tediudines iaciuntur. Ammianus libr. 23. tradit, manipu-
los hac specie figurati. Sagittæ est cannea, inter spiculum &
arundinem, multifido ferro coagmentata, quasi in muliebribus
coliformiam, quo venturæ linea stamina: concavatur venter sub-
tiliter, & plurifariam patens, atque in alveo isto ignem cum
aliquo suscipit alimèto, & si emissa lentius arcu inualido, nam **B**
iclu rapidiore extinguitur, hæserit vsquam tenaciter, cremat
quæque conspersa, acrior excitat astus incendiorem, nec reme-
dio vlllo, quam superiecto pulvere consopitur. Fit eorum men-
tio apud Vegetium libr. 4. c. 20. Naphtham ait Theo-
doretus, esse genus quoddam materiæ ad incenden-
dum, & nutriendum ignem admodum idoneæ. De ea
sic Hieronymus super locum scribit: Sallustius
scribit in historiis, quod naphtha sit genus fomitis apud Persas,
quo vel maxime nutriantur incendia. Alij ossa oliuarum, que
proiciuntur cum amurca arefacta, naphtham appellari putant: **C**
vnde & Græcè πύριον dicitur, ab eo quod πύρ, id est, ignem
nutriat. Sed verius dictum est, quod Plinius, Strabo, &
Plutarchus tradiderunt: quorum verba, quò vis & na-
tura huius naphthæ lectori magis nota sit, hic adscri-
bam. Plinius lib. 2. cap. 105. sic ait, Nascitur naphtha cir-
ca Babyloniam, & in Austagenis Parthiæ, bituminis liquidi
modo profluens. Huic magna cognatio ignium: transfiliuntque
protinus in eam vndecumque visam. Ita ferunt à Medea Pellicæ
crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona
igne raptam. Strabo libro decimo sexto ita scribit: **D**
Naphtha mirabilem quandam esse naturam: nam igni admotam,
statim eum concipit, & corpus ea illitum & igni admotum su-
bito deflagrat, nec aqua extinguitur, sed magis ardet, nisi val-
de multa superfusa cano, & aceto, & alumine, & visco oppres-
sum extinguitur. Ferunt Alexandrum, experiendi gratia, put-
ram quemdam in balneo naphthæ vngi, & lucernam ei admo-
veri iussisse: eum verò totum illico deflagrasse sine dubio, nisi cir-
cumsistentes multa eum aqua asperisissent, ac penè obruisissent, in-
toriturum. Posidonius tradit, ex fontibus naphthæ Babylonie,
quosdam nigram naphtham, quosdam albam effundere: at-
que ex his; alios esse liquidi sulphuris, eos scilicet, qui albam
naphtham

A naphtham habent, quam & flamma arripiant, eos vero, qui nigri bituminis sint liquidos esse, & pro oleo in lucernis adhiberi. Plutarchus in vita Alexandri in hunc modum scribit.

Miraculo fuit Alexandro in Ecbatani terre hiatus, ignem perpetuo, sicut ex fonte, eructans: & scaturigo naphthæ, non longè ab illo hiatu stagnans, qui inter cetera bitumen representat, verum cognatione habet cum igne adeo magnam, ut prius quam contingat flammam, interfusum aëra incedat. Quo vim eius ostenderent barbari, viam ad regis tentorium tendentem, irrorauere minutis huius medicamenti stillis, stantesque in ex-

B tremo, faculas irrigatis admouere, iam enim tenebra erant. Principio incenso, mox flamma puncto temporis depasta reliqua est: atque momento, ad alterum percurrit terminum: ac omnis illa via continuo colluxit igne. Deinde Plutarchus refert exemplum pueri, proximè à nobis ex Strabone memoratum. Post quod subiicit, quosdam existimare, hoc esse illud Medæ medicamentum, quo celebratam illam coronam inuinxit, ob idque ignem protinus illa concepit. Tradit præterea Plutarchus,

C vim istius naphthæ provenire ex natura soli Babylonij, quod vi oleosa & inflammante sit præditum. Est enim Babylonia, regio perquam ignea, adeo ut hordeum ex humo subsultet, & ipsa terra quasi nimia inflammatione palpitet, habeantque homines, propter immodicos feruores, in vtribus aqua plenis cubilia. Hæc de naphthæ à grauibus tradita scriptoribus, non tacenda existimauimus. Ponitur etiam infra aliud vocabulum subobscurum, *Saraballa*, de quo ita scribit Hieronymus. Pro braccis, quas Synmachus interpretatus est *anaxyridas*: Aquila & Theodotio *saraballa* dixerunt, & ubi, ut corruptè legitur, *sarabara*, sicut est in translatione Theodoreti. Lingua autem Chaldeorum *saraballa*, crura hominum vocantur, & tibiæ: eodemque vocabulo braccæ, quibus crura teguntur & tibiæ, quasi crurales & tibiales appellatæ sunt. Tiara autem verbum Græcum est, & vsu versum in Latinum: de quo Virgilius, Sceptrumque sacerq; tiaras.

Est autem genus pileoli, quo Persarum

Chaldeorumque gens vitur.

Sic Hieronymus.

Babyloniz regio qualis.

*Angelus autem Domini descendit cum Azaria & A
socijs eius in fornacem, & excussit flamma ignis
de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ven-
tum roris flantem, & nō tetigit eos omnino ignis,
neque contristavit, nec quicquam molestia in-
tulit.*

SUPER hunc locum ita scribit Theodoretus, Illi,
qui fors erant, flammam incēdebant: sed sanctus Angelus
flammam dissipabat, & mediam fornacis partem ignis carbo-
nibus nudans, auram quandam frigidam & humidam, que^B
sanctis multam afferret voluptatem, in eorum corpora immite-
bat. Ex hac autem dissipatione flammarum, & depulsione à
corporibus illorum iuuenum, ministerio Angeli facta, in tantū
ignis è fornace effusus est, ut ad quadraginta nouem cubitos ex-
tra fornacem sparsus, omnes, quos in eo spatio Chaldeos reperit,
ad vnum combusserit. Hinc licet intelligere quemad-
modum illi iuuenes ex incendio ignis seruati fue-
rint. Id enim dupliciter potuit fieri. Potuit enim
Deus cohibere ignem, ne vim suam vrendi in il-
los iuuenes exerceret: potuit, inquam, cohibere,
tantum non concurrente cum igne ad actum vrendi. **C**
Siquidem absque Dei concursu, nulla res creata, vel
puncto temporis constare, vel quicquam agere po-
test. Atque hac ratione credibile est factum esse, ut
cū primum illi iuuenes, manibus pedibusque vin-
cti, in medias flammās iniicerentur, nihil tamen de-
trimenti caperent. Potuit etiam Deus aliter eos ser-
uare ab incendio: scilicet ignem ab illis tam longē
repellendo ac remouendo, ut vis ipsius nequaquam
eos attingeret, quin etiam interponendo corpus ali-
quod ita frigidum & humidum, ut non modo **D**
reprimeret feruorem ignis, sed etiam ingenti cum volu-
ptate eorum corpora refrigeraret. Hoc autem factum
esse circa istos iuuenes, verbis suprā positis narrat
Scriptura.

Octo miracu-
la in liberatio-
ne trium iue-
num clare-
runt.

VERVM enimvero, conseruatio istorum iuuenum,
non vnum aut simplex miraculum fuit, sed octo, &
quidem magnis comitata & condecorata est miracu-
lis.

A lis. Primum miraculum fuit iucere ignem, & non
 vrere, de quo potest dici ilud ex psalmo vigesimo o-
 ctavo, *vox Domini intercedentis flammam ignis*. Nam vt
 ait, eum locum interpretans Bahlius, *Deus nonnun-
 quam duas ignis vires, alteram lucendi, alteram vrendi, sic
 inuicem separat, vt aliquando vis lucendi munere suo funga-
 tur, non autem vis vrendi, vt contigit tribus his iuueni-
 bus in fornace ignis, interdum contra supprimitur vis lu-
 cendi, & libera relinquitur vis vrendi, talis est enim ignis*
 B inferus, vt cum maximè vrat, minimè tamen luceat. Secun-
 dum miraculum fuit, ignem illum non adussisse, quos
 intra se habebat, qui autem extrà longè aberant,
 eos contremasse. Tertium miraculum, combussit
 ignis ille vincula omnia, quibus erant illi iuuenes
 colligati, sed nec eorum corpora, ac ne vestes qui-
 dem tetigit. *Grande miraculum, ait hoc loco Hierony-
 mus, ligati mittuntur in fornacem, cadunt in medium ignis
 præcipites, ardent vincula, quibus ligati sunt, & vinculorum
 corpora, timens flamma non tangit.* Quartum miraculum,
 in igne non solum poterant respirare, sed etiam libe-
 C rè loqui, & Dei laudes decantare. Quintum miracu-
 lum, descensus Angeli de cælo in fornacem, sub spe-
 cie quidem hominis, sed habitu & vultu splendidis-
 simo, & cælesti magis quàm humano, qui flammam
 ignis ab illorum iuuenum corporibus depellebat ea-
 tenuus, vt nihil illis nocere posset, & vnà cum illis in
 fornace deambulabat. Sextum miraculum, repente
 illi iuuenes spiritu diuino afflati & impleti, ex tem-
 pore elegantissimum & doctissimum carmen de diui-
 nis laudibus, eodem ordine, eisdem sententiis ac ver-
 bis composuerunt, & concinuerunt. Septimum mi-
 raculum, immissus est ventus toridus omnino restin-
 D guens fetuorem ignis, & illos iuuenes non solum re-
 frigerans, sed etiam incredibili suauitate, ac voluptate
 perfundens: contrà quam in transitu maris rubri
 factum est. Tunc enim missus est ventus vrens, ad va-
 dum maris quod limosum erat, exsiccandum. Octauū
 miraculum, solus rex Nabuchodonosor vidit Ange-
 lum in fornace cum illis iuuenibus ambulantem, alij,
 qui eodē loci cum ipso rege erant, videre non potue-
 runt. Verissimè igitur in his iuuenibus videtur imple-

Pulcherrima
D. Chrysolto
mi sententia.

Act. 19.
Act. 5.

tum illud Dei promissum, quod est apud Isaiam capite
43. Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non ope-
rient te, cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma
non ardebit in te. Diuus Chrysolto in quarta homilia
earum, quas habuit ad populum Antiochenum, hoc
miraculum grauissimis & disertissimis verbis enar-
rans atque exaggerans, ita scribit, Ignis murus illi sa-
ctus est, & vestis flamma, & fons fornax, & ligatos capiens,
solutos reddit: mortalia excepit corpora, & tanquam immorta-
libus abstulit, non agnouit naturam, sed pietati reuerentiam
exhibuit, vinxit pedes tyrannus, & ignis vim pedes vinxe-
runt. O rem mirabilem, vinctos soluit flamma, & ipsa à vin-
ctis vincula est: mutauit enim rerum naturam adolescentulorum
religio, imò, quod mirabilius est, non naturam mutauit, sed
permanentis natura vim repressit: non enim ignem extinxit,
sed cum arderet, cum tamen inefficacem reddidit: non solum in
ipsorum corporibus, sed etiam in vestimentis & calceamentis.
Nam sicut vestimenta Pauli egritudines & demones pelle-
bant, & umbra Petri morbos sanabat, & mortem fugabat: sic
istorum puerorum calceamenta & vestimenta ignis virtutem
extinxerunt. Miraculum omnem verborum narrationem tran-
scendit. Etenim vis ignis erat extincta, & non erat extincta,
nam circa corpora & indumenta, erat extincta, at circa vin-
cula non erat extincta. Compedes igitur dirupit ignis, & talos
non tetigit. Vidisti, quanta propinquitas: neque mutatus, & vis
sua priuatus est ignis, neque tamen ultra vincula procedere est
ausus. Vinxit tyrannus, & flamma resoluit, vt & barbari cru-
delitatem discas, & elementi obedientiam. Sed cur eos, missurus
in ignem ligauit? Scilicet, quo miraculum existeret maius ac mi-
rabilius, ne putares esse oculorum prestigias & errorem, ea, que
videbantur. Nisi enim ignis ille verus ignis fuisset, vincula non
absumpisset, nec exterius sedentes milites corripuisset, nunc au-
tem exterioribus quidem vim, interioribus autem obedientiam ex-
hibuit. Haec sunt verba Chrysolto. Huius miraculi
simillimum quoddam accidisse cuidam monacho, nar-
rat diuus Gregor. in lib. 3. Dialog. capit. decimo octauo,
ad hunc modum scribens. Fuit quidam in Campania par-
tibus, intra quadagesimum Romane vrbi milliarium, no-
mine Benedictus, etate iuuenis, sed moribus grandaeuus, &
in sancta conuersationis regula se fortiter stringens. Hunc

Totile

Alterum simi-
le miraculum,
ex D. Grego-
rio de Benedi-
cto monacho.

A Totila regis tempore, Gothi incendere cum sua cella moliti sunt ignem namque circumposuerunt, sed in circuitu arserunt omnia, cella vero illius comburi non potuit. Quamobrem, magis fauentes Gothi, eum ex sua cella extrahentes, in succensum clibanum coquendis panibus paratum, proiecerunt, clibanumque clauserunt. Sed die altero sic illa sus inuentus est, ut non solum eius caro ab ignibus, sed neque extrema vlllo modo vestimenta cremarentur. **Pectus.** Antiquum trium puerorum miraculum audio, qui proiecti in ignibus, lesi non sunt. **Gregorius.** Illud, ut opinor, miraculum ex parte aliqua dissimiliter gestum est. Tunc quippe pueri ligati pedibus ac manibus in ignem proiecti sunt, quos die altera rex requirens, in camino illis vestibus deambulantes reperit. Ex qua re colligitur, quia ignis in quem iactati fuerant, qui eorum vestimenta non contigit, eorum vincula consumpsit, ut vno eodemque tempore, in obsequio instorum, & haberet flammam virtutem suam ad solatium, & non haberet ad tormentum. Sic ibi Gregorius. Non prætermittam lectorem admonere, ut hoc loco legat Rupertum in libro sexto de victoria verbi Dei, capite vigesimo quinto, quo loco hanc tractat quæstionem: cur Deus, non sicut tres illos iuuenes ab igne Babylonico illaesos, ita templum suum Hierosolymitanum, à Chaldæorum incendio inuiolatum, intactumque seruauerit. Cuius quæstionis explicationem, ne (vbi minimè opus est) longiores simus, prætereundam nobis esse censuimus.

IL L V D porro in dubium verti, & in disceptationem adduci posset, an citra miraculum possit accidere, ut corpus aliquod mortale positum in igne, nihil ab eo detrimenti capiat. Dixi mortale, ut exciperem corpus cæleste. Nam orbis lunæ, extremitate sua concava, ignis elementum contingit, & complexu suo coerces, ab eo tamen nihil afficitur, nedum læditur, quod sit diuersæ materiæ ac naturæ: agens autem & patiens, ut contrariis qualitatibus, ita communi materia debent esse prædita. Causam dubitandi de eo quod propositum est, afferunt multa, quæ fidem facere videntur, id sine miraculo nonnunquam contingisse, & posse contingere, tam in rebus inanimatis, quam in animalibus & in hominibus. Etenim Plinius libro 10. cap. 3. narrat, lapidem dictum *Aetitem*, qui est vi-

Quæstio an
citra miracu-
lum possit ali-
quid positum
in igne, nihil
ab eo lædi.

- Lapis Aëtes.** nido cuiusdam generis aquilarum, si coniiciatur in ignem, A
non solum ab eo non corrumpi, sed nihil profusus igne deperdere.
- Pollex regis** In libro autem septimo capite secundo tradit, cremato
Pyrihi. corpore regis Pyrihi, pollicē dextri pedis cremari nunquam potuisse. Et in libro 11. cap. 37. ait, Cor eorum, qui cardiaco morbo aut veneno intereunt, non posse cremari. Est lapis, quem
- Pyrrhimach.** pyrrhimachum vocant, docti putant eundem esse, qui dicitur
Anthrax ab Aristotele in libro quarto Meteororum: cum aiunt lapidem ab igne nihil pati, ac ne calefieri quidem aliqui addidere. In Cypri ærariis fornacibus, ex medio igni, maioris mulsæ magnitudine volat pennatum quadrupes, appellatum pyralis, à quibusdam pyrausta, quando in igne, vivit, si longiori paulo volatu ab eo discesserit, emoritur: sic enim scribit Aristoteles libro quinto de historia animalium, capite decimono, & Plinius libro vndecimo, cap. 37. lege etiam Senecam libro quinto naturalium quaestionum, capite sexto, & Ælianum libro 2. cap. 30. Non est vulgi fabula, quod de Salamandra fertur, ab ea ignem extinguere enim proditum est ab Æliano & Aristotele locis proximè memoratis, & à D. Augustino libro 21. de Civit. Dei, cap. 4. Salamandra, Aristoteles inquit, per ignem ambulans, ipsum extinguit: & Plinius libro 10. cap. 67. tantus, inquit, Salamandre rigor est, ut ignem tactum, non alio modo quam glacies, extinguat. Pro eiusdem rei argumento hic ponendum est, quod ait Olympiodorus philosophus in commentariis super lib. 4. Meteororum Aristotelis, non esse fabulam, ignem extingui à Salamandra. Suo enim tempore fornacarios, papyri fascēs excutere solitos, ut decutiant Salamandras: extingui liquidem ab illis ignem in caminis. Similia quoque de quibusdam hominibus prodita sunt: D
- Vates Ægyptiorum.** Iamblichus enim in libro de Mysteriis Ægyptiorum refert, vates Ægyptiorum: cum Dei afflatu implerentur, & incitarentur, nonnunquam ambulasse per medios ignes sine vlllo detrimento. Plinius item in libro septimo capite secundo scriptum reliquit, non procul vrbe Roma in agro Faliscorum fuisse olim quasdam familias, cognominatas Hyrpias, que in annuo sacrificio, quod ad montem Soractem fiebat Apollini, per ardentem lignorum struem ambulantes, non comburebantur.

- A** VERVM TANEM, contraria sententia pro vera certa que haberi debet, nullum corpus ex quatuor elementis constatum, & coagmentatum, posse diu versari in igne, ab eius incendio illaesus, & immune. Hoc docet Aristoteles in 2. lib. de Generatione, & Corruptione 21. & in 4. lib. Meteororum, nec non & in lib. 2. de generatione animalium, cap. 3. affirmans nullum animal aut nasci, aut viuere posse in igne. Quocirca, quod ipse dixit in lib. 5. de historia animalium cap. 19. de Salamandra, non ex suo sensu dixit, sed ex vulgi, aliorumve opinione retulit, ideoque adiunxit illud *ut aiunt*. Idem de Salamandra tradit Galenus in lib. 3. de temperamentis, & Dioscorides lib. 2. cap. 56. In cuius capituli commentario Matthiolus narrat in agro Tridentino, veris, & autumnis tempore, maximam Salamandarum copiam reperiri, ut experimentum caperet eius, quod de Salamandra vulgo fertur, plurimas in ignem coniecisse, sed eas prorsus exarsisse, breuique penitus esse consumptas: illud tamen nonnulli non negant, tantam esse Salamandrae frigiditatem & humiditatem, ut superposita prunis, eas restinguat. **C**uius rei illud non obscurum est signum, quod, ut ait Plinius libro 10. cap. 67. Salamandra nunquam nisi magnis imbribus proueniat, & serenitate deficiat. Eiusdem sane, que lactea ore vomitur, quacumque parte corporis humani contacta, toti desuunt pili, idque, quod contactum est, colorem in viridinem mutat. Hoc ipsum quod diximus in vniuersum confirmari potest hac ratione. Omne corpus ex elementis compositum, & commune habet materiam cum igne, & ei reliqua qualitate contrarium esse necessesse est: quamobrem si ponatur in igne, fieri non potest, **D**quin ignis in ipsum agat: praesertim cum & caloris magna sit efficacitas, & in igne summus sit calor. Non inficior, fieri posse, ut nonnulla corpora, quod sint vehementissimè, & tenacissimè compacta, & multa frigiditate polleant, si admoueantur ad ignem, fore, ut diu multumque ei resistent, priusquam ab eo dissolui queant: sed ut nihil ab eo laedantur, nec alicuando tandem ab eo corrumpantur, fieri non potest. Quapropter, quod de Aetate, & pyrrhimacho traditum est, aut ita intelligendum est, aut fabulosum existimandum. Illa vero

Qua ratione
per artes ma-
gicas, & ope-
ra dæmonis,
possit quis (si
Deus id per-
mittat) ex in-
cendio seruari.

An illi tres iu-
venes fuerint
martyres.

animalia propterea dicuntur vivere in igne, non
quia viuant in medijs flammis posita, sed quia nisi ca-
lidissimis in locis, & iuxta ignem vivere non possunt.
Quod autem de vatibus Ægyptiorum à Iamblichò, &
de familiis Hyrpiis à Plinio proditum est, vel est fa-
bulosum, vt permulta id genus Gentilium miracula,
vel ministerio, & operâ dæmonum illud fiebat, quorum
commercio, & societate, nouimus vates, & sacerdotes
Gentilium esse vsos. Potest autem dæmon hominem
coniectum in ignem, seruare ab incendio multis mo-
dis. Primò, restinguendo ignem, tum procul ab eo flam-
mas repellendo: præterea, clam subtrahendo verum
ignem, & in eius locum, alium simulatum ignem sub-
stituendo: ad hoc, subducendo hominem ex igne, &
inibi simulacrum eius relinquendo: denique, circum-
ponendo illi corpus aliquod frigidissimum maximè
que resistens igni, quo videlicet hominis corpus ab
incendio ad aliquod tempus, defendi, & seruari queat.

CAETERVM, vt hanc de miraculo, quod circa il-
los iuuenes euenit, disputationem absoluaui, vnum
modo restat excutiendum: hoc est, an illi iuuenes verè
fuerint martyres. Ac fuisse quidem martyres ita argu-
mentari possumus: Ad perfectam Martyrij rationem,
tria potissimum pertinere existimantur: illatio mor-
tis, libera voluntas mortem subeundi: & iusta morien-
di causa, id est, pro testimonio fidei, & iustitiæ pro-
pter Deum. Horum nihil defuisse illis iuuenib. videtur.
Obiecti sunt illi præsentissimæ ac certissimæ morti,
& omni humana ratione prorsus ineuirabili. Quod
autem ex ea salui & incolumes euaserint, id summum
diuinæ omnipotentis miraculum fuit, nec martyrij
rationem, & dignitatem eleuare debet. Iustissima de-
inde illis moriendi fuit causa: scilicet, ne hominum,
aut falsorum Deorum imagines adorando, Dei legem
violarent. Denique, promptissimam, & ad moriendum
paratissimam non illis defuisse voluntatem, satis patet
illis eorum verbis, quibus regi respondentes dixe-
runt, *Ecce Deus noster potest eripere nos de igne, & de mani-
bus tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex, quia
Deos tuos non colimus, & statuâ auream tuam non adoramus.*

Ad huius rei confirmationem accedit auctoritas D.
Cypri

A Cypriani, qui in 1. epi. 3. lib. quam scripsit ad Lucium Papam Romanum, ita scribit. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrii dignitas, quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt, aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad predam, protectus à Domino, vixit ad gloriam. In confessoribus Christi, dilata martyria, non meritum confessionis minuunt, sed magnalia diuine protectionis ostendunt. Non dissimilis videtur fuisse Hieronymi sententia in commentario super

Cyprianus.

Hieronymus.

20. ca. Matt. exponens enim illa verba Domini filijs Zebedæi dicta, calicem quidem meum bibetis, sic ait Hieronymus. Queritur quomodo calicem martyrii Ioannes biberit. Nam Iacobum ab Herode truncatum capite, scriptura narrat, Ioannes autem propria morte vitam finiuit. Sed si legamus

Act. 12.

B historias Ecclesiasticas, in quibus fertur ipsum propter martyrium esse missum in feruentis olei dolium, statimque relegatum in Pathmos insulam, videbimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt. licet persecutor non fuderit sanguinem. At enim uerò, quia in præsentis mortis perpeffione acerbissimus est sensus, & maximus cruciatus animi à corpore (cui naturali amore copulatus

C est) egerrius discedentis: ideo censent Theologi, ad perfectam martyrii rationem pertinere ipsius mortis perpeffionem. Lege quæ scribit D. Thomas in lib. quartum sententiarum, dist. 49. & in 2. 2. quæst. 124. Itaque tria genera martyrii distinguuntur à Theologis. Primum est in solo, quamuis efficacissimo desiderio martyrii, sicut legimus B. Franciscum cupiditate martyrii in Syriam esse profectum. Alterum genus est, cum quis non tantum habet voluntatem martyrii, sed etiam certissimæ morti obijcitur, ex qua certo scit

D humanitus, se non posse euadere, diuinitus tamen feruatur, ut illis iuuenibus & beato Ioanni contigit. Tertium genus, in quo perfecta martyrii ratio esse censetur, præter voluntatem, & certam existimationem mortis, habet ipsius mortis perpeffionem. D. Bernardus in sermone de Natali Sanctorum Innocentium, tres distinguit martyrii gradus: vnum appellat martyrium voluntate, sed non opere, quale fuit in Ioanne: alterum opere, sed non voluntate in san-

Eis innocentibus: tertiū tā voluntate, quā opere, cuius A
 martyrij gloriā Stephanus adeptus est. Sit ergo Siepha-
 nus martyr apud homines, cuius voluntaria passio euidenter
 apparuit: sit Ioannes apud Angelos martyr, quibus tanquam
 spiritualibus creaturis, spiritualia deuotionis eius signa certius
 innotuerunt. Ceterum pueri innocētes, sunt planē martyres tui,
 Deus, vt in quibus nec homo, nec Angelus, meritum inuenit,
 singularis tuę prerogatiuę gratia, euidentius commendetur. Sic
 Bernardus. Sequēbatur canticum illorum trium iu-
 uenum, sed non copiosam, & diligentem eius cantici
 explanationem, in alium librum, qui hunc proximē B
 conſequitur, reſeruauimus. Quamobrem quę post
 illud canticum in hoc capite ſubſequentia narrantur, ea
 nos deinceps explanabimus.

*Au rex, ecce ego video quatuor viros ſolutos, &
 ambulantes in medio ignis: & nihil corruptionis
 in eis eſt: & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.*

Hieronymus de illo quarto, qui in fornace viſus eſt, quid ſcribat. **D** I V S Hieronymus huic locum explanans, ita ſcribit. **S**peciem quarti, quem ſimilem dicit filio Dei, C
 vel Angelum debemus accipere, ſicut Septuagintā tranſtulē-
 runt: vel certē, vt plerique arbitrantur, dominum ſaluatorē tm.
 Sed neſcio quomodo rex impius, Dei filium videre mereatur.
 Ergo, iuxta Symmachum, qui interpretatus eſt, ſpecies quarti,
 ſimilitudo filiorum Deorum, Angeli ſunt ſentiēdi, qui & Dī,
 & Dei vel Deorum filij ſapientiſimē nuncupantur. Hoc iuxta hi-
 ſtoriā. Ceterum in typo prefigurat iſte Angelus ſeu filius Dei,
 Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ad fornacem deſcendit
 inferni, in quo clauiſe & peccatorum, & iuſtorum anime te-
 nentur, vt eas abſque exuſtione & noxia ſui, mortis vinculis D
 liberaret. Haec tenet Hieronymus.

Quis fuerit ille quartus ambulans in fornace, quę rex vocat ſimilem filio Dei. **V**ERVM enim uetē, illa uerba, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei, obſcurum habent intellectu, unde quadruplex interpretationum diuerſitas exitit. Prima expoſitio eorum eſt, qui cenſent filium Dei appellari hoc loco uerum filium Dei naturalem, vngenicum, & conſubſtantialem patri, hoc eſt Dominum noſtrum, qui ſub ſpecie humana ſe manifeſtavit in illa fornace regi Nabuchodonosor. In hac ſententia plerorūque fuiſſe tradit Hieronymus, neminem tamen ipſe nomi

- A** nominatim commemorat. Ego, ne quispiam, quasi vulgarem, & ignobilem, eam sententiam paruipendat, auctores eius nominabo. In hac sententia fuit Tertullianus in libro quarto contra Marcionem: Augustinus in concione ad Catechumenos, aduersus Paganos, Iudæos, & Hæreticos. Hyppolitus etiam martyr: cuius verba, quia huic loco multum lucis afferunt, hic adferibam. Sic autem inquit: Dic mihi Nabuchodonosor, quando, & ubi vidisti Filium Dei, ut hunc Dei Filium confitereris? Quis cor tuum pupugit, ut hoc verbum posses edere? Quibus oculis potuisti tantas has diuitias, velut in speculo, prospicere? Cur tibi soli, & nulli præterea tuorum satraparum innouit? Sed quando scriptum est, cor regis in manu Domini, hæc profecto est manus Domini, ut cognoscens eum in camino, ipsum predicaret, & glorificaret. Nec vacat id mysterio. Quod enim Iudæi Filium Dei, hominem factum, non erant agniture, nec recepturi, præmonstrat scriptura, gentes eum esse agniture, & recepturas, quem iam rex Babylonis in fornace videns agnouit, & Filium Dei confessus est. Sed quia nondum Iesus ex Virgine
- B** natus erat, idèo quarti illius nomen rex non nouit. Eadem est sententia, & persimilis oratio Rupertii, in libr. 6. de Victoria verbi Dei, cap. 21. quo in loco ad hunc modum scribit: Quis dignè sufficit admirari, ubinam viderit rex ille Filium Dei, ut in medio ignis similitudinem eius agnoscere posset? dixit enim, & species quarti similis est Filio Dei. Sic loqui solent, qui quamlibet speciem aliquando visam, alicubi considerata, mente retentam, memoriæque signatam, alio tempore, siue alio loco, in persona aliqua recognoscunt. Ille, inquit, similis est illi, quem vidi: sic ille in libro Tobie, intuens iuuiorem
- D** Tobiam, dixit: Quam similis est iuuenis iste consobriño meo. Viderat enim ille Patrem, & in filio similem aduertebat speciem. Ille autem rex, ubi viderat Filium Dei, ut speciem eius recognoscere posset in eo, qui cum Maria, & socijs eius in medio ignis ambulabant. Nunquam viderat Filium Dei, sed nec unquam legendo, vel audiendo didicerat, quis aut qualis esset Filius Dei. Nonne ergo mente nõ sua loquutus est? Nonne in magno excessu, & stupore sic affectus est? Quem stuporem indicauit scriptura cum dixit: Tunc rex obstupuit, & surrexit prope. Sicut igitur dormiens viderat statuam profundissimarum inferiorum plenam, sic nunc obstupescens, nec intelligens, quod videbat, aut dicebat, nominat Filium Dei, & seruos eius predicat.

Tertullianus
Augustinus.
Hyppolitus.

Proverb. 21.

Rupertus.

Tob. 21.

Sei

Sed, utcumque sit, nihilominus tamen speciosa fuit hec victoria, & insigne præconium Filij Dei: quod illum manifesta confessione prius confessus est inimicus, quàm amicus, persecutor, quàm seclator, Gentilis, quàm Iudæus. Quis ex omnibus Prophetis tam aperte nomen istud expressit, appellans Filium Dei? Non enim tutum erat, æternam Filij ex Patre Deo generationem, Iudæis carnalibus enunciare, vnde oportebat Prophetas claudere, ligare, & signare testimonia eius in Scripturis. Per hunc autem regem, summum ex mundi Principibus, quem Iudæus, aut Gentilis arguere non posset, cuius opprimere os non auderet mundus, hoc nomen Filij Dei primitus enunciatum, & euulgatum est. Illud quoque non prætereundum, visione illius quarti descendantis in fornacem, ad illos tres iuvenes liberandos, signum fuisse eius, quod facturus erat Filius Dei in Ecclesia sua. Quando enim non affuit Dei Filius agonizantibus seruis suis propter ipsum. Futurum erat, vt euulgato Euangelio, publicis edictis, & proscriptionibus, fidem sanctæ Trinitatis impugnet rex magnæ Babylonis diabolus. Et ita factum est, pagani Romani imperij regibus diabolo famulantibus. Nonne cum pijs martyribus Filius Dei, & in flammis, & in cæteris agonibus semper præsens fuit? Num, quia Laurentius igne assatus super craticulam emisit spiritum, ideo Filius Dei absens fuit: imò præsentior illi fuit, & gloriosus in eo triumphauit, quàm si excussisset carbones, & ignitam craticulam, quasi vetum roris flantem fecisset. Transiit per ignem, & flamma illi non nocuit, & odor ignis in eo non fuit, quia fides læsa non est, imò sicut aurum per ignem, probata est. Quemadmodum igitur per Filium Dei custoditi sunt illi tres iuvenes, sic per inuisibilem præsentiam Filij Dei, illæsa permansit in martyribus fides Christi, & Romanum imperium, sonantius, & dulcius, quàm rex ille Babylonis, tandem confiteri meruit Christum Filium Dei. Haftenus Rupertus.

SED contra hanc interpretationem tria possunt obijci. Primò, quomodo, vel vnde, rex ille cognouerat Filium Dei, vt quartum illum, quem in fornace videbat, Filio Dei similem esse diceret: Deinde indignum fuisse videtur, ideoque incredibile, vt tam superbo & impio regi mysterium diuinitatis, & incarnationis Filij Dei manifestaretur. Denique, illum ipsum, quem rex hic dicit similem filio Dei, paulò infra appellat Angelum Dei, dicens: *Benedictus Deus, qui misit Angel*

- A** Angelum suum, & eruit seruos suos, qui crediderunt in eum. Et supra scriptum est: Angelus Domini descendit in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace. Verum hiis obiectionibus non difficulter occurrere possent, qui prædictam opinionem tueri uellent. Ad primam namque responderent, regem Nabuchodonosor, diuinitatem, & futuram Filij Dei incarnationem, ex Daniele habuisse antea cognitam, scilicet, qui enucleatius declarauisset regi, quæ in uisione illius statuar, de Christi regno præfigurata fuerant, aut tunc ipsi subdita Dei reuelatione innotuisse. Ad secundam dicent, tanti mysterij reuelationem illi regi esse factam, non propter ipsius dignitatem, & merita, sed, ut in eo præsignificaretur futura Gentilium fidei in Christum præstantia, cuius Gentilitatis, rex ille quasi typum gerebat: Neque enim negare possumus, isti regi in illa statua, quæ in somno ipsi est uisa, æternum Christi regnum, sicut ei Daniel est interpretatus, prius fuisse patefactum. Ad tertiam responderent, non esse alienum diuina Scriptura, etiam Filium Dei vocari Angelum. Nam apud Isaiam cap. 9. secundum translationem Septuaginta interpretum sic est: *vocabitur nomen eius magni consilij Angelus.* Quam lectionem secuti omnes antiqui Patres, tam Cræci, quàm Latini, varias rationes attulerunt, cur Filius Dei dicatur Angelus. Ante omnes verò Dionysius in libro de cælesti Hierarchia, cap. 4. hoc Isaiæ testimonio confirmat, nomine angeli etiam Filium Dei in Sacris literis appellari. Vide Iustinum in Apologia 2. pro Christianis, & in Dialogo, quem habuit cum Thriphone: Tertullianum in libro de carne Christi: Eusebium de demonstratione Euangelica libro 1. cap. 4. lib. 5. cap. 28. lib. 7. cap. 4. lib. 9. cap. 3. Hilarium lib. 4. de Trinitate: Athanasium in libro de beatitudine Filij Dei: Cyprianum lib. 2. aduersus Iudæos, cap. 20. Basilium lib. 2. contra Eunomium: Nazianzenum in Christi Genethlia: Chrysostrum homilia 80. in Ioan. Ambrosium lib. 6. commentariorum in Lucam: Augustinum lib. 2. de Trinitate cap. 13. & tractatu 24 in Ioannem, & lib. 18. de Civitate Dei, cap. 35. Atque hæc pro primæ opinionis confirmatione defensioneq; afferri

Isa. 11.

Filius Dei in Scriptura vocari Angelum, & cur.

ferri dicique possunt. Nihilominus tamen, mihi quidem non sit verisimile, duo principia Christianæ fidei myſteria, sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Filij Dei, pauciſſimis Iudæorum ante Chriſti aduentum manifeſta, iſti regi fuiſſe patefacta. Adice, quòd puto equidem certam eſſe illam Dionyſij ſententiam, ferè Theologis probatam, omnes Dei apparitiones, ante Chriſti aduentum factas hominibus, non per aliquem de diuinis perſonis immediate, ſed per Angelos eſſe factas. Hoc aucto-ritate ducor argumento, quòd ille quartus ſimilis Filio Dei, dicitur fuiſſe angelus, qui excuſſit flammam ignis ex fornace, & immiſit ventum toris refrigerantiem. Huiusmodi autem opera, & miniſteria circa creaturas corporales, in edendis prodigiis, & miraculis, immediate peragere, atque exercere, proprium Angelorum eſſe creditur.

Dionyſius Carthufianus.

ALTERA interpretatio huius loci, commemoratur à Dionyſio Carthufiano: regem Nabuchodonofor in illis verbis, vocabulo Dei, intellexiſſe talem Deum, qualem colebant Gentes: per filium autem dei, aliquem de iis, quos ſtulta gentilitas credebat ex deo, & homine generatos, & poſteà deificatos: ideoque ſemihomines, vel ſemideos appellabat. Exempli cauſa, ſummum deum putabat Iouem: eius verò filios, ex mulieribus ſuſceptos, Apollinem, Herculem, & alios, quos etiam diuinis honoribus afficiebat. Putauit igitur Nabuchodonofor, illum quartum à ſe viſum in fornace, fuiſſe de iſtiusmodi Filiis dei, aut illorum ſimilem. Satis acuta, & ingenioſa hæc eſt interpretatio: ſed parum fortalſe congruens ritibus, & religioni Chaldæorum, qui tales deos non colebant, quales Græcia venerabatur: ſed ſtellas, & ante omnes Belum primum regni Babylonici conditorem. Tertia interpretatio prædictis videtur probabilior: per ſimilem Filio dei, non aliud ſignificari, quàm Angelum: & hanc eſſe illorum verborum ſententiam, quartum illum virum, propter inſignem vultus, atque habitus ſplendorem, & maiestatem, ſimiliorem fuiſſe Angelo, quàm homini. Diuus Hieronymus hanc expoſitionem ſolam probat, & confirmat aucto-ritate

A ritate Septuaginta interpretum, qui pro Filio Dei, verterunt, Angelum. Et verò, hic ipse similis Filio Dei, antea, & postea expressè nominatur Angelus. Nec est inuitatum, Angelos in Scriptura vocari Filios Dei. Nam apud Iob sic appellantur initio libri, & capit. 38. cum dicitur: *Vibras, cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes Filij Dei*, pro hoc, habent Septuaginta: *& iubilarent omnes Angeli Dei*. Tertiæ huic expolitioni, annexenda est quarta nihilominus probabilis: vt per Filium Dei intelligamus magnum aliquem, eximium, & singularem hominem, quiq; vultu, & habitu, maiorem, quàm est certorum hominum dignitatem, maiestatem, & excellentiam præ se ferret. Consuetudo enim Scripturæ est, res magnas, & præcellentes, Dei appellatione insigrire. Sic mons Dei, bellum Dei, exercitus Dei dicitur, pro eo, quod est, mons magnus, bellum magnum, & exercitus magnus. Quæ significatione, vt nonnullis placet, vsus est Moyses in libro Genesis, capit. 6. cum dixit, Filios Dei, vxores duxisse filias hominum.

A T enim prænarratæ quæstioni, adiuncta est altera, facilior tamen, & breuior explicatu: cur Angeli, cum apparuerint hominibus sub aliqua forma sensibili, humanam potius formam, quàm aliam quamlibet, acceperint Respondendum est, sex causas eius rei posse afferri. Prima causa, inter naturas corporeas, & sensibiles, nulla est homine proprior, ac similior Angelo: quo fit, vt eius vnus figuram, & speciem Angelus assumat. Secunda causa, quia si quid appareret homini præ se ferens intellectum, & humano vtens sermone, sub alia figura, & specie, quàm est hominis, valde ipsi homini monstrosam quiddam, & horrendum videretur. Tertia causa, similitudo concilians amorem: ergo Angeli induunt sibi speciem hominis, quo significant, diligere à se homines, & se cupere vicissim ab hominibus diligere. Quarta causa, licet Angelus secundum gradum naturæ specie, quinetiam proximo genere, differat ab homine: attamen, respectu supernaturalium rerum, est simillimus homini, nec ab eo specie differens, eundem enim propositum habet finem supernaturalem, eademque, vt vocant, media, quæ similiter necessaria sunt

Cur Angeli
semper appa-
ruerint sub
specie huma-
na sex causæ.

Quid signifi-
cent hominis
membra, an-
gelis conueni-
entia.

sunt ad finem illum consequendum: eiusdem patriæ ci-
uis est, eiusdem capituli membrum, sub eodem militat
imperatore, eiusdem est Domini cōseruus. Quinta cau-
sa, quia diuinitus reuelatum ab initio fuerat angelis, fi-
lium Dei aliquādo formam & naturam hominis sum-
pturum: propterea omnes angeli summo amore ho-
noreque naturam hominis prosequabantur, eamque
quocumque possent modo, induere ac gerere gestie-
bant: non ignorantes, quantum esset illi nature propter
Christum, honoris & dignitatis accessurum. Sexta cau-
sa, partes & membra humani corporis mirè nobis re-
presentant & declarant præcipuas eximiasque angelo-
rum proprietates, plerisque gentilium philosophorum
incognitas. Oculi denotant angelos habere explica-
tam claramque singularium rerum, quæ apud nos ge-
runtur, notitiam: aures, exaudire eos preces hominum,
qui eorum opem & auxilium implorant: manus, non
solum moueri ab ipsis cælos, sed præterea, alia quam
plurima opera fieri, & ministeria obiri ad utilitatem
hominum: pedes, non ipsos in cælo immobiles semper
habere, sed mitti à deo in terras, omniaque loca per-
grare, prout deus iusserit, & gubernationi salutique
hominum, præsertim electorum, conducens & conueni-
ens fuerit.

*Et erupens Nabuchodonosor ait: Benedictus Deus
eorum, qui misit Angelum suum, & eruit
seruos suos, qui crediderunt in eum.*

Conuersio re-
gis Nabucho-
donosor.



N extrema parte huius cap. describitur
subita, sed mira conuersio illius regis Na-
buchodonosor, ex superbia ad humilita-
tem, ex feritate ad mansuetudinem, ex
impietate ad pietatē, denique ex infania
ad saniorē mentem. Quæ conuersio ei accidit ex admi-
ratione duarum rerū, quas in fornace viderat. Videt
enim tres illos iuuenes, qui vincti mediā in fornacem
ardentem coniecti fuerant, solutos, expeditosque per
mediam fornacem, corporibus atque etiam vestibus
omnino illætos & intactos, latissimisque vocibus lau-
des deo concineutes. Videt præterea simul cum illis,
alium

A alium quendam quartum virum deambulare, qui propter vultus, atque habitus decorem, & maiestatem, summis erat filio Dei.

QUATVOR porro conuersionis istius regis, manifesta & illustria signa fuerunt. Etenim primò surgens è throno suo accessit ad fornacem, & blandis verbis tres illos iuuenes euocauit, magnitudinem animi corū & constantiam prædicans & magnificans, scilicet, quòd non dubitauerint regis iussa contemnere, & se morti offerre, ne alij, quàm Deo suo diuinum cultum, atque honorem adhiberent. Quapropter eos iuuenes ad maiorem, quam haberent antea, potestatem & dignitatem rex promouit. Deinde, summis laudibus extulit Deū ipsorum, propter omnipotentiam, propter singularem curam, quam seruatorum suorum gerit, propter ministeria angelorum, ipsi ad nutum famulancium, propter effectiōnem prodigiorū & miraculorum, denique propter regni & dominationis eius amplitudinem atque æternitatē. Ad hæc, magna Dei opera & miracula, quæ ipse viderat, per omnem imperij sui ditōnem diuulgari & prædicari iussit, pœnãque capitis atque amissionis omnium bonorum in eos constituit, qui Deum Iudæorum vituperare, & blasphemare auderent. Licet igitur in hoc rege officia & partes optimi principis etiam Christiani, addiscere: primò quidem errata sua, si quæ admisit, facile agnoscentis, neque grauatè emendantis: tum, seruos Dei, id est viros prudētes, probosque honorantis, eorūque consilio & opera in administrando regno suo vtentis: postea, procurantis, vt veri Dei religio cultusque in toto regno suo quàm maximè floreat ac vigeat, vt ex qua re, etiam terreni regni salus, pax, & fœlicitas maximè pendeat: ad extremum, sæuerissimis legibus, pœnisque, in diuinæ religionis contemptores, ac violatores animaduertentis.

D Ex hoc autem loco Danielis, & regis huius exemplo, probat diuus Augustinus, non modò licitum esse, sed etiam laudabile, gloriosum, planèque necessarium, publicis Christianorum imperatorum, & principum legibus atque edictis perfidiam, & contumaciam hæreticorū & schismaticorū, qui catholicam religionem, & Ecclesiam impiè oppugnant, vexantq; coerceri, ac puniri.

An vera fuerit huius regis conuersio.

Regis etiam Christiani tympus.

Notabilis sententia diui Augustini de punitione hæreticorum.

puniri: Audi, quid ipse Augustinus in tractatu vnde-
 cimo super Euangelium Ioannis, scriptum reliquerit,
 Si quando vult Deus concitare potestates aduersus hereticos,
 schismaticos, dissipatores Ecclesie, exsuffiatores Christi, blasphematores
 Baptismi, non mirentur, quia Deum concitat vt à Sara
 verberetur Agar: cognoscat se Agar, & supponat ceruicem:
 quia cum humiliata discederet à domina sua, occurrit ei An-
 gelus & dixit: Quid est Agar ancilla Sara? Cum conquesta es-
 set de domina sua, quid audiuit ab Angelo? Reuertere ad do-
 minam tuam. Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur: atque vt
 nam reuertatur, quia proles eius, sicut filij Iacob, cum fratribus
 hereditatem tenebit. Mirantur, quia commouenter potestates
 Christiane aduersus dissipatores Ecclesie: sed si non moueren-
 tur, quomodo de imperio suo ratione Deo redderent? Hoc enim
 pertinet ad reges Christianos, vt temporibus suis, pacatam ve-
 lint matrem suam Ecclesiam habere, vnde ipsi spiritualiter na-
 ti sunt. Legimus Danielis visiones, & gesta prophetica: tres pue-
 ros in igne laudantes Deum, nec ab igne laesos, miratus est rex
 Nabuchodonosor: nec tantum miratus, sed cum non esset lu-
 dens, & se in statua pro Deo adorari voluisset, tamen maiesta-
 tem Dei presentis in igne, illo miraculo expertus, penam capi-
 talem constituit in eos, qui Deum illorum iuuenum blasphemave-
 rent. Sic enim dixit, Quicumque dixerint blasphemiam contra
 Deum Sidrach, Misach & Abdenago, in interitum erunt, &
 domus eorum in perditionem, Ecce quomodo seuit rex alienige-
 na, ne blasphemaretur Deus Israel, qui potuit tres pueros de
 igne liberare: & nolunt vt sauiant reges Christiani aduersus
 eos, qui Christum exsufflant, à quo non tres pueri, sed orbis ter-
 rarum cum ipsis regibus, nec ab igne fornacis, sed à gehenna in
 cendio liberatur. Sic Augustinus.

At verò Rupertus, in libro sexto de victoria ver-
 bi Dei, capit. 23. negat conuersionem regis Nabucho-
 donosor fuisse sinceram & integram, sed tumore su-
 perbiae, atque iactantiae vitiatam: idque ait ex verbis
 eius liquidò intelligi. Scribit verò ad hunc modum
 Rupertus. Attende, quia non fuit speciosa laus in ore illius
 peccatoris: tota namque respersa est fermento tumida vani-
 tatis. Quomodo enim laudauit, cum scripsit, signa & mirabi-
 lia fecit apud me Deus: placuit ergo mihi predicare signa eius,
 Quamuis in oculis suis habetur, dum ista dicit? Quid enim est,
 Apud me fecit, & placuit mihi, nisi ob gratiam mei fecit, &
 fideliter

A feliciter contigit illi Deo, quia placuit mihi opera eius, & nomen in meo regno predicari: Vere sicut non dignatur Deus laudem, nisi ex humili spiritu, ita iustum & dignum se fuit, ut reprobaret extollentiam sublimium oculorum illius regis, qui laudando laudabilem, in ipsa laude mentiebatur. Non enim apud eum signa fecerat Deus: quia non erat amicus Dei, sed fecerat contra eum, quoniam erat inimicus Dei & seruatorum eius. Quis enim unquam iustorum regum, vel patriarcharum, qui magnalia Dei viderunt, referens dixit, signa apud me fecit Deus? Nos quoque de sanctis illis loquentes, non dicimus, aut dicere debemus, apud illos, sed per illos, vel coram illis, Deus mirabilia fecit in terra Aegypti. Sicut ergo de rege omnium filiorum superbiae, dixit Deus apud Iob c. 41. Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis: ita de isto superbiae filio rectè dixeris, quia non perperit, aut parcere debuit illi Deus, pro illa laude clamosa & magnificentia sublimi. Hæc Rupertus. Qui tamen immeritò conuersionem istius regis carpere & criminari voluit, verba eius, non in bonum sensum, quem ipsa tamen præ se ferunt, interpretando. Equidem assentior potius Augustino, Hieronymo, aliisque patribus, qui conuersionem istam ex animo sincero, pioque profectam agnoscunt, & commendant, eaque illud Salomonis dictum, *Proverb. 21.* Cor regis in manu Dei est, & steterit illud, quocumque voluerit, comprobatum esse censent.

BENEDICTI PERERII SOCIETATIS IESV,

D Commentariorum in Daniele,
LIBER III.

Super Cantico trium puerorum.

PRÆFATIO.

HO c Canticum non inuenitur in libris Hebræis quamobrem, nec esse partem libri Danielis, a sacra Scriptura, Hebræi, & quidam hæretici censuerunt. Sed inani hac & infirma opinione, præponderare ac præualere debet & Ecclesiæ auctoritas, quæ in multis conciliis hunc hymnum, ut sacrum & di-

De auctoritate Cantici trium puerorum.

vinum approbavit: & frequenter vsurpare solet: velut ^A
 tempore quadragesimæ, in sabbatho quatuor tempo-
 rum, & in laudibus diei dominicæ & cuiuscunque san-
 cti. Origenes in homilia 31. in Matthæum, & Ruffinus
 in oratione secunda inuectiua in diuum Hierony-
 mum, hunc hymnum ab exordio nascentis Ecclesiæ,
 in conuentu fidelium, frequenter cantari solitum cõ-
 firmant. Quin, eum decantari debere in Ecclesia, con-
 stitutum est in 4. concilio Toletano, in cuius canone
 13. sic habes: *Hymnum quoque trium puerorum, in quo vni-
 uersa celi & terra creatura Deū collaudat, & quem Ecclesia* ^B
*tota Catholica per totū orbē diffusa celebrat, publicè decantari,
 sanctum Conciliū constituit.* Quod autē quidam Hebræus
 præsentē Hieronymo, vt narrat ipse in epistola 120.
 quasi fidem huius Cantici eludendo, dixisse fertur, non
 esse credibile illos iuuenes in tantis flammis æstuan-
 tes, ceu otiosos, metro lusisse, & tam accuratum atque
 elaboratum carmen ex tempore composuisse: valdè
 insulsum & ridiculum est. Quid enim mirum, qui ni-
 hil ex igne detrimenti ceperant, & tum venti refrige-
 rantis suauitate, tum angelī aspectu & societate, ma- ^C
 iorem in modum recreabantur, eos diuino spiritu
 concitatos, erupisse in Dei laudes, & tam præclarum
 Canticum edidisse? Nempe, Hebræus ille non legerat,
 aut nen recordabatur, Ionam Prophetā de profun-
 dissimo ceteri ventre, intimisque visceribus, fudisse pre-
 ces ad Deum, etiam metro carmine concinnatas. Sic
 enim habes apud Ionam in cap. 2. *Erat Ionas in ventre pi-
 scis tribus diebus & noctibus: & orauit Ionas ad Dominum*
Deum suum de ventre piscis, & dixit. Denique, quod hic
 hymnus, occasione tanti miraculi sit factus, quod à
 tribus illis iuuenibus mirabili sententiarum, verbo- ^D
 rum, & ordinis concordia, quasi ex vno ore, vnâque
 mente ac sensu, sit editus, id quod ingentis miraculi
 instar esse debet, quod tanta sit sententiarum eius gra-
 uitas, verborum sublimitas, & compositionis suauitas,
 quod ad similitudinem Psal. 148. mirificè sit expressus;
 hæc, inquam, omnia euidenter arguunt, eum non hu-
 mana arte, sed diuino spiritu & afflatu esse cõpositum.
 Nos igitur, hoc dulcissimum, & religiosissimum Canti-
 cū, subtili, elaborata, etiam curiosa dignissimū explana-
 tio

Quomodo in
 mediis flam-
 mis tres pueri
 hunc hym-
 nū ediderint.

A tione arbitrari, quartum hunc librum ei totum dicabimus, in eoque diligenter, quantum nempè fert nostra tenuitas, interpretando, cōsumemus: non omiffuri, quæ vel in libris Gentiliū, vel in diuinis Scripturis, de rebus hoc hymno cōmemoratis, tradita: mortalium animos, earum rerum aspectu & contēplatione excitatos, ad effectoris, conseruatoris, rectorisque omnium Dei, omnipotentiam & prouidentia cognoscendam, admirandam, venerandamque possint adducere.

B *Benedictus est Deus patrum nostrorum: superlaudabilis, supergloriosus, & superexaltatus, vsque ad illud: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.*

P R I M V M, isti iuuenes laudant Deum ex magnificentia & maiestate nominis & regni ipsius, quæ infinitè maior est omni nostra laude: deinde cæteras omnes creaturas, ad laudes Dei prædicandas & celebrandas inuitant & prouocant. Illa verba, *Superlaudabilis, supergloriosus & superexaltatus*, Theodoretus ait esse amoris ardentissimi, maximèque inexplebilis indicia: quo amore isti iuuenes vulnerati, quærunt nomina, quibus possint, eius, quem celebrant, ostendere dignitatem: quibus non inuentis, superlatiuis ea præpositionibus contexunt, dicentes, *Superlaudabilis, supergloriosus, & superexaltatus*. Quo genere dicendi diuinum illum Dionysium maximè delectatum esse, quia frequenter eo vsus est, intelligimus: valde enim

Summa totius
hymni.

Deus laudari
à nobis dignè
nequit.

C *Superlaudabilis, supergloriosus & superexaltatus*, Theodoretus ait esse amoris ardentissimi, maximèque inexplebilis indicia: quo amore isti iuuenes vulnerati, quærunt nomina, quibus possint, eius, quem celebrant, ostendere dignitatem: quibus non inuentis, superlatiuis ea præpositionibus contexunt, dicentes, *Superlaudabilis, supergloriosus, & superexaltatus*. Quo genere dicendi diuinum illum Dionysium maximè delectatum esse, quia frequenter eo vsus est, intelligimus: valde enim

D exprimit, & affectum hominis eiga laudes Dei, & incomprehensibilem, non tantum ad laudandum, sed etiam ad intelligendum Dei maiestatem. Quapropter in lib. Ecclesiast. ca. 43. ita scriptum est, *Glorificantes dominum quantumcunque potueritis, superualebit adhuc, Benedicentes Deum, exaltate illum, quantum potestis: maior est enim omni laude. Exaltantes eum, replemini virtute: ne laboretis, non enim comprehendetis*. Lyranus ait, Deum esse benedictum in creatione omnium reru: laudabilem in creaturam rerum dispositione, conseruatione, & gubernatione: gloriosum in consummata felicitatis fruitione, superexaltatum, in incomprehensibili eius perfectione.

Appellant, *Deum patrum suorum*, potius quàm suum, ea A
 se indignos appellatione arbitrati, & quòd singularis
 Dei erga patres ipsorum beneuolentia & beneficentia,
 & illorum erga Deum eximia pietas, obedientia, &
 religio, mirabiliter olim eluxisset. Per templum hoc lo-
 co Theodoretus, & Euthymius, intelligunt templum
 Hierosolymitanum, in quo solo totius Iudææ & orbis,
 vero cultu, sibi que grato, Deus colebatur. Quod qui-
 dem templum ex sententia Theodoreti, nondum erat
 destructum. Is namque putat, vt supra diximus, quæ
 narrantur hoc capite, ea paulò ante vrbs, & templi B
 excidium contigisse. Sed re vera eo tempore, iam
 multos annos fuerat incensum, & euersum. Nihilom-
 minus tamen, locus ille, Deo sacer, & dicatus existi-
 mabatur, tam propter priorem eius loci religionem &
 sanctitatè: quàm propter futuram, à Prophetis predictã,
 & à Iudæis expectatam eius templi refectionem, atque
 redintegrationem. Sed fortasse præstat, per templum
 & thronum, intelligere ipsùm cælum, in quo Deus
 præcipua quadam ratione regnare, & imperare, & pi-
 sentiam, ac magnificentiã suam declare viderur. Nam C
 & in Psalmo decimo Dauid cecinit, *Dominus in templo
 sancto suo, Dominus in caelo sedes eius*: & apud Mat-
 thæum capite 5. & 23. Dominus noster, cælum esse
 ait Dei thronum.

Cur Deus se-
 dere dicatur
 super Cheru-
 bim.

Cum autem Deus dicitur sedere super Cherubim,
 sine dubio alluditur ad imagines illorum duorum Che-
 rubim, quibus arca Domini, quæ erat intra sancta san-
 ctorum, & propitiatorium arca superpositum, obum-
 brabatur, & obtegebatur. Dicebatur autem Deus se-
 dere super Cherubim, seu super propitiatorium, quòd D
 eo loco sæpenumerò se manifestasset, magnisque pro-
 digijs, & miraculis præsentiam suam declarasset: atque
 indidem fundere oracula, & responsa reddere esset
 solitus. Sic enim in libro Exo. cap. 25. scriptum est. *Duos
 quoque Cherubim aureos, & productiles facies, ex utraque
 parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero.
 Virumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & ope-
 rientes oraculum, respiciant que se mutuo versis vultibus in pro-
 pitatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimonium,
 quod dabo tibi. Inde præcipiam, & loquar ad te supra propi-
 tatorium,*

A *tatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super ar-*
cam testimonij, cuncta, quæ mandabo per te filijs Israël. Hoc
spectans David in Psalmo 79. dixit: Qui sedes super Che-
rubim, manifestare coram Ephraim. Quoniam autem Che-
rubim significat magistrum, vel sciëntiæ plenitudi-
nem, ideo nonnulli, Deum sedere super Cherubim,
secundum sensum mysticum ita exponunt, Deum su-
pra omnem scientiam, & intelligentiam, non tantum
hominum, sed etiam omnium angelorum: est enim
Deus incomprehensibilis cogitatu, vt ait Hieremias: est,
 B *sicut Iob inquit, omnem vincens scientiam. Alij, Deum*
propterea dici sedere super Cherubim existimant, quia
plenissimam habeat omnium rerum scientiam sine vl-
lo labore aut sui mutatione: angeli verò, licet sciën-
tiam percipiat sine labore, quò tamen homines in
discendo non carent, non tamen sine mutatione, multa
enim à Deo noua docentur, quæ antea ignorauerant.
Solus igitur Deus sedet super Cherubim, quia quicquid
scit, omnia autem scit, ex omni æternitate & summa cū
tranquillitate, atque immutabilitate cognoscit.

Hier. 32.

Iob. 36.

C **ILLUD** porro, quod proximè antecedit, *Qui in-*
tueris abyssos, denotat tenere Deum cūctarum rerum
 etiam creatæ cuius intelligentiæ incomprehen-
 sibilem, absolutissimam, & clarissimam, atque, vt Schø-
 lastici Theologi loquuntur, intuitiuam scientiam: hoc e-
 nim denotat verbum illud, *intueris.* D. Basilius super
 Hexameron, verba illa, quæ sunt in exordio libri Gé-
 neseos: *Tenebre erant super faciem abyssi,* exponens, ita
 definit abyssum, *Est, inquit, abyssus copiosa aqua, ad cuius*
fundum non facile penetrari potest deorsum versus. Augusti-
 nus super Psalm. 41. *Abyssus, inquit, est profunditas*
 D *impenetrabilis, & incomprehensibilis, & fere dici solet in a-*
quis, ibi enim est altitudo, ibi profunditas, quæ penetrari vs-
que ad fundum non potest. Verum frequenter in Sacris lire
ris per similitudinem quandam, vocabulum abyssi po-
nitur in rebus maximè obscuris, & ad intelligendum dif-
ficillimis, cuiusmodi sunt multa Dei iudicia circa res
humanas, & secreta cordium, futura item contingen-
tia, necnon & supernaturalia fidei nostræ mysteria.
Similitudo autem ex eo ducta est, quod abyssus, id
est, profundum vel maris vel terræ, humano visu

Quid sit Deus
intueri aby-
sos.Quid sit aby-
sus ex Basilio
& Augustino.

penetrari, ac peruideri non potest. Vnde in principio libri Ecclesiastici scriptum est, *Profundum abyssi, quis dimensus est?* Crebrò etiam in Scriptura, sicut nosse futura & secreta cordium, ita videre profundum abyssi, tanquam solius Dei scientiæ proprium prædicatur. *Oculi Domini*, ait sapiens Ecclesiasti. 23. *multò plus lucidiores sunt super solem, circûspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi.*

Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate & superexaltate eum in secula.

Cur omnes
creaturæ ad
Deum laudandum
prouocentur.

PROVOCANT omnes creaturas ad laudandum Deum. Primùm generatim, tum singulatim, descendendo à cœlestibus per eas, quæ generantur in aère ad terrestres, & aquatiles. Idem autem est, *omnia opera Dei*, atque omnes creaturæ Dei: imò idem est atque omnia quæcûmque sunt, & vbiicumque sunt. Omne enim, quod Deus non est, Dei opus est, à Deo factum, & ex aliquo temporis initio effectum. Commemorant autem eas creaturas, quæ vel propter aspectum mirabiles sunt hominibus, vel propter vsum amabiles, vel propter opinionem erroris, & impietatem superstitionis, erant quibusdam gentibus diuino cultu venerabiles. Vt, cum mortales ex hoc hymno intellexerint, omnia, quæ in rebus creatis amant, mirantur, & quasi diuina colunt: esse vnus optimi, potentissimi, & sapientissimi opificis, hoc est, Dei operam omnem suam amorem, admirationem, venerationemq; ad illum vnum amandum, mirandum, colendumque conuertant.

Quomodo
creaturæ, quæ
ratione, sensû
que carent,
prouocentur
ad laudandum
Deum.

SED quomodo, *inquit aliquis*, omnia Dei opera prouocantur ad laudandum Deum, cum in ipsis, multa sint ratione, voce sensuque carentia? Respondet Euthymius super Psal. 148. tribus modis laudari, & glorificari Deum posse: Aut voce, sicut hi tres pueri laudauerunt Deum, & Moles post transitum maris Rubri: aut aspectu, & præsentia, cum aspectus rei alicuius, & contemplatio, propter pulchritudinem, quæ in ea recernitur, vel vtilitatem, quæ ex ea percipitur, ad laudandum eius rei opificem, & auctorem excitat: sic in Psal.

A Psalm. 18. dictum est, *Cæli enarrant gloriam Dei: aut vita, & conuersatione, quemadmodum Dominus dixit, Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Laudant igitur Deum, quæ sine ratione, & sensu sunt, sua magnitudine, pulchritudine, situ, utilitate, ministerio, perseuerantia, spectatores sui, in admirationem, & laudem factoris mouent. Vnde spectatoris lingua, ad Dei laudem ipsa quodammodo vtuntur. Omnia, *vt inquit Gregorius Theologus, Deum laudant, & inenarrabilibus, & mutis etiam, vt ita dicam, vocibus Deum glorificant.*

Math. 5.

B Namque pro his omnibus gratiæ à me agitur Deo, atque hoc pacto mea laus, qua Deum ego laudo propter illa, ipsorum quoque laus efficitur, dum ab illis ego laudandi occasione accipio. Hactenus verba sunt Euthymij, & Gregorij. Hieronymus autem super hunc locum ita scribit, *Omnis creatura, non voce, sed opere laudat Dominum, quia ex creaturis consequenter creator intelligitur, & in singulis operibus, atque effectibus, Dei magnificentia demonstratur.* Quibus verbis innuit Hieronymus duos

Gregorius Theologus.

Hieronymus.

C modos, quibus intelligi possit, ab omni creatura laudari Deum: vel quia rerum creatorum aspectus & contemplatio ducat nos ad cognitionem pulchritudinis, & perfectionis Dei, cuius consideratio, nos ad laudandum, amandum, venerandumque ipsum incendit, vel quia quæ cernuntur in creaturis, eorum creatoris potentia, sapientia ac prouidentia, summa laude, gratiarum actione, ac veneratione, dignissimam ostendunt. Sex autem in rebus creatis animaduertere est, quæ opificem earum Deum, maximè commendant ac prædicant. Primò, tam varia, & multiplex rerum conditarum natura, & summa cuique in suo genere perfectio. Tum tanta pulchritudo, & præstantia proprietatum, affectionum, & accidentium, eorumque tanta cum natura rerum, quibus inhaerent, conuenientia. Postea, tanta utilitas, & mirabilitas operationum & effectuum. Deinde, tantus ordo, & proportio, & singularum inter se, & cum ipsa vniuersitate, ac summa totius mundi. Præterea tanta perseuerantia in conseruando ordine, quem ipsis ab initio Deus imposuit. Ad hæc, tanta

Sex in creaturis cerni, quæ creatorem earum Deum, maximè commendant.

n s constan

constantia in præstando hominibus ministerio, & ser-
uitio, quod illis Deus iniunxit. Denique, tanta obe-
dientia erga Deum in omnibus, quæcunque Deus vel
in ipsis, vel per ipsas operari vult, etiam præter ipsarum
naturam: vt cum iussit solem motum suum aut sistere,
aut retrò agere, aut non lucere: vel ignem de cælo de-
scendere, aut non vrere, & alia id genus in prodigijs,
& miraculis à Deo factis conspicua. Verè siquidem Sa-
piens dixit: *Omnis creatura tibi factori deseruit: & Dauid,
Omnia seruiunt tibi.*

Sap. 16.
Psal. 118.

Benedicite, Angeli Domini, Domino.

Cur ab Ange-
lis laudes Dei
inchoentur.

PRAEMISSA in vniuersum, & in commune,
omnium rerum ad Dei laudes exhortatione, de-
inceps singulas creaturas ad idem inuitant: grada-
tim tamen à supremis, per medias, vsque ad infimas
procedendo, rectè ab angelis sumpto principio, vt qui
cæteris omnibus rebus multò sint antiquiores: sicut
multis, magnis, & antiquis Ecclesiæ doctoribus tam
Græcis, quam Latinis placuit. Aut, si non sunt origi-
nis antiquitate priores, quod sanè verius est, sunt
certè naturæ, potestatis, aliarumque multarum re-
rum præstantia superiores. Denique, in hoc ipso mu-
nere laudandi Deum, cunctis rebus antecellunt, cum
& omni mentis intentione, & sine vlla intermissione,
Deum perfectè semperque collaudent. Cur igitur, in-
quies, qui spontè sua id perpetuò faciunt, ab istis iu-
uenibus, quasi non facerent, aut non studiosè, ac
diligenter facerent, ad id exequendum inuitantur? Sed
non est hæc oratio, tam inuitantium angelos ad facien-
dum, quod ipsi non faciant, vel ad cumulatiùs facien-
dum, quam faciant, cum laudationem Dei nec angeli
vnuquam intermittant, nec remittant: verùm, est oratio
gratulantium & collatantiù ipsi, quod in eo munere
tam diligentes & feruentes sint. Non attinet autem le-
ctorem monere, vocabulo Angelorum, significari hoc
loco omnes cælestes spiritus: quorum tres esse hier-
archias, supremam, mediam, & infimam, singulasque
ternis iidem ordinibus distinctas, Dionysius cæle-
stium secretorum scientissimus, nos edocuit. Quoniã
autem

Cum Angeli
semper laudèc
Deum, cur isti
iuuenes inui-
tant eos ad
laudandum
Deum.

A autem beati illi iuuenes, in hoc hymno pramiserant: *Benedicite, omnia opera Domini, Domino: nunc autem subiiciunt, Benedicite, Angeli Domini, Domino, clarissime ostendunt, Angelos à Deo esse conditos. Idem autem docuerat Dauid in Psalm. 148. Cum enim commemorasset Angelos, & cælos, & astra, proximè subiungit: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.*

CAETERVM si Angeli sunt Dei opera, simul cum hoc mundo corporeo conditi, quæ nunc in scholis recepta est, & Theologis probata sententia, cur eorum creationem Moses in libro Geneleos tacitam præteriuuit? Nam, quod Augustinus dixit in libro 12. confess. & in libro 11. de ciuitate Dei, & in primo libro de Genesi ad literam, fuisse à Mose significatam creationem Angelorum, per cæli, & lucis creationem, cui sententiæ, Beda quoque super Hexameron subscripsit, non tollit, quin auget magis difficultatem. Nam cum narratio illa Mosis sit historica, eius verba, secundum propriam eorum significationem, accipienda sunt: uocabulum autem cæli, & lucis, non propriè, sed figuratè tantum, & mysticè Angelos significare potest. Cur autem Moses, non Angelorum, ut aliarum rerum creationem, apertè, & explicatè exponere uoluit? Quod si cælum, & lux Angelos significant, ubinam cæli, & lucis creatio à Mose traditur? Per multis probata est ea ratio, quam Athanasius respondens ad quartam quæstionem Antiochi, si tamen eius libri auctor fuit Athanasius, & Chrysostomus, ac Theodoretus super Genesim, tradunt. Quia Hebræi essent ingenio ad idololatriam valdè lubrico, & procliu, propterea Mosen Angelorum creationem explicare omisisse, veritum, ne si cælestium mentium dignitatem, & præstantiam Hebræis aperiret, hinc illi occasionem caperent existimandi, Angelos, & Deos esse, & diuinis honoribus colendos. Verum mihi quidem ob eam ipsam rationem uideretur fuisse conueniens, ut creationem Angelorum Moses exponeret. Nam cum Hebræi, quo tempore hic liber à Mose scriptus est, iam eo tempore notitiam Angelorum tenerent ex traditione maiorum, ex quibus audierant, sæpè Angelos visos esse hominibus, ut Abraham, Agar, Loth, & Iacob, plus sanè timendum fuerat, ne putarent

Cur Moses in exordio libri Geneleos, ut cæterarum rerum, sic etiam Angelorum creationem non commemorauerit.

Ratio Augustini.

Ratio Athanasij, Chrysostomi, Theodoretii.

eos esse Deos, quos in enarranda mundi creatione, à Mose prætermittos, suspicari poterant à nullo esse creatos, quàm si eorum creationem ille prodidisset. Quis enim Iudæorum adeò rudis, & hebes fuisset, vt crederet Angelos esse Deos, & diuino cultu dignos, quos ex Mose cognouisset, nec fuisse semper, & ab alio esse factos ex nihilo, & in creaturarũ numerum, atque ordinem ab eo redactos? Illa igitur mihi præter cæteras, ratio similior vero visa est: Mosis propositum tantummodò fuisse, describere creationem huius mundi corporati, & aspectabilis, & earum rerum omnium, quæ patent sensibus, & vulgò admirationem afferunt: nam de istiusmodi rebus multas, tam Chaldæi, quàm Ægypti, quibus cum Hebræi diu versati fuerant, vt diuina Numina mirabantur, & venerabantur. Itaque harum rerum originem, opificium, & architectum, atque fabricatorem indicare Moses instituit, vt Hebræi veritatem ab eo edocti, tanto impietatis errore nunquam implicarentur, & vt huiusmodi rerum, quæ frequenter in sensus ipsorum incurrerent, pulchritudine, & utilitate permoti, ad earum opificis excellentiam æstimandã, mirandamque, ac debita laudum prædicatione, & gratiarum actione persequendam, excitarentur. Et verò, tunc Hebræi admodum rudes, & obtusi erant; nec rerum incorporearum, quæque purissima tantum, & intentissima mentis acie cognosci possunt, capaces.

Ratio probabilior.

Angeli multis rebus cæteris creaturis, longissimè præstant.

VERVM missa hæc faciamus. Illud potius dicamus, multa esse in Angelis eximia, & præcipua, ob quæ Deus, & ab ipsis, & à nobis maximè laudandus sit. Angeli namque inter omnia, quæ in hoc amplissimo, pulcherrimo, plenissimo, & perfectissimo mundo continentur, sine vlla dubitatione principatum obtinent. Etenim, si spectes eorum originem, & antiquitatem, primi omnium, aut cum primis creati sunt: si vitæ, & durationis longitudinem, immortales, & incorruptibiles sunt: si naturæ gradum, & conditionem, sunt planè incorporei, nec mortis necessitati subiecti, nec frigoris, caloris, famis, sitis, morborum, vlliusve lassitudinis molestiis obnoxij, nec rei vllius corporalis indigentes: si agilitatem, nulla est ceruorũ, pardorum, tigrium, vel aquilarũ pernicitas, vel orbium cœlestiũ velocitas, quæ

- A** quæ Angelorum celeritatem possit adæquare: si dignitatem intellectus, & mentis, perpetuò intelligunt, & sine discursu: & omnium, quæ naturaliter sciri possunt, ex quo sunt conditi, plenam, & consummatam habent scientiam: si vim, & constantiam voluntatis, efficacissimè volunt, quod volunt, & immobiliter eligunt: si firmitatem memoriæ, nulla illis vnquam subrepat obliuio: sed quod semel perceperunt, omni æuo conseruant: si potentiam, est incomparabilis: cuius, vel vna illud satis manifestum est argumentum, quod vnus Angelus, nullo labore, maxima facilitate, primum cælum, cuius comparatione, vniuersa terræ, & aquæ moles, vnus fermè puncti instar obtinet, tot annorum millia sine vlla intermissione, tanta vi, & celeritate conuersat: si numerum, sunt propemodùm innumerabiles, vt indicat Daniel capit. 7. & Dionysius in libr. de cœlesti hierarchia, capit. 14. maiorem esse affirmat numerum Angelorum, quàm omnem rerum sensilium, & caducarum multitudinem: sicut enim cœlestia corpora, aliorum corporum magnitudinem exuperant, sic numerus Angelorum, multitudinem aliarum rerum excedit: Si dispositionem, & ordinem, sunt ordinatissimi, in tres hierarchias, & nouem ordines distributi: nunquam ea distinctione, & ordine, aut variato, aut variâdo. Itaque, nec inferiores cupido inaccessit vnquam, ascendendi ad locum superiorum: nec superiores, ne derubentur ad locum inferiorum, metus vllus sollicitat, aut tangit: si varietatem, nullus est in tanta multitudine Angelorû, qui, auctore Diuo Thoma, non differat specie ab alio Angelo. Ex quo licet intelligere, cum infimus Angelus
- D** tam sit perfectus, quanta sit supremi perfectio. Si in aliquo amplissimo câpo, vel prato, essent mille millia florum, in quibus duo flores eiusdem speciei reperiri non possent, sed quilibet florum, à quouis alio differet specie, nihil posset cerni pulchrius, nihil spectari admirabilius. Si ad munus, & exercitationem eorum aduertat animum, in cælo quidem, vnum hoc potissimum, ac perpetuò agunt, omni vi, & contentione sua laudare Deum: nec vnquam ab hoc suauissimo concentu vacant: de quo intelligi potest illud Iob: *Concentum cœli lab. 38. quis dormire faciet?* Infra cælum autem multa, & varia sunt

- sunt eorum ministeria. Sunt enim diuinæ prouidentię A
 in regendo, & conseruando mundo, præcipui admi-
 nistri: quamobrem in Scriptura vocantur milites Dei,
 exercitus Dei, principes prouinciarum, præfides popu-
 lorum, singulorum hominũ custodes, magistri, & apud
 Deum internuncij, & interuentores: denique orbium
 cœlestium motores, & rectores: quapropter apud Iob
 dicuntur portare orbem, & esse columnæ cœli. Iam ve-
 rò, si consideres excellentiam supernaturalis gratiæ,
 quam illis Deus abundanter largitus est, competes in
 illis omnibus esse gratiam innocentię: quippè, qui nul-
 la vnquã, vel leuissima peccati labe inquinati sũt: nun-
 quàm Dei gratia spoliati, nunquàm nudi fuerunt, in
 gratia ab initio creati, & in ea perpetuò conseruati. Ve-
 rum, quod omni miraculo mirabilius est, in tanta do-
 norum naturalium, & cœlestium abundantia, & excel-
 lentia, est in illis profundissima humilitas, & incre-
 dibilis aduersus Deũ pietas, & reuerentia. *Coram eo, in-
 quit Iob, incuruatur, qui portant orbem, & columna cœli pa-
 uent in conspectu eius.* Ioannes quoque in Apocalypsi, vi-
 dit Angelos cadentes in faciem suam, adorare Deum. C
 Est præterea in Angelis paratissima, & promptissima
 voluntas, ad omnia Dei mandata, summa diligentia, &
 efficacitate exequenda: vnde Dauid Psal. 102. *Benedicite,
 inquit, Domino, omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes
 verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius, ministri
 eius, qui facitis voluntatem eius.* Nec verò minima, & abie-
 ctissima ministeria detrectant subire Angeli, quin ea
 cupidissimè suscipiunt, & diligentissimè obeunt, vt Dei
 voluntati obsequantur, & hominum saluti consulant.
 Tale fuit, Angelum luctari cum Iacob, famulari iuniori D
 Tobię, & vatem Abacuc, capillo ex Iudæa traducere
 Gen. 32. Babylonem, vt prandium ferret Danieli: Propter hanc
 Tob. 5. obedientiæ pròprietudinem, & efficaciam, comparantur
 Daniel. 17. Angeli ventis, & igni. De illis enim cecinit Dauid Psal.
 103. *Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem
 vrentem.* Quis igitur de tot, & tantis Angelorum virtu-
 tibus, & donis, Deum non summis, & perpetuis laudi-
 bus efferat, & celebret?

Densò

A *Benedicite, cæli, Domino: Benedicite, omnes virtutes Domini, Domino.*

RECTE monet Chrysoſtomus homilia 4. ſuper Genefim, non, quia Scriptura numero multitudinis cælos ſæpiſſimè nominat, ex eo concludit poſſe, non vnum, ſeu multos eſſe cælos: ſiquidem vocabulum cæli Hebraicum *Sciamaim*, ſecundum proprietatem, & uſum linguæ Hebrææ, caret numero ſingulari, ſicut apud Latinos, Athenæ, & Venetiæ, Syraculæ. Hoc rectè Chryſoſtomus, illud non rectè, quod tanta aſſeueratione affirmat, qui plures vno cælos faciunt, eos diuinæ Scripturæ, & doctrinis Eccleſiaſticis aduerſari: Moſen namque vnū tantummodò cælum tradidiſſe, quod appellauit firmamentum. Iuſtinus Martyr in reſponſione ad quæſtionem 57. Orthodoxorum, ait, duos reuerà eſſe tantummodò cælos principales, ſed eos diſtingui in varia ſpacia, quæ nonnunquàm Scriptura etiam cælos vocat. Similia ſcribit Theodoretus quæſtione 11. ſuper Genef. docens ſecundum ſacram Scripturam, duos tantum eſſe cælos, vnum ab initio creatum ſimul cum terra, de quo Moſes dixit: *In principio creauit Deus cælum, & terram*, alterum ſecundo factum, quod firmamentum appellatur: plures autem duobus cælos, diuinam Scripturam non agnoſcere. Diuus Baſilius homilia tertia, ſuper Genefim, exiſtimat ſecundum Scripturam non poſſe pauciores tribus cælos ſtatui: cum Paulus apertè dicat, ſe raptum eſſe uſque ad tertium cælum. Philaſtrius in Catalogo hæreſeon, memorat hæreſim quorundam in cælorum multitudine, & diuerſitate ambigentium. Ipſe autem videtur ſentire, non poſſe liquido iudicari ex Sacris literis, quantus ſit cælorum numerus, quippè quodam loco videtur Scriptura facere duos tantum cælos, alibi verò tres, nonnunquàm verò ſex. Quoniam igitur de cælorum numero, in Sacris literis nihil explicatè, ac præſinitè traditur, non debet profectò Theologus, & diuinæ Scripturæ interpres, à communi Philoſophorum, & Mathematicorum ſententiâ, tam manifeſtis experimentis, tam firmis rationibus fundatâ, firmatâque diſcedere.

Chryſoſto-
mus vnū eſſe
cælū putauit.

Iuſtinus.

Theodoretus.

Genef. I.

2. Cor. 12.

Philaſtrius.

Recepta ſen-
tentiâ Phyſico-
rū, & Mathe-
maticorū, de
numero cæ-
lorum, ſequē-
da eſt Theo-
logo.

SED

SED cur debent cœli Deo benedicere? aut cur po- A
 tius nos in cœlis Deum laudare debemus? Scilicet pro-
 pter admirabilem cœlorum naturam, etiam cuius-
 cumque corruptionis, non tantum dissolutionis & in-
 teritus omni auro expertem: propter immensam cœli
 magnitudinem, propter rotundam figuram, omnium
 figurarum primam, simplicissimam, capacissimam, pul-
 cherrimam, perfectissimam, & ad motum, qui in orbem
 fit, peragendum, & sine vlla intermissione, aut remissio-
 ne perpetuandum, solam omnium idoneam, & accom- B
 modatam, propter varietatem orbium, & immutabi-
 lem eorum dispositionem: propter cœlestium motuum
 diuersitatem, ordinationem, celeritatem, constantiam,
 & ad incolumitatem, & salutem rerum caducarum tem-
 perationem & modificationem: propter tot siderum
 ornatum, decorem, & efficiētiam: propter excellentiam
 eius, à quo cœli motus efficitur: mouentur enim cœli à
 beatissimis illis mentibus, ab omni corporis concretio-
 ne segregatis, quarum præstantiam paulò supra indi-
 cauimus: propter generalem cœli vim & potentiam, C
 omnium, quæ orbis lunæ ambitu circumclusa conti-
 nentur, effectricem, conseruatricem, ac moderatricem.
 His adde, quòd diuina Scriptura præcipua & singulari
 quadam ratione, cœlos appellat opera digitorum Dei:
 sic enim habes in Psalm. 8. *Quoniam videbo cœlos tuos,*
opera digitorum tuorum: & in Psalm. 135. de cœlis præci-
 pue dicitur, *Qui facit cœlos in intellectu.* Quia videlicet
 cœli, præter cætera Dei opera corporea, summa ratio-
 ne, & arte facti, diuinæ intelligentiæ ac sapientiæ illu-
 striora monimēta & elatiora sunt testimonia. Ad com- D
 mendādā præterea cœlorum dignitatē facit, quòd
 in Scriptura cœlum vocatur Dei sedes, domus, thro-
 nus, templum, & regnum: & quia ipsum à Deo ele-
 ctum est, vt esset domicilium Angelorum, & hominum
 beatorum, etiam corporum post resurrectionem, vbi
 Deus se beatis clarissimè cernendum, ardentissimè
 amandum & iucundissimè fruendum, in omnem æter-
 nitatem præbet.

Quid per vir-
 tutes hoc lo-
 co intelligere
 oportet.

QVOD autem postea subditur: *Benedicite, omnes vir-*
tutes Domini, Domino, variam habet expositionem: qui-
 dam enim per virtutes, exponūt ordinem Angelorum,
 qui

A qui est in secunda hierarchia: istos autem solos omnium angelorum hic proprie, ac nominatim memorari aiunt, quod per istos, omnia, quæ in hoc mundo sunt, à Deo prodigia & miracula, perpetrantur, vnde nomen virtutum acceperunt. Alij per virtutes, intelligunt angelos, qui mouent cælos, & hos in Euangelio vocari à Domino virtutes cælorum, cum ait, in consummatione seculi fore, vt etiam cælorum virtutes commoueantur: scilicet, quia remouendi sunt angeli à ministerio mouendi cælos, cum nullus post diem iudicij cælorum futurus sit morus: & de his virtutibus censent intelligendum, quod Ecclesia canit in præfatione Missæ: *Celi, cælorumque virtutes, ac beata seraphim, sociæ exultatione concelebrant.* Nec desunt, qui existiment, vocabulo virtutū significari virtutes, seu vires cælorum, & siderū, quas esse admodū varias, potentes, & mirabiles, tāta effectū varietas & mirabilitas nō dubie declarat. Si quidē, aliā esse dicūt virtutē Saturni, aliā Mercurij, & sic deinceps aliorū planetarū aliam: sidera quoque

B inerrantia, præsertim illustriora, visuque insigniora, & illas octo & quadraginta siderū imagines ab Astrologis designatas, miras quidem, & licet plerisque occultas, certas tamen, & à doctis exploratē perceptas virtutes habere arbitrantur. Quin ipsamet sidera, prout mirabili ordine sunt disposita, & speciosissimo decore nitent, atque incredibili efficacitate, vigorēque pollēt, (quapropter in Scriptura exercitus, & militia cæli appellari solent) illo virtutum vocabulo significari existimant. Sed ego, quia hoc loco simpliciter & præcisè nominantur virtutes, reor equidem significari eo vocabulo, omnes virtutes rerum naturalium, quæ principia sunt mirabilium operationum, & causæ effectuum, quæ nos admiratione, & ignoratione causæ, vnde fiunt, modique, quo fiunt, suspensos tenent. Talis est virtus magnetis attrahendi ad se ferrum, & acū nauticā ad septentriones vbique locorum semper cōuertendi, ac dirigendi, talis est virtus illius pisciculi, quem ab effectu appellatunt remoram, quantamuis nauim, remis ventisque incitissimam, sistendi in medio cursu, & immobilem tenendi. Tales sunt innumerabiles aliæ virtutes metallorum, lapidum, herbarum, & animalium,

Virtutes siderum mirabiles
quæ

quæ nos mirabilitate effectuum, & ignorantione causarum, insatiabili admiratione afficiunt.

*Benedicite, aqua omnes, quæ super cælos sunt,
Domino.*

Quales intelligere oporteat aquas, quæ super cælos esse dicuntur.

AR D V A quæstio, quæ multorum ingenia fatigauit, quales sint aquæ, quas in hoc hymno tres illi iuuenes, & Dauid in Psalm. 148. super cælos esse dixerunt, in exordio autem libri Geneseos, easdem aquas super firmamentum cæli à Deo locatas esse scripsit Moses. Verum, non est huius loci rem tantæ difficultatis, subtiliter examinare, ac liquidò diiudicare. Cuius rei diligentem, plenamque tractationem posuimus nos in primo volumine eorundem nouem, quæ in librum Geneseos à nobis composita, proximè, si Deo placuerit, post hos in Danielem commentarios, edituri sumus. In præsentia igitur, quid nobis videatur de istis aquis similis uero, breuissimè dicemus.

Esse arbitror, cum & hic, & alibi in Scriptura, nominantur aquæ super cælum, vocabulo cæli, non aliud significari, aut intelligi debere quam aërem, vel totum hoc spaciolum inter astra & terram, usquequaque patens & diffusum. Sic enim crebrò in Sacris literis sumi uocabulum cæli, notius est legenti sacros libros, passim obuiis exemplis, quam ut probatione, vel demonstratione aliqua sit opus. Si autem per cælum intelligimus aërem, per aquas, quæ super cælum sunt, non alias profectò intelligere cõuenit, quam quæ in superiori parte, vel, ut Philosophi loquuntur in media regione aëris generate, per imbres seu pluias, ad refrigerandam & fecundandam terram, inde defluunt. Nec officit huic expositioni, quod numero multitudinis dicuntur aquæ esse super cælos, quasi, ut nomen cæli possit aëri adaptari, nomen cælorum, non queat ad aërem accommodari. Namque in eo, sicut paulò supra monuimus, seruetur proprietates & usus lingue Hebræe, in qua uocabulum cæli caret singulari, sicut apud Græcos & Latinos, Athenæ, & Thebæ.

Dei. 31. DE huiusmodi aquis, quæ sunt super cælum, hoc
3. Reg. 17. est super aërem, sæpenumerò loquitur Scriptura, ueluti
Ier. 5. cum tradit, Deum dare pluiam de cælo, aut continere
Gen. 7. eam in cælo, cum inquit, Deum claudere cælum ne pluat,
uel

A vel aperire, vt pluat, cum ait, Deū aperuisse cataractas cœli, & pluuisse per quadraginta dies, & quadraginta noctes, quo fieret diluuium: cum apud Hier. c. 10. & 51. sic habet: *Ad vocem suā dat Deus multitudinē aquarū in cœlo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: cum in Ps. 103 dicit, Deum aquis tegere superiora cœli, loqui autem hic de cœlo aëreo, declarat id, quod proximè subditur: Qui ponit nubem ascensum tuum, & ambulat super pēnas ventorum.* Sic enim dicitur Deus tegere cœlum aquis, sicut de eo canit alio Psalmo David:

B *Qui operit cœlum nubibus, & parat terra pluuiam.* Ergo idem cœlum est, quod tegitur aquis, & quod operitur nubibus, hoc autem est, non cœlum sidereum, sed aëreum. Simili ratione in Scriptura dicitur cœlum pluuiosum, siccum, sterile, etiam æneum. Nec est illud hoc loco ignorandum, duo in Sacris literis, instar magni miraculi, ad declarandam Dei omnipotentiam, prædicari & magnificari: vnum est, quàm Deus immensam terræ molem, ac pondus, ceu suspensum super nihilo, teneat immobile, vnde ait Iob. cap. 26. *Qui appendit terram super nihilum.* Lege eundem Iob, in capite 38. Isaias quoque inquit cap. 40. *Qui tribus digitis appendit molem terræ.* Alterum est, quod supra cœlum: id est, in sublimi aëre, infinitam aquarum vim contineat, quarum vel nimia profusione, vel retentione, omnem terrarum orbem perdere facillè posset. Hoc spectauit Iob cap. 26. cum dixit: *Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.* Et in capite 12. *Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emisserit eas, subuertent terram: idè què in libro Prouerb. c. 8. scriptum est: Quando athera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum.* Vbi pro vocabulo, athera, Hebraicè est, *Sechachim*, quod propriè significat nubes: quam obrem septuaginta interpretes vertunt Græcè, *τὰ ἀνω νεφελῶν*, hoc est supernas nebulas, seu nubes. Quare, quod sequitur, & librabat fontes aquarum: non est accipiendum de fontibus, qui è terra scaturiunt, sed de fontibus cœlestibus seu aëreis, qui ingentem ac perennem aquarum vim in terram profundunt. Dicitur autem librasse fontes aquarum, quòd in excelsò aëre suspendit nubes, è quibus quasi è fontibus effundit imbres, non tamen sine modo, ac metura

Psal. 146.

Duo Dei magna miracula.

Explicatur locus ex cap. 8. Prouerb.

fura, sed quasi librando & modificando, non videlicet, A
 eiusmodi aquarū, aut nimis parca, aut nimis larga effu-
 sio, terris noceat. Plinius quoque, aquarum in sublimi
 pēdentium miraculo cōmorus & obstupescens, exclamauit: *Quid mirabilis aquis, in celo stantibus?*

Has igitur aquas in cœlo, id est, in excelso aëre
 generatas, & inde in terras delapsas, quia & aspectu
 manifestæ, vulgōque notæ, & loco modoque genera-
 tionis earum, mirabiles, & vsu, animantibus, cūctisque
 terra nascentibus perquam vtilis erant, maximè con-
 sentaneum rationi est, & Moſen in libro Geneſeos,
 describere & denotare voluisse: & Dauidem in Ps. 148.
 atque illos tres iuuenes in hoc hymno, ad laudandum
 Deum inuitasse, hoc est, earum contemplatione & ad-
 miratione, excitasse homines ad diuinæ potentæ, ac
 prouidentię laudes prædicandas. Hæc de aquis super
 cœlestibus sententiam, valde cōmendat diuis Aug. ita

Augustinus.

enim scribit, de hac ipsa nostra opinione loquens, in
 li. 2. de Geneſi ad literam, ca. 4. *Hanc ego diligentiam, con-
 siderationemque, laude dignissimam iudico: quod enim dicit,* C
*neque contra fidem est, & in promptu propositio documento, cre-
 di potest.* Ac licet aquæ ipsæ elementares, aliquæ essent su-
 per sidera, tamen, quia illæ ab hominū nō tantum sen-
 su, sed etiam intelligētia remotissimæ, nullo proprio si-
 gno aut effectu notabiles essent: eas Moſes, qui rerum
 tantummodō corporalium, quæ sub sensu hominum
 cadunt, primam originem aperire constituerat, omni-
 nō tacitas præterisset: quemadmodum multa etiam
 de angelis, quæ nouerat, & literis mandare poterat, ob
 eandem causam silētio suppressit. Probabiliorē etiam D
 facit hanc nostram interpretationem, comparatio ei-
 us cum expositionibus aliorum, qui aut supercælestes
 aquas, interpretari sunt, veras & elementares aquas, su-
 per astra, ad ardorem eorum temperandum, locatas:
 aut qui non alias censuerunt esse aquas supercæle-
 stes, quam nōnum cœlum, quod ipsi appellant crystalli-
 num. Has enim interpretationes, & magnis incommodis
 premi, manifestisque rationibus coargui, & à propo-
 sito Moſis, Sacrarūque literarum consuetudine ab-
 horre, constat. Verū & hæc, & quæcumque aduersus
 sententiam nostrā afferri possunt, in prædicto lib. 1. no-
 strorum

Astrorum com. in Gen. diligenter, plenèque tractantur.

Dv o tamen non sunt dissimulanda, quæ ex hoc ^{Dux obiectio} hymno videntur posse nobis obiici. In eo namque ^{nes.} prius memorantur aquæ, quæ sunt super cælos: post has verò, sol, luna, & stellæ nominantur, quo signifi-
 xi videtur, illas aquas supercælestes, esse super omnia sidera. Deinde, in eodem hoc hymno distinctè ac separatim nominantur aquæ supercælestes, & infra, seorsum cômémorantur nubes, imbres, ros, nix, pruina: solutio.

B quo licet intelligere, aquas illas, quæ super cælos sunt, ab iis, quæ in aëre generantur, esse diuersas. Sed nõ est operosum ista dissoluere. Argumentũ enim ex ordine & dispositione eorum, quæ numerantur in hoc hymno, sumptum, valdè infirmũ est. Nam si, quia hîc aquæ supercælestes nominatæ sunt ante sidera, propterea volunt esse eas super ipsa sidera: ob eandem causam ego cõficiam, illas aquas esse infra sidera: quia Dauid in Ps. 148. post solem, lunam, stellas, & cælos, eas cômémorauit: Rectè monet Euthymius, hûc hymnum exponens,

C nullo ordine recenseri in eo creaturas: idque per se manifestum est, consideranti ordinem eorũ, quæ memorantur: prius enim nominantur ros, pruina, nix, glacies, & gelu: posterius autè, dies & nox, lux & tenebræ. Hæc autem, siquidem rectus ordo seruatus esset, priora esse illis, ob idque prius memoranda, nemo non videt. Quod autè deinde obiicitur, nihilo plũs firmitatis habet: cõsuetudo enim est Scripturæ, rem aliquam primò generatim, & in vniuersum enunciare, tum per partes sigillatim enarrare: sic hoc loco, prius vniuersè nominantur aquæ supercælestes, deinde per varias ipsarum species, si species tamen nominandæ sunt, imbres, rorem, niuè, pruinã, explicatiũs, & distinctiũs exponuntur:

*Benedicite, sol & luna, Domino: Benedicite,
 Stella cæli, Domino.*

OMNIS quidem huius mundi structura cunctis numeris absoluta tanquàm ad regulam facta, & ad lineam respondens, cogit sui spectatores & contemplatores, Deum opificem omnium agnoscere, ac

Præstantia so-
lis.

Solis magni-
tudo.

venerari. Sed nihil est omnium, quæ aspectu sentien- A
tur, præclarior, admirabilior, & diuinæ potestatis, ac
& magnificentiæ illustrius monumentum, quàm sol, dux
& moderator cunctorum siderum, omniumque cadu-
carum rerum procreator, & conseruator. Nihil enim
est eo, vel aspectu pulchrius, vel efficacitate poten-
tius, vel vsu, & vtilitate copiosius. Hic namq; tenebras
fugat, rerum colores, vel facit vel ostendit, cuncta ex-
hilarat, omnium animantium oculos, atque animos
insatiabili voluptate compler, & mundo salutarem,
maximèque vitalem, & cunctas naturas augentem, nu- B
tricantem, sensuque afficientem calorem largitur. Ex
quo factum est, vt à viris doctis omnium rerum mor-
taliū parens, & altor ritè nominetur. In eo multa
sunt præcipuè mira. In primis magnitudo ipsius, et-
enim vniuersum aquæ simul & terræ globum, centies
sexagies septies, sol vnus exuperat: stellas quoque in-
errantes, primæ magnitudinis appellatas, & quindecim
tantum in octauo orbe designatas ab Astrologis,
multū excedit: siquidē illæ non ampliùs, quàm centies C
& septies, aquæ terræq; mole superant. Deinde incre-
dibilis est in eo copia lucis, vt qui vnus dumtaxat pe-
nitus fugandis tenebris, reddendq; diei sufficiat, id
quod cætera omnia sidera simul coniuncta, præstare
non possunt: quorum item lux, præstantia solis præ-
stinguitur, & occultatur. Adice, quòd Plinius, Aui-
cenna, Albertus, Beda, Astrologi, nec pauci de Theo-
logis, totius lucis, quæ inest in aliis quibuscunq; si-
deribus, solem esse quasi fontem, & auctorem non tem-
merè opinantur. Ad hoc, sol annuo cursu, & vnicuique sui D
spatij circuitu, principales tempestatum vices facit,
& variat, hyemem dico, æstatem, ver, & autumnum, &
cætera, quæ his necessario, vel adiuncta sunt, vel con-
sequencia, Dauid in Psal. 18. pulchritudinem solis com-
parat sponso, qui è thalamo suo speciosissimus, sum-
mo ornatu & decore procedit: vim autem, & impetū
eius comparat giganti: siquidem eius circumuolutio,
tanta celeritate ab extremo Oriente fertur ad extre-
mum Occidentem: atque inde ad dexteram cæli re-
gionem reuoluitur, vt vno integro circuitu, diem
noctemque conficiat, modò sublimem sese nobis
ostend

A ostendens, modò sub pedibus ab oculis nostris obli-
tescens, & oppositas nobis terræ, atque aëris regio-
nes, longè larèque occupans: nullum orbis locum, non
suo fulgore, calorèque perlustrans. In libro autem Ec-
clesiastici, multis verbis extollitur solis præstantia.
Primò ab opificij magnitudine, cum dicitur, *Sol, vas
admirabile opus excelsi*: tum ab opificis excellentia, cum
dicitur, *Magnus Dominus, qui fecit illum*: postea à caloris
efficacia, cum subditur, *In meridiano exurit terras, & in
conspectu ardoris eius, quis poterit sustinere?* denique, à lumi-
B nis excellentia, additur enim, *Radios igneos exufflans, &
resurgens radiis suis obsecrat oculos*: denique à cursus cele-
ritate: quæ subiungitur. *Et in sermonibus eius festinavit iter,*
hoc est, sermonem seu verbum Dei, siue eius manda-
tum, & præceptum custodiens & exequens, magna
festinatione iter suum conficit, adeò, vt singulis die-
bus immensum cæli gyrum circumeat, & totum orbem
ambiat.

Dionysij Areopagita in lib. de diuinis nominibus,
C & in 4. cap. primæ partis, solem facit euidentem & ex-
pressam diuinæ bonitatis imaginem, tum quia sol
non cogitatione, aut electione, sed eo ipso, quòd est,
illuminat omnia, quæ pro modo suo participationem
lucis admittunt: ita diuinum bonum, ipsa sua substan-
tia, omnibus, quæ sunt, pro captu cuiusque totius bo-
nitatis iniicit radios: tum etiam, quia, vt ipse in eò-
dem lib. infra, in capite 5. 4. partis, tradit, sol vnus cum
sit, sensibilibus tamen rerum substantiis & qualitates,
D vniformem infundendo lucem, renouat, nutrit, ser-
uat, perficit, discriminat, coniungit, resouet, fecun-
dat, auget, immurat, firmat, implet, sustollit, viuifi-
catque omnia, & quodlibet ex omnibus, modo sibi
congruo, vnus eiusdemque solis est particeps, pluri-
morumque participantium, sol vnus in seipso causas an-
tè vniformiter habuit. Sic Dionysius. Sed vt verbo
dicam, tanta est solis excellentia, inter omnia, quæ
parent sensibus nostris, vt per multi solem quasi diui-
num numen adorauerint, & diuino honore, cultuque af-
fecerint: à quorum sensu non videtur ab horruisse Plin.
quippe in 2. lib. cap. 6. ita de sole scripsit, *Septem siderum,
quæ ab incessu vocamus errantia, cum errent, nulla minus illis*

Locus Eccle-
siastici c. 43.

Dionysij Areo-
pagitæ, de sole
præclara sen-
tentia.

Qui adoraue-
runt solem, vt
numen.
Plinianum En-
comium solis.

medius

medius sol fertur, amplissima magnitudine, ac potestate: nec temporum modo, terrarumque, sed siderum etiam ipsorum, cœlique rector. Hunc mundi esse totius animum ac mentem, hunc principale nature regimen, ac numen credere decet, opera eius æstimantes, hic lucem rebus ministrat, aufertque tenebras, hic reliqua sidera occultat, hic vices temporum, animique semper renascentem ex usu nature temperat: hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen cæteris quoque sideribus scenerat, præclarus, eximus, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi literarum Homero placuisse, in vno eo video. Hactenus fuere Plinij verba. Moses igitur providens, facilem hominum fore in hunc errorem lapsum, præsertim Hebræorum, quorum valde lubrica erant ad superstiones Gentium, ingenia, præmonuit Hebræos in capite quarto Deuteronomij, ne vel solis, & lunæ, cæterorumque astrorum pulchritudine, & vtilitate commoti, vel errore gentium decepti, ea sidera colerent ac venerarentur, quæ Deus in ministerium, & usum cunctarum gentium, quæ sub cœlo sunt, condidit. Verum nec monitis ipsius Moysis, nec Prophetarum documentis, Hebræi ab errore cohiberi potuerunt. Legimus apud Ezechielem, caput. 8. Deum Ezechieli demonstrasse quosdam Iudæos, qui ex orientem solem adorabant: legimus etiam in libro 4. Regum, capite 23. Iosiam regem Iuda, proiecisse de templo, & combussisse vasa, facta, dicatæque vniuersæ militiæ cœli, eos quoque de medio sustulisse, qui soli, lunæ, & duodecim signis incensum adolebant: abstulisse præterea equos à regibus Iuda consecratos soli, currus item solis igne combussisse: equi autem, religione ritique Persarum, sacri erant soli.

Sequitur luna, alterum luminare magnum, ut appellat Moses, non quia præter solem, cæteris astris sit maior, cum contra, & omnibus planetis, præter vnum Mercurium, & cunctis inerrantibus stellis visu notabilibus, eam minorem esse Mathematici demonstrât, sed quia terris proxima, post solem maior cæteris, videtur sensibus, & vulgò iudicatur. Luna, inquit Plinius, lib. 2. c. 9. nouissimum sidus, terrisque familiarissimum, & in tenebrarum remedium à natura repertum, omnium astrorum vincit admirationem. Multiformi hæc ambage forsit ingenia contem

Lunæ excellencia.

Gen. 1.

Pulcherrima lunæ deseri-
ptio Plinio.
lib. 2. c. 9.

A contemplantium, crescens semper, aut senescens, modo curuata in cornua, modo aqua portione diuisa, modo sinuata in orbem, maculosa, eademque subit: prænitens, immensa pleno orbe, ac repente nulla: alias pernox, alias sera, & parte diei solis lucem adiuuans, deficiens, & in defectu tamen conspicua, humilis, & excelsa, alias adnota caelo; alias contigua montibus: nunc in Aquilonem elata: nunc in Austrum deiecta, in totum à sole mutuata luce fulgens; molliore & imperfecta vi, soluens tantum humorem, atque etiam augens, quem solis radij absumant. Hec afflatu suo terras saturat, accedensque corpora implet, abscedens inanit, ideoque cum incremento eius augetur conchyliæ, sanguis etiam hominum cum eius lumine augetur ac minuitur, frondes quoque, ac pabula vim eius in omnia penetrantem sentiunt, ferarum occisa corpora, in tabem visu suo resoluit, somnoque sopitis, torporem contractum in caput reuocat, glaciæ refundit, cunctaque humifico spiritu laxat. Iam verò reciprocus maris aestus, eius cursu vique cieri, variari, regi, ac moderari, & antiquitus, hodieque multis probata est sententia. Sic Plinius.

Cyr autem de septem planetis, solem & lunam frequentissimè, sidus Veneris raro, & tantum sub nomine Luciferi, reliquos autem quatuor Saturnum, Iouem, Martem, & Mercurium, nusquam memorat, ac nominat diuina Scriptura? Equidem reor non aliam esse causam, nisi quia præter solem & lunam, ceteri planetæ, iudicio sensuum, & vulgi, nec loco, nec motu, nec magnitudine, nec figura, nec proprio aliquo effectu à stellis incertatibus digoscantur, ac discernantur, ideoque crediderim, eos generali vocabulo stellarum, comprehendendi, & significari. Sed eorum quoque licet obscuram vulgo, exploratam tamen compertamque sapientibus vim, esse magnam & variam, diuersosque admodum effectus, docet Plinius libro secundo capite, ita scribens:

Ergo, ut solis natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoque erraticum siderum propria est quibusque vis, & ad suam cuique naturam fertilis. Alia sunt in liquorem soluti humoris fecunda, alia concretis in pruinæ, aut coacti in niuæ, aut glaciati in grandines: alia status, alia teporis, alia vaporis, alia roris, alia rigoris. Nec verò hæc tanta debent existimari, quantum certantur, cum esse eorum nullum minus luna, tam immense altitudinis ratio declarat. Igitur in suo quæque motu naturam suam exercent: quod manifestum, Saturni maxime transitus in orbibus faciunt. Nec meantium modo siderum hæc vis est, sed multorum

De septem planetis cur soli sol & luna à Scriptura memorentur.

Plinius.

multorum etiam adherentium cælo, quoties errantium accessu **A**
impulsa, aut coniectu radiorum extimulata sunt: qualiter in
succulis sentimus accidere, quas Græci ob id, pluvia nomine
Hiadas appellant. Quin & sua sponte quedam, statisque tem-
poribus, vt hadorum exortus: arcturi verò sidus non ferme
procellosa grandine emergit.

De stellis in
cælo fixis.

In stellis autem inerrantibus, multa sunt, quæ am-
plissimam suppeditant materiam earum conditoris Dei,
maiestatem, & providentiam admirandi, summisque
laudibus celebrandi: veluti est multitudo earum, se-
cundum antiquos philosophos, Platonem & Aristotelem, **B**
quinetiam recentiores Senecam & Plinium, & vt
multis locis diuina Scriptura significare videtur, in-
narrabilis, & incomprehensibilis. Licet Astrologi stel-
las visu notabiles, mille duntaxat, præterque duas &
viginti, in cælo esse censeant. Plinius autem libro 2. ca-
pite 41. mille sexcentas insignes effectû, visuque, tra-
dit esse adnotatas. Deinde, earum stellarum ordo, dis-
positio, & quasi descriptio: vnde imagines illæ cælestes,
& effigies existunt, quas Plinius in duas & septuaginta, **C**
Astrologi verò in octo & quadraginta digesserunt.
His accedit, prædictarum stellarum magnitudo com-
paratione terræ. Siquidem illas mille & viginti duas
stellas, Astrologi sex differentiis distinxerunt, appel-
lantes primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, & sex-
tæ magnitudinis, quarum minimæ, hoc est, quæ no-
minantur sextæ magnitudinis, vniuersum aquæ, ter-
ræque globum, octies & decies sua magnitudine excedit.
Ad extremum, magna est & multiplex earum stellarum vis, &
potestas: argumeti loco sit, exemplum vnius sideris, quod **D**
appellant Caniculam, immodico ardore infamem, sed
admirandis effectibus valde insignem: eius enim vis
amplissima in terra sentitur, feruent maria exoriente
eo sidere, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna. Ory-
gem appellat Ægyptus feram, quam in exortu eius
contrâ, stare & contueri tradunt, ac velut adorare cum
sternutauerit. Canes quidem toto eo spatio maxime in-
rabiem agi, non est dubium. Illud quoque non caret ad-
miratione, partem cæli septentrionalem, tantam habere
stellarum multitudinem, in australi verò parte, paucissi-
mas lucere. Qui ad nos scripserunt, vel etiâ venerunt ex

Mira vis eius
sideris, quod
Caniculam
appellant.

Australis pars
cæli rarissimè
nitet
altris.

A regione Americana, quæ cælo Antarctico subiecta est, affirmarunt in eo cælo, nec tot ceræi stellas, quot in Arctico, easque minus fulgore, aspectuque notabiles, præter unam quãdam valde illustrem siderum speciem, & effigie, quã Cruciferũ appellãt. Hoc sidus, quatuor ex fulgentibus, & ex æquo ferè distãtib⁹ stellis, in similitudine crucis, pulcherrimè figuratũ est. Posũ esse Antarcti-
cũ, vulgus existimat: quod videãt naucleros ad illud sidus navigationem dirigere, sicut ad polum Arcticum, qui vitra æquinoctialem nauigãt. Verũm, id propterea
B sic, quod nulla sit stella fixa, quæ polum Antarcticum proprius ostendat. Quapropter coguntur nauæ proximam quærere stellam, quam Cruciferi pedem appellãnt, eam tamen gradibus triginta à polo distare, peritissimi illius cæli, & nauigationis tradiderunt.

ASPECTVS PORTO cæli, tot talibusque astris, & insigniti, & ornati, excitat mortales ad admirationem, amoremque rerum cælestium, & ad terrenarum rerũ contemptum, & fastidium. Audi Senec. in exordio I. libri nat. quæst. Quam iuuat inter sidera ipsa vagantem, diuitum

C pavimenta videre, & totã cum auro suo terram, non illud tantum dico, quod egestis, & signandũ moneta dedit: sed & illud, quod in occulto seruat posteriorũ auaritia. Nec potest antè contemnere porticus, & lacunaria ebore, auroque fulgentia, & torsiles sylvas, & deriuata in domos flumina, quam totum circumeat cælum, & terrarũ orbẽ supernè despiciens, angustũ, & magna ex parte opertum mari, etiã ea parte, qua extat, late squallidũ, & aut vstũ, aut rigentẽ sibi ipse dicat, hoc est punctum, quod inter tot gẽtes ferro, & igni diuiditur: o quã ridiculi sunt mortalium termini! Punctum sanè est illud, in quo nauigamus,
Q in quo bellamus, in quo regna disponimus. Quantum enim est, quod ab vltimis littoribus Hispania, vsque ad Indos iacet? paucissimorũ sanè dierũ spacium, si nauẽ suus ventus impleuit. At illa regio cælestis, per xxx annos, velocissimo sideri viã præstat, nunquã resistenti, sed equaliter cito. Illic demũ dicit animus, quod diu quæsuit: illic incipit Deũ nosse. Quid est Deus? mens vniuersi. Quid est Deus? quod vides totum, & quod non vides totum. Sic demũ magnitudo sua illi redditur, qua nihil maius excogitari potest: si solus est omnia opus suum, & extra, & intra tenes. Sarsũ ingentia spatia sunt, in quoru possessione animus admittitur: ita si minimũ secũ ex corpore tulit, si fordidũ omne deterisit, & expeditus, lenique, ac modicè edẽtus emicuit. C. m.

Cruciferi stella polum Antarcticum indicans.

Præclara Senecæ sententia de contemptu rerum terrenarũ, quem parit contemplatio rerum cælestium.

illa tetigit, alitur, crescit, ac veluti vinculis liberatus, in origine suam redit: & hoc habet argumentum diuinitatis suæ, quod illum diuina delectant: nec, vt alienis interest, sed, vt suis. Hæc Seneca. Verùm luculentius hoc ipsum Scriptura diuina nos docet, ex aspectu, & cōtemplatione cœlorum, quasi præhensa manu, ad cognitionem, & admirationem Dei nos ducens. Lege Isaiam c. 40. *Leuate, inquit, in excelsum oculos vestros, & videte, quis creauit hæc?* & quæ sequuntur, & Baruch c. 3. exclamat: *O Israël, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magnus est, & non habet finem excelsus, & immensus:* & Dauid Psal. 18. *Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Legimus sanctissimos viros, & Patres nostros, Ignatiū, & Franciscum Xauerium, identidem suspicere cœlum solitos, tantoque eius aspectu, interiori gaudio completos, vt sibi temperare non possent, quin maximam vim lachrymarum profunderent. Scilicet, aspiciebant illi cœlum, quasi Patriam suam exules: quasi portum, cum periculo naufragij nauigantes: quasi coronam, & præmium, cum fortissimis aduersariis, diabolo, carne, mundoque, dubio pugnae exitu, quoad viuunt, perpetuo decertantes: ideoque optatissimi eius loci, ac felicissimi contemplatio, magna illis vis erat in laboribus requies, in meritoribus solatium, in certamine robur, in rebus aduersis subsidium. Sed pergamus ad alia.

Benedicite, omnis imber, & ros, Domino.

RE C E N S E N T V R deinceps, quæ infra cœlum, & astra sunt: hoc est, quatuor elementa, ignis, aqua, terra, quæ suis propriis nominibus in hoc hymno appellantur. Aër verò, vocabulo spiritus, id est, venti significatur: siquidem aër immotus, latet sensu, agitato verò pulsuque sentitur, & vulgo etiam innotescit. Vel aër significatus est vocabulo cœli, cum dictum est. *Et aquæ, quæ super cœlos sunt*, licet enim Scriptura vitur vocabulo cœli, cum appellat volueres cœli, vel pluuiam cœli. Nempè, vox Hebræica, *Seraiam*, significans cœlum, si ad verbum Latine eam interpretaris, sonat, *illuc aquæ*, quod propriè conuenit aëri, in cuius superiori parte imbres generantur. Postea commemorantur, quæ

Ignatius, & Xauerius, cœli aspectu mirificè afficiebantur.

Aër cur spiritus nomine appellatur.

A qua
præ
fun
ful
co
spir
nub
tu e
pot
B fun
in h
148
gel
qua
glac
nif
& v
gur
bræ
C E
mo
tiam
ac f
do
cha
cor
ra
spe
bus
bes
D tus
dien
in d
do
lor
fas
na,
Ro
niu
no
nio

A quæ in prædictis elementis, ex ipsis conflata, versantur: præsertim verò, quæ in aëre generantur. Hæc partim sunt ignea, vt ignis, æstus, fulgura: quo nomine tam fulmina, quàm alia quæcunque ignita corpora in aëre conspicua, intelligere conuenit: partim sunt aërea, vt spiritus, seu ventus, & (si lubet his annumerare) etiam nubes, quibus violenter ruptis, fractisque terribili sonitu existunt tonitrua, in quibus clarissimè declarari Dei potentiam, Dauid in Psal. 28. luculenter ostendit, partim **B** sunt aquæ, vt imber, ros, glacies, pruina, nix. Omissa est in hoc hymno grando, quam expressit Dauid in Psal. 148. fortasse, cum distinctè numerentur hæc glacies, & gelu, alterutro vocabulo significata est grando, quippè, quæ non aliud sit, quàm imber in aëre gelatus, seu congelatus. Nec tacentur in hoc hymno tempestates anni: frigus, id est, hyems, & æstas, sub quibus autumnus, & ver, tanquam, illarum reliquæ, & appendices intelliguntur, nec vicissitudines temporum, vt lux, & tenebræ, dies, & nox.

C **H**VIYS MODI autem res, licet imperfectam admodum naturam habeant, vt quæ secundum substantiam ab ipsis elemētis ferè non differant, & constantiæ, ac stabilitatis laude careant: sunt tamen in hoc mundo, quàm quæ maximè, spectatu miræ, cognitu pulcherrimæ, enarratu difficiles, multiplici vsu, & vtilitate commodissimæ, nec in toto mundi huius theatro, plura sunt, vel terribiliora, vel iucundiora hominibus spectacula, & miracula naturæ, quàm quæ in hisce rebus quotidie sunt. Taceo ecclestes coronas, faces, hiatu cæli, & incendia, stellas cadentes, ac discurrentes, diem repente versum in noctem, & contrà, noctem in diem mutatam: non dico cometas illos, semper indocto, & indocili vulgo terrificos, & publicorum malorum, atque calamitatum prænuncios. Certè prodigiosa pluias sepe numerò fuisse, vt lacte, sanguine, lana, ferro, coctisque lateribus plueret, in lib. 2. cap. 56. ex Romanorum Annalibus, & publicis actis refert Plinius. Legimus in sacris literis totos quadraginta dies, noctesque continenter pluuisse, vnde generalis illa eluuiio aquarum, omnè terrarum orbem inundans, etiam elatissi

De prodigiis pluuiis.

Genes. 19.

Genes. 7.

elatissimos montes, quindecim cubitis transcendens, A
 extitit. Legimus pluuisse Deum ignem, & Sulphur, quo
 Pentapolim illam, tantum immani scelere, & sceleris
 insigni vindicta memorabilem, funditus, & in omne
 æuum perderet, ac deleret. Legimus pluuisse Deum in de-
 serto Hebræis quotidie manna, quo cibo gens illa per
 xl. annos, quoad videlicet fines terræ Chanaan attigit,
 alta, & sustentata est. Quid memoræ armorum crepitus,
 & tubarum sonitus auditos è cælo, Cimbricis bellis,
 crebrosque, & prius, & postea? Quid referam consu- B
 latu Marij, ab Amerinis, & Tudertinis, vt inquit Plin.
 libro 2. capit. 57. Spectata arma cælestia, ab ortu oc-
 casuque inter se concurrentia, pulsus, quæ ab occasu
 erant? Cuius simile prodigium tempore Machabæo-
 rum in acerbissima illa regis Antiochi persecutione
 contigisse scriptum est in lib. 2. Machab. c. 5. his verbis:
*Cōtigit per vniuersam Hierosolymā videri diebus quadragin-
 ta, per acra equites discurrentes, auratas stolas habentes, &
 hastas, quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordi-
 nem digestos, & conpressiones fieri cominus, & scutorū motu,
 & galeatorum multitudinem gladijs districtis, & telorum ia-
 ctus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis lo-
 ricarū. Quapropter omnes rogabant in bonum mōstra conuer-
 ti.*

In Sacris lite-
 ris, maximè
 prædicari di-
 uinam prou-
 dentiam ex re-
 bus meteorolo-
 gicis.

ILLUD porrò in Sacris literis obseruatum est à
 doctis viris, & licet id cuius, tantum non citanter
 legenti diuinos libros, animaduertere, ex prædictis
 rebus, quas meteorologicas vocant in scholis Philoso-
 phi, quam ex aliis quibuscunque, crebrius, & magnifi-
 centius prædicari potentiam, & prouidentiam Dei, D
 eiusmodi res summa potestate, procreantis, summaque
 æquitate pro meritis hominum variè dispensantis,
 nunc eas vindictæ loco mortalibus subtrahendo; nunc
 modo mercedis, aut muneris, opportunè largæque do-
 nando. Quàm frequenter autem, & luculenter Scri-
 ptura ex huiusmodi rebus demonstret Deum esse Do-
 minum totius orbis, rerumque humanarum prouidentissi-
 mum rectorem, ac moderatorem, & prædictarum rerum
 iustissimum dispensatorem, nonnulla loca Scripturæ,
 quæ hic subiiciam, apertè declarabunt. Incipiam à Iob,
 qui cap. 12. sic ait: *Si continuerit aquas, omnia seccabuntur,
 si emiserit, eas subuertent terram. Et c. 26. Qui ligat aquas
 in nubibus*

- A** in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum, qui tenet vul-
tum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. c. 28. Qui
fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura, quando po-
nebat pluuijs legem, & viam procellis sonantibus. cap. 36.
Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar tur-
gitum, qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper.
Si voluerit extendere nubes, quasi tentorium suum, & fulgura-
re lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per hæc
enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. In mani-
bus abscondit lucem, & præcipit ei, ut rursus adueniat. cap. 37.
- B** Post Deum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, &
non inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus
in voce sua mirabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia, qui
præcipit niui, ut descendat in terram, & imbri fortitudinis suæ.
Flante Deo, concresecit gelu, & rursus spargit lumen suum.
Frumentum desiderat nubes, & nubes spargit lumen suum.
Que instrât per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis
duxerit, ad omne, quod præceperit illis super faciem orbis terræ.
Et c. 38. Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros
grâdinis aspexisti per quam viam spargitur lœx, aut diuiditur
æstus super terram? Quis dedit vehemētissimo imbri cursum, &
viam tonantis tonitruj, ut plueret super terrâ absque homine in
deserto, ubi nullus mortalium commoratur, ut impleret inuiciã
& desolatã, & produceret herbas virentes? Quis est pluuiæ Pa-
ter? vel quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est gla-
cies? Nunquid eleuabis in nebula vocẽ tuã, & impetus aquarũ
operiet te? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertẽtia di-
cent tibi, adsumus? Hactenus ex Iob. An non similia ho-
rum etiã Dauid in Psal. suis cecinit? Audi quã magni-
ficẽ, quã sublimiter de tonitru loquatur in Psal. 28. Vo-
cem Domini ipsum appellã. Afferte Domino gloriam, &
honorẽ, afferte Domino gloriã nomini eius. Vox Domini super
aquas, Deus maiestatis intonuit. Vox Domini in virtute, vox
Domini in magnificẽtia, vox Domini confringentis cedros Li-
bani, vox Domini intercidẽtis flammã ignis, vox Domini con-
cutientis desertum, vox Domini preparantis cernos, & reue-
lantis condensa. Num potuit tonitruj fragor, impetus,
vis, & efficacitas, magnificentiori oratione describi?
Audi eũdem in Psal. 103. & 146. & 147. Extendens cælum
sicut pellẽ: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubes ascen-
sum tuũ, qui ambulat super pennas vëtorũ. Qui facis Angelos

tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Qui operit ca-
 lum nubibus, & parat terra pluuiam. Qui dat niuem sicut la-
 nam, nebulam sicut cinerem spargit, mittit crystallum suum si-
 cut buccellas, ante faciem frigoris eius qui sustinebit? Emittet
 verbum suum, & liquefaciet ea, stabit spiritus eius, & fluent
 aquae. Similia istis loquitur Hier. c. 10. *Dñs, qui celos &*
terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quae sub caelo
sunt. Qui facit terram in fortitudine sua, preparat orbem in sa-
pientia sua, & prudentia sua extendit celos. Ad vocem suam
dat multitudinem aquarum in caelo, & eleuat nebulas ab ex-
tremitatibus terrae: fulgura in pluuiam fecit, & educit ventum
de thesauris suis. Similis est sententia apud Prophetam
Amos, c. 5. Faciemem Arcturum, & Orionem, & conuertentem
in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat
aquas maris, & effundit eas super faciem terrae: Dominus uo-
mien est eius. Non relinquam in praeteritis alium Scri-
pturae locum sanè luculentissimum, qui est in 43. cap.
libri Ecclesiastici, vbi sic est. Imperio suo accelerauit ni-
uem, & accelerat coruscationes emittere iudicij sui. Propterea
aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulae sicut aues. In ma-
gnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides gradims.
In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius
aspirauit Notus, vox tonitruu eius verberauit terram, tempestas
aquilonis, & congregatio spiritus. Pulchritudinem candoris ui-
uis admirabitur oculus, & super imbre eius expauescit cor. Ge-
lu sicut salem effundet super terram, & dum gelauerit, fiet tan-
quam cacumina tribuli. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gela-
uit crystallus ab aqua, super omnem congregationem aquarum
requiescet, & sicut lorica induet se aquis. Et deuorabit montes,
& exuret desertum, & extinguet viride sicut ignem. Medi-
cina omnium in festinatione nebulae, & ros obuians ab ardore
uenienti, humilem efficiet eum. Concludam hanc oratio-
nem vnico Pauli testimonio, quod in 14. cap. historiz
Apostolicae, ita scriptum est à Diuo Lūca: Nos, inquit,
mortales sumus similes vobis homines annunciantes vobis ab his
vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit caelum & terram, &
mare, & omnia, quae in eis sunt: qui in praeteritis generati-
bus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non
sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de caelo, dans
pluuias, & tempora fructifera implens cibo & letitia corda
vestra. Haec propterea fusius exposui, quò manifestum,
certumque

A certumque facerem, quod suprà dixi, nullis ex rebus, quàm ex hisce meteorologicis, frequentius, & magnificentius Dei sapientiam, & quæ cuncta regit & moderatur, providentiam, in Sacris literis prædicari, ac celebrari.

VERVM miror equidem, quomodo factum sit, vt nec tres illi iuvenes in hoc hymno, nec Dauid in Psal.

De Arcu cælesti, seu Iride.

B 148. in commemorando res à Deo creatas, quarum aspectu & consideratione, possint homines ad Dei cognitionem, admirationem, & prædicationem, vehementer excitari, inter alia multa, quæ recensent, non posuerint arcum cælestem, quem Græco vocabulo, *Iridem* appellamus. Nam licet Iris, quia frequens est, & sæpè oculis vsurpata, propterea extra ostensum & miraculū sit apud homines, non tam magna, quàm rara, & noua mirantes: nihilominus tamen, eorum quæ, cernuntur in aëre, vix aliud inuenietur Iride, aut visu pulchrius, aut obseruatione dignius, aut etiam cognitu obscurius. Quàm multa sunt in Iride mira, & curiosa inquisitione digna? nunquam Iridem fieri, nisi sole aduerso; nec integra circuli forma, nec ferè noctu: sublimem fieri humili sole, humilémque sublimi: & minorem occidente vel oriente, sed in latitudinem diffusam meridie exilem, verum ambitus maioris: fieri hyeme maximè ab æquinoctio autumnali, die decrescente, quo rursus crescente, ab æquinoctio verno non existeret; nec circa solstitium longissimis diebus: bruma verò, hoc est, brevissimis diebus, frequenter: æstate post meridem non cerni, post autumnæ æquinoctium, quacumque hora. Quid multa? Iridis pulchritudinem extollens Sapiens in libro Ecclesiastici, c. 43,

C sic ait. *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriae suæ, manus excessi aperuerunt illum.* Legimus in libro Genesis, Deum in arcu cælesti signum ponere voluisse, illius decreti sui, quo statuerat, nunquam deinceps generali orbis terrarum diluuiò, se hominum scelera vindicaturum.

Genes. 9.

P

Benedicite

Benedicite, omnes spiritus Dei, Domino.

Spiritus quid
in Scriptura
significet.

Quæ mira
sunt in ventis,
& quæ eorum
commodita-
tes.

Seneca.

Non desinant
esse bonæ,
etiamsi vitio
ventium ma-
læ sint.

VOCABULO Spiritus, nec cælestes spiritus, de quibus supra dictum est, nec spiritus ieu animus humanus, de quo infra dicitur, sed ventus significatur. Siquidem in Scriptura crebrius ponitur spiritum pro vento, notius est, quam ut multis exemplis ostendi debeat. Sic accipitur in Psal. 106. Dixit, & stetit spiritus procellæ, exaltati sunt fluctus eius. Et in Pla. 147. Flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Sic denique in Psal. 10. & 148. Ignis, grando, nix, glaciæ, spiritus procellarum, pars calicis eorum, vel, quæ faciunt verbum eius: vbi spiritus procellarum, dictus est phrasi Hebraica, spiritus procellosus, hoc est, ventus excitans miscenque procellas. Sed quid est in ventis eximium & præcipuum, de quo Deum magnoperè laudare debeamus? Sunt sanè multa, & præclara in ventis, diuinæ prouidentia, ac beneficentia erga homines, argumenta. Audi Senecam in libro quinto naturalium quaestionum, capite 18. commoditates ventorum plurimas, maximasque, eleganti doctrinaque oratione ad hunc modum explicantem. Inter cetera prouidentia opera, hoc quoque aliquis, ut dignum admiratione suspexerit. Non enim ex vna causa ventos, aut inuenit, aut per diuersa disposuit: sed primum, ut aëra non sineret pigrescere, sed assidua vexatione vtilem redderent, vitalisque iracturis. Deinde, ut imbres terris subministraret, idemque imitos compercerent. Nam modo adducunt nubes, modo diuolunt, ut per totum orbem pluuia diuisi possent. In Italiâ Austro impellit: Aquilo in Africam reicit. Et esse non patiuntur apud nos nubes consistere: quæ totam Indiâ & Aethiopiâ, cõtinuis per id tempus aquis irrigant. Quid, quod fruges percipi non possunt, nisi flatu superuacua & mixta seruadis, ventilantur, nisi esset, quod segetem excitaret, & latentem frugis rupi velamentis suis, quæ folliculos agricolæ vocant, adaperiret? Quid, quod omnibus inter se populis commercium dedit, & gentes dissipatas locis, miscuit? Ingens Dei beneficium, si illud in iniuriam suam non vertat hominum furor. Nunc, quod de Casare maiore vulgò dictum est, & à Tito Lilio positum, in incerto est, vtrum illum magis nasci reipublicæ profuerit, an non nasci, dici etiâ de ventis potest: ad eò quicquid ex illis vtile & necessarium est, non potest his repensari, quæ in perniciem suam, humanam ge-

A neris dementia excogitat. Sed non idèò nò sunt ista, natura sua bona si vitio malè vtentium nocent. Nimirum, in hoc prouidentia, & dispositor ille mundi Deus, aëra ventis exarpendum dedit, & illos ab omni parte, nequid esset situ squalidum effudit: non vt nos classes, partem freti occupaturas, cõpleremus milite armato, & hoste in mari, aut post mare inquireremus: vela ventis damus, bellum paraturi & periclitamur, periculi causa. Non tamen queri possumus de auctoritate nostri Dei, si beneficia eius corrupimus, & vt essent contraria, efficimus. Dedit ille ventos ad custodiendam celi, terrarumque temperiem, ad euocandas suppressendasque aquas: ad alendos satorum, atque arborum fructus, quos ad maturitatem, cum alijs causis adducit ipsa iactatio: attrahens cibum in summa, & ne torpeat, promouens. Dedit ventos, ad vltiora nosceda: fuisse enim imperitum animal, & sine magna experientia rerum homo, si circumscriberetur natalis soli finibus, Dedit ventos, vt propria cuiusque regionis commoda, fieret communia: non vt legiones, equitumque gestarent, nec vt perniciose gentium arma transueherent. Si beneficia natura vtentium prauitate perpendimus, nihil

B

C non nostro malo accepimus. Cui videre expedit: cui loqui? cui non vita tormentum est? Nihil inuenies tam manifeste utilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sic ventos quoque, natura bonos futuros inuenerat, ipsi illos contrarios fecimus. Hactenus verba fuerunt Senecæ, quæ libuit hinc adscribere, quod proposito nostro mirè congruerent, & propter verborum elegantiam, grauitatemque sententiarum, futura essent periuocanda lectori.

D **PRÆDICAT** autem diuina Scriptura, Deum formatorem esse, Dominum, rectorem, ac moderatorem ventorum, suo arbitratu illos vel cohibentem, vel emittentem: sic enim legimus apud Prophetam Amos, c. 4. *Ecco formans mōtes, & creans ventum, faciens matutinam nebulam, & gradies super excelsa terre, Dominus Deus exercituum nomen eius.* Dicitur etiam Deus inequitare & insidere ventis, vnde Dauid in Psal. 17. *Volat, inquit, super pennas ventorum. Venti quoque nominantur ministri & nuncij ipsius Dei: sic enim interpretantur Hebræi illum versum Psal. 103. Quis facis angelos tuos spiritus, hoc est, qui spiritus seu ventos, facis tuos nuntios, eorumque ministerio & seruitio, vt collibitum tibi fuerit, vteris.* Prætercà in Psal. 134. & apud Hier. cap. 10. sic legimus.

Explicatur locus Psal. 134. & Hieremix c. 10. qui producit ventos de thesauris suis,]

Qui producit ventos de thesauris suis. Vocabulum thesauri, A
 & hoc loco, & alibi, cum nominantur thesauri niuis,
 & grandinis, significat loca quædam semota, secreta,
 & abdita, in quibus reponitur & reconditur aliquid,
 ita vt in potestate nostra sit quotiescunque libuerit, vel
 opus fuerit, illud inde proferre, & in publicum emitte-
 re. Ergo cum dicitur Deus producere ventos de thesau-
 ris suis, significatur, Deum tenere ventos tanquam in
 locis quibusdam clausis & occultis repositos, ac recondi-
 tos, & in potestate Dei esse, quotiescunque, & quantū-
 cunque vult eos cohibere, & continere, aut etiam quali-
 laxatis frænis emittere, & solutum, ac liberū ei cursum
 permittere. Itaq; de Deo verissimè & apertissimè dici po-
 test, quod fabulosè dixit elegatissimus Poëta de Æolo
 ventorum rege.

Virgilius libro
 1. Æneidos.

--- Hic vasto rex Æolus antro

Luclantes ventos, tempestatēque sonoras,

Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.

Ne faciat, maria ac terras, cælumque profundum,

Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.

Sed pater omnipotens speluncæ abdidit atris,

Hoc metuens, molémque & montes insuper altos

Imposuit, regémque dedit, qui fœdere certo

Et premere, & laxas sciret daret iussus habenas.

QVANTAM enim fuisse existimamus, illam Do-
 mini nostri in vētos potestatem & imperiū, cum exor-
 ta in mari Tyberiadis grauissima: ēpestate, & discipu-
 lis eius in summum discrimen adductis, affuit ipse illis
 solo nutu suo, verbóque compescens vētos, cælum se-
 renās, cōponēs fluctus, marēque omninò tranquillans?
 Tunc, inquit Matt. c. 8. surgens imperauit vētis & mari, &
 facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, di-
 centes, qualis est hic, quia vēti & mare obediūt ei: Verū hoc
 ipsum Mar. ca. 4. expressiūs & significantiūs enarravit.
 Exurgens, inquit, comminatus est vento: & dixit mari, tace,
 obmutesce, & cessauit vētus, & facta est tranquillitas magna.
 Illud porro, quod apud Iob de Deo in cap. 28. scriptum
 est, Qui fecit vēti pondus: hanc habet sententiā: Deum,
 suum cuique vento indidisse pōdus, hoc est, vim & pro-
 pensionem ad certū quendā impetum & cursam ex v-
 no loco in alium locum. Alia enim est vis, alius impet-
 tus

Locus Iob ca.
 28.

A tus & cursus per orbem, Zephyri, & Euri, Aquilonis itē,
 atque Austri. Ne verò quispiam putaret, scientiam ven-
 torum, vel tenuitate ac vilitate materiæ, vel facilitate
 noscendi, non magno æstimandā: Salomō in 7. c. Sa. in-
 ducitur, intet alia præcipua, quorū scientia sibi diuini-
 tūs data fuerat, ventorū cognitionē commemorans: sic
 enim ait, *Ipse dedit mihi horū, quæ sunt, scientiā verā: vt sciā*
dispositionem orbis terrarū, consummationes tēporum, stellarum
dispositiones, naturaliu differēcias virgultorum, virtutes radi-
cum, vim ventorū cogitationes hominū, & quæcūque sunt ab-
 B *scōsa & improuisa didici: omnī enim artifex docuit me sa-*
piētia. Et verò, arduū est nosse, quæ sit materia vento-
 rū, vnde cuiusq; origo, quæ causa tanti, & tam pertina-
 cis impetus ac celeritatis, à quo singulis suorū cursuū
 discretæ & dimensa fuerint spacia, quemadmodum sua
 cuique periodus & duratio præfinita sit, qua ratione
 ventorum vicissitudo & alternatio tam constanti ordi-
 ne, certaque lege procedat, vnde ventis tantæ vires,
 tantæque mirabilium effectuum diuersitas. Ergò tenuis
 C quidem res ventus est, at eius scientiam callere, non
 tenuis est gloria, nec minimia sapientiæ pars.

Quæ in ventis
 is mira, & cog-
 nita diffici-
 liora.

Benedicite, ignis & æstus, Dominō.

C VR distinxerint illi iuuenes ignem ab æstu, aut
 qua ratione hæc duo inter se differant, non vno
 modo exponi potest. Quidam, vocabulo ignis, signi-
 ficari aiunt naturam ipsius ignis simul etiam cum eius
 luce ac splendore: vocabulo autem æstus, denotari sum-
 mam ignis potentiam, & efficacitatem calefaciendi,
 D vrendi, conficiendi, consumendiq;e. Alij ignem in-
 terpretantur, ipsum elementum ignis: æstum verò, su-
 premam regionē aëris, in qua videlicet efficiuntur tot
 & tam varia corporum igneorum genera. Nec desunt,
 qui hæc ad Philosophiæ normam exigentes, & ad Ari-
 stotelis dogmata reuocantes: per ignem, intelligunt
 purissimum ignem, in sua sphaera & loco naturali, pro-
 ximè sub cælo lunæ manentem: per æstum autem, no-
 stratē hunc ignē, mixtum & impurum, ob idque pabu-
 I lo indigentem, omniaq;e, etiam qua sustinetur mate-
 ria, consumentem. Hanc distinctionem ignis tradit
 Aristoteles in lib. 3. de Generatione animalium, capit.

Quid sit di-
 scriminis in-
 ter ignem &
 æstum.

11. affirmans, verum purumque ignem, non hic apud A nos, sed propè Lunam esse quærendum. De nostri acce autem igne, in primo libro Meteororum, ait, cum esse excessum caloris, & veluti feruorem. In secundo autem libro de Generatione & Corruptione, textu 1æ. sic ait, *Ignis est superabundantia caliditatis, sicut glacies frigiditatis: congelatio verò & exarsio, superabundantia quedam sunt, illa frigoris, hæc caloris. Ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.*

Quemadmo-
dum ignis mate-
riam nobis lau-
dandi Deum
abundè præ-
beat.

Dionysij, de
proprietas
ignis, quibus
imagines rerum
cælestium adu-
bratur, eximia
sententia.

QVANTAM verò ignis, laudandi Deum mate- B] riam offerat, manifestum sit naturales eius affectio- nes, vires, effectusque contemplantibus. Nihil enim est eorum, quæ intra lunæ ambitum continentur, in quo plenior, & illustriorem rerum cælestium, ac diuinarum similitudinem, quàm in igne cernere liceat. Nec mea vnus hæc est sententia, sed B. Dionysij, qui eam nobis in libro suo de cælesti Hierarchia, c. 15. disertissimis verbis expressam reliquit. *Sanctissimi, ait Dionysius, qui de Deo loquuti sunt, viri, summam illam, & nullis obnoxiam figuris substantiam, variè in igne describunt: quippè qui diuinæ proprietatis, si dici liceat, in rebus visibilibus plurimas seruat imagines. Nempè enim, ignis sensibilis, in omnibus, vt ita dixerim, est, & per omnia sine vlla sui admixtione proficiscitur, & ab omnibus prorsus excipitur. Cumque lucidissimus sit, ipse tamen non admota materia, in qua suam vim suumque ostendat officium, in seipso occultus atque incognitus manet, neque admittit habitum, neque patet aspectui: ipse omnia superat, & ea, quibus infederit, in suum traducit officium, omnibusque quomodolibet sibi appropinquantibus, sui consortium tradit: renouat omnia calore vitali: fulgoribus apertis illuminat: teneri miscerique non potest, discernendi vim habet, atque immutabilis est, superiora semper petit, & in acumen tendit: agilis, celer, sublimis, nullaque vi, vt inferiora, petessat, adigi potest, semper mobilis, eoque motu rigens: alia mouet, & coplectitur omnia, cum tamè astringi ipse non possit: cumque alio ipse non egeat, sibi ipse tamen clam incrementa suppeditat, atque in qualibet suscipiente materia, suæ maiestatis potentiam indicat: efficax, potens, omnibus inuisibiliter præsens: si negligatur, non esse videtur: attritus autem, veluti irritatione quadam, naturaliter ac proprie continendo luceat exciatur in flammam: cumque affatim omni-*
bus

A bus participationem sui locupletissimam prebeat, nunquam tamen ipse minuitur. Complures item alias igni proprietates inuenies diuina actioni, quantum humanis imaginibus fas est, prope accedentes. Hoc itaque non ignorantes viri illi diuina sapientia repleti, caelestes substantias ex igne maxime effingunt, ut illarum diuinam speciem ad Dei imitationem tendere pro viribus indicent. Haec tenus quæ commemorauimus, ipsius Dionysij sunt verba.

B LICET præterea in igne animaduertere Dei prouidentiam, qua sebus mortalibus & caducis mirè consultum est. Nam, quia ignis pernecessarius est mundo, eiusque vis & usus per cunctas ferme res, tam naturales, quam humanas, pertinet ac permeat, propterea Deus ne rei tam necessariæ vnquam mundo deesset copia, facillimum ignis generationem fecit: naturam item dedit igni maxime fertilem, sui que fecundam: se namque ignis ipse parit, & multiplicat, minimis crescens scintillis: paruoque ortu, nisi eum deficiat materia, in immensum extenditur: & auidissimam voracitatē vndecumque sine damno sui pascit. Quis enumeret tam multa, & varia ignium genera, per omnem mundum à Deo sparsa? Quatum ignium sidera, sol maxime, procreant? Quis ætmet immensitatem illius ignis elementaris, quem Philosophi proximè sub Lunæ orbe collocant? quam crebri & multiformes ignes generantur in suprema aëris regione? Quatum fulgurum & fulminum in media? Super terram verò, quis memoret tot, & tam varias ignium formas, tum naturalium, tum artificialiū? Ac ne defectio materiæ, copiam ignium minueret, plurima condidit Deus, & quasi comparauit, ad ignem facillimè concipiendum, tenacissimè seruandum, copiosissimè alendum, amplissimè dilatanandum, maxime idonea, velut est oleum, cera, pix, tæda, sulphur, & quæ vix numerari queant, lignorum diuersa genera. Nec tantum facilis est ignis generatio, sed etiam multiplex: gignitur ignis ab igne, gignitur luce, gignitur motu, gignitur corporum attritu, gignitur solis radiorum reflexione: concaua namque specula, solis aduersa radiis, facilius etiam, quam ignis accendunt ignem. Denique, modò fontium, & fluminum exitibus terræ partibus, perenni effluxu multifariam

Quanta sit in mundo copia ignis, quam facilis generatio & multiplicatio.

ingens vis ignium emanat. In Nymphæo, exit à pe-
 tra flamma, quæ pluuiis accenditur: Campus Babylonie
 flagrat in Phaselide, mons Chimæra, & quidem im-
 mortali diebus ac noctibus flamma. In medio mari
 est Hiera, insula Aeolia iuxta Italiam, collem habens
 nocturnas euomentem flammam. Huic vicina Siron-
 gyle, liquidiore flamma tantùm differens: à cuius fumo,
 quinam flaturi sint ventri, in triduum prædicere inco-
 læ traduntur: vnde ventos Aeolo, qui in ea regnavit,
 paruisse existimatum. In Lycia, regio notissima est,
 Hephæstion incolæ vocant, perforatum pluribus locis B
 solum, quod sine vlllo nascentium damno, ignis in-
 noxius circuit. Læta itaque regio est, & herbida, nihil
 flammis adurentibus, sed tantùm vi remissa & lan-
 guida refugientibus. Lege octogesimam epistolam Se-
 necæ: & lib. 2. cap. 106. & 107. Phnii. Quid dicam de
 Ætna, in montium miraculis nobilissimo, qui ardet
 noctibus semper, tantòque æuo ignium materiæ suf-
 ficit? & quò maius sit miraculum, niualis hybernis
 temporibus, egestumque cinerem pruinis operiens.

Miracula per
 ignem à Deo
 patrata.

ILLUD quoque hoc loco non est ignorandùm, Deū C
 ad multa edenda miracula, ignis ministerio esse vsum.
 Principiò, ad arcendum primum hominem ab ingres-
 su paradisi, terrificum, & maximè formidabilem ignem
 in eius loci aditu collocavit, vti narrat Moses in
 capite 3. libri Gen. Deinde, igne vsus est ad vindican-
 da hominum immanissima scelera, sic sceleratam il-
 lam Pentapolim, imbre sulphureo igneòque fundi-
 tus destruxit, & in omne æuum perdidit, Genes. 19. sic
 etiam puniuit participes seditionis & rebellionis Da-
 than, & Abyron aduersus Moysen, & Aaron, Num. 16. D
 sic Helias igne cælitus deuocato, duos quinquage-
 narios peremit, 4. Regum, cap. 1. Postèa, vsus est igni
 ad insinuantium mysterium aliquod, cuiusmodi
 fuit ignis ille visus Moysi, inflammans rubum, sed eum
 minimè conficiens, atque consumens, Exo. 3. Eodem
 spectabant equi ignei, & currus igneus, quo Helias
 in cælum est sublatos, 4. Reg. 2. Ad hæc, ad præmon-
 strandum Hebræis in deserto, dirigendùmque iter,
 columnam prætulit, nocte ipsis præluentem, interdiũ
 verò, ipsos inumbrantem, Exod. 13. Præterèa, vt signo
 extet

A externo demonstraret Deus, placere sibi sacrificium, quod ipsi offerebatur, igne demisso ipsum cremabat, totumque consumebat: hoc accidisse legimus sacrificio Dauidis, de quo est in priori libro Paralipomen. cap. 21. & sacrificio Salomonis in dedicatione templi. Lege, 7. cap. li. 2. Paral. Hoc item modo intelligitur factum esse, quod legitur Genes. 4. respexisse Deum ad Abel & ad munera eius. Per ignem quoque declarata est in certo aliquo loco Dei presentia, & probatum, quod ibi agebatur, Deo auctore agi: hanc ob causam Deus super montem Syna apparere voluit Hebræis, cum luculentissimo, & creberrimo igne, quò se, legis, quæ ibi ferebatur, conditorem & auctorem esse ostenderet. His adde, quòd ut remoueret Deus Iudæos ab idololatria, & se vnum verum Deum declararet, per Heliam in monte Carmeli, sacrificium plurima offusum, & circumfusum aqua, misso cælitus igne, totum subito absumpsit. Quid, quod igne, qui est in inferno, Deus vitur dupliciter, & vtròque modo perquam mirabiliter. Nam cum ignis ille sit corporeus, cruciat tamen incorporeos dæmonum, & hominum spiritus: & post resurrectionem, vret quidem, & torquebit acerrimè hominum corpora, nec tamen ea corrumpet, ac dissoulet. Ad extremum, ingens miraculum ostendit Deus in igne illo Babylonico, in quem tres illi iuuenes manibus pedibusque colligatis, fuerant coniecti, scilicet prohibens, ne ignis ille sanctos iuuenes, quos circumdabat, & complectebatur, vllatenus adureret, vel molestia aliqua afficeret.

Exod. 19.

3. Reg. 18.

D *Benedicite, noctes & Dies, Domino.*

L VCVLENTISSIMUM diuinæ providentiæ testimonium, certissimumque argumentum, cuius sane mentis, nec prorsus hebeti, esse potest vicissitudo dierum, & noctium, eorumque contraria inuicem ratione, nunc crescentium, nunc decrescientium tam constans, tam ordinata, tam perpetua, & ad salutem omnium rerum, tam accommodata alternatio. Dies enim diei collatus, & nox cum nocte comparata, & ipsorum alterna accretio, & diminutio, certusque ordo, perpetuæque constantia, clamant

Quot & quam
te utilitates ex
vicissitudine
dierum & no-
ctium mundo
accidant.

Explicatur lo-
cus, Pl. 18.

& testantur, tanti operis rationem, laudemque, non te-
meritati fortunæ, nec naturæ necessitati esse tribuen-
dam. Iam vim diuinam præesse mundo, quæ vniuersa
hæc à se constituta, omnibus sæculorum ætatebus,
summa potentia conseruet, summaque sapientia re-
gat, atque moderetur. Vnde Dauid in Psal. 18. pulcher-
rimè cecinit: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indi-
cat scientiam. Quem versum, ego sic interpretor. Præ-
miserat Dauid, Cæli enarrant gloriam Dei, nunc docet,
hoc testimonium, & præconium diuinæ prouiden-
tiæ, quod perhibent, & prædicant cæli, non vno tan-
tum die, aut nocte durare, sed quoad durat vicissitudo
dierum & noctium, id est, perpetuò ipsum perseue-
rare. Siquidem, præcedens dies verbum & præconium
Dei tradit subsequenti diei: & hic similiter alij, atque
ita deinceps fit in omnibus. Nox itidem scientiam
laudandi Deum: sic enim nox comendat Dei pro-
uidentiam, vt si ipsam sciret, & sui consideratione, ad
sapientiam, Dei agnoscendam homines inducit, trans-
mittit ad noctem alteram sibi succedentem. Itaque
licet præcedens dies abeat, prædicatio tamen Dei,
nequaquam simul cum eo euanescit: Nam subsequens
dies, perinde, atque fuisset ipse à precedenti instru-
ctus & doctus, similiter vt ille, diuinam magnificen-
tiam testatur & commendat. Nox quoque posterior,
quasi docta scientiam laudandi Deum à priori nocte,
non secus atque illa, Dei gloriam enarrat. Ergo hæc
naturalis diuinæ maiestatis testificatio, omni die,
omni nocte perdurat, atque perseuerat. Porro,
prædicta dierum & noctium alternatio, plurimum
confert. Primò quidem ad incolumitatem & conserua-
tionem rerum: scilicet, diei calore, siccitateque, & no-
ctis humore ac frigore, salubri temperamento, inui-
cem reuulsis ac mitigatis. Quapropter, illas mundi re-
giones, quibus continua tempestris nox, & vicissim
par diei continuatio contingit, aut cerè hæc diei ac
noctis vicissitudo non est quotidiana, quasi partem
mundi à cælo abdicatam, & à natura damnatam ma-
gnorum bonorum sterilem, multisque malis & miseriis
obnoxias esse constat. Deinde conducit hæc vicis-
situdo dierum & noctium, ad reuelandum ipsa varietate*

Partes mōdi
vbi nō est diei
noctisque vfi-
tata vicissitu-
do, quales.

A tate fastidium, quod certè maximum esset, si alteru-
trum illorum, aut perpetuò, aut per diu perseueraret. E-
tenim perpetuus dies, intolerabilis esset, nullo ad re-
quiescendum, & vacandum à laboribus, commodo, &
opportuno tempore. Aeterna verò nox, esset instar te-
rerrimi carceris, vel etiam mortis, horrenda: Quam ob-
rem Ecclesia canit in quodam hymno:

Ex D. Ambra

*Aeternæ rerum conditor,
Noctem, diemque, qui regis,
Et temporum das tempora,
Vt alleues fastidium.*

DENIQUE ea vicissitudo dierum, & noctium,
instituta est à Deo, ad distinguenda tempora com-
modissima hominibus ad laborandum, & operandum,
& ad vacandum, & requiescendum à labore. Dies nam-
que inuitat hominem ad vigilandum, & laborandum:
nox contrà, suadet quietem, & somnum conciliat,
quò fessum corpus, animusque recreatur, viresque refi-
ciantur, ac redintegrentur. Scitum est illud Chryso-
stomi in hom. 2. super cap. 1. Epist. quam D. Paulus scripsit
ad Philippenses. *Quemadmodum, inquit, corpus hominis
calore incensum, & feruentioribus solis radijs aestuans, si hos-
pitium, aut diuersorium multis fontibus irriguum, auraque
tenui iucundum, fuerit nactum, valdè refocilatur, ita &
nox, animos nostros diurnis laboribus fatigatos, somno comit-
tens, vehementer recreat. Quò licet intelligere, quanta sit
vecordia, quanta ingenij, & morum peruersitas, quam
probrosa, nec tantum consuetudini omnium homi-
num, sed etiam naturæ dispositioni, Dei que ipsius de-
signationi contraria vitæ ratio eorum hominum, qui,
vt ait Seneca in epist. 123. officia lucis noctisque per-
uertunt: nec antè diducunt oculos hesternæ graues
crapula, quam appetere nox cœpit: quibusque vesper-
tinum tempus, fit antelucanum. Itaque qualis illorum
conditio dicitur, quos natura, vt ait Virgilius, sedibus
nostris subditos, è contrario posuit:*

Chrysof.

Sententia Se-
neca, vehemē-
ter pedestri-
gēs
principes, qui
in officiis vitæ
peragendis no-
ctis, dieique v-
sum inuicem
peruertunt.

*Nosque vbi primus equis Oriens afflauit anhelis,
Illis sera rubens accendit lumina vesper.*

Virgil. r.
Georg.

TALIS horum contraria omnibus, non regio,
sed vita est. Sunt quidam in eadem vrbe antipodes, qui
(vt Marcus Cato ait) nec orientè ynquã solè viderunt.
nec

nec occidentem. Istos homines Seneca vocauit lucifugas, lichnouios, noctuas, funebrem vitam agentes, & defunctorum similes. Quantum enim à funere absunt, & quidē acerbo, qui ad faces, & cereos viuunt? Verum, quia hæc infania non ferè contingit vulgo, sed homines tantum primariæ nobilitatis, potentia, atque opulentia corripit, & premit: propterea nonnulli facete, principes tenebrarum, quemadmodum vocantur *dæmones* à Beato Paulo, istiusmodi homines appella- uerunt. Si autem interrogas, quomodo hæc animo prauitas fiat, auerſandi diem, & totam vitam in noctem transferendi: causa præcipua huius morbi videtur Senecæ fastidium communis vitæ. Quidam enim, ut præstantia cultus, elegantia cœnarum, munditia vehiculorum, distingui volunt à cæteris: sic volunt separari etiam temporū dispositione, nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium in ipsa fama est. Sed profectò ordinem vitæ præscriptum à natura tenere, facile expeditum, & iucundum est, contra illam nitentibus, non alia vita est, quam contra aquam remigantibus. Sed reuertor ad propositum.

Ephes. 6.

Feræ non nisi noctu è latibus egrediuntur.

EST præterea distinctio, & vicissitudo dierum, & noctium in id à Deo instituta, ut essent diuisa, & determinata tempora hominibus, & feris, ad exercendas operationes suas, ne sibi inuicem damno, aut impedimento essent. Nox enim assignata est feris, qua prodeant à latibus suis ad venandum, & victum sibi comparandum. Dies verò homini destinatus est ad actiones suas obeundas. In quo licet mirari Dei prouidentiam, interdiu continentis ferocissima animalia in suis latibus, vnde si exirent in publicum, & solatè libereque vagarentur, haud dubiè viatoribus, agricolis, & pastoribus plurimum nocere possent: ergò, vel reuerentia, & metu hominis tantò ipsis imbecillioris, sicut Deus dixit Noë, & narrat Moses cap. 9. libr. Genes. *Terror vester, & tremor, sit super omnia animalia terre: vel obseruantia diuinæ dispositionis, per diem se in suis antris, & specubus continent.* Hoc regius Vates in Psal. 103. eleganter hisce verbis exposuit: *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestia syluæ, catuli leonum rugientes, ut rapiant, & querant à Deo escam sibi. Oratus est*

A tus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam. Cæterum, non prædicta tantum naturalis dierum, & noctium vicissitudo, tam aptè, & constanter ordinata, mûdoque salutaris, gloriam Dei prædicat, sed illud etiam, quod certis quibusdam diebus, admiranda opera, & prodigia à Deo facta, multaq; & eximia mortalibus beneficia tributa esse constat. Hanc ob causam, & nunc apud Christianos, & olim apud Hebræos multi dies sacri, festique, & quotannis celebres fuerunt. Talis erat dies Sabbathi, dies Phasæ, Pentecostes, Tabernaculorum, Sortium, seu Mardochei, & renouationis templi. Apud Christianos verò plurimi sunt sanctissimi, ac religiosissimi dies, videlicet, quibus, vel Christi Domini, & Deiparæ Virginis mysteria, vel natales Sanctorum virorum, hoc est, ex hoc mûdo in cælum, triumphales, & gloriosi excessus, & transitus celebrantur. Verum, in primis præcipuam religionem, & venerationem habet dies Dominicus, diuinorum mysteriorum fecundissimus, & admirandis Dei operibus, ac miraculis, maiorem **C** in modum ornatus, ac nobilitatus. Hic enim dies, primam mundo originem, lucemque dedit. Hic transitum Hebræis per medium mare rubrum ostendit. Hic manna in deserto Hebræis pluere cæpit. Hic Christi Domini ortu, baptismo, primo miraculo aquæ in vinum mutata, itemque altero, multiplicationis quinque panum, nec non, & gloriosa resurrectione, ac Spiritus Sancti in discipulos descensu, consecratus, & decoratus est. Denique putant quidam hunc futurum diem, quo, & mundi renouatio fiet, & humanorum corporum resurrectione, & felicitas hominis supremam habebit perfectionem, & consummationem.

De excellentia
diei Domini-
cæ.

Benedicite, lux, & tenebra, Domino.

DILIGENTER considerantibus lucis proprietates, & effectus, perquam mirabile videri eius vim, & naturam, eamque clarissimum diuinæ bonitatis, & pulchritudinis testimonium simul, & simulachrum quoddam, atque imaginem, existimari necesse est. Sed quinque sunt in luce præcipua commendatione, & admiratione digna. Ante omnia est incomparabilis eius mundi

Encomium
lucis, ex quin-
que eius pro-
prietatibus
concinatum.

munditia, & puritas. Nihil enim luce mundius, & pu-
rius in rebus corporeis esse, ac ne fingi quidem potest.
Nam cum per omnia permeet, etiam sordidissima, om-
niaque purificet, atque emundet, nulla tamen sordium
contagione inquinatur, nulloque suæ puritatis dam-
no afficitur. Deinde, perquam mira est ipsius potentia,
& efficacia. Etenim lux est generale quoddam, ac prin-
cipale instrumentum causarum cœlestium, quo, vis
omnis siderum, omnisque cœlorum defluxus, & ef-
fectus ad nos perfertur, & quo vno fit in hoc nostrati B
mundo, quicquid cœli potentia in eo fit. Postea lucis
summa est iucunditas. Quapropter Salomon in libro
Ecclesiastæ, capite 11, ait: *Dulce lumen, & delectabile
oculis videre solem.* Et senex Tobias dixit Angelo Ra-
phaëli: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumē
cœli non video?* Scriptura quoque solet maximam aliquam
lætitiam, iucunditatem, bonorum abundantiam, & fe-
licitatem, vocabulis ad lucem pertinentibus exprime-
re: contra verò, summum maerorem, & tristitiam, ea-
lamitatēque, & miseras, vocabulo caliginis, noctis, C
& tenebrarum explicare. Nec tantum lux ipsa per se
iucunda est, sed etiam facit, ut alia omnia cum iucun-
ditate, & voluptate cernantur. Nihil præterea eorum,
quæ sub sensus nostros cadunt, luce pulchrius, venu-
stius, & amabilius est: quin, ut ait Damascenus, lux est
pulchritudo, & ornamentum omnis creaturæ visibilis:
aufer enim lucem, & omnia in tenebris ignota iace-
bunt, nec proprium decorem, & venustatem ostende-
re poterunt. Iam verò, quis pro dignitate eloqui possit,
quanta sit lucis fecunditas? quanta in sui diffusionē, D
ac multiplicatione velocitas? etenim lux, quousque
vis eius pertingere potest, omne id spatium, non vna
tantum ex parte, sed usquequaque, & quoquò versus
puncto temporis sparsa, claritate sua, penitus obti-
net, & implet.

Quam frequē-
ter, & quam
variè vocabu-
lum lucis vsur-
petur in Sacris
litteris.

Hic accedit, nihil esse in rebus corporeis ad per-
cipiendam notitiam rerum cœlestium, & ad exprimen-
dam similitudinem quandam rerum diuinarum, æquē,
quam lux est, idoneum, & accommodatum. Quò fit,
ut sacra Scriptura in tractandis rebus spiritualibus,
& diuinis, similitudinem lucis, & vocabula omnia, quæ
ad lucem

A ad lucem pertinent, frequentissimè vsurpet. Hinc sunt illæ passim obuia in Sacris literis sententiæ. **a** Ego sum lux mundi. **b** Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. **c** Deus lux est, & tenebræ in eo, non sunt vlla. **d** Qui lucem habitat inaccessibilem. **e** Vos estis lux mundi. Sic luceant opera vestra. **f** Fuiſti aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate. **g** Benediclus Deus, qui vocauit nos in admirabile lumen suum. **h** Omne

a Matth. 5.

b Ioan. 1.

c 1. Ioan. 1.

d 1. Tim. 6.

e Matt. 5.

f Ephes. 5.

g 1. Pet. 2.

h Iac. 1.

B donum perfectum descendens à Patre luminum. **i** Signatum est super nos lumen vultus tui, Domene. **k** Illumina faciem tuam super seruum tuum. In lumine tuo videbimus lumen. Sed nullus est finis enumerandi omnes eiusmodi sententiæ: ira multa sunt in Sacris literis huius generis exempla. Cùm igitur nihil sit luce purius, efficacius, iucundius, pulchrius, fecundius, velocius, & ad intelligédas, atque exprimédas res diuinas accommodatius, meritò tres illi iuuenes, inter cætera, quæ in hoc hymno prouocantur ad laudandum Deum, lucem commemorarunt, vt in qua multa sint, quæ ad commendationem pertineant opificis, qui ipsam condidit.

i Psal. 4.

k Psal. 118.

C **V E R V M**, vt hanc de luce orationem tandem concludam, ponam hoc loco luculentissimum lucis, præfertim verò eius, quæ solis est, enconium, à B. Dionysio in libro de diuinis nominibus, disertissimis verbis compositum: sic enim in 4. c. primæ partis eius libri scriptum reliquit. *Est sanè liquida diuinæ bonitatis imago magnus iste semperque lucens sol, pro exigua boni similitudine. Omnia enim, quæ ipsum haurire possunt, illuminat: habetque lucem eminenter explicatam, expādens illam super omnem hunc visibilem mūdum. supra, atque infra vibrans radios suos. Quos, si quid est, quod non hauriat, id non, aut imbecillitati, aut breuitati luminoso ipsius distributionis imputandum est. sed vs, quæ percipi de luci minis idonea sunt, neque se ad cōfortiū lucis extendunt. Nihil visibile est, quod sol non penetret excellētī lucis sue magnitudine, sed ad ipsam quoque generationē sensibilis corporū confert, ipsaque ad vitam mouet, nutrit, auget, perficit, purgat, & renouat. Mensura quoque, & numerus est horarum, dieū totiusque labentis temporis, lux. Ipsa est enim ea lux, etsi tunc erat informis, quod & diuinus Moses ait: quæ primū*

Præconium
lucis ex Diuo
Dionysio A-
reopagita.

D *disiinxit,*

Gen. 1.

adfluxit, & definiuit dierum nostrorum trinitatem. Et sicut A
 omnia, bonitas ad se conuertit, & qua dispersa sunt congregat,
 veluti unitatis auctor, & unifica deitas, omniaque ipsam velu-
 ti principium & finem desiderant, & in qua omnia constant, ac
 Quomodo omnia ad Deū referantur.
 veluti in omnipotente recessu, presidioque seruantur, & ad ip-
 sam conuertuntur: omnia spiritalia quidem & rationalia scien-
 ter: sensibilia verò sensibiliter: quæ autem sunt sine sensu, inge-
 nito vitæ desiderij metu, quæ autem vitæ caret, solùmque sunt,
 sola aptitudine participandæ substantiæ: similiter quoque lux,
 secundum quandam imaginis rationem ad se conuertit & cogit
 omnia, quæ vident, quæ mouentur, quæ illuminantur, quæ cale-
 fiunt, quæque omnino ab ipsius radis continentur. Ideoque sol
 Græce dicitur ἥλιος, ex eo quòd seruet inuiolata omnia, congro-
 gètque omnia dispersa. Omniaque ipsum sensibilia appetūt, aut
 ipsum videre, aut ab eo moueri, illuminari, calefieri, atque om-
 nino à luce ipsius contineri cupientia. Neque hoc dixi secundum
 obsoletam vetustatis rationem, quasi sol Deus sit, mūdane ma-
 china conditor, & visibilem mundum peculiariter regens &
 Sol imago di-
 uinæ bonita-
 tis.
 Rom. 1.
 conferuans: sed quia, vt dixi, sol imago diuine bonitatis est, &
 quia, vt D. Paulus ait, inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt,
 intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diu-
 nitas. Hæc illo loco de luce Dionysius. At enim, dicit
 aliquis, cum tenebræ non sint aliud, quàm lucis pri-
 uatio, hoc est, planè nihil sint, quæ possunt benedicere,
 seu laudare Deum, quia nimirum hæc ipsa lucis pri-
 uatio & absentia, cum opportunè & ad tempus fit, vti-
 lissima est rebus mortalibus, quibus contrà, perpetua
 lucis præsentia exitio esset, sicut de noctium ac dierum
 vicissitudine, paulò suprà dictum est.

Benedicite, fulgura & nubes, Domino.

Differètia ful-
 guris & ful-
 minis.



V O D suprà monui, etiam hoc loco præ-
 fandum est, vocabulo fulguris, & vera ful-
 gura, & quæ vocantur fulmina, in præsentia
 significari. Quid autem fulgur differat à ful-
 mine, breuibus indicat Seneca in libro 2. naturalium
 quæstionum. Fulguratio, inquit, ignem ostendit: fulmi-
 natio emittit. Illa, vt ita dicam, comminatio est, commotio
 sine ictu: ista, iacuiatio cum ictu. Illa est fulmen non in terras
 vsque perlatum: hæc est fulgur vsque in terras perductum.
 Quinetiam in diuinis literis vocabulo fulguris, ip-
 sum

A sum fulmen exprimitur. Nam, quæ narrantur in nono ca. Exodi, ad Ægyptios terrēdos & affligendos, demissa fulgura, ea fuisse vera fulmina, non est dubitandum. Scriptum est in cantico Moſis Deuteronom. 32. *Si acue- ro, ut fulgur, gladiū meum, & arripuerit iudiciū manus mea.* Et in cantico illo Dauidis, quod in 22. cap. lib. 2. Regū, positum est, sic legimus: *Misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura, & cōsumpsit eos.* Quibus locis nomē fulgaris, pro vocabulo fulminis positum est.

B P O R R ò vsque eò mira sunt fulminis opera, vt nihil dubij relinquunt, quin diuina insit illis, & subtilis potentia. Loculis integris & illæſis, conſtat argen- tum: manente vagina gladius liqueſcit: inuiolato li- gno circa pila ferrum omne distillat: stat, fracto do- lio, vinum, nec vltra triduū rigor ille durat. Malorum serpentium, & aliorū animalium, quibus mortifera vis inest, cū fulmine icta sunt, venenum omne consu- mitur: quod eo argumento cōpertum est: in venenatis enim corporibus, vermis non nascitur: fulmine icta, intra paucos dies verminant. Illud præterea mirum, quòd vinum fulmine gelatū cū ad priorem habitū redit, potum, aut exanimat, aut dementes facit. Cur, in- quies: quia inest fulmini vis pestifera, quam in eo vi- no aliquatenus hæſiſſe, existimandum est. Nam & olei quoque, & omnis vnguenti, teter post fulmen odor est. Præterea, quocunq; decidit fulmen, ibi odoreni sulphuris esse certum est, qui, quia natura grauis est, sæpe haustus, alienat. Ex quo apparet, inesse quan- dam subtilissimo igni, & contra naturam acto, pe- stilentem potentiam, qua non tantum icta cadunt, sed etiam afflata. Prædictis, hæc item ex Plinij libr. 2. Plin lib. 2. cap. 51. 54. & 55. addenda sunt. *Fulmine, dolia ex- turriuntur, intactis operi- mentis, nulloque alio vestigio relicto. Marita princeps Roma- narum seminarum, icta fulmine grauida, partu exanimato, ip- sa, citra vllum aliud incomodum vixit. Noctu magis, quam in- terdiu, sine tonitribus fulgurat. Vnū animal hominē, nō semper extinguit, cetera illico, hunc videlicet natura tribuente ho- norem, cū tot bellæ viribus præſent. Omnia contrarias incubant in partes: homo, nisi conuertatur in percussas, non ex- pirat. Vigilans, fulmine ictus, conuenientibus oculis, dormiens pa- tentibus reperitur. Nullum animul, nisi exanimatum, fulmine*

Miri fulminū effectus.

accenditur. *Vulnera fulminatorum, frigidiora reliquo corpore sunt. Ex eis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem nõ icit fulmen, nec unquam, quinque altius pedibus, descendit in terram. Idem pauidi, altiores specus tutissimas putant, aut tabernacula è pelibus belluarum, quas viulos marinos appellant, quoniam hoc solum animal ex marinis, non percutit fulmen sicut nec è volucribus aquilam, quæ ob hoc, armigera huius teli fingitur.*


Tria genera
fulminum.

N E C illud silentio inuolendum est, tria esse genera fulminum: Vnum, quo terebrat, hoc subtile est & flammeum, cui per angustissimum fuga est, ob sinceram & puram flammæ tenuitatem. Itaque huiusmodi fulmen per id foramen, quod ingressum est, redit & euadit. Alterum est, quod discutit & dissipat, hoc conglobatum est, & habet commixtam vim spiritus coacti & procellosi, eiusque latè sparsa vis rumpit icta, non perforat. Tertium est, quod vrit, multum terreni habens, igneumque magis, quam flammeum. Itaque relinquit magnas ignium notas, quæ percussis inhaereant. Nullum quidem sine igne fulmen venit, sed hoc propriè igneum dicimus, quod manifesta ardoris vestigia imprimat. Hoc autem: & vrit, & fuscatur vrit tribus modis: aut enim afflat, & leui iniuria lædit, aut comburit, aut accendit. Fuscatur verò, decolorando, id est priorem colorem inficiendo, scilicet, reddendo corpus, vel pallidum, vel cæruleum, vel nigrum. Pauca adhuc adiciam ad enarrandam vim fulminum, mira vulgò propter causarum ignoracionem: doctis, qui norunt causas, abest admiratio. Potentia fulminis non eodem modo omnem materiam vexat. Valentiora, quia resistunt, vehementius dissipat: cedentia, nonnunquam sine iniuriâ transit. Cum lapide, ferroque, & durissimis quibusque configit, quia viam necesse est per illa impetu quærat, & vi faciat viâ, qua effugiat. Teneris, & rarioribus parcat, licet flammis, oportuna videantur: quia transitu patente minus ferit. Quapropter loculis integris, pecunia, quæ in his fuerat, conflata reperitur: igne tenuissimo per occulta foramina transcurrente. Nec vno modo fulmen sæuit, diuersitas autem, ipso opere, effectûque cognoscitur. Interdum in eadem materia vis eiusdem fulminis, admodum diuersa facit, sicut in arbore, quod arbori diffi

A diffimum est, vit: quod solidissimum & durissimum est, terebrat & frangit, summos cortices dissipat, interiores libros in parte interioris arboris, rumpit ac scindit, folia pertundit ac stringit. Hæc de multiplici, & mira fulminum potentia, effectisque in præsentia referre volui, vt palam esset, quàm locuples & copiosum, quàm magnificum & splendidum diuinæ laudis argumentum, consideratio fulminum, naturam, vires, & opera eorum contemplantibus, præbere queat.

Benedicat terra Dominum.

ET S I terra, vt situ, ita etiam natura sua in ^{Encomium} hoc mundo locum habet, ea tamen tam ^{terræ.} multis, & præclaris à Deo rebus, quasi dotata, & ornata est, vt inter omnes elementaris mundi partes, facile principatum obtineat. Nam, vt hinc de ea re dicere ordiatur, quid tam varia terræ facie, & multiformi partium eius distinctione, visu pulchrius, aut iucundius esse potest? Est enim terra montibus sublimiter ardua, vallibus humiliter depressa, campis æquabiliter plana, collibus molliter elata, specubus multifariam caua, tot, tanisque fluminibus, lacubus, stagnis, fontibus, ad fertilitatem si mul & amœnitatem irrigua, mari partim circumfluo, partim variis locis, magna ipsi⁹ pulchritudine, & hominum vtilitate, interfluo, virens herbis, decora floribus, **D** fecunda fructibus, vestita arboribus, altissimis, densissimisque inumbrata, atque opacata, syluis, tanta multigenarum animantium diuersitate habitata, tanta ædificiorum varietate, amplitudine, & magnificentia exornata, tanto mortalium studio, diligentia, & artificio tractata & culta. Nec minus sunt mira, quæ intra viscera sua includit & occultat, scilicet immensos thesauros, pretiosissimarum rerum diuitias dico, & delicias, omnemque humani luxus & fastus materiam. Hinc enim, quæ nullo recti & honesti, ac ne vitæ quidem respectu, tam auidè & curiosè quæritur metallorum opulentia, existit, tam varia, tam diues, tam fecunda,



tot seculis suboriens, cum tantum quotidie orbe toto populentur ignes, ruinae, naufragia, bella, fraudes, tantum verò luxuria, & tot mortales conterant, gemmarum pictura tam multiplex, lapidum tam discolorum maculae, interque eos candor alicuius, praeter lucem, omnia excludens; medicatorum fontium vis: ignium tot locis emicantium perpetua tot seculis incendia.

Terra similis
humano cor-
pori.

V I D E T U R etiam terra ad humani corporis exemplar formata. Sunt enim in corporibus nostris venae & arteriae: illae sanguinis, haec spiritus receptacula. In terra quoque sunt alia itinera, per quae aqua, & alia per quae spiritus currit, adeoque illam ad similitudinem humanorum corporum natura finxit, ut veteres, aquarum appellauerint venas. Sed quemadmodum in nobis, non tantum sanguis est, sed multa genera humorum, alia necessarii, alia corrupti, ac paulo pinguioris, in capite cerebrum, in ossibus medulla, salivaeque, & lachrymae, & quiddam additum articulis, per quod agilius flectantur ex lubrico, sic in terra quoque sunt humoris genera complura, quaedam quae natura durentur: hinc est omne metallorum genus, ex quibus aurum, argentumque petit auaritia: quaedam, quae in lapide ex liquore vertuntur. In quibusdam verò locis terra humores liquecit, sicut bitumen, & caetera huic similia. Et sicut nostrum corpus, spiritu interius clauso, saepe quatitur & conflictatur, ut tremat: ita etiam contingit terrae: unde horribiles terrae motus, exitia non modo singulorum hominum & locorum, sed etiam populorum & regionum existunt. Denique, vni omnium mundi partium terrae (ut inquit Plinius) eximia propter merita, cognomen indidimus maternae venerationis. Scriptura quoque in libr. Ecclesiastici, cap. 40, matrem hominum, terram appellauit: non tam, sicut ego interpretor, ut commendaret terram, quam ut nostram deprimeret superbiam, vilissima omnium mortalium est terra origine, ante oculos posita. Caeterum non immerito, matris nomine, & honore terra dignatur. Haec enim nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper, nouissime complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operiens, etiam monumenta, ac titulos gerens, nomenque prorogans nostrum,

Plin. lib. 2. cap.
36.

Terra cur ma-
ter hominum
dicatur.

A nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem
 æui. Hæc sola est, quæ nunquam videtur irasci. Aquæ
 subeunt imbres, rigescunt in grandines, ruinescunt in
 fluctus, præcipitantur in torrentes, aër densatur nubi-
 bus, furit procellis. At hæc, benigna, mitis, indulgens, v-
 fusque mortalium semper ancilla. Quas res coacta ge-
 renat? Quas sponte fundit? Quos odores succosque?
 Quos saporis? Quos tactus? Quos colores? Quam
 bona fide creditum scenus reddit? Nec sanè tantum
B utilitatibus hominum inseruit, sed etiam voluptatibus
 & deliciis indulget.

M V L T A porò terrarum miracula veteres pro-
 diderunt, sed ferè aut fabulosa, aut non tam naturæ
 potentia, quàm vi & fallacia demonum, perdendis imp-
 pia superstitione hominibus, effecta. Aiunt in sano Ve-
 neris Paphos, quandã fuisse aream, in quam nunquam
 implueret: sicut etiam circa simulachrum Mineræ,
 quod erat in Nea oppido Troadis, iuxta Harpasaop-
 pidum Asiæ, cautem stetisse horrendam, vno digito
C mobilem: eandem, si toto corpore impelleretur, resi-
 stentem. In Taurinorum peninsula in ciuitate Cha-
 racena, terram esse, qua sanentur omnia vulnèra. Cir-
 ca Asson Troadis, lapidem nasci, quo consumuntur
 omnia corpora, idèoque Sarcophagum vocari. Duos
 esse montes iuxta flumen Indum: alteri, naturam esse,
 vt ferrum omne teneat, alteri vt respatat: itaque si sint
 clauis in calceamento, vestigia auelli in altero non pos-
 se, in altero sisti. Spiritus laterales multis ex locis emit-
 ti, alicubi volucris tantum noxios: alibi præter
 hominem, cæteris animantibus. Hierapoli in Asia,
D matris tantum magoræ sacerdoti innoxium, cæteris
 mortiferum exhalari spiritum. Esse præterea non-
 nullibi fatidicos specus, quorum exhalatione temu-
 lenti, futura præcitant, vt Delphis nobilissimo ora-
 culo. Hæc & alia de terrarum miraculis tradita sunt
 ab antiquis.

Ego, vnum duntaxat hoc loco ponam verissimum,
 & exploratissimum: quod si veteribus narratum fuisset,
 haud dubiè non modò ipsis perquã mirum, sed etiam
 incredibile accidisset: est sanè illorum doctrinæ ac
 sententiæ omninò contrarium. Sententia fuit omnium
 veterum,

Miracula ter-
 rarum à genti-
 libus prodita,
 sed vel ficta,
 vel dæmonis
 artificio facta,
 vel naturæ po-
 tentiam non
 excedentia.
 Pli. lib. 2. c. 96.
 & 93.

veterum, terram inter duos tropicos interiacentem, A
 prorsus esse inhabitabilem, scilicet propter intolera-
 biles solis ardores, nimirumque siccitatem, & summam
 pabulorum, atque aquarum penuriam. Hoc autem ar-
 gumentabantur illi, eò quòd cernamus, ex solis ad
 nos accessu, siccitatem & inopiam aquarum euenire,
 contraria verò ex eius à nobis discessu, vt manifestum
 est in diei & noctis, hyemis atque æstatis vicissitudi-
 ne. Quapropter illi omnem terræ tractum, inter duos
 tropicos interpositum, zonam torridam appellauerunt. B
 At enim verò, falsam esse istam sententiam, manife-
 stis experimentis hoc tempore comprobatum est. Si-
 quidem nouus orbis, quem vocant Indiam occiden-
 talem, Americanam dico regionem, & eius prouinciam
 Peruensem, cùm inter vtrumque tropicum interclus-
 us subiaceat zonæ torridæ, mirificè tamen tempera-
 tus est: nec tantum habitatus, sed propter abundan-
 tiã aquarum, copiam fructuum, & cæli temperiem, sa-
 lubriter & iucundè habitatus. In qua regione multa sunt
 mira, nec facilia explicatu, literis tamen nostorum pa-
 trum, qui regiones illas prædicandi Euangelij causa C
 adierunt & peragrarunt, multosque annos incolue-
 runt, relatu quoque eorum, qui ad nos illinc venerunt,
 nobis compertissima. Quæ igitur admirationem cuius
 afferte possint, hæc ferè sunt in illa regione. Princi-
 pio tempore hyemis, quo longius abscessit sol, eo tran-
 quillius & serenius est cælum, nulli tunc imbres, nulli
 venti. Contrà verò cùm sol proximè accessit, & cùm
 directò ferit incolarum capita, media scilicet æstate,
 tunc creberrimæ, & grauissimæ sunt tempestates, den-
 sissimi imbres, altissimæ niues, magna fluminum incre- D
 menta, & frequens exundatio. Quinetiam, singulis
 diebus, matutinum tempus, serenum & tranquillum
 est: meridianum autem, nimbosum & pluuiosum.
 Deinde, mira est varietas terrarum, quæ intra duos
 tropicos continentur. Etenim, Monomotapa, & pre-
 tiosi Ioannis regio, seruore solis exuruntur, omnes-
 que indigenæ atrii sunt coloris, idemque contingit in
 insula S. Thomæ, quæ est sub media linea: & in in-
 sula, vulgò dicta Capouerde. Contrà verò, Peruen-
 sis regio, à Granatensi & Pompeiana prouincia vsque ad
 Limen

Mira de regio-
 ne America-
 na. quàm vul-
 gò nouum or-
 bem seu Indiã
 occidentalem,
 vocant.

- A** Limensem valde temperata est, nonnunquam etiam frigidior, hominesque gignit planè albos. Quanquam ne hæc quidem tota æquabiliter fertilis est, & aquis abundans, siquidem omnis eius ora Australis, pluuiis destituitur, & sterilis est, præter valles, fluuiorum ex montibus defluentium irrigatione gaudentes. Ad hoc, omnis prouincia Brasiliensis Boreali Oceano exposita, calidissima est: at Peruenfis, eodem penitus climate. Australi obiecta Oceano, temperatissima est. Adice & illa, sanè mira, sed incolis experta & familiaria: in regione Peruenfi, sole ardentissimo, si quis leui tactus fuerit vmbraulo, ardorem solis non sentit. Noctes æstiuæ non sunt ibi calidæ. in celsissimis montium iugis inter altissimas niues, intolerabilis tamen sentitur æstus. In prouincia, quæ vulgò appellatur, *Collao*, sub tenui vmbra frigus est: in sole proximo, minimè ferendus ardor. Peruenfis regio maritima, cum sit vsquequaque arenosa, & sabulosa, molli tamen & teporato cælo gaudet. In eadem regione Pothosiensis, &
- C** Platenfis vrbes, breui intervallo distantes, adeò frigidis & caloris diuersitate distant inter se, vt Platenfis temperata, & frugifera sit: Pothosiensis autem præfrigida, & infrugifera: Tantæ igitur varietatis, quæ cernitur in regionibus zonæ torridæ subiectis, alias esse causas, præter clima, & solis ardores, necesse est fateri. Qui autem de his rebus ad nos ex illis locis scripserunt, vnam de primis, & potissimis causis tradunt, frigidorum ventorum, quibus terra perflatur, frequentiam, quæ quibus terris adest, maiorem in modum vim solis mitigat, cælumque refrigerat: quibus verò abest, in illis ardor solis omnem suam vim exercens, intolerandos facit æstus. Et quia meridie frequentius excitatur ventus in regione Peruenfi, dictus *Euroaquilo*, ab Hispanis, *Briffa*, propterea fit, vt matutino tempore, non solum caleant homines, sed etiam sudent: meridiano autem vehementer refrigerentur. Verùm de miraculis terrarum, & olim proditis, & hoc tempore compertis, satis dictum sit.

DIUINA verò Scriptura, cū de terra loquitur, tribus præcipue in rebus, Dei potentiâ, & sapientiâ admirari & magnificare solet. Primum quod tantam terræ mosem

Quas in terrâ res mirari, & ex illis præcipue Deū prædicare soleat Scriptura.

ab initio quodam temporis, ex nihilo in vſu hominum condiderit. Audi quid Iſaias dicat, cap. 45. *Hæc dicit Dominus creans cælos, ipſe Deus formans terram, & faciens eam; ipſe plaſtes eius; non in vanum creauit eam, vt habitaretur formauit eam.* Apud Iob autem c. 38. eleganti ſimilitudine deſcribitur terræ fabrica, à Deo, tanquàm architecto, ſumma ratione, atque artè deſignata, & perfectæ. *Vbi eras, inquit Deus, quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi ſi habes intelligentiam? Quis poſuit meſſuras eius, ſi noſti? Vel quis tetendit ſuper eam lineam? ſuper quo baſes illius ſolidate ſunt: aut quis demisit lapidè angulare eius?* B
Deinde, cùm terra, ſecundum naturalem elementorum diſpoſitionem, tota ſubſidere, & ſubiacere aquis deberet, eius tamen magnam partè Deus ſupra aquas extulit, vt commodum animantibus, præſertim autem homini, domicilium & pabulum exhibere poſſet. Atque hoc indicaffe mihi videtur Dauid in Pl. 135. cùm dixit: *Qui fundauit terram ſuper aquas*, hoc eſt, qui terram animantibus habitabilem, elatiorem, & ſupereminentem aquis effecit. Simile eſt illud eiuſdem in Pl. 23. *Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum; & ſuper flumina preparauit eum.* C
Nam quòd quidam ex prædictis duobus ſcripturæ locis argumentari voluerunt, terram eſſe fundatam à Deo ſuper aquis, tanquàm illis ſupernatantem, id ſanè friuolum eſt. Nam & contra rationem eſt, vt aqua terram, magis quàm, ipſa eſt, grauem & ponderoſam, ſuſtinet: & contrarium planè docet experientia: tum quia ſub qualibet aqua reperitur terra, quaſi naturale quoddam aque ſolum, & fundamentum: tum etiam quòd partes terræ in aquam deiectæ, non ſupernatant, ſed merſæ, non priùs ferri deorſum deſiſtunt, quàm ad terram, quæ in imo ſub aquis eſt, deueniant. D

DE NI QV E illud etiam in terra ſolet mirari Scriptura, quòd Deus terram tantæ molis, tantique ponderis, fecerit immobilem, ita vt, ex quo eſt ab eo condita, ne tranſuerſum quidem ynquem, loco ſuo vllam in partem mota fuerit, hæc admirans Dauid in Pſalm. 92. *Firmauit Deus orbem terræ, qui non commouebitur.* Et in prioris libri Paralip. c. 16. ſcriptum eſt: *Deus fundauit orbem*

Terram non
ſupernatare
aquis.

A orbem terræ immobilem. Et Salomon in exordio li. Ecclesiasticæ, Terra, inquit, in æternum stat. Et quidem hoc eò mirabilius facit Scriptura, quòd affirmat, terram nullam quasi fundamento fulciri & sustentari, sed quasi suspensionem super nihilo teneri à Deo: Sic enim inquit Iob c. 26. *Qui appendit terram super nihilum.* Huius autem immobilitatis terræ, non alia quærenda causa est, quam summa eius grauitas & pondus, quo fit, vt ipsa, infimo mundi loco, quod est cætrum, naturaliter gaudeat, & in eo conualescat, nec nisi per vim, inde amoueri queat.

B Et verò quamcunque in partem inde amoueretur, sursum ascenderet. Hæc igitur grauitas terræ facit, vt in centro locata, nullatenus moueatur. Quod etiam Poëta ille indicare voluit, cum inquit:

*Et circumfuso pendebat in aëre tellus,
Ponderibus librata suis.*

Quidius r. p.
Metamor.;

C SCRIPTURA quoque idem declarare voluit, cum in Psalmo 103. dixit *Qui fundauit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi:* vel vt Hebræa sonant ad verbum, *Qui fundauit terram super bases suas, non vacillabit, seu fluctuabit in æternum.* Nihil verò aliud est terræ stabilitas seu bases, vel, vt vocantur in alio Psalmo, columnæ, quam ipsius terræ vis, & natura, quæ suo pte nutu & pondere, medium & infimum mundi locū petit, in eòq; fixa, hæret semper immobilis.

Psal. 74.

Benedicite, montes, Domino.

D NON tantum ex necessitate materiæ, sed ad vtilitatem quoque stirpium, atque animantium, nec non & ad ornatum, ac decorem terræ, factos montes existimari conuenit. Etenim varietas collium & camporum, distinctioque vallium & montium, eximiam terræ pulchritudinem & decorem addunt. Verum ingenus & multiplex est montium vtilitas. Multum enim conferunt montes ad salubritatem aëris, ad fertilitatem soli, ad maturitatem fructuum, ad coercendos frangendosque maris impetus, ad furorem ventorum refrænandum, ad generationem fontium & fluminum, qui ferè originem habent è montibus. Quapropter David cecinit in Psalmo 103. *Qui emittit fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ.*

Quis vsus
montium.

Multæ item arbores, multæque animantes non alibi, A
quàm in montibus generari, patet, & versari solent.
Valent præterea montes ad determinandas prouincias
& nationes. Sunt enim quidam montes regnorum,
gentiumque quasi limites & termini, quorum arduus
& difficilis transitus obstat, ne aliæ gentes alias bello
appetere, & vexare aggrediantur: quem in usum vi-
dentur Pyrenæi montes, inter Galliam & Hispaniam,
à Deo interpositi.

Quæ res in CAETERVM quatuor præcipuè in montibus ob- B
montibus sint seruari & commendari possunt. Longitudo, & ampli-
maximè insi- tudo montium: sicut Pyrenæi montis in Hispania,
gues, ac me- Tauri in Asia, Alpium in Italia, & Riphæorum mon-
morabiles. tium, quos mundi catenam & cingulum nonnulli ap-
pellauerunt: Deinde montium altitudo: quorundam
enim adeò in sublime elati sunt vertices, vt propè cæ-
lum contingere videantur. De Deo Scriptura prædicat

Qui montes propter altitu-
dinem sint a-
pud antiquos,
maximè cele-
bres, in Psalm. 94. *In manu eius sunt omnes fines terre, & altitu-
dines montium ipse conspiciat.* Ponam hîc exempla eorum
montium, quorum eximia celsitudo, veterum prædica-
tione celebrata, & nobilitata fuit. Dicæarchus, vir in pri- C
mis eruditus, vt refert Plinius c. 64. lib. 2. regum cura
permensus est montes, ex quibus altissimum prodidit

Pelios.
Casio

Pelion 1250. passuum ratione perpendiculari: idem Plinius
lib. 3. cap. 22. de monte Casio, qui est in Syria, ita
scribit: *Casij excelsa altitudo, orientem per tenebras solè aspi-
cit, breui circumactû corporis, diem noctemque pariter osten-
dens: ambitus ad cacumen, 19000. passuum altitudo per dire-
ctum, quatuor millia passuum.* In eodem libro, cap. pri-
mo, miranda narrat, sed quod ipse etiam non dissimula- D
lat, penè fabulosa de Atlante. *E mediis, inquit, hunc are-
nis in cælum attolli prodiderunt, asperum, squalentem, qua ver-
git ad littora Oceani, cui cognomen imposuit: eundem opacum,
nemorosumque, & scatebris fontium riuum, qua spectat Affri-
câ: fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt
vt nunquam satietas voluptatibus desit: incolarum nemine in-
terdum cerni, silere omnia, haud aliò, quàm solitudinem hor-
rore, subire tacitam religionem animos propius accedentium,
præterque horrore elati super nubila, atque in viciniam luna-
ris circuli. Eum denique noctibus micare crebris ignibus: Agi-
panum, Satyrarumque lascinia impleri: tibiaram, ac fistula cætu,*

A tympanorumque, & cymbalorum sonitu strepere. Hac celebrati auctores, de Atlante monte prodiderunt. Sic eo loci Plinius. Olympi quoque in Thessalia, montis altitudo, & ab Homero, & ab aliis prædicata est. Nam, ut Solinus memorat c. 14. Excellenti verice tantus attollitur, ut summa eius, cælum accolere vocent. Ara est in cacumine, Ioui dicata, cuius Altaribus, si qua de extis inferuntur, nec distantur ventis, nec pluuijs diluuntur, sed volente aliter anno, ut relicta fuerint, ita planè reperiuntur. Literæ in cinere scriptæ, vsq; ad alteram anni ceremoniâ permanent. Similia scribit idem,

Olympus.

B de monte, qui vocatur Athos in c. 16. Qui mons è Macedonia in Myrinam oppidû Lemvi, intervallo sex, & octoginta mille passuum, suam porrigit vmbra. Eius quoque tanta est sublimitas, ut altior aestimetur, quâ vnde imbres cadût: Que opinio eo fidè caput, quòd in aris, quas cacumine sustinet, nunquam cineres eluuntur, nec quicquam ex aggeribus suis perdût, sed quo relicti fuerint cumulo, permanêt. Ad hoc, commendatur in montibus antiquitas. Nempè in diuinis literis, montes, & colles, etiam æterni, non tantùm antiquissimi appellantur, & in libro Prouerb. c. 8. diuina sapientia eo probat suam antiquitatem, quòd prior fuerit montibus, & collibus. Nec dum montes grauis mole constiterant, ante colles ego parturiebar.

Athos.

Ad extremum, res insignes, ac memorabiles in montibus gesta, eos in omne æuum decorarunt, ac nobilitarunt. Missas nunc facio externas, & profanas historias: multa mirâque euenisse in montibus, proditum est in sacra Scriptura, & Patrum monumentis. Adamum in monte Caluarie sepultum esse, verus est, & in primis grauium scriptorum opinio. Arca Noë, confidentibus diluuii aquis, super Armeniæ montibus resedit. Loth ex incendio Sodomæ seruatus est in monte. Isaac in monte ducitur à Patre immolandus. In monte orans Moses vincit Amalechitas: legem accipit: Dei colloquio fruitur: bis per quadraginta dies sine cibo potuque perdurat: veniam populo impetrat, terram promissionis prospicit: denique iussu Dei moritur. In monte locata erat Hierusalem, & templum Dei: Elias in monte Dei visione dignatur: & miraculo sacrificii cœlesti igne consumpti, populum ab impio cultu

Qui montes, ob res in ipsis gestas memorabiles.

Baal

Baal, ad veri Dei cultum reuocat. Christus Dominus A
 in monte tentatur, docet, orat, Apostolos eligit, trans-
 figuratur; insigni miraculo multiplicationis pauco-
 rum panum, & piscium, numerosissimam turbam pas-
 cit. In monte moritur, è monte in cælos ascendit, &
 super discipulos in monte Syon congregatos, Spiritum
 Sanctum demisit. Sunt præterea quidam montes
 in Sacris literis sæpè memorati, & celebrati: veluti
 mons Syon, Oliueti, Hérmon, Thabor, Libani, Sina,
 Horeb, Carmeli, Hebal, Garizim, Abarim: qui multa-
 rum rerum in ipsis gèstarum, diuinorumque mysterio-
 rum clarissima monumenta continent. Sunt etiã non-
 nulli montes maledictis, & execrationibus sanctorum
 virorum, infames, abominabiles, planèque damnati, si-
 cut mons Samariæ, mons Seyr, & montes Gelbœ.

*Benedicite, vniuersa germinantia in
 terra, Domino.*

Diuinæ sapi- QVÆ nascuntur, & viuiscunt è terra, in herbas,
 tiæ, & prou- Colera, frutices, & arbores distincta sunt, in quibus C
 dentia argu- multa, & insignia cernuntur naturæ miracula, & diui-
 menta ex his, næ sapientiæ, ac prouidentia argumenta. Nec sanè
 quæ nascuntur minora in minimis, quàm in maximis. Considerate, di-
 è terra, peteu- xit Saluator noster Matth. 6. lilia agri, quomodo cre-
 da. scunt, non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam
 nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vni ex istis.

Si autem fenum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mit-
 titur, Deus sic vestit, &c. Et reuera, inquit Hieronymus,
 ea ipsa verba Domini explanans. Quod sericum, quæ reg-
 um purpura, quæ pictura textricum potest floribus comparari? D
 Plotinus. Quid ita rubet, vt rosa? quid ita candet, vt lilium? violæ autem
 purpuram, nullo superari murice, oculorum magis, quàm sermo-
 nis iudicium est. Plotinus quatuor libros edidit de prou-
 idencia, in quibus disputat, maxima, & minima, Dei
 summa ratione, ac sapientia regi, atque gubernari: cuius
 eam maximè laudat sententiam D. Augustinus in c. 14.
 libr. 10. de ciuitate Dei, quòd prouidentiam à summo
 Deo, cuius est intelligibilis, atque ineffabilis pulchri-
 tudo, vsque ad hæc terrena, & ima pertingere, floscu-
 lorum, atque foliorum pulchritudine comprobatur: quæ
 omnia

A omnia quasi abiecta, & velocissimè pereuntia, decen-
tissimos formarum suarum numeros habere non posse
confirmat, nisi inde formètur, vbi forma intelligibilis,
& incommutabilis, simul habès omnia perseuerat. Re-
ctè autè dixit Saluator noster, Deum vestire lilia agri,
vt intelligeremus, omnem eorum decorem, ornatum,
atque pulchritudinè, nec fortuito, & casu eis cõigisse,
nec tantùm à natura rationis experte ipsis accidisse,
sed præcipuè à Deo sapientissimo rerum omnium opi-
fice, & providentissimo rectore, illis esse donata.

In herbis autem, oleribus, & fruticibus, tanta est
naturarũ, virium, magnitudinis, figuræ, foliorum, seminu-
m, & fructuum varietas, cum incredibili pulchritu-
dine coniuncta, vt ea nos, vel oculis spectantes, vel ani-
mo contemplantes, pari admiratione, atque voluptate
afficiamur. Verùm, ne per omnia vagantes, modum in-
stituta breuitatis excedamus, de arboribus tantùm, &
pauca, & summatim dicemus. Ex his primùm, & in
multa secula perdurans, fuit mortalibus alimentum:

C Nimirum, ab exordio mundi vsque ad diluuium, per
annos 1656 non alius, quàm ex fructibus arborum
fuit hominum victus, carniũ esu intra id temporis,
vel non concesso mortalibus, vel nequaquam usurpa-
to. Nec tantùm ex fructibus arborum fuit hominum
cibus, sed ex earum frondibus etiam cubile, ex libro,
seu cortice, vestes. Arboribus ædificamus domos instar
vrbium, & capacia populorum theatra fabricamus, nec
in magna orbis parte, aliæ sunt, quàm ex lignis ciui-
tates, nec amplitudine, nec frequentia, nec magni-
ficentia nostratibus inferiores. Denique, arboribus

D etiam maria inhabitamus, atque inambulamus, & vt
omnis hic terræ, & aquæ globus vsquequaque à nobis
obiri, & perlustrari queat, arborum seruitio factum
est. Quin apud prisicos sacer fuit arboribus honos, ar-
borum genera numinibus suis dicantes, vt Ioui escu-
lum, Apollini laurum, Mineræ oleam, Veneri myrtum,
Herculi populum. Constat item viros sanctissimos, vt
tota mente, atque omni animi impetu diuinis rebus
vacarent, studiosè secreta nemora, lucosque & syluas,
ipso silentio, religionem ingredientium animis incu-
tientes, iurauerunt. In libro Genesios cap. vigesimopri-
mo legi

Primus homi-
num victus, &
victus ex ar-
boribus fuit.

Religio quæ-
dam in arbo-
ribus.

mo legitur, Abrahā plantasse nemus in Bersabee, & in-
 uocasse ibi nomen Domini Dei æterni. In extremo
 quoque libro Iosue sic est: *Scriptit Iosue omnia verba hæc
 in volumine legis Domini, & tulit lapidē pergrandē, posuitque
 eum subter quercū, quæ erat in sanctuario Domini.* Erat au-
 tem illa ipsa quercus, vt opinantur Hebræi, & de no-
 stris quidam, sub qua Iacob defodit, & condidit simu-
 lachra Deorum, quæ sui ex Mesopotamia deuexerant,
 vt scriptum est in lib. Genes. c. 35. Nam licet ibi ear
 bor vocetur terebinthus, & apud Iosue, quercus: vtro
 bique tamen eadem vox est Hebræa, *Hela*, seu *alla*. B
 quam multi Latine reddunt quercum, alij pinum, vel
 abietem esse putant, nonnulli vlmum aut castaneam.
 Septuaginta interpretes terebinthum vocare solent.
 Quamuis autem Sanctissimi Patriarchæ, lucos, & arbo-
 res deigerent ad sacrum Deo cultum adhibendum:
 postea tamen, ne ad impias superstitiones aliarum
 gentium, quæ lucis, & arboribus ad cultum falforum
 Numinum abutebantur, defluerent Hebræi, eorum
 vsus in sacris operandis damnatus est. Sic enim habes
 Deuteronomij cap. 16. *Non plantabis lucum, & omnem* C
arborem iuxta Altare Domini Dei.

O duplex ar-
 borum varie-
 tas.

De natali solo
 arborum.

SED contemplemur varietatem, quæ est in arbo-
 ribus, & plurima, & perquam mirabilis. Prima varie-
 tas arborum: quædam sunt vrbana, ac domestica: alia
 syluestres, atque agrestes: & nonnullæ sunt omnino ste-
 riles, vt salices, quæ nec semen, nec fructum gignunt:
 alia semen quidem creant, sed non fructum, vt fagus:
 sunt alia vtriusque feraces, velut pomifera, & glandi-
 fera. Quinetiam in quibusdam distinctio sexus, vt in
 palma, ilice, & quercu, deprehensa est. Secunda varie-
 tas: sicut non omnis regio omnes fert arbores, ita nec
 quas eadem gignit regio, quibuslibet eius locis, aut
 nascuntur, aut adulescunt, aut fructificant. Erenim
 montes amant cedrus, larix, teda, cæteræque, è quibus
 resina gignitur. Item buxus, ilex, iuniperus, terebin-
 thus. Montes, & valles diligunt abies, robur, castaneæ,
 cornus. Aquosis montibus gaudent fraxinus, sorbus,
 cerasus. Non temerè in montibus visæ sunt prunus,
 oleaster, iuglans, morus, sambucus. Subeunt, & in
 montosa, vlmus, malus, pyrus, laurus, myrtus: gaudet
 frigidis

A frigidis sorbus. Aquas odere cupressi, iuglandes, & castaneæ. Non nisi in aquosis proueniunt salices, alni, populi, & ligustra. Quæcunque communia sunt montibus, planisque, maiora fiunt: aspectuque pulchriora in campestribus, meliora materiæ, crispioraque in montibus, exceptis malis, pyrisque. Tertia varietas, magna est arborum in radicibus, & cortice differentia. Radices copiosæ sunt fico, robori, & platano: biueves, & angustæ malo: singulares abieti, & larici; singulis enim inniuntur, quamquã minimis, in latera dispersis.

De radicibus
& corticibus
arborum.

B flores sunt lauro, & inæquales: item oleæ, cui, & ramosæ, at robori carnosæ. Robora, suas radices in profundum agunt: & (si Virgilio creditur) esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Oleæ, malis, & cupressis per summa cespitum, lauro, & oleæ, recto meatu, ficis flexuoso. Vita est annosa quercus vi rempestatis euerfa, radicum amplitudine, iugerum soli amplexa. Cortex aliis tenuis, vt lauro, aliis crassus, vt robori, aliis leuis, vt malo, fico: idem scaber, robori, & palmæ. Omnibus in senectâ rugosior. Quibusdam rumpitur sponte, vt viti, quibusdam etiã cadit vt malo: carnosus est suberi, & populo, membranaceus viti, & arundini: multiplex tunicis, vitibus, & abieti: simplex fico, & arundini. Quarta varietas versatur in foliis, etenim la-

De foliis.

C tiffima sunt fico, viti, platano: angusta myrto, & oleæ, capillata pino, & cedro: & aculeata ilicum generi, iuuipero spina pro folio est, carnosæ cupresso, crassissima alno: longa arundini, & salici: palmæ etiam duplicia: circinata pyro: mucronata malo: angulosa hederæ: diuisa platano: insecta, pectinum modo, picæ, atque abieti: inuosa toto ambitu, robori: spinosa cute, rubo: mordacia viticis: pungentia pino, abieti, larici, cedro: pediculo breui, oleæ, & ilici: longo vitibus: tremulo populis: disposita myrto: concaua buxo: inordinata pomis: plura eodem pediculo exeuntia, malis, pyrisque. Præterea, plurimis folia sunt circa ramos, alis, & in cacumine ramorum, sed robori etiam in ipso caudice. Sunt item densa, & rara, semperque lata, rariora. Notatur porro in foliis differentia cadentium, & non cadentium foliorum. Urbanarum arborum generi non decidunt, oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso,

pini,

pinis, hederæ. Ex syluestribus non sunt decidua folia, A
 abietis, laricis, iuniperi, cedri, terebinthi, & ilicis.
 Extra prædicta, cæteræ folia deperdunt. Nec interest
 maturius germinasse, quippè amygdala, fraxinus, sam-
 bucus, cum inter primas germinent, inter nouissimas
 nudantur foliis, morus autem nouissimè germinans,
 cum primis amittit folia. Decidunt sorbo vniuersa,
 cæteris paulatim.

De floribus
 arborum.

QVINTA varietas est in floribus, scilicet in eor-
 um magnitudine, numero, figura, colore, dispositio-
 ne, venustate, odore, & item in succis, & liquoribus,
 qui odoratissimi & saluberrimi humanæ vitæ, vario
 hominum artificio ex floribus exprimentur. Et pro- B
 fectò arborum flos, pleni veris, & anni renascentis in-
 dicium est, item flos velut quoddam arborū gaudium.
 Tunc se nouas, aliàsque, quàm fuerant, ostendunt: tunc
 variis colorum picturis, in certamen vsque luxuriant.
 Sed hoc negatum plerisque. Non enim omnes florent,
 & sunt tristes quædam, quæque non sentiant gaudia
 annorum. Nam neque ilex, picea, pinus, & terebin-
 thus vilo flore exhilarantur. Quædam statim in ger-
 minatione florent, sed maturescunt tardè, vt vites:
 alia ferotino germinatu florent, maturantque celeri- C
 ter, sicuti morus, quæ nouissimè vrbanaarum, nec nisi
 exacto frigore germinat, ob id sapientissima arborum
 dicta. Desflorescunt omnia septem diebus, nec cele-
 rius, quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis.

De fructibus.

Sexta varietas complectitur fructus. Quædam arbo-
 res (quod etiam supra tetigimus) nullum fructum
 ferunt, hoc est, ne semen quidem, vt tamarix, scopis
 tantum nascens, populus, alnus, & vlmus. Infelices o-
 lim existimabantur damnatæque religione, quæ ne-
 que feruntur vnquam, neque fructum ferunt. Nouel- D
 læ arbores carent fructu, quandiu crescunt. Gignen-
 tium autem fructum, quædam, & lateribus ramorum,
 & cacuminibus ferunt, vt pyrus, punica, ficus, myrtus.
 Palma sola in spathis habet fructum, racemis propen-
 dentem. Reliquis sub folio pomum est, videlicet, vt
 protegatur, excepta fico, cui folium maximum, & um-
 brosilimum: & idè supra id, pomum est. Et verò in
 arboribus fructu onustis, peculiaris differentia. Su-
 perio

Aperiore parte, fertiliore est arbutus: inferiori, quercus, iuglandis, ficus. Omnes, quod magis senescunt, hoc maturius ferunt, & in apricis locis, nec pingui terra; Syluestriora diuina, tardiora. Est etiam in gravis differentia Amygdala enim, & pyrus, atque glandifera, in senectate feruntissimae sunt: ceterae in iuuentate, tardiusque matuantes, quod maxime notatur in vitibus. Vetusioribus enim, vinum melius, nouellis copiosius. Denique omnis cura fertilitatem adiicit, fertilitas maturat senectatem: quapropter & praeflorēt talia, & praegerminat, & praecocia sunt.

B quoniam omnis infirmitas, caelo magis obnoxia est; De vmbri;

SEPTIMA varietas, in ipsis vmbri arborum obseruata est. Sunt autem quarundam, licet magnarum arborum, breues vmbrae, vt in malis, pyrisque. Eadem enim omnes cerasis, & lauris. Nec scientia vmbRARUM, cultoribus terrae negligenda est; Scilicet, terra nascentibus, vmbra aut nutritrix, aut nouerca est. Iuglandium quidem pinorumque, & picearum, atque abietum vmbrae, quaecunque attigere, non dabit venenum sunt. Sane iuglandium vmbra, etiam capiti humano, non tantum omnibus iuxta satis, grauis est, & noxia: Necat germina & pinus; cupressi vmbra est minima, & in se conuoluta; ficorum leuis, quamuis sparsa; ylmorum item leuis, sed nutritrix quaecunque opacat: Populo nulla est vmbra, lucentibus foliis; pinguis alno, sed pascens fata: vitis sibi sufficit, mobili folio, iactatque crebro solem vmbra temperans; eodem graui, protegens in imbre. Omnium fore leuis vmbra est, quorum pediculi longi. Mirum dictum est, quod de fraxini vmbra à vitis doctis est proditum; tantam eius esse vim aduersus serpentes, vt matutinas quidem, occidentesve eius arboris vmbrae, quae sunt longissimae, serpens non solum non attingat, sed etiam procul fugiat. Expertum se affirmat Plinius lib. 16. c. 13. si frondē ea, gyro claudatur ignis & serpens, vt alia quam per frondes fraxini elabi nequeat, in ignē potius, quam in fraxinum fugere serpentem; lucundissima omnium, platani vmbra existimata est; adeo, vt si Plinio credimus, vmbrae tantum gratia, ex alieno orbe petita, & in Italiam peruecta sit, tanto in pretio & honore habita, vt solum eius tributarium fieret, & gentes vestigal pro vmbra

ymbraeijs penderent. Octava varietas ad arates at-
borum pertinet, quarum dispar admodum ratio est. A
Longissimi cui, & vitra ducentessimum annum pro-
tenti sunt olea, oleaster, cupressus, ilex, quercus, pla-
tanus, & palma. At breuissima vita est punicis, fico,
malis: & ex his, praecocibus breuior, quam serotinis;
duleibus, quam acutis. Videntur & aquaticae celerius
intecire. Senescunt quidem velociter, laurus, malus
punica, sed e radicibus repullulant. Caricem vetulta-
temque non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus, bu-
xus, taxus, iuniperus, & olea. Rimam, fissuramque
sponte non capit cedrus, olea, cupressus. In vniuersum
dici potest, quae odore praecellunt, ea & diurnitate
praestare. Verum, mira est illa naturae varietas. Vltus
in peristatu, robur defossum, & in aquis obtusa que-
rens, sunt quamfirmissima. At quercus supra terram,
torquens se, rimosa facit opera: robur marina aqua
corrumptur, esculus humoris est impatiens: conua-
verto alnus, adacta in palustrem terram, longaeua est,
onerisque quantilibet patiens.

Arbores in
Scriptura lau-
datae.

a Psal. 91

b Psal. 51

c Ioan. 12

d Ioan. 15

e Matth. 23

f Matth. 23

g Matth. 23

h Matth. 23

i Matth. 23

k Matth. 23

l Matth. 23

m Matth. 23

n Matth. 23

o Matth. 23

p Matth. 23

q Matth. 23

r Matth. 23

s Matth. 23

t Matth. 23

u Matth. 23

v Matth. 23

w Matth. 23

x Matth. 23

y Matth. 23

z Matth. 23

Sunt porò in Sacris literis, nonnullae arbores
laudatissimae. Etenim vir iustus comparatur a palma,
cedro, olea: c Saluator noster grano frumenti, d &
viti: e regnum ex locum grano sinapis: diuina sapien-
tia variis se comparat arborum generibus. Ipsa nam-
que in libro Eccle. c. 24. haec de se praedicat. Ego quasi
cedrus exaltata sum in Libano: e quasi cypressus in monte Sio;
f quasi palma in Cades: g quasi rosa in Iericho: h quasi oliua specio-
sissima in campo. Quasi terebinthus extendi ramos meos: quasi plata-
nus exaltata sum iuxta aquas: i quasi vitis fructificauis: k quasi
cinnamomum, balsamum, & myrrha electa, dedi suauitatem o-
loris. Quis igitur tantas herbarum, & arborum varie-
tates, venustates, voluptates atque utilitates contem-
platus, non vnà eum sanctissimis illis pudis mi-
rabundus exclamet, Benedicite, vniuersa
germinantia in terra, Domino: lau-
date & superexaltate eum
in secula.

Benedicite

*Benedicite, fontes, Domino: Benedicite,
maria & flumina, Domino.*

FACILIS est & ampla materies, de aquis dicere, quæ prædicatione & admiratione digna sint. Verùm, non id agitur hoc loco, vt de aquis, vel philosophico, vel oratorio more dicamus. Satis in præsentia erit, ad propositæ sententiæ illustrationem, nonnulla de aquis, maximè sacris ex literis petita, lectoris memoriæ & animaduersioni suggerere. Principio igitur lector consideret, quemadmodum in exordio mundi, cum esset aqua longè maior, quàm terra, eique omni ex parte superfusa, tertia die fabricationis mundi, potentissimo Dei verbo, iussuque separata, & vnum in locum coacta, magnam terræ partem, ad generationem stirpium, & animantium habitationem nudam siccamque reliquerit. Hinc existit immensitas Oceani: hinc tot eius in terras irruptiones, quæ nos maria diuersis insignita nominibus appellamus: hinc tot lacus, fontes, & flumina: hinc denique omnia aquarum genera, ad temperandos syderum ardores, ad refrigerandum aërem, ad fecundandam terram, ad nutriendas stirpes, ad innumerabiles animantium, hominumque vtilitates, atque voluptates opportunissima. Clarissimum deinde fuit, potentiæ pariter, ac iustitiæ Dei testimonium & monumentum, generalis illa aquarum elunio, quæ omnem terrarum orbem, aquis, vel cellissimos terræ mōtes quindecim cubitos supergressis, altissimè inundauit. Multum præterea faciet ad prouidentiae diuinæ commendationem, & admirationem, eorum miraculorum, quæ in aquis à Deo plurima & maxima effecta sunt, commemoratio atque contemplatio. Libet igitur quædam hic lectoris animo, & cogitationi repræsentare. *a* Nilus, Aaronis percussus virga, protinus aquas suas vertit in sanguinem. *b* Mare Rubrum simili ratione diuisum, & loco cedens, medium alueam suam, Hebræis commodauit ad transitum, siccis eorum vestigiis consignandum. *c* Iordanis retorto cursu, &

Aquarum præstantia.

Genes. 1.

Genes. 7.

Miracula aquarum in Sacris literis,

a Exod. 7.

b Exod. 14.

c Ios. 3.

ad

Exod. 15.
Exod. 17.
Num. 20.
Jud. 15.
4. Reg. 2.

4. Reg. 5.
4. Reg. 2.

Matth. 14.

Matth. 8.

Psal. 88.

D. Magdalena
cū sociis Mas-
silia appulit.

Naturalia a-
quarum mira-
cula.

ad fontes suos refluxens, Hebræis se calcandum, & per-
 meandum exhibuit. *d* Amarissima aqua, iniectione cu-
 iusdam ligni in dulces & potabiles, extemplo mutata
 sunt. *e* Ex petra, *f* & alini maxilla, repente ad Sam-
 psonis, & populi Hebræi potum, largissima scaturit a-
 qua. *g* Bis pallio Heliaz diuisus Iordanis, Prophetarum
 pedibus transmissus est: *h* ferrumque intra viscera sua
 conditum, iussu Elisæi, extra aquas ipse suas euomuit.

In agro Hierichuntino, fons quondam fuit yber aquis,
 sed tam nominibus, quam aruis, pestilentibus; quæ
 salis aspergime, & Elisæi benedictione ita sanata, &
 in melius commutata sunt, vt deinceps hominibus
 dulcissimum, ac ia uberrimum darent potum, & agris
 fertilitatem atque amoenitatem afferrent. Saluator no-
 posther super mare Tiberiadis ambulauit, non secus
 per liquidas fluxusque undas, quam per solidam, fir-
 mamque terram ingressus. Atque in eodem lacu atro-
 cissimam tempestatem, ventis & fluctibus imperans,
 subito compressit: vt verissime de eo cecinerit David:

Psal. 88. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu
 mitigas. Nota sunt ex historicis Ecclesiasticis, nec hoc
 loco non memoranda, nauem, in quam beata Mar-
 tha cum sorore Magdalena, fratre Lazaro, Marcella
 pedissequa, & Maximino, à Iudæis impositi fuerant,
 velis ac remigio destitutam, vastissimoque mari ad-
 certissimum naufragium commissam, Deo gubernan-
 te, salutis omnibus, Massiliam esse appulsam. Illud uè
 iuculentissimum fuit miraculum: cum beatus Cle-
 mens alligata ad collum anchora, in profundum de-
 iectus esset, Christianis ad littus orantibus, mare ad
 tria milliaria recessit, eoque illi accedentes, & diculâ
 marmoream in templi formam, & intus arcam lapi-
 deam, ybi martyris corpus conditum erat, & iuxta, an-
 choram, qua mersus fuerat, inuenerunt.

DE naturalibus porro aquarum miraculis, quæ Se-
 neca libro tertio naturalium quæstionum, & Plinius
 libro secundo, capite centesimo tertio, & libro trige-
 simo primo, capite secundo, curiose tractarunt, quin-
 que tantum in præsens memorabo, scilicet quæ ex-
 plorationis ac liquidioris sunt veritatis, & plus admi-
 rationis habere videntur. Et horum quidem vnum, ad
 maria

A maria pertinet: alterum, ad lacus: tertium, ad flumina: quartum & quintum, ad fontes. In mari, preteritum autem Oceano, multa sunt mira: verum super omnia, ætus maris effluentis ac refluxentis, mirabilitatem magnam faciunt. Euripus sanè angustissimum inter Eubocam & Bœotiam, atque rapidissimum fretum, alterno cursu septies die, ac septies nocte fluctibus inuicem versis, adeo immodicè fluit, vt ventos etiam, ac plenis velis nauigia frustretur. Videre igitur licet mare nunc quasi superfluum sibi, & aquis exonerari cupientis, egredi in terras, easque latissimè inundare, mox tantam aquarum inane, ac scilicet, easdem colligere ac resorbere. Quæ sit causa tanti miraculi, aut si vna non est, quæ sine illa, impeditissima quæstio est, quæ doctiorum ingenia, omnibus seculis exercuit, & adhuc non est à quoquam, ex voto philosophantium, explicata. Putarunt quidam, depresso esse aliquos specus, quo reciproca maria residant, atque inde se rursus exuberantia attollant. Sed opinio, quæ hunc effectum ex lunæ motu proficisci, ac pendere facit, sectatorum & defensorum multitudine, auctoritatèque prævaluit. Ceterè, huiusmodi æstium variatio, inter marciem & plenitudinem aquarum, lunæ incrementis & defectionibus mirificè respondet. Nam luna ex oriente, & meridianum cæli fastigium ascendente, intumescunt: mox à meridiano vergente in occasum, residunt: rursusque ab occasu luna super ima cæli meante, & ad meridianum contraria accedente, inundantur: hinc donec iterum exoritur, se ipsi sorbent. Et noua quidem luna, modici ætus sunt, plena, exundant: plenissima, maximè feruent: indeque rursus miscescunt.

ALTERVM miraculum cernitur in lacu Iudææ, quem, quia nihil præter bitumen gignit, Asphaltitem Josephus, nominatunt. De hoc dicam ea tantum, quæ memorie prodidit Iosephus, cui omnia eius regionis, vt indigenæ, & eius gentis faciliè principi, exploratissima & notissima fuerunt. Is igitur li. 5. de bello Iudæico, c. 5. ita scribit. *Commemoratione dignum puto, Asphaltitis lacus naturam exponere. Salsus ille quidem, ac sterilis est: sed tanta lenitate, vt etiam, quæ grauissima sunt, in eum tacta fiunt, nec*

Fluctus & refluxus ad mirabiles.

Asphaltites lacus Iudææ; Josephus.

quisquam demergi in profundam, ne de industria quidē facit A
 possit. Denique Vespasianus, qui eius visendi causa illuc ve-
 nerat, insit quosdam natandi incios, vinctis post terga ma-
 nibus in altū deiici, & euenit omnibus, vt tanquam vi spiritus
 sursum repulsi, de super fluitarent. Ad hæc, mirabilis est coloris
 mutatio, quæ ter in singulos dies superficte vertit, & solis ra-
 diis variata resplendet. Multis autem locis vomit ingras bitu-
 minis glebas, quæ super undas, & habitu & magnitudine, tan-
 ris sine capitibus similes natat. Has, eius regionis homines trahunt
 ad naues: & quia lenta est materia, abrumpere nequeunt: sed qua-
 si religata pedit à cumulo, donec mēstruo mulceris, atque vrina B
 solnatur. Confert autem id genus bituminis non mo-
 dō ad compagine nauium, sed ad corporum etiam
 curationem, multis remediis admixtum. Longitudo
 lacus est quingentorum & octoginta stadiorum: lati-
 tudo centum quinquaginta stadiis patet. Hunc lo-
 cum diuina Scriptura vocat mare mortuum, sal-
 sum, solitudinis & canepestre, æternum monumen-
 tum diuinæ vindictæ, qua sceleratissima illa Penta-
 polis, igne cælitus misso, penitus conflagrauit, cuius C
 deflagrationis etiamnum reliquias videre licet, rena-
 scentes in fructibus cineres, qui odore quidem non
 sunt vel optimis dissimiles; carpentium verò mani-
 bus, in fimum resoluuntur, & cinerem. Sic Iosephus.
 Tertium miraculum spectans ad flumina, tradit Pli-
 nius libro trigésimoprimo, capite secundo. In Iudæa,
 inquit, riuus est, qui sabbathis omnibus sicatur. Verum in
 hoc lapsus est Plinius. Nam hoc ipsum, vt plenius &
 distinctius, ita quoque veriùs narrat Iosephus libro
 septimo de bello Iudaico, capite vigésimoquarto. Flu-
 uuius, inquit, medius inter Arcas, & Raphaneas, Agrippa re-
 gni ciuitates fluit, copiosus, neque meatu segnis, interpositis ta-
 men sex diebus, à fonte suo deficiens, nudum sicumque alueum
 suum relinquit. Deinde, quasi nulla mutatione facta septimo
 die similis exoritur: atque eum ordinem semper obseruare, pro-
 certo compertum est. Vnde etiam Sabbathicus appellatus est, à
 sacro die septimo, quem Iudei religiosè colunt. Hæc Iose-
 phus.

Flauius Sabba-
 thicus.

Q V A R T V M & quintum miraculū in fontibus cer-
 nitur, quæ miracula non ego meis verbis referam,
 sed Solini & Plinii, scilicet, vt disertorum auctorum,
 signific

A significantissimis atque elegantissimis.

Garamantum cuius in oppido (inquit Solinus cap. trigesimo secundo) nomen est Debris, fonte miro: quippe alterius vicibus die friget, nocte feruet, ac per eadem venarum commercia, interdum ignito vapore estuat, interdum glaciali horrore algescit. Incredible memoratu, ut tam breui temporis curriculo natura tam dissonam sui faciat varietatem. Si quis enim nocte fontem visus, inesse fonti illi eternam faciem credat. Qui autem die spectet brumales scatebras, nunquam aliud existimet, quam perpetuo rigere. Unde non immerito per gentes, Debris

Mirus fons apud Garamantas.

B inelyta est, cuius aque ex caelesti vertigine mutant qualitatem, quamvis controuersa siderum disciplina. Nam cum mundum a calore vesper temperet, ab occasu incipit ita fons incallescere, ut in tactu abstineas, noxium se contigisse: Rursus, cum ortus solis incanduerit, & radiis feruifaceta sint omnia, sic glaciales enomit scaturigines, ut hauriri etiam a sitientibus nequeat. Quis ergo non stupeat fontem, qui friget calore, calet frigore? Hæc Solinus.

C QVINTVM miraculum uterque Plinius commemorat, sed prior breuissimè: scribit enim capite centesimo tertio libri secundi. In Comensi iuxta Larium lacum, fons largus est, horis singulis semper intumescens, ac resilens. Sed eius miraculi magnitudinem expressius descripsit Plinius in vltima epist. 4. li. quem scripsit ad Suram. Attuli tibi ex patria mea, inquit Plinius, pro munusculo questionem, altissima ista eruditio & dignissima. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur conatiuncula mansuetata, ibi paululum detentus, in Larium lacum decedit. Huius mira natura. Ter in die 9. mensuris auctibus, ac diminutionibus crescit, & crescitque. Cernitur id palam, & cum summa voluptate deprehenditur. In

Miri fons, qui est iuxta Larium lacum, elegantiissima descriptio.

D ora recumbis & vesceris: atque etiam ex ipso fonte, nam est frigidissimus, potas. Interim ille certis, dimensisque momentis vel subtrahitur, vel assurgit. Annulum, seu quid aliud posuis in flecto, alluitur sensim, ac nouissime operitur: detegitur rursus, paulatimque deseritur. Si diutius obserues vtrumque, iterum ac tertio videas. Spiritusne aliquis occultior, p. fons & fauces, modo laxat, modo includit, prout in latus incurrit, aut decessit expulsus, quod in ampullis, ceterisque generis eius vitis videmus accidere, quibus non hinc, nec statim patris exitus. Nihil illaque, quicquam prona & vergentia, per quas si fluctantur.

nima moras, crebris quasi singulis sistunt, quod effundunt. **A**
 An quæ Oceano natura, fonti quoque? Quæque ille ratione aut
 impellitur, aut resorbetur: hæc modicus hic humor vicibus al-
 ternis supprimitur, vel egeritur? An vt flumina, que in mare
 deferuntur, aduersantibus ventis, obuique aestu retorquentur,
 ita est aliquid, quod huius fontis excusum per momenta reper-
 entiat? An latentibus, renis certa mensura est, que dū colligit
 quod hauserat, minor rinus est, & pigrior: cum collegit, agilitior,
 maiorque profertur? An nescio quod libramentum est abscon-
 ditum, & cæcum, quod cum exinanitum est, suscitatur, & elicit
 fontem: cum repletur, moratur, & strangulat? Scrutare in cau-
 sas: potes enim, que tantum miraculum efficiunt. Mihi abunde
 est si satis expressi, quod efficitur. Hactenus quæ memotata
 sunt, verba fuere Plinij, Tot igitur, tantisque aquarum
 miraculis excitati, atque inuitati, diuinas laudes celebri-
 mus identidem cantantes. *Benedicite, fontes Domini, Do-
 mino: benedicite, maria, & flumina, Domino: laudate & su-
 perexaltate eum in secula.*

*Benedicite, cete, & omnia, qua mouentur in
 aquis, Domino.* **C**

Dei potentia
 & prouiden-
 tiæ argumēta
 in piscibus.

TAM multa, & tam illustria sunt in omni genere
 piscium, volucrum, & terrestrium animantium
 naturæ miracula, & potentia, ac prouidentia Dei ar-
 gumenta, vt si eorum præcipua tantum, ca primque di-
 cantur, ea compluribus inspiciendis voluminibus ab-
 bunde sufficiant. Nobis autem, non hæc in præsens
 subtiliter & curiose tractantibus, & ne plus iusto hic
 liber excreseat, ad finem eius properantibus, etiam de
 potissimis, maximæque insignibus, paucissima stri-
 ctim attingenda sunt. Quos pisces Septuaginta inter-
 pretes, eoque secutus Latinus interpres, vel cete, vel
 dracones appellat, eos scriptura Hebraica duobus vo-
 cabulis nominare solet: quorum alterum est, *Hakentim*,
 qua voce vsus est Moses primo cap. Geneseos,
 cum dixit, *Creauit Deus cete grandia*, pro cete, est vox
Hatanim, quæ proprie significat dracones seu serpen-
 tes, tam marinos, quam terrestres. Nam vt ipsi sunt
 inter se, longitudine & figura corporis persimiles, ita

Quod genus
 piscium, sint
 cete.

A vno nomine indifferēter ab Hebræis appellātur, quod nomen passim in Scriptura reperitur redditum Latine; vel Græcè vocabulo draconis, vel serpentis, vt in Exodo capite septimo; virgæ Moſis & magorum dicuntur verſæ in Dracones. Deuteronomij 32. inquit Moſes, *Fel draconum vintum eorum.* Pfalmi. 148. *Laudate Dominum de terra dracones; & omnes abyſſi.* Alietum vocabulum eſt, *Leuiathā;* hanc cuius fit mentio apud Iob ca. 3. *Maledicāt ei, qui maledicēt illi; qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathā.* Et c. 40. *An extrahere poteris Leuiathā hānc; & ſuſne ligabis linguā eius? Cuius pūcis vaſtatem, audaciā, & ferociam, deinceps Iob elegantiffima oratione deſcribit. Etiam David vſus ea voce eſt Pfal. 73. *Tu confregiſti capita draconis in aquis; dediſti eum eſcam populis. Athiopum.* Et Pfalmo 103. *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei;* id eſt vt quaſi maris imperium tenens, in eo, ceu regno ſuo ludat, & ſecurus ſeipſum agitet, & voluet quacumque voluerit, ludibūdus diſculans, & proluſu & ioco habens, cāteros piſces venari & prædari.*

C Deniq; apud Iſaiam cap. 27. idem vocabulum legitur. *In illa die viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentem rectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum, occidet cetum, qui in mari eſt.* Vox autem *Leuiathan,* ſicut etiam prior illa vox, *Hatannim,* non ſignificant vnā aliquam certam ſpeciem piſcis, ſed omne genus piſcium, vaſto & immani corpore præditum, vt ſunt, quas Latini vocant balænas, priſtes, orcas, & generali vocabulo maris beluaſ, & monſtra. Vox enim, *Leuiathan,* originem trahit

D ex voce Hebræa, *Lava;* quæ ſignificat cūmulare, & acceſſionibus augere. Per metaphoram autem *Leuiathan;* appellatur ab Iſaia cap. 27. Pharaō rex Aegypti, verbis proximè citatis, propter eius ſuperbiam, crudelitatem, & confidentiam, quòd Nilo nobiliſſimo & fecundiffimo flumini dominaretur. Vnde ei minatur Ezechiel cap. 29. verbis Dei: *Ecce ego ad te, Pharaō Rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicit, meus eſt fluvius, & ego feci memetipſum. Et ponam frenum in maxillis tuis; & agglutinabo piſces fluminum tuorum ſquamis tuis; & extraham te de medio fluminum tuorum, & unuerſi piſces tui ſquamis tuis adherēbunt, &c.* Ad eundem

Quid ſignificet in Scriptura vox *Leuiathan.*

eundem pertinent verba illa Davidis ex Psalmo septuagesimo tertio, paulò superius commemorata. *Tu confregisti capita draconis*, id est, fregisti omnem potentiam Pharaonis, qui similis videbatur multiplici, sæuissimoque draconi, demersumque eum cum vniuerso exercitu in mare, obiecisti populis Æthiopum, qui infestissimi erant Ægyptiis, quorum tanta internectione maiorem in modum gauisuri erant, eorumque spoliis potituri. Vel significatur cadauera Ægyptiorum ad litus eiecta fuisse in prædam, pastumque coruis, qui propter ingredinem, populi Æthiopum per metaphoram appellantur.

Magnitudo quorundam piscium.

Hoc igitur genus piscium vastissimi corporis, tremandarumque virium, nominatim Scriptura, quories de piscibus agit, commemorare solet: vt Geneseos primo, Psalmo centesimo tertio, & hoc loco, videlicet, quòd propter vastissimam corporis molem, Dei, à quo creatum est, potentiam clarissimè demonstrat. Plinius libro 9. capite 3. scribit, balænas maris Indici esse quaternum iugerum, pristis verò ducenum cubitorum. Et libro 32. capite 1. citat Iubam regem Mauritanie, qui in his voluminibus, quæ scripsit ad Cæcium Cæsarem Augusti filium, prodidit, cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis, in Arabiae flumen intrare. Dionysius Geographus affirmat, visas esse in mari balænas inlitar sublimium montium, quæ nimirum naues cum vestigiis absorberint. Nearchus prodidit, vt refert Strabo libro 15. in sinu Arabico inueniri cetos viginti trium passuum, id est, duorum, & nonaginta cubitorum longitudine. Ossa piscis, cui obiecta fertur Andromeda, inter miracula Romæ ostensa in Ædilitate M. Scauri, erant longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum, Indicos elephantes excedente, spinæ crassitudine, sesquipedali. Lege Plinium libro 9. capite 5. & Solinum capite 36. Nec minùs mira sunt, quæ Oliaus Magnus in libro 21. de rebus Septentrionalibus, capite 10. & aliquot deinceps capitibus, de monstruosa belluarum maris Septentrionalis figura, & magnitudine prodidit.

Sed quid nos externa, & nonnulla fortasse fabulosa

- A** Iosa confectamur, cum domi nostræ, hoc est, in Sacris literis, veriora, & insigniora habeamus? Quis obsecro, legens historiam Ionæ, non obstupescit? *Preparavit Dominus, inquit Scriptura Ionæ 2. piscem grandem, ut deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. Et oravit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. Et dixit Dominus pisci, & euomit Ionam in aridam. Quid in hoc facto, aut primum, aut magis mirer? an piscem illum tanto fuisse oris hiatus, ut inoffense solidum Ionam excipere, & deglutire potuerit?*
- B** An Ionam intra piscis aluum, aut respirare, ut necessarium est homini, potuisse: aut sine respiratione, totum triduum vixisse? An in illo tenebricoso, & horrendo specu piscis adeo fuisse imperturbato animo, ut accuratè composita prece atque supplicatione apud Deum videretur? An eum igneo illo viscerum fervore non esse confectum, atque consumptum? An belluæ agnatione non esse confictatum? An denique, ut innoxie fuerat exceptus ore piscis, & alio conseruatus, sic innoxie fuisse eiectum, & terræ redditum? Sanè, ad huius miraculi similitudinem, finxisse videntur Poëtæ,
- D** Herculem, quò Hesionem Priami sororem à pisce voratam liberaret, intrasse in eius aluum, tribusque in eo necando pisce diebus consumptis, nisi quod expilatus rediit, ut super illo Ionæ loco perhibet Theophylactus, cætera illæsum exiuisse. Ideoque Lycophron Poëta, vocauit Herculem Triesperum, quasi Trinocem, propter triduum, quo necando pisci, intra eius aluum immoratus est. Atque hoc Ionæ miraculum, non tantum verius, sed etiam longè mirabilius est, quàm illud, vel nimis temerè à Græcis creditum, vel nimis prodigè laudatum: illud dico Arionis in mare proiecti, à delphine, id temporis commodum occurrente, deuecti Tanaron promontorium aduersum Africæ, in quo, ait Solianus, cap. 13. sanè erat Arioni sacrum, & in eo imago ærea testis facti, & ad essegiem casus, & veri operis expressa. Tempus præterea signatum: Olympiade enim vndetrigesima, qua in certamine Siculo idem Arion victor scribitur, id ipsum gestum probatur. Cæterum inter piscium miracula, duo alia memorantur in Scriptura. Narrat Macchæus

Ponderatur
miraculum
Ionæ à pisce
deuocari.

id est supra
ad modo

in Olympiade
Fabula Herculæ
his ex sacris literis
petita.

Casus Arionis

Miraculū pi-
scis ore staterem ferentis.

thæus cap. 17. Dominum nostrum, quò exactum à se A
tributum penderet, misisse Petrum ad mare, eique præ-
dixisse, fore, ut in ore piscis, quem primum caperet, sta-
terem, qui quatuor drachmas pendebat, tributum, sci-
licet pro se, & ipso Petro pendendum, inueniret. Excla-
mat Dignus Hieronimus, hunc ipsum Matthæi locum
explanās: Quid primum, inquit, mirer in hoc loco, nescio: vtrū
prescientiam, an magnitudinem Saluatoris: prescientiam quod
nouerat piscem habere in ore staterem, & quod primum ipse ca-
piendus esset à Petro. Magnitudinē, atque virtutem, si ad ver- B
bum eius stater in ore piscis statim creatus est, & quod futurum
erat, ipse loquendo fecerit.

Locus libri
Tobiz, c. 6.

ILLVD quoque, legenti historiam Tobiz, ingen-
tem mouere potest admirationem, quod in cap. 6. eius
libri, de quodam pisce his verbis scriptum est: Et re-
spondens Angelus dixit Tobiz, cordis eius particulam si super
carbones ponas, fumus eius extricat omne genus demoniorum,
sive à viro. sive à muliere, ita ut ultra non accedat ad eos: Et sel-
ualet ad vngēdos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabun-
tur. Et infra c. 11. sic est: Tūc sumēs Tobias de felle piscis, li-
miuit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiā ferē horā: &
cepit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui, egredi. Quam C
apprehendens Tobias, traxit ex oculis eius, statimque visum re-
cepit. Sed hæc legentem subibit admiratio, si mul dubi-

Quomodo pi-
scis captus à
Tobia vim ha-
bere potuerit
expellēdi dæ-
mones.

tatio, quomodo res corporalis, uti erat cor, & iecur
illius piscis, vim habere potuerit expellēdi dæmonē,
naturæ prorsus incorporeæ, ob idque actioni, & potentie
rerum corporalium nullatenus obnoxium, atque
subiectum? An ea vis abigendi, & arcendi dæmonem,
non erat illi pisci naturalis, sed ei ad effectum illum D
operandum diuinitus insita? qualem, scilicet credi-
mus esse tartarei ignis potentiam torquendi damna-
tos spiritus. An res corporalis, licet directō vim ha-
bere non possit aduersus dæmonem, potest tamen ha-
bere aduersus eius operationes, & effectus naturales,
quibus vel impeditis, vel destructis etiam dæmon
quodam modo expelli dicatur? Etenim, dæmon per
causas naturales inuicem ritè compositas, & alicui,
vel loco, vel tempori tempestiuè, apteque applicatas,
nonnunquam effectus quosdam valdè noxios, & pe-
sifilentes operatur. Ex aduerso, si opponantur aliæ cau-
sæ natu


A se naturales contrariæ, sed valentiores, maiorisque efficacitatis, vel effectus dæmonum, ne producantur, impediunt, vel iam productos dissipabunt, ac de medio tollent. Atque ea ratione dici potest dæmon, ex aliquo loco pulsus; quia non potest in eo loco, vel corpore esse per operationem, quam prius in eo exercebat. Huius rei exemplum perillustre habemus in lib. 1. Reg. c. 16. vbi sic est: *Spiritus Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino. Igitur quando cun-*

B *que spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & lenius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus. Quomodo autem sono citharæ, cantuque Davidis, ægritudo illa animi Saulis discuteretur, dæmonque expelleretur, longuâ digressionem super eo loco disputat Nicolaus de Lyra, & ibidem Thostatus aliquot quæstionibus eandem rem pertractat. Sed mihi similis vero fit, quod idem Thostatus prædicto loco, in quæstione 46. respondens ad dubitationem, quæ in illo pisce Tobie*

C *proposita est, ait, nullam illi pisci fuisse vim expellendi dæmones. Equæ enim vis in pisce esse poterat extricandi omne genus dæmoniorum, & prohibendi, ne ultra accederet? Sed Raphaël fuit, qui dæmonium expulit, & religavit in deserto superioris Ægypti, ut in c. 8. eius libri traditur, Verùm, quia hoc voluit ille facere, cum iecur piscis igne cremaretur, fumarique: ideo talis effectus pisci tributus est. Cur autem Raphaël veritatem rei celauerit Tobiam, causa fuit, ne seipsum illi ante tempus manifestaret. Si enim dixisset se expulsum dæmones, & quasi vinculis, ne se ad nocendum homini mouere possent, constricturum, statim intellexisset Tobias illum non esse hominem, sed Angelum, pauoreque consternatus, non ausus fuisset familiariter, ut solebat, cum eo agere. Sanè Raphaël alia fecit, & dixit, quæ in eo libro memorantur, non verè, sed figuratè tantùm, & simulatè. Comedere enim, bibere, & dormire videbatur, Dixit item seni Tobie, se mercenarium esse, & appellari Azariam, & filium esse magni Ananiz: quæ nisi dicta figuratè accipiantur, à mendacio excusari non possent.*

SED redeo ad cetos, de quibus mirum profectò, si tamen

Locus primi
libri Regum
cap. 16.



sitamen verum, certè memorandum videtur, quod A
 Cetor habere narrat Alianus lib. 2. historiarum de Animalibus, cap. 13.
 pisciculum sui Ferè cetorum genus, inquit, aliquo duce indiget ad suum mo-
 motus ducè, tum regendum, & moderandum, cuius oculis, quasi ducibus
 & rectorem. ipsum vitur ad videndum. Is autem dux, vt periti harum re-
 rum confirmant, piscis est, albo colore, prælongo capite, angusta
 canda. Huncne, ducem cuique ceto natura dederit, an quadam
 amicitia ductus ipse, vltro cetos antegrediatur, difficile est con-
 sultuere. Certè piscis, nunquam à ceto separatus, meare ceritur,
 sed eius caput antegrediens, quasi tomo, & dux eius existit:
 cuncta illi præsentit, & prouidet, extremaque cauda præmon- B
 strat, tam declinanda, tum persequenda: cibatum ei conciliat,
 insidiâsque à piscatoribus positas signo prodit, & vbi occurrunt
 breuia, ne propter molem corporis in illis hæreat, tempestiue
 præsignificat, vt alio meatum declinare possit. Cum autem ad
 nimiam pinguitudinem ceti perueniunt, amplius nec videre,
 nec audire possunt: carniû mole, audiendi, videndique meatus
 obstruente. Quod si eo duce carerent, hand dubie illi pereun-
 dum esset. Quis igitur non miretur naturæ, aut potius C
 Dei prouidentiam, qui vastissimæ maris belluæ, exi-
 gum piscem, motus, victus, vitæque ducem, & recto-
 rem dederit? Nescio quid simile de pinna generis con-
 charum in libro nono, capite 42. scriptum reliquit Pli-
 nius. Nasçitur, inquit, pinna in limosis, subrecla semper, nec
 inquam sine comite, quem pinnotherem, seu pinnothylacem
 vocant: id est squilla parua. Pandit se pinna, luminibus orbem
 Plinius, de corpus, intus minutis piscibus præbens, assaultu illi protinus, &
 rina, & squil ubi licentia audacia creuit, implet eam. Hoc tempus specularis
 index, morsu leui significat: illa, compressu quicquid inclusit,
 exanimat, paricmque socio tribuit. Quo magis miror, quosdam D
 existimasse, aquatilibus nullum inesse sensum. Sic Plinius.
 Verum ad alia pergamus.

Benedicite, omnes volucres cæli, Domino.

Cur simul pi-
 sci, & vo-
 luerum, Scri-
 ptura memi-
 nit.

RE C T E post pisces, memorantur volucres. Nam
 & Moses vtriusque generis animantium crea-
 tionem, narrans opus quinti diei, coniunctè tradidit.
 Ait enim cap. 1. Genes. Dixit Deus, producant aqua reptile
 anime viuens, & volatile super terram sub firmamento cæli.
 Cui autem Scriptura coniunctè memoret pisces, &
 volucres, tres causæ reddi possunt. Etenim vtramque
 animal

A animal quinto die primū à Deo creatum est : & utrunque videtur ex eadem materia, id est, ex aquis generatum. Sic enim plerique Doctores arbitrantur, & hoc indicant verba Moysi proximè posita. Licet eo loci Scriptura Hebraica, & paraphrasis Chaldaica diuersam reddant sententiam, hanc nempe : *Repererunt aqua reptile anima viuentis, & volatile volit super terram.* Nec obscure significare videtur Moyses cap. 2. aues ex terra esse creatas, cum ait: *Formati Dominus Deus de humo cunctis animantibus terra, & vniuersis volatilibus celi, adduxit ea ad Adā.* Verūm, siut aues ex terra productæ, necne, aliena est hoc loco disputatio, in primo libro commentariorum nostrorum in Genesim, à nobis diligenter explicata. Certè negari nō potest, inter pisces, & aues magnam esse naturæ cognitionem, & multiplicem conuenientiam, atque similitudinem. Locus piscium aqua est, auium aër: quæ duo elementa, sunt inuicem multis rebus congruentia: ambo humida, diaphana, facillè mobilia, & cedentia, & inuicem paruo negotio mutabilia. Conformatio item corporis vtriusque animantis, multis modis est similis: vtrique inest leuitas, agilitas: magna est similitudo inter squamas, & pennas, inter alas, & pinnas, inter volatum, & natatum. Vtrumque animal iter suum cauda dirigit: & ab eo nauigandi artem homines didicisse creditum est. Certè Plinius libro 10. miluos scribit gubernandi artem docuisse caudæ flexibus, in celo monstrante natura, quid opus esset in profundo. Scitè igitur dictum est, pisces, esse aues aquatiles, & aues, esse pisces aëreos. Sed nunc de auihus, ad superiorum verborum explanationem,

B non nihil dicendum est.

C **CREBERIMAE** sunt in Sacris literis similitudines ex auihus petita, & ad varias res declarandas, probandasque accommodatae. Velut est illa Deut. 32. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Nam, ut ait Aristol. libr. 9. De historia animal. c. 32. *Alunt pullos suos aquila, donec potentes volandi fiant: tunc modo eos expellit: nec sine iudicio, & examine prorsus habet, sed implumes etiam pullos percutit: subinde cogunt*

Magna similitudo auiū, & piscium.

Locus Deut. c. 32. de Aquila

* cogunt aduersos intueri solis radios. Et si coniuuentes, nictantesque animaduertierint, præcipitant è nido velut adulteros, ac degeneres. Cuius acies firma steterit, illum educant. In Psal. 102. altera legitur similitudo ex aquilis ducta, *Renouabitur*, inquit, *ut aquile, iuuentus tua*, id est, redintegra.

Locus Psalm. 102. quomodo renouatur iuuetus aquilæ.

bit vires tuas Deus, ita vt robustissimæ aquilarum iuuentuti comparari possis. Vel, talis Dei munere fies vigore animi, robore corporis, & agilitate, qualis est in sua iuuentute aquila, robustissimum nempe, perniciosissimum, & violentissimum animal. Nam quod ex

Figmentum Hebræorum.

senectute ad iuuentam redeat aquila, nusquam legi apud auctores probatos: nisi cui arideant Hebræorum fabulæ, à quibus proditum est, aquilam omni decennio, vsque ad centesimum annum petere ignem elementarem, & ab eo supra modum incalescentem, deiicere se in mare: ex quo, nouis succrescentibus pennis, reiuouescere: proiectam vero ad centesimum annum, idemque facere tentantem, non posse iam præsenio, viribus destitutam, è mari exurgere. Nec admodum credibile videtur multis, quod narratur in Epistola, quæ inter Epistolas D. Hieronymi ponitur, ad Præsidium scripta, vbi sic est: *Aquila quando sennerit, grauantur illius pennæ, & oculi, tunc querit fontem. & erigit pennas, & colligit in se calorem, & in fontem se demergit, & ita sanantur eius oculi, & ipsa redit ad iuuentutem.* Euthymius super hoc loco prædicti Psalmi, aquilis tradit solenne esse veteres pennas excutere, nouasque induere, eâque ratione quodammodo iuuenescere: quod spectasse videtur Isaias c. 40. *Qui sperant, inquit, in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquile, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.*

Quem Isaiæ locum explanans Hieronymus: *Crebro, inquit, diximus, aquilarum senectutem reiuuescere mutatione pennarum, & solas esse, quæ iubar solis aspiciant, pullosque suos, an generosi sint, hoc experimento probent. Itaque, & sanctos reperascere, & assumpto immortalis corpore, laborem non sentire mortalium.* Compluribus visum est similius vero, quod tradit Augustinus super eo loco Psalmi, scribens, aquilæ in senecta rostrum vsque eò increfcere, atque incuruari, vt obstructo oris aditu, omnem capiendi cibi, potusque facultatem adimat: ipsam verò rostrum

Augustini de Aquilæ senectute iudicium.

A rostrum ad petram vehementer allidendo frangere, excussioque impedimento oris, rursus potum & cibum capientem reuelascere, & quodammodo reuiuenscere. Tunc, inquit Augustinus, redit illi vigor membrorum, minor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut antea: fit in ea quedam resurrectio. Nam David, ad declarendam resurrectione hominū ad immortalitatem, hac similitudine aquile usus est. Sed aquile renouatur iuuentus ad breue tempus, non ad immortalitatem: data est enim similitudo, qualis nempe de re mortali, ad rem immortalem utcumque significandam, non expresse demonstrandam dari potuit: Sic Augustinus. Equidem, quod, in crescente rostro, deficiat aquilam comedendi & bibendi facultas, lego etiam apud Aristotelem in libro nono de historia animal. cap. 32. cuius sententiam in l. 10. c. 3. his verbis reddidit Plinius. *Oppetunt aquile non senio, nec aegritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aduicitas aperiri non queat.* Quod autem scriptum est apud Iob. cap. 39. aquilam ē remotissimis & altissimis locis, speculati prædam, ad quam feliciter rapiendam, maximo impetu seipsam deiciat, declarari & illustrari potest eo, quod scripsit Plinius eodem illo loco, quē proximè posui. *Superest, inquit, Helicætos, est autē species aquila, clarissima oculorum acie, librās ex alto sese, visoque in mari pisce, præceps in eum tuens, & discussus pectore aquis rapiens.*

VERVM nonnullas alias similitudines attingamus. In canticis canticorum, ut denotetur pulchritudo oculorum sponsæ, comparantur oculi eius oculis colubarū. *Ecce, inquit, tu pulchra es amica mea, oculi tui colubarum.* Et infra c. 5. enarrans sponsa pulchritudinē sponsi sui similiter eius oculos comparat oculis colubarum. *Oculi eius, inquit, sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima.* Sed quā vim & sententiam habet ista similitudo? Nimirum significantur oculi simplices, sine fuce & dolo: nam Christus Dominus excellentiam simplicitatis præcipuè tribuit columbæ, cum dixit Matth. 10. *Estote simplices sicut columbæ.* Et capite 5. eiusdem. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* An potius oculi columbini significant oculos minimè vagos & lasciuos, sed pudicos & castos? Etenim periti rerum naturalium

Locus Canticorum c. 4. de oculis colubarum.

Pudicitia co-
sumbarum.

turalium, præcipuam quandam in columbis obserua-
runt pudicitiam, & mutuam coniugum fidem. Audi
quid li. 10. c. 34. de colūbis scribat Plin. *Primo*, inquit,
illis pudicitia, & neutri nota adulteria. Coniugij fidem non vio-
lant, communemque seruant domum: nisi caelebs, aut vidua, ni-
dum non relinquit. Amor utrique sobolis equalis: sæpe & ex
causa castigatio, pigrius intrante femina ad pullos, parturienti
solatta & ministeria ex mare. Alianus addit præterea lib.
3. c. 42. si forte impudico amore captum hoc animal, a-
lienam venerem persequatur, ipsum circumfoderi ab a-
liis, marem quidem à maribus discerni, feminam ve-
rò à feminis disperdi, Et hæc lex castitatis, etiam ad
turtures pertinet, & ad columbas albas: excepto, quòd
utramque non occidunt, sed marem tantum perimètes,
femina mortem equidem remittunt, eam tamen in vi-
ditate reliquam ætatem vivere cogunt.

Locus Psalmi
centesimi pri-
mi de pelica-
no.

Sed illa super omnes memoranda, & reliquis in
præsens omisissis, breuiter explicanda videtur similitu-
do, ex triplici auium genere petita, qua David in Psal-
mo centesimo primo vsus est, illis verbis: *Similis fa-*
ctus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in do-
mitio. Vigilavi, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
His tribus similitudinibus indicat David similem se
factum auibus solitudinis, auia, desertaque loca incol-
lentibus: nimio enim mærore, & angore animi con-
fectum se, fugere hominum confortia, & secreta loca,
mærentibus amica querere, gaudere tenebris, lugu-
bri carmine delectari, & insomnes noctes præ cura &
tristitia transigere. Verum, quæ auis sit pelicanus, He-
braei se nescire fateantur. Theodoretus & Euthymius
tantum dicunt esse auem solitudine gaudentem: Arno-
bius scribit, eam pasci cæcis venenatis: Caietanus, si-
milem esse cygno: D. Augustinus, nasci in solitudini-
bus, maxime in Ægypto, propter Nilum fluvium cæ-
tera non esse curiosè inuestiganda, ut quæ sit eius auis
figura, quæ membra, quæ vox, qui mores. Græcè voca-
tur *πελιανός*, sic dicta, quod arbores perforat, cuius
uis mentionem facit Aristoteles libro 9. de historia
animalium, ca. 10. & eam Theodoretus eius interpre-
plateam appellat: haud dubiè imitatus Plinium, qui lib.
10. capit. 40. quæ Aristoteles prædicto loco de ea auē
tradit

Quæ auis sit
pelicanus.

A tradit, Latinis verbis ita reddidit. *Platea nominatur avis, aduolās ad eas, quae se in mari mergūt, & capita illarū morsu corripens, donec capturam extorqueat. Eadem, cum deuoratis se impleuit conchis, calore ventris coctas eas euomit, atque ita esculenta legit, testas excernens.* Hanc autem esse auem nominatam in hoc Psalmo à Dauide, non improbabili coniectura capitur ex vocabulo Hebræo, *quaath*, quod in eo Psalmo positum est, petiitum ex verbo Hebræo significante idem, quod vomere. Neque obstat huic coniecturæ, quod Aristoteles libro 4. de historia animal. capite 12. inter aues gregales numerat grues, olores, & plateas. David autem, vt diximus, significat esse auem soliuagam. Etenim, auctor commentariorum in Psalmos, qui praefert nomen Hieronymi (cuius esse illos commentarios, equidem vt in parte non negauerim, sic ex toto, planè abnuo) auctor, inquam, ille super eo Psalmo, duo facit pelicanorum genera, alterum gregatim viuens circa aquas, vescensque piscibus, de quo scilicet locutus est Aristoteles: alterum, quod in solitudine versatur: pasciturque venenatis animalibus, vt serpentibus, & lacertis. Nec illud hic tacendum, vocabulum Hebræum, quod Hieronymus in Psalmo 101. vertit pelicanum, in 2. capite Sophoniae, verti ab eo onocrotalum: cuius avis ingenium bellè describit Plinius libro 10. capit. 47. Atque prædicto loco Hieronymus duo facit onocrotalorum genera, similiter vt de pelicanis dictum est. Certè cum Scriptura significare vult terram aliquam incultam & desertam, dicere solet, in ea habitaturos onocrotalos, vt **D** legere licet apud Isaiam capite 34. & Sophoniam cap. 2.

SED quæ de pelicanis mira narrantur, magis quòd à viris grauissimis prodita sunt, quàm quòd certa putem, hic breuibus prodenda duxi. Augustinus super illo Psalmo refert, à quibusdam esse traditum, pelicanum rostro pullos suos occidere, sed mox lugere occisos per triduum, & seipsum sauciando, sanguinem effundere, quo superfuso, pullos reuiuiscere. Idem referens Gregorius super Psalmo 5. penitentiali, affirmat eam esse Philosophorum opinionem. In epistola,

Mira de pellicano ex diuo Augustino, Gregorio, & Calliodoro.

quæ scripta est ad Præsidium, quæ nomine Hieronymi prænotata, in quarto tomo eius operum, fertur: similia Augustino & Gregor. de pellicano traditur, nisi quod pullos eius, non ab ipso, sed à serpentibus occisos, ab eo viuificari dicitur. Calsiodorus super eodem Psalmo, de pellicano, nycticorace, & passere, hunc in modum scribit. Pellicanus, aut Ægyptia est, aconis grâditate corporis consimilis: propterea semper macilentus, quia ut physiologi volūt, tenso per viscera intestino, quicquid esarum accipit sine dissectione transmittit, quò fit, ut paucissimo ciborum succo refecta, proprio adipe minime sacietatur. Cuius duplex genus esse dicitur: vnum in stagnis habitans, alterum in desertis locis soliuagū viuens. Nycticorax, Latine sonat nocturnū coruum, quem quidam bubonem, alij noctuam esse dixerunt. Hunc sicut diei fulgor abscondit: sic aduentus noctis producit, & contra morem auium, tunc magis vigilare, & escas querere incipit, cum se ad soporem animantia cuncta componunt. Passer est auis prua, sed nimia sagacitate sollicita, quæ nec facile laqueis irretitur, nec per ingluuiem ventris, escarum ambitione decipitur. Hæc propter infirmitate suam, ne aut ipsa à predatore capiatur, aut fetus eius serpentibus deuorentur insidijs, inter aues vnica cautione munita, ad celsa domorum fastigia concurrat, ut à suspectis casibus reddatur aliena, quæ multis periculis probatur obnoxia. Hæc Calsiodorus.

De phœnice
qui veterum
scripserint.

SE P decet hanc de auibus orationem concludere, velut insigni clausula, celebri phœnicis historia. Legendus est Herodotus libro 3. Plinius, lib. 10. cap. 2. Solinus ca. 36. Cornelius Tacitus libro 5. Annalium: Ælianus lib. 6. de historia animalium, capite 57. & cōplures alij, qui de phœnice, ut maximo auium miraculo, proprie incredibilia, scriptis prodiderunt: quæ licet fabulosa nonnullis visa sint, ea tamen antiquissimi & grauisissimi patres nostri, minimè reiecerunt, quin eius auis exemplo, simul & argumento vsi sunt, quò fidem apud Gentiles futuræ mortuorum resurrectioni conciliarent, & astruerent. Extrat non inelegans carmen de phœnice, Lactantii nomen præferens. Commemoratur etiam historia phœnicis, ad persuadendam Gentilibus, hominum resurrectionem, in libro 5. constitutionum Apostolicarū c. 8. Quod opus superioribus annis, Franciscus Turrianus, nostræ Societatis

Franciscus
Turrianus Societatis
Iesu
Theologus.

A cietatis vir pius & doctus, Latinitate à se donatum, & ruditis scholiis, & commentariis illustravit. D. Ambrosius in explanatione Psalmi 118, super illo versiculo, *Clamavi in toto corde meo, exaudi me, Domine, in justificationes tuas requiram*, de phoenix ita scribit. Phoenix coitus ignorat corporeos, libidinis nescit illecebras, sed de suo surgit rogo, sibi avis superstes, & ipsa & sui heres corporis, & cineris sui factus. Eadem persequitur pluribus verbis in libro s. hexameton, capite 23. Sed in oratione, quam edidit de fide resurrectionis, disertissimè phœnicis ingenium,

B mores, exitum, ac regenerationem, hunc in modum descripsit. *Avis in regione Arabia, cui nomen est phoenix, redivivo sua carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit, reuiscit. Et hoc relatione crebra, & scripturarum auctoritate cognovimus: cam autem quingentorum annorum spatia, vitali vsui habere prescripta: eamque, cum sibi finem vite adesse, presaga quadam natura sua estimatione cognoverit, thecam sibi de thuris, & myrrha, & ceteris odoribus adornare: completoque opere pariter, & tempore, intrare illam, atque emori: ex cuius mox humore orti vermem, paulatimque eum in eius avis figuram crescere, & usumque formari: subnixam quoque remigio pennarum, redivuate vite officia, munere pietatis ordiri. Nam thecam illam, vel tumulum corporis, vel incunabulum resurgenti, in qua deficiens occidit, & occidens resurrexit, ex Aethiopia in Lycamiam vehit, atque ita resurrectione, avis huius locorum incole, completum quingentorum annorum tempus intelligunt.*

C ERGO isti avis quingentesimus resurrectionis annus est, nobis nullissimus: illi in seculo, nobis in consummatione mundi. Plerique etiam opinantur, quod avis hæc rogam, sibi ipsa succedat, & rursus de fœcibus suis, & cineribus reuiscat. Hactenus Ambrosij sunt, quæ commemorata fuerunt: Ponam etiam hæc verba Tertulliani, ut scriptoris vetustissimi, Is, libro, quem scripsit de resurrectione carnis, sic ait: *Accipe plenissimum atque firmissimum huius nostræ spei specimen. Si quidem animalis est res, & vita obnoxia & morti, solum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum libenter funeras renouat, natali sine decedens, atque succedens, iterum phoenix: ubi iam nemo, iterum ipse, qui non iam, alius idem. Quid expressius atque signatius in hanc causam, aut cuius alij tale docu-*

D

D. Ambrosius.

Descriptio
phœnicis ex
D. Ambrosio.

Tertullianus.

mentum? Deus enim in Scripturis suis, & florebit, inquit, ve-
 lut Phoenix, id est, de morte, de funere. Vt credas, de ignibus
 quoque substantiam corporis exigi posse. Multis passeribus an-
 testare nos Dominus pronunciauit: si non & Phœnicibus, nihil
 magnum. Sed homines semel interibunt, aurbus Arabiae de sua
 resurrectione securus. Hæc Tertullianus. In cuius prædi-
 ctis verbis, illud obseruare velim lectorem: cum vox
 Græca *φύω*, ambiguae significationis sit (nā & palmā
 arborem significat, & hanc auem, etiam Latinis di-
 ctam Phœnicem) quod scriptum est in Psal. 91. *Iustus
 ut palma florebit*: Tertullianum de aue Phœnice inter-
 pretatum esse, cum tamen de palma ferè intelligatur.
 Et rectius sanè. Nam Dauidem eo loci non de aue, sed
 de arbore loqui, contextum verborum eius confide-
 ranti, manifestum sit, ait enim: *Iustus ut palma florebit,
 sicut cedrus libani multiplicabitur, plantati in domo Domus.*
 Et vox Hebræa, *thamar*, quæ eo loco ponitur, nusquam
 in scriptura significat auem, sed ubique arborem pal-
 mæ. Tertullianus igitur ambiguitate Græcæ vocis abu-
 sus non rectè locum illum Dauidis, de aue Phœnice
 interpretatus est.

Benedicite, omnes bestia, & pecora, Domino.

HOc pertinet ad terrestres animantes: quarum,
 quæ grandiores, perfectioresque sunt, præsertim
 autem, quæ vñibus hominum maximè inferunt, vo-
 cabulis bestiarum, & pecorum hic significantur. Sed
 terrestrium animalium duo sunt genera: quædam
 sunt corpore magna, virtus robusta, sensibusque per-
 fecta, ut equus, leo, elephas: alia parua, infirma, & im-
 perfecta, ut apis, culex, formica. In vtro autem gene-
 re spectabilius sit naturæ artificium, pluraque exten-
 ta, atque illustriora Dei potentia, ac sapientia argumen-
 ta, difficile iudicium est. Nec mihi sanè liquet, mirati-
 one debeam magis dentes apri, an tinea: alas gry-
 phis, an sciniphis: caput equi, an locusta: crura ele-
 phanti, an culicis: aquilam, an formicam: leonem, an
 pulicem: tigris, an testudinem. Nisi quod maiorum
 animalium vberior, & amplior materia, ideoque tra-
 ctabilior, & naturæ facultati obsequentior, minus na-
 turæ

Utrum in par-
 uis animanti-
 bus, maius na-
 turæ artificium
 appareat, quā
 in magnis.

A turæ vim, & artem facit admirabilem. At in minutis animalibus, quorum exilitas cerni vix potest, tam subtilis, & artificiosa singulorum membrorum figuratio, cunctarumque partium corporis tam apta digestio, atque omnium sensuum tam exquisita distinctio, & perfectio, quò inextricabilior, eò mirabilior contemplantibus accidit. Nam, vt de vno culice dicam, & sunt alia dicta minora: vbi tot sensus in culice natura collocavit? vbi visum præterdit? vbi gustatum applicavit? vbi odoratum inseruit? vbi truculentam illam, & portione corporis maximam vocem ingeneravit? qua subtilitatis pennas annexit? prælongavit pedum crura? disposuit ieiunam caueam vti alium, auidam sanguinis, & potissimum humani, sitim accendit? telum verò perfodiendo tergori, quo spiculavit ingenio, atque ita reciproca geminavit arte, vt fodiendo acuminatum pariter, sorbendoque fistulosum esset? Quos teredini ad perforanda robora, cum sono testes dentes affixit, potissimumque è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros, tantorumque colla, & truces in sublime iactus, tigrum rapinas, leonum iubas, cum rerum natura nunquam magis, quam in minimis mira sit. Salomon quoque in libro Prouerbiorum, cap. trigésimo, hoc genus minimorum animalium imprimis miratur. *Quatuor, inquit, sunt minima terra, & ipse sunt sapientiora sapientibus, formica, populus infirmus, qui preparat in messe cibum sibi: lepisculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regem locusta nõ habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in adibus regis.* In capite autè

D Sexto eiusdem libri: *Vade, ait, ad formicam, & piger, & confidera vias, & discite sapientiam, qua cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat.* Sanè contemplatio formicarum, ingeniem facit admirabilitatem. Si quis enim compareret onera corporibus earum, haud dubiè fateatur nullis, portione vires esse maiotes: gerunt onera morlu, & maiora, postremis pedibus auersæ moliantur, humeris obnixæ. Ex his sua quoque reipublicæ ratio, & memoria, & cura. Semina arrosa condunt, ne sursum in fruges exeant

Pliniana descriptio culicis lib. 11. ca. 2.

Locus ex Prouerb. cap. 6. de formicis, illustratus verbis Plinii lib. 11. cap. 30.

è terra: maiora, ad introitum diuidunt: madefacta imbre, ne putrescant, proferunt, atque siccant: operantur & noctu plena luna, cessant inter lunio. Iam in opere, qui labor, quæ sedulitas? Et quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam mundinis dantur. Quæ tunc earum concursatio, quàm diligens cum obuiis velut quædam collocutio atque percontatio? Silices, itinere earum attritos videmus, & in opere semitam factam, ne quis dubiter qualibet in re; quid possit quantulacunque assiduitas. Denique sepeliuntur inter se viuenticum solæ, præter hominem,

SE D quia in hoc hymno, maiorum duntaxat animantium mentio facta est, quàm multis rebus hoc genus animalium, diuini numinis potestatem, & providentiam declaret, eamque mortales agnoscere, admirari, & prædicare cogat, vnus elephanti terrestrium animalium corpore maximi, robore valentissimi, sensibus perfectissimi, moribus placidissimi, docilitate sagacissimi, denique duratione viuacissimi, exemplo demonstrabimus. Huius animalis amplitudo corporis, robur, docilitas & sagacitas, & mansuetudo describitur apud Iob capite quadragesimo, verbis quidem translatis, sed gratissimis, & magnificentissimis. Et magnitudo quidem corporis tripliciter significatur. Primum ipso nomine, quo eum appellat, dicens, *Ecce Behemoth*. Nam *Behema*, significat bestiam, *Behemoth* autem, numero multitudinis, significat bestias, & ita nominauit elephantum, quod propter vastitatem corporis, instar multarum bestiarum esse videatur, quasi vnus ipse complexus. Deinde, hoc ipsum indicat ex magnitudine caudæ, cum inquit, *Stringit caudam quasi cedrum*, id est, tantam habet caudam, talemque, vt cum eam stringendo, seu intendendo erigit, referat similitudinem cedi arboris in sublime, & directò elatissimæ. Pro verbo, *Stringit*, Hebraum verbum propriè significat, celestiter mouere, seu agitare. Et reddit hanc sententiam, caudam elephanti huiusmodi est, vt cum ab eo flectitur, & circumagitur, similis videatur cedro à ventis agitata

Descriptio
elephantis,

Locus Iob ca.
40. de behemoth,
id est, de elephanto,
tuse tractatur.

Magnitudo
elephantis.

A rare. Nec tamen in tanta cauda, præsidium ei est, multæscarum tædio, quibus maximè infestatur abigendi, sed cum extensus, cancellata cute recepit earum examina, repentè arctatis in rugas cancellis, comprehensas muscas enecat. Verùm, quia elephantis cauda, proportionè tantæ corporis non videtur insignis esse præcivitatis, propterea quidam existimant, lob eo loco non loqui de cauda elephantis, sed de membro genitali enormiter magno: nam mox subdit, *Neris testicularum eius perplexi sunt.* Sanè apud veteres Latinos scriptores vocabulum caudæ, pro virili membro non semel positum, legimus. Ad hæc elephantis magnitudo, copia potus eius, declaratur, cum subditur, *Ecce absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod infuat Iordanis in os eius,* id est, tantum bibit, ut videatur sibi fluvium etiam Iordanem perennibus aquis abundantem, totum exhaurire, & exorbere posse.

Copia potus
elephantis.

Et est oratio hyperbolica, qua significatur, eum propter ingentem corporis amplitudinem, largissimè bibere. Pro illo, *& non mirabitur,* Hebraicè ad verbum est, *& non festinabit, seu non accelerabit,* id est, in tantum exhauriet fluvium, ut is bibente elephanto, non festinet cursum suum, sed potius quasi eius haustu retardatus, tantisper impetum cursus sistat, dum ille bibet. Putant quidam ad idem ostendendum pertinere verba illa, *Sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus. Protegunt umbra umbram eius, circumdabunt eum salices torrentis,* existimantes hic subaudiendam esse interrogationem, *num,* vel *numquid,* ut hæc sit perfecta oratio, *Numquid sub arboribus iacet & sub salicibus:* quasi dicat, tantæ est magnitudinis, ut eum arbores sua umbra tegere non possint, ut sub earum umbra delitescere queat, ut ceteræ animantes, nec salices, quæ in torrentibus nasci solent, possunt eum circumquaque tegere. Sed probabilius est, his verbis significari elephantum ferè versari in locis palustribus & aquosis, sicut docet Aristoteles libro nono de historia animalium capite quadragesimo sexto.

Amat, inquit, *elephantus amnes, & quamquam non est animal fluviatile, tamen riparium dici potest. Incedit etiam per aquam, & statenus mergitur, quatenus eius promiscis sur-*

perat: res flat enim per eam, & spiritum accipit, reditque, sed **A**
 non satis natate pondere sui corporis potest. Quod supra dictum
 est de copia potus elephantis, confirmari potest
 ex eo, quod scribit Aristoteles libro octauo de histo-
 ria animalium, capite nono, elephantum vno pastu,
 modios Macedonicos nouem edere posse: sex autem
 vel septem edere modios, in vsu frequenti ei esse.
 Amphoras aquæ, mensuræ Macedonicæ, quatuordecim
 vno potu hausisse, & rursus à meridie eiusdem
 diei, octo, compertum esse. Aliud præterea proceri-
 tatis elephantis argumenium, ducitur ex dentium eius **B**
 magnitudine, quos scribit Plinius libro octauo, ca-
 pite decimo, in extremis Africæ, qua confinis Æ-
 thiopiæ est, postium vicem in domiciliis præbere,
 sepelisque tum circum ipsa domicilia, tum in peco-
 rum stabulis, pro palis, elephantorum dentibus fieri,
 Polybium tradere, auctore Glussa regulo. Non præ-
 termittam hic ponere, quodd ad illustrandum hunc
 locum valeant, verba Iulij Scaligeri, tam vbertate ingenij,
 & orationis elegantia, quam eruditionis varietate, ac
 subtilitate, hoc seculo insignis, & memorabilis **C**
 viri. Sic enim ille in eo opere, quod aduersus Cardanum
 edidit, titulo exercitationum prænotatum, sic inquam,
 in exercitatione 204. vbi agit de elephantis, scriptum
 reliquit, *Kudi ego vnum dentem, me longe proceriorem:*
itaq; Aloysius Musus, octonum pedum agnoscit longitudinem.
Eorum quoque molem è pondere deprehendas. In
Iudicis historis scriptum est, duos elephantis dentes, pependisse
pondo trecenta & viginti quinque. Ex eius item animantis re-
sergio, cæteri corporis vastitate, coniectare licet. Obseruatum
enim est eius lineam dimetientem, esse palmorum trium & polli-
cis, quanta latitudo tergi: in maximo equo rara est, aut nulla.
Itaque senundennum pedum excedere proceritatem, legimus apud
eosdem nauigatores. Notum est ex auctorum fide Indicos esse
maiores Africis: atque, qui in insula Madagascæ oriuntur, cedunt
Indi. Hæc Scaliger.

V E R V M quid est illud, quod apud Iob eodem
 loco dicitur, *Quem feci tecum.* Hoc nempe significat,
 quem pariter, atque te creauit: nam vt hominem, sic
 elephantem ego condidi. Vel quem eodem die sexto
 creauit

Magnitudo
 dentium ele-
 phanti.

aut q. sign. d.

Iulius Scaliger
 laudatur.

A treauit, quo die etiam hominem feci: cunctas enim animantes terrestres; & hominem creauit Deus die sexto. Vel, quem feci, vt habitaret tecum. Nam, & si propter corporis molem, & robur, terrificum animal videatur, feci tamen eum ingenio placido, vt facile cicurari, & homini obsequi, atque inferuire condiscat. Vel, quem feci tecum, id est, proximum; & simillimum tibi. Omnium enim animantium, simillimus homini est elephantus, nempe ingenij docilitate, sagacitate, memoria, naturali quodam intellectu, humani sermonis, & morum etiam sensu quodam humani amoris, gloriae, ac voluptatis, egregia item, & quae in hominibus rara est, erga suos nutritios, & rectores, fide, & beneuolentia. Vt non immerito scribat Aristoteles libro nono, de historia animalium, capite 46. elephantem plurimum valere sensu, caeterisque animantibus sagacitate ingenij antecellere: ideoque permulta humanae vitae, & consuetudinis officia doceri, atque intelligere. Nam, & regem adorare condiscit, genua submittendo, & coronas porrigendo. Et vt scribit Plinius in exordio libri octauo, alienae religionis intellectu non caret, quippe, transiturus maria, creditur non ante naues conscendere, quam inuitatus rectoris iureiurando de reditu. Obseruatum est, vnum tardioris ingenij in accipiendis, quae et ad eum, saepius castigatum verberibus, eadem in illa meditari noctu solitum. Mutianus tertius consul, auctor est, se vidente Puteolis, cum aduecti, e nauis egredi cogentur, territis spacio pontis procul a continente portecti, vt sese longinquitatis aestimatione fallerent, auersos retrorsus isse. Agminatim transfrari fluuios, pullos suos super dentium eminentias gestant, promuscide, tanquam vinculo ipsos complexi: minores etiam antegredi cogunt, subsequenteribus maioribus, vt aduersus insequentes terga hostes, extremum firmiter, & valentius sit, simul etiam experiendi vadi causa: transeuntibus enim minoribus, facilem quoque maioribus fore transitum apparet. Si autem praerent maiores, fortasse qua illi transeunt, minoribus sine exitio transire non liceret. Ad iuce, ac maiorum ingressu atterente alueum, crescat gur-

Elephantus
quibus rebus
homini simil-
limus sit.

gitis altitudo, fiatque imperuius, vel exitialis transitus a minoribus. Mira sunt, ac penè incredibilia, quæ de eorum fide, & benevolentia erga suos nutritios, & rectoros memoriæ prodidit *Ælianus* lib. 3. c. 44. & lib. 7. cap. 32. quorum ego, ne longior sim, commemoratio- ne supersedeo.

QUANTVM porrò sit robur, quantæ vires elephanti, significat illo ipso *Iob* loco *Scripturæ*, cum inquit: *Ossa eius veluti fistula aris, cartilago illius, quasi lamina ferrea fortitudo eius in lumbis eius.* Tantum enim robur inest in dorso, & ossibus elephanti (hoc enim per *ter- nes* intelligere hic oportet: nam, & *Aquila* ibi verticè *vōrō*, id est, tergus, seu dorsum; *Symmachus* transtulit *ἀναγών*, id est, coxendices) vt maximas turres confertas armatis hominibus in bellis gestent. *Domitius*, inquit *Plinius*, militans, & turres armatorum in hostes serunt; magna que ex parte *Orientis* bella conficiunt: prosternunt acies, proterunt armatos. Et *Philostratus* lib. 2. c. 6. Pugnant, inquit, elephantes onusti turribus, quibus decem, aut etiam quindecim armati homines superstant, qui ex turribus, tamquam propugnaculis, in hostes taculantur, aut arcu sagittas torquent.

Robur elephanti.

Locus prioris libri Machabæorum ca. 6. de elephantis.

Sed maiora de illis memorat historia prioris libri *Machabæorum*, cap. 6. narrans, in exercitu regis *Antiochi*, fuisse duos, & triginta elephantos in bellis exercitatos, & super singulis ligneas turres firmissimas: & in his ingentes machinas bellicas, atque in singulis triginta duos fortes viros desuper pugnantes, præter elephanti magistrum, seu rectorem. Illud quoque mirum, quod narrat *Ælianus* libro decimo octauo, capite 28. *Indorum* regem belligerantem cum hostibus, habere solitum in exercitu, maximorum, & robustissimorum elephantum tria millia, quorum incursum, hostium muros quateret, atque subuerteret. Et hoc audiuisse se *Ctesias* scribit. Illud autem *Babylone* vidisse se affirmat, palmas ab elephantis, rectoris ipsorum iubente, violentissimo impetu excerpas. *Aristoteles* quidem certè libro nono de historia animalium, scribit, eueri ædifficia ab elephantis, magnos dentes admouendo: palmas autem fronte eos impellere, & declinare, tum pedibus conculcando prosternere in terram. Hoc tamen tam ingens, tam robustum, & validum animal, minimo suis

A suis stridore, siue grunnitu terretur, & in tantum odit, & auersatur mutem, ut si pabulum in præsepio positum, attingi ab eo uiderit, omnino fastidiat. Cruciatum in potu maximum sentit, hausta hirundine, quæ ipsi animæ canali affixa, intolerando eum torquet dolore.

CAETERVM, quàm sit elephans mansuetum animal, & ad capessendum hominis imperium, obliquumque præstandum flexibile, multis exemplis, &

Mansuetudo,
& docilitas
elephantis.

B argumentis grauissimis auctores confirmarunt. Aristoteles libro 9. de historia animalium, cap. 46. elephantum esse censeat omnium animalium mitillimum, atque placidissimum, ob idque nobilissimum, & multorum humanæ consuetudinis, ac disciplinae officiorum capacissimum. Elephas, inquit Plinius 4. c. libri 8. homine obuius foris in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, placidusque, etiam demonstrare viam traditur. Quod è mirabilis uideri debet, quod insidias hominis maxime formidet.

Vestigio enim hominis animaduerso, priusquam homine, intremiscit insidiarum metu, subsistitque ab olfactu, circumspectans,

C iras profians, nec calcans vestigium, sed erutum proximo tradens ille sequenti, nuncio simili, usque ad extremum. Et tunc agmen circumagitur, & acies dirigitur, ad eum omnium odori durat uirus illud. Sed unde illi notitia hominis antea minime uis? Unde tam immani, & ualenti bestiae metus hominis? Cui enim uel ipsius conspectu pauca, tanto uiribus, magnitudine, uelocitate, præstantior? In eandem sententiam Philostratus libro secundo, cap. 5. hæc scribit: Elephas maxime omnium ferarum docilis est, & ubi semel hominis imperio subiectus est, omnia

D præbet ei obsequia, & ab eo capit morum similitudinem, gaudetque non secus, ac parui canes, ex manu eius cibum capere, uenientemque, sua promuscide complectitur, qui netiam caput intra suas fauces immittere hominem patitur, tandem aperto rictu, hiant: que ore permanens, quoad homini libitum fuerit. Atque hoc ipsum indicauit sacra Scriptura, eo loco Iob, quem nunc tractamus, cum de elephanto dixit: Fænum quasi bos comedit, & infra: Hic montes herbas ferunt: omnes bestiae agri ludent tibi. Quibus uerbis significat: licet elephas tantæ sit molis, atque roboris, tantoque egeat pastu, quia tamen non est animal uictum uorum, nec ex præda cæterorum animalium uictum sibi.

sibi comparat, sed simplicissimo vitur cibatu: herbis A
 nempè, frugibus, fructibusque, cæterisque sponte na-
 scentibus è terra vesceus, in modum mansueti, & do-
 mesticus bouis, idcirco non esse insidiosum, aut metuend-
 um aliis animalibus, quæ nõ modò nõ eum metunt,
 sed etiam iuxta ipsum, soluta omni metu, incautè, secu-
 reque versantur, & luscitant. Addit Plinius libr. 8. cap. 7.
 tantam esse eius animalis clementiam aduersus minus B
 valida, vt in grege pecudum occurrentia, manu demou-
 ueat, ne quod obterat imprudens, nec nisi lacessitum B
 noceat. Ideoque gregatim semper ambulat, minimè ex
 omnibus soliuagum. Et qui de elephantis feri sunt, ne-
 dum hominis imperium experti, facillimè tamen cicu-
 rantur, nimirum capti, hausto hordei succo, ceclerrimè
 mitificantur. Pergit deinceps eo loco Scriptura osten-
 dere, quàm facile hoc animal subiiciatur imperio ho-
 minis, & ab eo quoquo modo velit, regatur, dicens: *In*
oculis eius quasi homo capiet eum, & in sudibus perforabit
nares eius. Quæ verba hanc sententiam continent. Esti
 elephas, maxima est corporis proceritate, & robore, fa- C
 cillimè tamen se domari, & in seruitutem hominis redi-
 gi paritur, præsertim oculis, naribusque percussus. Ve-
 natores enim elephãti, quem capere volunt, in foueam
 ad id paratam delapsi, oculos maximè, ac nares, vt cæ-
 teris partibus tenuiores, ob idque feriri, & dolore affici
 promptiores, percutiunt. Sed superueniente alio, iram
 aduersus percussores elephanti simulante, prohibente-
 que, ne ampliùs eum feriant, quinetiam cibum ei gra-
 tissimum hordei porrigente, statim is mansuescit, & se-
 se illi, vt liberatori, & benefactori suo, in seruitutem li-
 benter tradit, sessoremque, & rectorem sui, libentissi- D
 mè paritur. Narrat Philostratus libro secundo, capite
 quinto. Appollonio, iuxta Indum fluuium, occurrisse
 puerum annos non plus tredecim natum, qui elephan-
 to insidens summa omnium spectantium admiratione,
 acriter stimulis tantam belluam vrgebat, bacillo ipsum
 quocunque veller dirigens, & agitans.

Longæuitas
 elephanti.

AD ea, quæ de elephanto tam eximia sunt comme-
 morata, adiungi potest singularis eius longæuitas.
 Huic enim viuacissimum esse omnium animalium
 affirmat Aristoteles, & refert tradi à multis, eum ad
 duceos,

A ducentos, & trecentos annos vitam prorogare. Mirum est, quod narrat Philostratus libro secundo, capite sexto, vnum quendam de iis elephantis, qui pro rege Indorum Poro, aduersus Alexandrum in bello propugnauerat, post annos ab eo praelio quinquaginta, & trecentos, fuisse inuentum: & ab eo cognitum argumento, quod has literas dentibus insculptas gereret: **ALEXANDER IOVIS FILIUS AIACEM SOLI.** Illum enim, propter egregiam fidem, quam regi presterat, pro eo strenue, fortiterque pugnans, Alexander nominauerat Aiacem, eumque Soli dicauerat. Iuba rex Libya, scripto prodidit, Libycos equites elephantis insidentes, aliquando pugnasse inter se: & fuisse alteri elephantorum parti, turrim dentibus insculptam, alteri vero nihil: & illos quidem, qui turrim dentibus consignatam gerebant, victos, in Atlantem montem confugisse: se autem annis post id temporis quadringentis, vnum ex iis, qui fugerant, cepisse, & infigue turris dentibus eius impressum inuenisse, quasi nuper fabricatum, nullaque ex parte consumptum. Cum igitur tam multa sint in elephant eximia, & singularia, quibus ille aliis animalibus longè præstat, meritò diuina Scriptura illo Cipro loco lob dixit: *Ipsè est principium viarum Dei, qui fecit eum* id est, inter animalia, quæ vocat vias Dei, hoc est, opera Dei, elephanteus est initium, id est, primus, vel ipse primatum, & principatum tenet, siquidem magnitudine, robore, docilitate, mansuetudine, ac longæuitate, ceteris omnibus animantibus longè præcellit: atque ob eam causam, ipse est potentia, ac sapientia Dei, naturas animalium contemplantibus, principale testimonium, ac principium argumentum.

Benedicite,

Elephas veli-
quis præcellit
animantibus.

Benedicite filij hominum, Domino.

ALIAE res in hoc hymno haftenus commemoratae, vna solum ratione Deum benedicere, seu laudare possunt, quod nimirum ipsarum naturas, vnde Deum quomodo res, operatioes, effectusque scrutantibus, vberem laudem homines dandi Dei, earum omnium conditoris, atque rectoris materiam suppeditant. At homo non hac tantum possunt, quam ratione, sed alio praeterea sublimiori & excellentiori reliquarum omnes res. modo Deum benedicere potest. Solus quippe rerum omnium corporatarum Deum cognoscere, admirari, amare, mente pariter, ac ore laudare, pio cultu venerari, debitis obsequiis eius voluntati obedire, praclarisque factis, ac meritis, beatissimum eius conspectum, quo summum hominis bonum continetur, promereri potest. Atque eo ipso, quod habet homo commune cum aliis rebus corporeis, eas omnes longè superat. Aliis namque rebus, solos angelos excipio, vnum duntaxat genus bonorum, quae naturalia bona appellare licet, Deus impertiuit: hominem verò quinque bonorum generibus instruxit, ornauit, & ad summum honoris & gloriae fastigium extulit. Principio sunt in homine bona naturalia, ea dico bona, quae ad humanae naturae integritatem, conseruationem, decorem, perfectionem, & naturalem quandam hominis felicitatem pertinent: quae tanto praestantiora sunt naturalibus bonis, aliarum rerum ratione carentium, quanto rationalis natura praestat rationis experti. Sunt deinde bona quaedam propria hominis, sed humanae scilicet, quae hominum solertia, studio, & industria comparantur: vti sunt virtutes morales, omnesque scientiae, tam speculativae, quam practicae, & item artes, ac mira hominum inuenta, & opera, in tertio genere bonorum, locanda censeo, quae Theologi supernaturalia, & diuinitus infusa nominarunt, singulari Dei munere homini supra naturalem eius facultatem gratuito donata. Cuius generis numerantur, fides, spes, charitas, omnesque virtutes à Deo infusae: denique ea, quibus consequimur remissionem peccatorum, iustique, & sancti efficiamur, nec modò amici, sed etiam Filij Dei nominamur, & sumus. Ad

quartum

A quantum genus bonorum, pertinent caelestia & diuina bona, in caelis à Deo, diligentibus ipsum praeparata, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Ad quintum genus bonorum, equidem refero donum illud Dei, omnium bonorum, quæ diuinitus possunt hominibus dari, longè maximum: illud dico donum, immensi amoris Dei erga homines clarissimum testimonium, quo Deus misererrimum hominis statum miseratus, de caelo misit in terras filium suum humana indutum carne: eumque **B** voluit, quò immortalem perditò homini salutem, & dignitatè restitueret, post multos, duròsque toleratos labores, in finem, acerbissimam crucis mortem oppetere, ipsèque filius suam personalem subsistentiam, quo munere nihil maius, aut æquè magnum à Deo dari potest homini: cum natura humana à se assumpt, communicare voluit: ita vt persona Verbi, quæ fuerat ex aeternitate subsistens in natura diuina, ex tempore subsisteret etiam in natura humana, tanta duarum naturarum, diuinæ & humanæ, in vna Verbi persona coniunctione, vt idem esset verus Deus, & verus homo: vt quæ propria Dei sunt, verè attribuerentur homini, & quæ hominis sunt, licet ab ipsa Deitate sint per se remotissima, verè tamen de Deo dicerentur.

Bonorum omnium maximum Dei in carnatio, & passio.

C **H** v i v s doni diuini magnitudinè, ipse filius Dei, in eo sermone, quem habuit cum Nicodemo, his paucis verbis commendare, & exaggerare voluit. *Sic Deus dilexit mundum: vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Crescit donum ali-
D fanè apud homines doni alicuius aestimatio, his octo modis. Etenim, pluris tantò fit apud homines, quod alicubi datur, quantò vel donum ipsum per se maius est, vel danti carius & pretiosius est, vel minori eius emolumento datur, vel datur maiori amoris significatione, vel quantò maior est, qui dat, nobilitate, sapientia, diuitiis, potentia, vel quantò minus debet ei, cui dat, vel quantò indigniori dat, vel denique quantò, quod datur, accipienti optabilius, vtilius, aut gloriosius accidit. Hæc omnia in eo Dei dono, quod diximus, vsquequaque perfecta licet inuenire. Dedit autem homini Deus filium suum, vt particeps hu-

Idiomatum comunicatio. Locus Ioannis c. 3.

Donum aliquid octo rationibus pluris aestimatur.

manæ naturæ factus, frater noster esset: videlicet, quò A
 Deus similitudine naturæ humanæ assumptæ, ama-
 bilior fieret homini, & homo iure cognationis cum
 Deo contractæ fidentior, ac fidelior esset Deo. dedit
 etiam nobis filium suum, vt magister noster esset cæ-
 lestis doctrinæ, exemplar perfectæ vitæ, imperator
 spiritualis militiæ, index & dux, rectæ, atque compen-
 diariæ viæ, quæ ducit ad cælum, alimentum immor-
 talitatis, pretium nostræ redemptionis, hostia diuinæ
 placationis, mediator & pacificator Dei & hominum: B
 cuius ex mortuis resurrectio, & ascensus in cælum,
 argumentum & specimen esset futuræ resurrectionis,
 & ascensionis in cælos, homini à Deo promissa. De-
 nique, vt quia verbum caro factum est, homo, qui
 carne & spiritu constat, eo coram cernendo, fruendò-
 que, consummata corporis pariter, atque animi felicita-
 tate potiretur.

T o r igitur, tantorúmque bonorum, quæ Deus
 partim homini iam dederat, partim suo tempore da-
 turus erat, consideratione, æstimationeque stupefactus C
 Dauid, tenere se non potuit, quin Psalmo octauo ex-
 clamaret: *Domine, quid est homo quod memor es eius? aut fi-
 lius hominis, quomam visitas eum? Minuisti eum paulo minus
 ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum
 super opera manuum tuarum.* Prædicat in eo Psalmo Da-
 uid magnificentiam dei, quæ mirabiliter splendet, cum
 in aliis rebus ab ipso creatis, tum maximè in homi-
 ne, quem deus præ cæteris honore & gloria decora-
 uit, omniumque rerum corporalium principem con-
 stituit. Quoniam autem Christus Dominus non mo-
 dò verus homo fuit, sed fuit etiam omnium homi- D
 num caput & rex, super omnes homines tam natura-
 libus, quàm supernaturalibus bonis à Deo cumlatus:
 hinc necessariò efficitur, vt quæ in hoc Psalmo de
 hominis dignitate, & gloria in commune dicuntur, ea
 multò verius & excellentius Christo, quàm vlli a-
 liorum hominū conueniant. Quo licet intelligere, re-
 ctissimè Saluatorem nostrum, Psalms huius illum ver-
 siculum, vt refert Matth. c. 2 1. *Ex ore infantium & lacten-
 tium perfecisti laudem: velut ad se pertinentem, comme-
 morasse.* Paulum etiam in prioris epistolæ ad Co-
 rinth.

Locus Psalmi
 octauo latè ex-
 plicatus.

A rinth. ca. 15. illam sententiam Dauidis, *Omnia subiecisti sub pedibus eius*. Et item illa verba, *Ministi eum paulo minus ab angelis*, &c. in 2. c. epistolæ ad Hebr. verillimè de Christo esse interpretatum. Nos tamen in præsens, verba Dauidis, de hominis in vniuersum dignitate, explanabimus.

S E D quomodo intelligendum est, hominem esse diminutum paulò minus ab angelis? Pro illo, paulò minus, Græcè est *βραχυόν*, quod Latinè sonat, breue quid, vel paruum quid, referri enim potest ad paruitatem, vel tēporis, vel ipsius rei. Et ad paruitatem qui dem temporis, videtur retulisse D. Thomas, in explanatione eorum verborum, affirmans hominem minorem esse angelo dupliciter: mente quidem, quia verum intelligit cum discursu, angelo simplici intuitu omnia intelligente: corpore autem, quod angelus omninò est incorruptibilis, homo verò propter corpus est mortalis. Sed utrâque hæc differentia ad paruum tempus durat. Namque post hanc vitam, & fœlicissimâ hominum resurrectionem, non solùm omnia cognosceret homo sine discursu, sed etiam ipso corpore, dono incorruptionis affecto, in totum erit immortalis. Græci interpretes, & multi de Latinis, referunt ad corpus hominis: Dicunt enim hominem animo, qui rationis, & intelligentiæ capax est, parem esse angelis, minorem autem propter corpus, cui consociatus est, & cōnexus animus: corpus autem paruum quid æstimari debet comparatione animi. Mihi sanè illa quoque placet interpretatio: si spectetur in homine & angelo vtriusque natura, & bona naturalia, proculdubiò minor angelis est homo: si autem spectetur gratia, & dona gratuita, atque supernaturalia, non est homo minor angelo. Siquidem vt sint multi homines beati, inferiores angelis: multi tamen sunt illis pares: quidam etiam omnibus illis superiores: id quod de Christo domino, & sanctissima eius Matre dubitari non potest: nullus autem angelorum est, qui cunctis hominibus beatis antecellat. Quoniam autem natura exiguum quid est, si cum diuina gratia, & cœlesti gloria comparetur: propterea verè dictum est, hominem paulò minorem esse angelis. Sed quis est honos & gloria, qua

Quomodo homo ab angelis parum differat.

Locus libri
Ecclesiastici,
cap. 17.

Duabus in re-
bus posita est
naturalis ho-
minis dignitas
atque gloria.

Quid sæpè in
Scriptura si-
gnificet verbū
coronare.

Deus hominem coronauit? Declaratur hoc in cap. 17. A
Ecclesiasti. *Deus, inquit, creauit de terra hominem, & secun-
dum imaginem suam fecit illum, & secundum se vestiuit eum
virtute: dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram. Po-
suit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est be-
stiarum & volatiliū: consiliū & linguam, & oculos, & au-
res, & cor dedit illi excogitandi, & disciplina intellectus reple-
uit illum. Creauit illi scientiam spiritus, sensu impleuit cor il-
lius.* His verbis duæ res significatur, quibus singula-
ris hominis dignitas, & gloria maximè continetur. B
Altera est quòd homo sit ad imaginē Dei factus: altera
verò, quòd imperium ei datum sit in omnes animan-
tes. Vtrunque Moses eadem oratione complexus est,
cū in exordio libri Geneseos deum inducit ita lo-
quentem. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē
nostrā, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis,
vniuersq; terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.* Dei
porrò imago, in hominis animo potissimū expres-
sa est, & in eo præcipuè posita, quòd vt deus, sic
animus noster sit incorporeus & immortalis, po-
tēnsque intelligendi omnia, & libero pollens arbi-
trio; eiusdemque capax fœlicitatis, qua deus ip-
se beatus est. Ex quo fit, vt homo cunctarum ani-
mantium, iure optimo dominus, & quasi rex constitu-
tus sit. Et hanc fortasse regalem dignitatem, vt signi-
ficaret dauid, vti voluit verbo coronandi, dicens, *Glo-
ria & honore coronasti eum.* Siquidem corona, regium
est insigne. Quanquam verbum coronandi, secundum
phrasim Hebraicam, plerumque in Scripturā signifi-
cat, vndique ad similitudinem coronæ circumdare a-
liquem, vel vndique circumtegendo eum, & à malis C
omnibus seruando, vel omni ex parte eum bonis re-
plendo, & cumulando. Prioris exemplum habes in
Psal. quinto. *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos:* id est,
tua bonæ voluntate, vt firmissimo scuto nos vndique
protexisti, ab omnibus incommodis & malis seruando.
Posterioris verò exemplum est in Psalmo 102. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus:* id est, qui
te sua benignitate circumdat, bonorum suorū copia,
omni ex parte animum tum replens & cumulans. Vn-
de subditur: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Similiter
igitur

A igitur hoc loco, illud, *Gloria & honore coronasti eum*, forte significat, hominem non aliquatenus, vel mediocriter, sed vsquequaque, & eximie, & gloria, & honore fuisse à Deo ornatum, atque cumulatam.

I A M verò, quod sequitur, *Et constituisti eum super opera manuum tuarum*, indicat præter angelos, quibus dictum est minorem esse hominem, cæteris omnibus præsidere, ac dominari hominem. Sanè, cælum ipsum non est ita subiectum potestati & imperio hominis, ut possit eo uti pro arbitrio suo, quale scilicet imperium habet in animantes: de quo imperio intelligendum est, quod subiicitur: *Omnia subiecisti sub pedibus eius*. Quapropter mox id confirmat Dauid, animantium duntaxat exemplo. At enim, licet hac ratione cælum non sit homini subiectum, duplici tamen alia ratione subiacet homini. Tum, quòd cum cælum per se sit inanimatum, nedum ratione carens, rationali natura multò inferius atq; ignobilius esse necesse est: tum etiam, quòd cælos omnes, & astra fecit Deus, in usum & commoditatem hominis, eiusque ministerio, & seruitio addixit. **C** Quod certè conceptis verbis testificatus est Moses, cum in 4. c. Deut. ea ratione probat astra non esse hominibus adoranda, quòd ea Deus creauerit in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt. Cum igitur homo tam multis, & præclaris à Deo muneribus donatus fuerit, ne ingratus sit tantorum bonorum largitori, decet profectò, ut Deum quanto maximo potest studio, ac religione colat, ac veneretur, eiusque iussa diligenter exequatur, nec vllò tempore laudes ipsius, ore pariter, ac mente prædicare intermitteat. **D** Ad quod laudationis officium, tres illi iuvenes nos inuitauerunt, dicentes: *Benedicite, filij hominum, Domino.*

Quomodo
cælum, & sit,
& non sit sub
iectum homini.

*Benedicat Israël Dominum, laudet & super-
exaltet eum in secula.*

A E Q V M profectò est, ut quò pluribus quisque, ac maioribus à Deo beneficiis auctus & ornatus est, hoc sit Dei colendi, laudandi que studiosior, ac diligentior. Quocirca, Hebræam gentem, super om-

Quò plus quis
que diuinis
est beneficiis
cumulatus, eò
ad gratiarum a-
ctiones, & lau-
des, magis ten-
netur.

nes mundi nationes, à Deo amatam & honoratam, A
 cæteris quoque gentibus in colenda pietate, & capes-
 sendis Dei iussis, laudibusque concelebrandis, fre-
 quentiorum & feruentiorum esse oportebat. Merito
 igitur tres illi iuvenes auctores huius hymni, cum, om-
 nes mortales ad laudandum Deum inuitassent, spe-
 cialiter nunc gentem suam, ad eius nominis & maie-
 statis prædicationem hortantur. Ac fuisse quidem He-
 bræorum singulari quadam ratione, ac providentia re-
 ctorem, pastorem, & protectorem Deum, multifatiã B
 in Sacris literis testatum, & confirmatum legimus.
 Sanctidivus Paulus in 9. cap. epistolæ, quam scripsit ad
 Romanos, complures Hebræi populi prærogativas
 strictim attingit, cum ita scripsit; *Optabam ego ipse ana-
 thema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei se-
 cundum carnem, qui sunt Israëlita, quorum adoptio est filiorum,
 & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & pro-
 missa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem,
 qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.*

Decem præro-
 gatiuæ gentis
 Hebrææ & pri-
 ma est, quod
 sit populus pe-
 culiaris.

VERVM ex Sacris literis, decem Iudaici populi præ-
 rogativas colligere possumus. Prima prærogatiua C
 est, quod posthabitis, & quasi despectis omnibus aliis
 mundi nationibus, vna gens Hebræa fuerit à Deo
 electa, vt peculiari esset Dei populus, & qui est Deus
 omnium, peculiari ratione eius gentis Deus, ac Do-
 minus esset. Declaravit hoc Deus per Moſen Iudæis,
 cum hæc illis denunciari verbis suis iussit, Exod.
 19. *Vos ipsi vidistis que fecerim Aegyptiis, quomodo portave-
 rim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo au-
 dieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in
 peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos
 eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Et in capite
 septimo Deuteronom. hæc locutus est Iudæis Moſes.
 Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, de
 cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas gen-
 tes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit
 vos, cum omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos Do-
 minus, & custodivit iuramentum, quod iuravit patribus vestris.*
 Secunda prærogatiua, solus omnium gentium po-
 pulus Iudaicus, quondam habuit veram Dei noti-
 tiam, verumque Dei cultum, ac religionem, cæteris
 omnibus

Secunda, quod
 tradita sit eis
 era religio.

A omnibus in densissima errorum, maximè autem idololatriæ caligine iacentibus. Quamobrem in vigesimoquarto capite Ecclesiastici, inducitur diuina sapientia narrans, se quamuis omnia condiderit, omniaque regat & gubernet: in solo tamen Hebræo populo habitare ac requiescere. Tertia, in hac sola gente, vsque ab exordio mundi ad Christi aduentum, integrâ Dei fides, & religio conseruata est. Quarta penes Iudæos fuere diu sacri libri, & diuinæ Scripturæ, quibus altissimarum rerum mysteria, & secretissima Dei consilia velut consignata seruabantur. Quam vberes autem & salutes fructus, ex diuinis literis percipere liceat, ostendit Paulus in 15. capite epistolæ ad Romanos, cum dixit: *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.* Et in tertio c. posterioris epistolæ ad Timotheum, hortatur ipsum, vt vacet lectioni sacrarum literarum, quas ab infantia didicerat. *Quæ te, inquit, possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omnis enim Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Quinta, sæpenumerò Deus huic populo præsentiam suam edendis oraculis, reddendis responsis, dandis promissis, vlciscendis eius hostibus, propulsandis periculis, crebrisque faciendis miraculis declarauit. Sexta, non rarò ad eum populum summis liberandum angustiis, ad erudiendum, docendumque cælestium rerum mysteria, **D** ad sua ei consilia & arcana indicanda, denique ad eum etiam apud exterâs, & barbaras nationes magnificandum, atque nobilitandum, non prophetas modò, aliòsque eximios viros, sed ipsos quoque angelos misit, scq; eius gentis acerrimum esse defensorem, vigilantissimum rectorem, ac tutissimum protectorem, beneuolentissimumque patrem, clarissimis sæpè argumētis demonstrauit. Septima, huic soli omnium gentium legē dedit à se conditam & scriptam, qua videlicet quid ei agendum, fugiendumque, quibus ipse cæremoniis ab ea colendus, quibus item moribus, & institutis eius respub. formanda,

Tertia, continuatio veræ religionis.

Quarta, libri sacri penes eos fuerunt.

Quinta, Dei præsentia in eo populo manifestata.

Sexta, prophetarum millio.

Septima, lex à Deo data.

da, & administranda esset, subtiliter, expressèque præ- A
 scripsit. Quod Dei beneficium prædicat David in
 Psalmo 147. cum ait; *Qui annunciat verbum suum Iacob,*
institias & iudicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi,
& iudicia sua non manifestavit eis. Et Moses in ca. quarto
 Deuteron. exaggerans Iudæis beneficium datæ ipsi à
 Deo legis: *Hæc est, inquit, vestra sapientia, & intellectus*
coram populis, ut audientes vniuersi præcepta hæc dicant, En
populus sapiens & intelligens, gens magna. Nec est alia natio
tã grandis, quæ habeat deos appropinquâtes sibi, sicut Dominus
Deus noster, adest cœlis obsecrationibus nostris. Quæ est enim
alia gens sic inclÿta, ut habeat ceremonias, iustâque iudicia, &
vniuersam legẽ, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? B

Octaua, quod
 multi Iudæo-
 rum in omni
 genere virtutũ
 & laudis, excel-
 lentes & admi-
 rabiles fuerint

OCTAVA prærogatiua Iudæorum fuit, quod ex
 hac vna gente, diuersis tẽporibus multi prodire, omni
 genere virtutum & laudum excellentes: hoc est, vel
 eximia pietate & sanctitate præstantes, ut Abraham,
 Isaac, & Iacob: vel intima Dei familiaritate & con-
 suetudine, atque ingentium effectione prodigiorum,
 perquam insignes, ut Moses, Iosue, Elias, & Elifæus:
 vel castitatis, etiam libertati & vitæ ipsi prælatæ, in- C
 credibili amore, cultuque omnibus seculis prædi-
 candi, ut Ioseph, & Susanna: vel robore corporis, vi-
 riũque magnitudine, ac bellica gloria celeberrimi,
 ut Gedeon, Samson, Dauid, Machabæi: vel excellen-
 tia quadam sapientiæ, diuitiarum affluentia, & magni-
 ficentiæ splendore valdè memorabiles, ut Salomon: vel
 rebus maximè aduersis, non solum æquo & patienti
 animo, sed læto etiam & gaudenti perferendis, sum-
 ma omnium laude & admiratione dignissimi, ut To-
 bias: vel diuinorum mysteriorum intelligentia, re- D
 rumque multis post seculis futurarum prænotione,
 ac prædictione admirandi, ut Daniel, & Isaias, ceterique
 prophetae, vel denique martyrio illustres, hoc est,
 morte in tenerrima ætate pro diuinorum legum ob-
 seruantia fortissimè tolerata, gloriosissimi, ut sep-
 tem pueri, & fratres Machabæi. Nec defuere huic
 genti etiam feminae, non minus prædictis viris,
 omni æuo memorabiles, ut Debora, Esther, & Iu-
 dith. Nona, solis Iudæis promissus est Messias, ex ip-
 sis naturam humanam sumpturus, cum ipsis in eor-
 um

Nona, solis Iu-
 dæis Messia
 facta, pmissio.

A rŭ patria familiariter conuerſaturus, ipſoſque doctri-
na ſua, exemplo vitæ, frequentiffimis miraculis, atque
innumerabilibus aliis beneficiis ornaturus, & illuſtra-
turus. Decima, ex Iudæa & ex Iudæis, lex & doctrina
Euangelica profecta eſt ad omnes gentes, & per om-
nes mundi oras diuulgata, & diſſeminata. Filii nam-
que Iudæorum fuere Apoſtoli, qui eccleſiæ Gentium
parentes, fundatores, & doctores fuerunt. Hoc vati-
cinatus fuerat Iſaias capite ſecundo. *De Sion*, inquit,

exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Et Domi-
nus apud Ioannem capite quarto, dixit Samaritanæ, *Decimo, quod*
ex ipſis Euan-
gelium eſt pro
pagatum.

B *Salus ex Iudæis eſt.* Et apud Zachariam capite octauo, ſic
legimus: *In diebus illis apprehendent decem homines ex om-*
nibus linguis gentium, & apprehendent ſimbriam viri Iudæi,
dicentes: ibimus vobiscum, audivimus enim quoniam Deus vo-
biscum eſt. Iam verò ſi gens Hebræa pro donis à Deo
acceptis, perpetuò auguſtiſſimum eius numen cole-
re, ac venerari, eiùſque erga ſe bonitatem, & benefi-
centiam dies nocteſque prædicare debebat, quanto
magis, id facere oportet Chriſtianum populum, in
C quem, velut effuſa Dei benignitate ac munificentia, tot
& tanta extant ipſius beneficia, vt cum his, quæ Iudæis
à Deo tributa ſunt, ea nec numero, nec magnitudi-
ne, nec dignitate, nec latitudine, nec vtilitate, nec
diuturnitate comparari poſſint.

Benedicite, ſacerdotes Domini, Domino: laudate
& ſuperexaltate eum in ſecula.

D **Q**uemadmodum Iſraëlitæ præ cæteris gentibus,
ita ſuper alios omnes Iſraëlitæ ſacerdotes eo-
rum, diuinas laudes prædicare debebant, non ſolum
quòd ipſos Deus ampliffimis donis & honoribus di-
gnatus fuerat, ſed ob eam maximè cauſam, quòd eos
aliarum rerum ſolutos & expeditos, quibus nempe
omnia, quæ ad victum pertinebant, ex populi obla-
tionibus, & muneribus abundè ſupperebant, ſuo cul-
tui & obſequio, diuiniſque precationibus, & laudi-
bus deſtinauerat, atque conſecrauerat. Quamobrem
eos potiſſimum Dauid in Pſalmo 133. prouocat ad ce-
lebran

*Sacerdotes Iu-
dæorum cur
Deum laudare
maximè de-
beant.*

Duplex munus sacerdotū: vñ ad Deum, alterum ad populum pertinet.

lebrandas Dei laudes, cum ait: *Ecce nunc benedicite Dominum, omnes serui Domini. Qui statis in domo Domini, in atrij domus Dei nostri, in noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino.* Duplex porro erat munus sacerdotum, & vtrumque præclarum, atque per-
 honorificum. Vnum pertinens ad Deum, quod in laudibus Dei canendis, in adolendo ei incenso, in immolandis hostiis, in offerendis populi muneribus, denique in precationibus, pro salute & incolumitate, pro periculis & delictis suorum popularium adhibendis verfabatur. Et hoc sacerdotum munus significauit rex Ezechias, cum loquens sacerdotibus, vt in 2. libr. Paralipom. ca. 29. scriptum est, dixit, *Filij mei, nolite negligere: vos elegit Dominus, vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis incensum.* Alterum munus sacerdotum, pertinebat ad populum: cuius complures quaestiones & controuersias cognoscere, ac diiudicare, proprium erat sacerdotum, quas autem controuersias, sacerdotum arbitrio & iudicio definiti oporteret, indicauit rex Iosaphat ita loquens sacerdotibus, vt legitur in eiusdem libro c. 19. *Omnem causam, que venerit ad vos fratrum vestrorum, inter cognationem & cognationem, vbi cumque questio de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus, ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos, & super fratres vestros.* Hæc mandata, seu monita regis, petita sunt ex eo, quod Moses præceperat Hebræis, vt traditur in 17. c. Deutero. illis verbis: *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram: & iudicium inter portas tuas videris verbum variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum: nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, volens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël, cunctisque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.*

- A** AT enim uerò, si Sacerdotes Iudaicos, diuinis obsequiis, & laudibus tractandis, maximè assiduos, & intentos esse oportebat, quid facere decet Christianæ, & Euangelicæ legis Sacerdotes, quos nimirum palàm est, tantum præstare Sacerdotibus Mosaicis, quantum spiritualia corporalibus, & carnalibus, cœlestia terrenis, humanis diuina, temporariis æterna præcellunt? Etenim, legale illud sacerdotium, nullam habebat potestatem, nullumque effectum, propriè, & perfectè spiritualem: **B** spiritualem dico, talem scilicet, qualis est remittere peccata, conferre gratiam, & hominem spiritualibus bonis, aut donare, aut priuare. Id quod ex doctrina B. Pauli euidenter licet argumentari. Is enim in duabus epistolis, quarum alteram scripsit ad Romanos, alteram ad Galatas, grauissimis uerbis, & argumentis confirmat, obsequiantiam legis Mosaicæ, non habuisse vim iustificandi hominem coram Deo. Et in capite nono, ac decimo epistolæ, quæ scripta est ad Hebræos, docet, legales illas cæremonias non profuisse ad emundationem conscientiæ, sed ualuisse tantum ad externam quandam sanctificationem, & emundationem carnis: nec sanguine taurorum, & hircorum, aliarumque hostiarum, auferri peccata potuisse. At uerò Christianum sacerdotium, potestatem habet uerè spiritualem, eamque amplissimam, & planè diuinam. Habet enim clauas, quibus regnum cœlorum hominibus claudere, & aperire potest: habet potentiam animas ligandi, atque soluendi, tam raro, certoque effectu, ut quodcumque soluerit in terra, sit solutum & in cœlis: & quodcumque ligauerit super terram, sit ligatum super cœlos: habet facultatem consecrandi Sanctissimum Christi corpus, & sanguinem, conficiendi que alia sacramenta nouæ legis, quibus remissio peccatorum, & gratia Dei, dona que cœlestia dignè accipientibus tribuuntur: habet etiã potestatem, per indulgècias ex thesauro Ecclesiæ depromptas, penas pro peccatis iam secundum culpam remissis, uel in hac uita, uel purgatorio igni persoluendas, aut ex parte, aut etiam ex toto remittendi. Denique, potestatem habet, contumaces, & rebelles Christianos, per sententiam excommunicationis, à fidelium communione separandi,

Comparatio
sacerdotij Iudaici, cum sacerdotio Christiano.

Rom. 3. 4. 5. 7.
Gal. 3. 4.
C...

Præstantia sacerdotij Christiani.

& spiritualibus Ecclesiæ suffragiis, & auxiliis priuandi. A
Itaque, vt alia permulta, quæ erant in populo Iudaico,
figuræ quædam, atque imagines fuerunt eorum, quæ
in Christiano populo gerenda erant: ita sacerdotium
Iudaicum, tenuis quædam vmbra fuit, Christiani sacer-
dotij, futuri nempe, tam dignitate, quàm potestate, effe-
ctusque longè præstantioris.

S E D iam tempus est, vt explanationi huius hymni
finem imponentes, tandem quartū librum, satis super-
que hæctenus productum concludamus. Reliqua enim B
huius Cantici, nec obscuram habent ad intelligendum
sententiam, nec quicquam, quod, à nobis in præsens
singulari aliqua tractatione dilatari, & illustrari ma-
gnoperè desideret. Nisi fortè quis putet, illud hoc loco
moneri lectorem oportere, quod ante nos ab aliis ob-
seruatum, & proditum est, hoc Canticum, non eadem
formula decantari apud Græcos, & Latinos, qua scri-
ptum est in hoc Danielis volumine. Etenim apud utro-
que, ommissis aliquot versibus, qui sunt in principio, in-
cipit Canticum ab eo versu: *Benedicite, omnia opera Do-* C
mini, Domino. Deinde apud Danielelem pars illa: *Laudate*
& superexaltate eum in secula. Toties repetitur, quoties
ponitur verbum illud: *Benedicite;* apud Latinos verò in
principio tâtum, & in fine hymni canitur, duobus sem-
per versibus in vnum coniunctis. In fine autem Cantici
additum est: *Benedicamus Patrem, & Filium, & Spiritum*
Sanctum, &c. Quod nec apud Danielelem legitur, nec à
tribus illis iuuenibus dictum fuit. Apud Græcos autem,
iis creaturis, quæ apud Danielelem in duobus versibus,
ad laudem Dei inuitantur, in vnum versum coniunctis, D
sub vno verbo: *Benedicite,* semel posito, semper deinde
illud additur: *Laudate, & superexaltate eum in secula.* Præ-
terea in fine Cantici à Græcis additur: *Benedicite, Apo-*
stoli, Prophetæ, & Martyres Domini, Domino: laudate, & su-
perexaltate eum in secula. Benedicimus Patrem, & Filium, &
Sanctum Spiritum: Dominum laudamus, & superexaltamus
eum in secula: laudamus, benedicimus, adoramus Dominum:
laudantes, & superexaltantes eum in secula.

In quo Latini,
Græci que in
hoc Cantico
tum inter se,
tū à sacris Li-
bris differant.

A B E N E D I C T I P E R E R I I S O C I E - T A T I S I E S V ,

Commentariorum in Daniele,

LIBER V.

B C A P V T Q V A R T V M .



Go Nabuchodonosor, quietus eram in domo mea, florens in palatio meo. Somnium vidi, quod perterruit me: & cogitationes meae in stratu meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum, ut introducerentur in conspectu meo cuncti Sapientes Babylonis, & ut solutione somni indicarent mihi. Tunc ingrediebantur Arioli, Magi, Chaldei, & Aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi: donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Balthasar, secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum Deorum sanctorum in semetipso: & somnium coram ipso locutus sum. Balthasar princeps Ariolorum, * quoniam, ego scio quod spiritum sanctorum Deorum habeas in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, & solutionem earum narra. Visio capitis mei in cubili meo, videbam, & ecce arbor in medio terre, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis: & proceditas eius cotingens caelum, aspectus illius erat usque ad terminos vniuersae terrae. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea: subter eam habitabant animalia, & bestiae. & in ramis eius conuersabantur volucres caeli: & ex ea vesebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil, & sanctus de caelo descendit. Clamauit fortiter, & sic ait; Succidite arborem, & praecidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiae, quae subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Verum tamen germen radicum eius, in terra finite: & alligetur vinculo ferreo, & arce, in herbis, quae foris sunt, & rore caeli tingatur,

* Quem. 4. M.
S. G. atque hoc modo in Hier. commentariis, illo, in adiecto textu legitur. Viroque modo Chaldaicū

transferri potest.

Et cum feris pars eius in herba terra. Cor eius ab humano commuetur, et cor feræ detur ei: et septem tempora mutantur super eum. In sententia vigillum decretum est, et sermo Sanctorum, et petitio: donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, et cuiuscunque voluerit, dabit illud, et humillimum hominem constituet super ipsum. Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: Tu ergo Balthasar, interpretationem narra festinus: quia omnes Sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus Deorum Sanctorum in te est. Tunc Daniel, cuius nomen Balthasar, cepit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi vna hora: et cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait, Balthasar somnium, et interpretatio eius non conturbet te. Respondit Balthasar, et dixit: Domine mi, somnium hoc, qui te oderunt, et interpretatio eius, hostibus tuis sit. Arborem, quam vidisti sublimem, atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælum, et aspectus illius in omnem terram, et rami eius pulcherrimi et fructus eius nimis, et esca omnium in ea, subter eam habitantes bestie agri, et in ramis eius commorantes aues cæli, tu es rex, qui magnificatus es, et inualuisti, et magnitudo tua creuit, et peruenit usque ad cælum, et potestas tua in terminos vniuersæ terre. Quod autem vidit rex vigilans, et sanctum descendere de cælo, et dicere: Succidite arborem, et dissipate illam, attamen germem radicem eius in terra dimittite, et vinciaturo ferro, et are in herbis foris, donec septem tempora mutantur, super eum. Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi, quæ peruenit super Dominum meum regem. Eiciet te ab hominibus, et cum bestiis, feris quæ erit habitatio tua, et scænum, ut bos, comedes, et rore cæli infunderis: septem quoque tempora mutantur super te, donec scias, quod dominetur excelsus super regnum hominum, et cuiuscunque voluerit det illud. Quod autem precepit, ut relinqueretur germen radicem eius, id est arboris, regnum tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse cælestem. Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, et peccata tua elemosinis redime, et iniquitates tuas misericordis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. Omnia * reuerunt super Nabuchodonosor regem. Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulauit. Responditque rex, et ait: Nonne hæc est Babylon * magna, quam ego edificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, et in gloria decoris mei. Cuius sermo

Infr. 5. f. 21. Eccl. 3. d. 33.

* Hæc M. S. Hier. R. G.

* Ciuita, M. S. G. R.

A sermo adhuc esset in ore regis, vox de caelo ruit. Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex, regnum * transibit à te, & ab hominibus egerit te, & cum bestis feris erit habitatio tua: fenum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te: donec scias quòd dominetur Excelsus in regno hominum, & cuiusque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fenum vt bos comedit, & rore caeli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues eius quasi aurum. Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum leuavi, & sensus meus redditus est mihi, & Altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudavi, & glorificauit: * quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione, & generationem. Et omnes habitatores terra apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit, tam in virtutibus caeli, quam in habitatoribus terre: & non est, qui resistat manui eius, & dicat ei, quare fecisti: In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decorumque perueni, & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem caeli, quia omnia opera eius vera, & via eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

* Tuum. M.S.
R. Hier. G.
Verum Ch. &
G. G. non legunt. transit.
4. M.S. Hier.
G. G.

* Sup. 3. g. 100.
Infr. 7. d. 14.

EXPONITVR hoc quarto capite, alterum quoddam Somnium regis Nabuchodonosor. Is namque vidit in quiete procerissimam, amplissimam, & pulcherrimam quandam arborem: quæ tamen celestium iussu, tota propemodum excisa est: scilicet, excepta tantum radice, vt rursus renasci, ac reflorescere posset. Quo somnio rex, eo magis est perterritus, & conturbatus, quòd eius intelligentiam, à nullo suorum sapientum percipere potuit. Consultus igitur Daniel respondit, portendi eo somnio miserabilem casum, & calamitatem regni impendentem: futurum enim, vt rex, propter suam superbiam, atque impietatem, non tantum regni dignitate spoliaretur,

Summa capit.
tis quarti.

retur, sed etiam quodammodò in bestiam transformatus, incesu, victu, habitu, cultu, habitatione, sensu-
 que per septem annos, bestiam potius, quàm hominem referret. Sed futurum, exacto eo tempore, vt rex suorum scelerum intelligens, atque ex animo pœnitens, Dei misericordia & gratia impetrata, in pristinam, quin etiam maiorem regni potentiam & dignitatem, restitueretur. Atque hoc ita planè contigit, vt fuerat à Daniele prædictum.

THEODORETUS & Lyranus inchoant historiam huius capitis, ab epistola regis Nabuchodonosor, quæ posita est in calce præcedentis capitis, illis verbis: *Nabuchodonosor rex, omnibus populi, gentibus, & linguis, que habitant in vniuersa terra, Pax vobis multiplicetur.* Atque hinc ordiuntur illi caput quartum. Sed Chaldaica, Græca, & Latina Scriptura, initium faciunt quarti capitis, ab illis verbis, *Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea.* Auctor historiæ scholasticæ, super librum Danielis capite quarto existimat, nec sanè, vt videtur, temerè, historiam, quæ traditur hoc capite, non esse à Daniele scriptam: sed esse epistolam quandam regis Nabuchodonosor: qua ille, quæ sibi contigerant, quò immortalis earum rerum memoria apud pòsteros conseruaretur, ad omnes, qui suo suberant imperio, perscripsit. Eam regis epistolam, libro suo Daniel inseruit, quò maior & illustrior apud omnes, rei gestæ fides, & auctoritas existeret. Sed quoto anno regni Nabuchodonosor euenit, quod in hoc capite narratur? Theodoretus ait contigisse, post miraculum illud trium puerorum, præcedenti tertio capite descriptum; sed quâto tempore post euenit, non expressit Theodoretus. In libro decimo antiquitatum, Iosephus inquit, non multò post illud miraculum accidisse. Ego, nisi mea me fallit coniectura, opinor euenisse hoc circa trigesimùm quintum annum regni Nabuchodonosor. Hoc autem ita colligo. Primò, rex hoc somnium habuit, ipsumque Daniel interpretatus est. Exinde, vno pòst anno, vt traditur in hoc capite, Nabuchodonosor mutatus est in bestiam, in quo statu, totos septem annos permanfit. Quibus exactis, id est, nono anno postquàm somnium habuerat, rex, & menti, & regno restitutus est. Postèa, non diu
 cum

Huius capitis
 quis sit au-
 ctor.

De tēpore hu-
 ius somnij.

A eum vixisse, satis sit verisimile ea coniectura, quia si diutius vixisset, multa sine dubio fecisset insignia, & ad Dei gloriam illustrandam, quãtam disertis & magnificis verbis prædicauerat, & ad promouendam Iudæorum utilitatem, quæ Daniel, vt alia eius regis facta, in hoc lib. prodidisset. Cum igitur post hæc historiam, nihil de eo rege tradatur, magno est argumento, eum postea non diu fuisse superstitem. Quod si hoc somnium contigit nono ante illius regis obitum anno, cum tres & quadraginta annos eum regnasse constet: hinc planè conficitur, quæ narrantur hoc capite de somnio Nabuchodonosor, ea circa trigessimum quartum regni eius annum euenisse.

SED priusquam in explanationem huius historiae ingrediamur, illa videtur quæstio petra tractanda: an narratio eorum, quæ sunt in hoc capite, sit historica, vt verè gesta sint, quæ in eo traduntur: an potius sit parabolica & figurata, aliud quàm verba sonant, mysticè ac spiritaliter sub illorū verborū figura intelligendum significans. Tales sunt multæ apud Exechielem, & apud Ioannem in Apocalypsi narrationes. Fuisse nonnullos, præsertim verò qui erant de secta Origenis, vt refert hoc loco Hieronymus, qui censuerunt, in huius capitis historia, sub persona regis Nabuchodonosor, parabolicè ac figuratè describi casum diaboli, ex cælesti fœlicitatè in tartaream miseriam. Hoc illi ad hunc modum probare conabantur. Principiò, non semel Scriptura sub eiusmodi parabolis, lapsum è cælo Luciferi descripsit, scilicet, vel sub persona regis Babylonis, vt apud Isaiam ca. 14. vel sub persona principis Tyri, velut apud eundem capite 28. vel regis Assur, sicut apud eundem capite 31. Simili igitur ratione apud Daniele hoc loco, sub persona regis Nabuchodonosor, eiusdem diaboli casus insinuat. Hoc ipsum prætereà confirmant eo argumento, quia, si quæ hoc capite narrantur, secundum historicum sensum acciperentur, pleræque dicerentur impossibilia & penitus incredibilia. Quis enim credat, hominem transformari in bestiam? Hoc nempe ad fabulas pertinet poëtarum, de sociis Vlyssis & Diomedis, in bestias auctæque mutatis. Quis credat, regem summis deliciis

Sententia Origenistarum, sub nomine regis Nabuchodonosor, casum Diaboli hic describi.

An quæ narratur hoc capite de transformatione Nabuchodonosor in bestiam, historicè, an tantum figuratè accipienda sint.

ab ortu suo inuutritum, fornum quasi bouem per septem annos comedisse, & toto illo temporis spatio, cum feris in solitudine versatum, nullo ab illis affectum esse detrimento. Ad hoc, quærūt isti an spatio illorum septē annorū, tenuerit aliquis regnum Babylonicum, necne? Nā toto illo tēpore nullū fuisse regem, non est credibile: tantum enim imperium, sine rectoris regeque tandiu constare non potuisset. Sin autem regem aliquem tunc habuit, non est profectō verisimile, eū postea regi Nabuchodonosor regno cedere voluisse. Ad extremū, sic etiam hoc idem argumētatur, si re vera factū esset, quod in hoc capite narratur, id proculdubio per omne istius regis imperium fuisset diuulgatum. Quapropter, cum multi veterum scriptorum, tum de regno Chaldaico, tum propriē de regis Nabuchodonosor rebus gestis, diligentissimē scripserint, ut Berosus, Megasthenes, Diocles, Philostratus, & Alphæus, quos memorat Iosephus libro decimo antiquitatum, & priori libro aduersus Appionem: hi sanē nec rem tam insignem & publicam ignorauissent, nec tam memorabilem, mirandamque prætermisissent.

Refellitur superior opinio, & hanc veram esse historiam demonstratur.

VERVM TAMEN, nullo modo dubitandum est, omnem huius capitis narrationem planē historicam esse: & ita rem esse gestam, vt ipsa verba significant. De hoc enim omnium Danielis interpretum, Hebræorum, Græcorum, & Latinorum concors est sententia. Idēque confirmari potest his argumentis. Sic traditur narratio huius capitis, vt traditæ sunt, quas in prioribus capitibus descripsit Daniel: si igitur illæ sunt historicæ, hæc similiter historica censenda est. Nam si hæc narratio (ait Hieronymus) non est historica, similiter nec erunt aliæ: omnia igitur erunt vmbra & fabulæ. Et verò, in narrationibus diuinæ Scripturæ figuratis & parabolicis, interponuntur aliquæ particule, & verba, quibus indicatur orationem illam non esse historicā, sed figuratam: huiusmodi sunt illa, *Factus sum in spiritu, vel inductus sum, seu raptus in spiritu, vidi in raptu, in visione, in somno, & alia similia*, quæ non rarò inueniuntur est apud Ezechielem, & apud Ioannem in Apocalypsi: quorum tamen in hac narratione nihil reperitur. Solet etiam post orationem parabolicam, subiungi propria

- A pria eius interpretatio & sententia, aut si non subiungitur, ea tamen ex antecedentibus & consequentibus, non difficulter intelligitur. Deinde sequenti capite, Daniel grauius reprehendit regem Balthasarem, quod exemplo patris sui Nabuchodonosor, qui ob superbiam regno spoliatus, & mutatus in bestiam fuerat, nihilo ipse cautiore & modestiore, Deique reuerentior esset factus. *Tu quoque, inquit, filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia, sed aduersus dominatorem cali eleuatus es.* Quò licet intelligere historiam, quæ narratur hoc capite de Nabuchodonosor, fuisse verissimam, nisi velint isti, etiam quæ illo quinto capite traduntur, ad ineptas & pueriles allegorias detorquere. Quid multa? solis luce clarius est, quæ narrantur hoc capite, ad diabolum nullo modo accommodari posse. Dicitur namque Nabuchodonosor habuisse somnium quoddam, eiusque somnij quæsisse intelligentiam de Chaldæis? aliisque sapientibus: at nec somniat diabolus, nec quæ ignorat ipse, ab hominibus doceri potest, ut quibus sit ipse longè C solentior & sagacior. Daniel item, in hoc capite vocatur collega regis Nabuchodonosor, eumque Daniel appellat regem suum & dominum suum, dicant igitur isti, quemadmodum Daniel collega fuit diaboli, aut quomodò eum appellauerit regem, & dominum suum? Adice, quòd Daniel casum regis miseratus, dixit cupere se, ut ea calamitas, quæ regi impendebat, ab ipso auerteretur, & in hostes ipsius transferretur. Hostes autem diaboli, sunt boni & sancti viri: quomodò autem credibile est, Daniele D optasse, ut mala & supplicia, quibus diabolus iuste puniatur, ab ipso transferretur in seruos Dei? Quid, illud leue est argumentum? Daniele suasisse regi, quò imminuentia sibi mala effugeret, ut peccata sua redimeret elemosynis? quod quemadmodum ad diabolum applicari queat, ne fingendo quidem reperiri potest. Denique, post illos septem diuinæ vindictæ annos, dicitur rex Nabuchodonosor, suorum scelerum egisse penitentiã, & impetrata Dei misericordia, pristinã imperij gloriã recuperasse: quamuis autem sectatores Origenis, inter alios errores, hunc sanè absurdissimum

Diabolum in dissimulatum tenuerint demonem in fine mundi, suppliciiis A
 sine saluandū inferni liberatum iri, saluūque fore: atramen cum er-
 rorem anathematizat Ecclesia Catholica, & Theologi
 Origenis et- docēt, peccatum diaboli, esse omninō impoenibile at-
 que irremissibile.

Solutio argu-
 mentorum.

SED dissoluenda sunt istorum argumenta, quæ su-
 præ posuimus: non enim operosum erit ad ea respon-
 dere. Ad primum ita respondendum est: in illis locis
 Isaïæ & Ezechielis, ea dicuntur de regibus Babylo-
 nis, Tiri, & Assur, quæ verè illis secundum historiam B
 conueniebant: eandemque secundum allegoriam, a-
 ptissimè quadrabant in Luciferum, de quo illi Prophe-
 tarum loci, sunt à Doctoribus interpretati. At verò,
 quæ in hoc capite narrantur, secundum istos, nullos
 modo regi Nabuchodonosor conueniunt secundum
 historiam: secundum nos autem eadem, ne mysticè
 quidem & figuratè ad diabolum accommodari pos-
 sunt. Quocircà, longè diuersa est ratio eorum, quæ hic
 narrantur de Nabuchodonosor, & eorum, quæ ab illis
 Prophetis de prædictis regibus sunt tradita. Ad secundum, C
 qua ratione sit respondendum, manifestū erit ex
 his, quæ infrà dicemus, cum ostendemus, quæ dicun-
 tur in hoc capite regi Nabuchodonosor contigisse, ea
 nec fuisse impossibilia, nec videri debere cuiquam in-
 credibilia.

Ad tertium argumentum, quia maiorem ceteris vim
 habet, & difficultatem inuoluit explicatu dignissimam,
 paulò fusiùs respondendum est. Sex autem modis re-
 sponderi posse arbitror. Principiò, inualidam esse di-
 cto eam rationem argumentandi, qua probatur, quod
 traditur in Sacris literis, propterea videri dubiæ fidei, D
 & auctoritatis, quia non sit ab externis scriptoribus
 memoriæ proditum. Nam si ad hanc normam exige-
 re velimus sacrorū librorum auctoritatem, multa pro-
 fectò, quæ sunt in diuinis literis certissima, erunt in
 dubium vocanda, vt de quibus apud Gentiles aucto-
 res nulla sit mentio: huiusmodi sunt prodigia illa
 solis, tempore Iosue, & regis Ezechiaë facta, historia
 Iudith, Esther, & Machabæorum. Postea, responde-
 ri potest, diaboli calliditate & militia esse factum, vt
 hæc non scriberentur à Gentilibus: rum ne auctoritati
 Sacra

Cur hæc tam
 mirabilis hi-
 storia, à Genti-
 libus non sit
 memoriæ pro-
 dita.

A Sacrarum literarum, accedens testimonium Gentilium, faceret diuinam scripturam, etiam Paganis valde probabilem; atque ea ratione illi ad cognitionem & cultum veri Dei adducerentur: tum, vt sacra historia carens Gentilium testimonio; etiam Christianis; parum tamen in fide firmis, suspecta & dubia redderetur. Deinde, non temere diceret, qui responderet, fuisse quidem à Chaldaeis hanc historiam suis in Annalibus conditam, & monumentis literarum consignatam, sed ea tamen monumenta, vel longinquitate, vel iniuria temporum, vel toties capta, direpta, vastataque Babylone, intereidisse. Quamobrem; non est mirandum, historiam huius facti, ad notitiam Græcorum, qui eam non aliunde, quam ex annalibus Chaldaeorum petere poterant, non peruenisse. Ad hæc, illud quoque responderi potest; non latuisse scriptores Gentiles hanc historiam, nec eam tamen ipsos scribere voluisse: vel quia non credebant veram, sed Paganarum fabulis similem: vel inuidia, odioque Iudæi nominis & religionis, eam suppressi, quam publicamauerunt: vel denique arbitrati sunt, non fuisse illud miraculum, aut diuini numinis vindictam, sed vel magicis incantationibus, & beneficiis esse factum: similiter vt in primitiua Ecclesia solebant pagani, Christianorum miracula calumniari: vel regem illum ex nimio aliquo corruptioque humore melancholico, alioue graui & vehementi morbo, in amentiam & furorem esse versum: nam & aliis simile quippiam contigisse nouerant. His addi potest quintum responsum: D esse id factum summo Dei consilio & providentia: scilicet, ne res sacras, admixtis fabulis & mendaciis, scriptores Gentiles contaminarent, & fabulosas efficerent, sicut fecisse eernimus Platonem, qui nonnulla furatus ex sacris libris, ea multis figmentis & erroribus inquinauit. Atque hac ratione Seuerus Sulpitius in libro secundo sacrae historiae, ad similem quaestione, quæ de historia Iudith poterat obuii, respondit: ita enim scribit. *Ceterum illud nemini mirum esse oportebit, quod scriptores secularium literarum, nihil ex his, quæ sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt, Dei spiritum praualete, vt incontaminata ab ore corrupto, & falsis vera miscerent;*

Seuerus Sulpitius.

intra sua tantum mysteria, diuina contineretur historia, quae se-
parata à mundi negociis, & sacris tantum uocibus proferenda,
permisceri cum alijs, uelut aequali sorte non debuit.

Sed quàm infideliter ac mendaciter, Gentiles scri-
ptores sacras historias prodiderint, licet animaduere-
tere in historia Iudaicarum rerum, quam attigit Cor-
nelius Tacitus, Appion, Possidonius, & alij, quos me-
morat Iosephus priori volumine contra Appionem.
Verùm, iastat omnium, vnus Iustinus, cuius rei argu-
mentum simul & exemplum esse potest. Namque is
libro trigesimo sexto, breui oratione describens
gentis Iudæorum primordia & incrementa, tot penè
in sua narratione errores admixit, quot posuit uerba.
Quos errores, non alienum duxi, nec ingratum lectori
uel tantum percensendo, hìc commemorare. Primus
error, ait originem Iudæorum esse ex nobilissima Sy-
riæ urbe Damasco: genus autem à Syriæ regibus, &
regina Semiramide. Secundus error, in Damasco, pri-
mò regnasse Damascum regem, post hunc, Abraham,
Mosen, Israëlem, etiam inibi fuisse reges. Tertius, Is-
raëli decem fuisse filios, quibus ille populum in de-
cem regna diuisit, omnesque ex nomine Iudæ, qui post
diuisionem decesserat, Iudæos appellauit, cuius etiam
ab omnibus memoriam coli iussit: eius autem portio
omnibus alijs accesserat. Quartus filiorum Israëlis mi-
nimum natu fuisse Ioseph: hunc magicas artes in Æ-
gypto doctum, scientiam interpretandi prodigia, &
somnia, primùm condidisse. Quintus, huius filium fuis-
se Mosen, quem propter scabiam, & pruriginem, quæ
latè grauitèrque in Ægypto grassabatur, Ægyptij cum
omnibus agris, ne ea pestis ad plures serperet, Ægy-
pto pepulerunt. Sextus, quoniam autem Mosen in de-
serto cum suis exulibus fame, sitique fatigatus, die
septimo esset eo malo releuatus, propterea septimum
quemlibet diem, more gentis appellatum sabbathum,
in omne æuum ieiunio sacrauit. Septimus, quoniam
metu contagionis, pullos se Ægypto meminerant Iu-
dæi, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cau-
runt, ne cum peregrinis communicarent: quod ex causa
factum paulatim consuetudo in disciplinam, religio-
nemque conuertit. Atque hæc quidem omnia, quæ ad
huc

Quàm multa
peccauerit Iu-
stinus in histo-
ria rerum Iu-
daicarum.

- A huc ex Iustrino memorauimus, ex ipſis Sacris literis patet eſſe falſa. Octauus error, poſt Moſen, etiam eius Aruas, ſacerdos ſacris Ægyptiis, mox rex creatur: ſemp̄rque exinde his mos apud Iudæos fuit, vt colde, & reges, & ſacerdotes haberent. Quorum iuſticia, religione permixta, incredibile quantum coaluere. Sed errat Iuſtinus. Nam vt iidem eſſent principes ſeculares, & pontifices Iudæorum tempore Machabæorum primū fieri cœptū eſt. Præſertim autem principatu Ariſtobuli, qui, vt refert Iosephus libro decimotertio antiquitatum, primus Iudaicum principatum ſummo pontificatui coniunctum in regni formam vertens, diadema ſibi impoſuit: annis poſt reuerſionem Iudæorum, ex Babylonica captiuitate in Iudæam, 480. Nonus error, Xerxem Perſarum regem, primum omnium domuiſſe Iudæos. Atqui, nec Xerxes Iudæis bellum intulit: quippè qui iam inde vſque à Cyro, primo Perſarum rege, Perſico imperio ſemper fuerant ſubiecti: & plus cētum quinquagiſta annos ante Xerxem, Chaldeo rum rex Nabuchodonofor, ter iam domuerat Iudæos, grauique ſubegerat, & affixerat ſeruitute. Verūm de Iuſtini erroribus, circa hiftoriam rerum Iudaicarum, ita dictum ſit.

ARISTEAS, cuius hodiè que libellus extat de translatione ſeptuaginta interpretum, refert, atque hoc ipſum commemorat Iosephus libro II. antiquit. & Eusebius libro 8. de præparatione Euangelica, Ptolemæum Philadelphum, ſecundum Ægypti regem poſt Alexandrum, quæſiſſe ex Demetrio Phalereo, quem ille inſtrundæ bibliothecæ præfecerat, cur Græci ſcriptores, nullam de hiftoriis, & monumentis Iudæorum mentionem feciſſent: reſpondiſſe autem Demetrium tentaiſſe quidem id facere Theopompum, & Theodectem, nobiles imprimis ſcriptores, & quædam ex monumentis Iudæorum inſeruiſſe ſcriptis ſuis: ſed mox tamen fuiſſe pœnas temeritatis: illum enim amentia, hunc cæcitate diuinitus percuiſſum. Sed poſteà, cauſam mali ſui agnoſcentes, & ex animo dolentes, placato Deo, ſanitati eſſe reſtitutos. Alios igitur, iſtorum exemplo deterritos, Iudæorum ſcripta, ritulſque vſurpate non eſſe auſos. Sic Ariſteas, Sextum

Memorabilis hiftoria dehis, qui ſacra Iudæorum monumenta tentarunt ſcriptis ſuis inſerere.

Alphæus quæ
modò obse-
rè huius histo-
riæ memine-
rit.

& extremum responsum hoc accipe. Apud scriptores A
Ethnicos extare etiamnum nonnulla huius historiæ
vestigia, reuiter quidem illa, & subobscure impressa,
sed vestigia tamen. Etenim, apud Eusebium libro no-
no de præparatione Euangelica, cap. ultimo, Alphæus
scriptor Græcus & perantiquus ait, Chaldæos in suis
Annalibus prodidisse, regem ipsorum Nabuchodo-
nosor, cum maximè flore et eius imperium, subito
furere diuinitus correptum, magna voce exclamasse:
Futuram vobis, ô Chaldæi, prænuncio calamitatem, B
quam nec Belus vester, nec vlla Deorum vis auertere
potesit. Veniet Persa semiasinus, qui vobis iugum ser-
uitutis imponet. His acque aliis huiusmodi dictis re-
pentè ex oculis omnium euanuisse. Hæc Alphæus.
Haud dubiè, quæ in historia huius capituli traduntur, li-
cet mutilè atque obscure, insinuans. Ille autem Persa
semiasinus, fuit Cyrus, qui Chaldæorum imperium
euerit. Appellatur autem semiasinus, id est, mulus, ex
equa & asino generatus: quia Cyrus nobili matre, A-
styagis Medorum regis filia, patre vero Cambyse ob-
scuro generis Persa, natus est. Verùm nos de historia C
huius capituli, hæc pauca præfati, ad explanationem hi-
storiæ aggrediamur.

*Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo
mea, &c. vsque ad illud, videbam: &
ecce arbor in medio terra.*

Cur Nabucho-
donosor no-
men suum &
Danielis hic
posuerit.

TH E O D O R E T V S sic explanat hunc locum.
Non sine causa, inquit, suum nomen rex posuit: sed D
vt nomen ipsum verbis, quasi testimonium, auctoritatem facer-
ret. Cum enim clarissimus, & nobilissimus esset rex,
omnium, quæ in Asia, Ægypto, & Æthiopia erant, im-
perium adeptus, nomen suum præponit, quod esset
idoneum eorum, quæ dicerentur, testimonium. Ap-
pellat autem hic rex Danielem, non eo tantum no-
mine, quod illi imposuerat, sed addidit etiam no-
men Hebræum. Daniel, inquit, cui nomen Balthasar, se-
cundum nomen Dei mei: ita enim à principio, inquit, il-
lum admiratus sum, vt cum nomine Dei, qui à me
pridem colebatur, appellari voluerim: & causam
ostendat

A ostendens, quia spiritum, inquit, Dei sanctum habet in semetipso, & hoc quoque ex Prophetæ Danielis doctrina rex didicerat. Vnde enim nisi ex eo cognoscere potuisset, sanctissimi spiritus appellationem rex adeò barbarus, & adulterinis addictus simulachris? Quòd autem in Daniele sapientiam & spiritum sanctum laudat, & ab eo interpretationem somnij tam humaniter, & quasi suppliciter petit, satis ostendit, solere homines in rebus secundis obliuisci eorum, qui de ipsis benè meriti fuerunt, cum autem aduersis premuntur, illos memoria repetere, vtrò accersere, consilium, & auxilium eorum implorare. Sicut, dum valemus, medicos paruipendimus, quorum tamen, grauioribus correpti morbis, presentiam desideramus, sententiam consulimus. Rex Nabuchodonosor, cum socios Danielis in rogum iussit iniici, nullam habuit memoriã beneficij, quod à Daniele acceperat: sed vbi portentoso somnio territus, intelligentiã eius apud sapiētes non quiuit inuenire, Danielis sapientiam in memoriã reuocauit, eumque peramanter, ac perquam honorificè tractans, vt sibi, quod viderat, somnium exponeret, obnixè rogauit. Hieronymus autem super hoc loco sic ait, *Exceptis septuaginta translatoribus, qui verba illa, donec collega ingressus est Daniel, cui nomen Balthasar, omnia, nescio qua ratione, praterierunt, tres reliqui interpretes, collegam interpretati sunt. Vnde iudicio magistrorum Ecclesie, editio eorum, in hoc volumine Danielis repudiata est: & Theodotionis vulgo legitur, quæ & Hebræo, & cæteris translatoribus congruit. Vnde & Origenes in nono Stromatum, volumine asserit, se, quæ sequuntur ab hoc loco in Propheta Daniele, non iuxta septuaginta interpretes, qui multum ab Hebræica veritate discordant, sed iuxta Theodotionis editionem differere. Quòd autem dixit rex, Danielem habere spiritum Deorum sanctorum, sic enim est in scriptura Chaldaica, qua primùm hæc pars libri Danielis, à secundo capite vsque ad finem septimi, composita est, errore Gentiliū dixit, qui, quicquid super ipsos cernebant, Deos arbitrabantur.* Hactenus ex D. Hieronymo. Cur autem appeller rex Danielem collegam, in promptu est rationem reddere, videlicet hic rex Danielem, propter prioris somnij interpretationem, quasi collegam suum in administra-

Danielem ex
editione
Theodotionis
Ecclesia
recepit.

Daniel colle-
ga regis cur di-
catur.

tione regni fecerat. Nam, vt supra, extremo capite 2. A scriptum est, rex constituit Danielem principem super omnes prouincias Babylonis, & prefectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis.

Cur Daniel
appellatus sit
Balthasar.

Causam verò nominis Balthasaris impositi Danieli à rege, hanc reddunt Dorotheus in Synopsi, & Epi- phanius in libro de vita & interitu Prophetarum, regem Nabuchodonosor, quia volebat Danielem facere coheredem liberis suis, propterea imposuisse ipsi nomen Balthasaris, iuxta vnigeniti filij sui appellationem. Verum, cum isti significant, hoc esse factum post ea, quæ narrantur hoc capite, regi Nabuchodonosor contigisse, non potest id esse verum. Siquidem, initio huius capituli significatur, Danielem habuisse nomen Balthasaris, priusquam hoc somnium accidisset regi Nabuchodonosor. Suidas scribit, Danielem, propter explanationem arcanarum rerum, fuisse à Nabuchodonosor nomine Balthasaris honoratum. Simile indicat Iosephus libro decimo antiquitatum. Nam cum dixisset, regem Nabuchodonosor audita interpretatione somnij, quod sibi primum obuenerat, quasi attonitum, procidisse in faciem, & Danielem non aliter, quam Deum adorasse, diuinis iuuenem dignatum honoribus, cum hæc, inquam, dixisset, proximè subiungit. *Nec hoc contentus, imposito illi nomine Dei sui, vniuersæ ditom sue prepositum esse voluit.* Sed contra hanc Suidæ, & Iosephi opinionem facit, quod in primo huius libri capite traditur, cum Daniel, & alij tres eius sodales, iussu regis traditi sunt præposito eunuchorum, vt linguam, literas, & mores Chaldæorum edocerentur, tunc fuisse nomina eorum Hebraica mutata in alia nomina Chaldaica, & pro Danielis vocabulo, inditum ei fuisse nomen Balthasaris. Hoc autem nomen, fuisse apud Chaldæos, & regale, & diuinum, ex historia huius libri manifestum est. Quod autem dicitur in textu, *& visiones capitis mei conturbant me*: exponens Hieronymus, sic ait, *Nota, quod, & Nabuchodonosor, visiones, non oculorum, & cordis, sed capitis nonerit: quia propter gloriam seruorum Dei, futurorum illi mysteria reuelantur.* Super quibus Hieronymi verbis annotauit Carthusianus in commentario

Triplex visio,
mentis, oculorum & imaginationis.

A rio eiusdem loci, triplicem esse visionem, vnam cordis seu mentis, alteram oculorum, vel sensibilem, tertiam imaginationis, quæ hîc dicitur visio capitis: quoniam virtus imaginatiua residet in capite, ibiq; actiones suas exercere deprehenditur.

Videbam, & ecce arbor, &c. vsque ad illud: *Tunc Daniel caput intra se tacitus cogitare.*

B NON solum, inquit diuus Hieronymus, Nabuchodonosor, sed omnes impij in Scriptura comparantur arboribus. Vnde Dauid ait in Psalmo 36. *Vidi impium superxaltatum, & eleuatum sicut cedros libani.* Nec illi tamen virtutum magnitudine, sed sua eleuantur superbia: & ided exciuntur, & corrunt. Quare bonum est illud sectari Domini consilium: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Ex illo autem quod dicitur: *Aspectus eius vsque ad terminos terra,* pro quo Theodotio vertit, *altitudo, seu dominatio eius:* argumentantur,

C qui negant hanc fuisse veram historiam, regem Nabuchodonosor nequaquam sua dominatione orbem terrarum possedisse. Neque enim Græcis, & barbaris, cunctisque Septemtrionis, & Occidentis nationibus imperauit, sed tantum Orientis prouincias tenuit, id est, Asiam, non autem Europam, & Lybiam. Ex quo intelligi volunt, cuncta, quæ hîc narrantur, allegoricè interpretata, ad diabolum esse referenda. Sed nos hæc omnia tanquam hyperbolicè dicta, debemus accipere: videlicet, ob superbiam illius regis, qui tantum gloriatur apud Esaiam, vt cælum se tenere iacteret, & orbem terrarum, quasi nidum, & oua volucrum. *Et ecce vigil.* Pro, *vigili,* Theodotio posuit, ipsum vocabulum Chaldaicum, *Ir,* quod in ea lingua per tres literas scribitur: significat autem Angelos, quod semper vigilent, & ad Dei imperium sint parati. Vnde, & nos crebris pernoctationibus, imitamur Angelorum officia: & de Deo dicitur in Psalmo 120. *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël.* Consuetudo autem Græci, & Latini sermonis, *Ir* vocat, seu *Iridem,* quæ per multicolorem arcum, ad terras descendere dicitur.

Homines impij in scriptura comparantur, ex Hier. in c. 4. Dan.

Matth. 23.

τι ἕψ, id est, altitudo siue κυρία, id est, dominatio.

Hier.

Isa. 24. c. & 10. c.

γγ

Angeli, cur vigilantes dicantur.

THEODORETUS putat, per arborem, ipsum A
 regem significari: altitudinem verò eius usque ad cœ-
 los, non arboris naturam significare, sed sublimes, &
 superbas regis cogitationes, & quæ ille sibi animo
 fingebat, atque appetebat. Quocirca Isaias dixit de
 ipso: *Inducet Deus super mentem magnam regis Assyriorum,*
 & *super altitudinem gloriæ oculorum eius.* Mentem magnam
 ipsum appellavit, ut qui magna sibi fingeret, & som-
 niaret. Quæ fuerint autem illa magna, subiungit, di-
 cens: *Super astra ponam thronum meum, & ero similis Altis- B*
fimo. Idcirco proceritatem arboris, videt usque ad cœ-
 lum peruenisse. Quia verò etiam toto terrarum orbe,
 ut ita dixerim, rex ille potitus est, propterea vidit arbo-
 ris cumulum, id est, latitudinis molem, usque ad ipsos fi-
 nes terræ propagari. *Folia eius pulchra, & fructus eius mul- C*
tus. Folia vocat, illum decorem, & ornatum, qui con-
 spiciebatur in eius veste, & throno, & in aulicis, scuta-
 tis, hastatis, satellitibus, ac stipatoribus corporis. Fru-
 ctum verò tributum nominat, quod undique ei affe-
 rebatur: & multum dixit fructum, non autem pulchrum:
 non enim tributa iuste imposita fuerant. *Et cibus om- D*
nium erat in eo. Siquidem, & agricolæ, ipsius procura-
 tione fruentes pace, fructus e terra percipiebant: &
 milites, ab ipso commeatu, & stipendia accipientes,
 vitam in armis degebant. *Subter eam habitabant bestie*
agrestes, & in ramis eius volucres cæli. Nam & ferino more
 utentes barbari, & ratione magis utentes, mitiorique,
 & aciori ingenio, & altiori mente præditi homines,
 sub illius regis imperio vitam traducebant. *Et ecce ir-*
 Ir, vocat vigilantem: sic enim Græca lingua interpre-
 tatur: & vigilantem vocat Angelum, ut significet esse
 eum corporis expertem: qui enim corpore indutus est,
 somno est obnoxius, qui autem somno præstantior est,
 is est liber à corpore. Vidit itaque Angelum, cuius na-
 tura corporis expertus erat, qui de cælo descendit, ut
 discat rex, omnium rerum auctorem esse Deum, à quo
 lata sit adversus ipsum sententia, & intelligens à quo
 sit regno spoliatus, pariter etiam intelligat, qui ei re-
 gnum tradidisset. *Excidite arborem, euellite ramos, excutite*
folia, dissipate fructus. Videt arborem excisam, & ramos
 separatos: hoc est, regem regno deiectum, & eius prin-
 cipes,

Angeli sunt in
corporei.

Acipies, præfectos, sarapas, aliosque magistratus, ab ipso separatos. Vider folia excussa, quia omnem, quam sibi comparauerat gloriam, cernit foliorum instar, fluentem, ac rabscentem. Vider fructum dispersum, quia rege in illam calamitatem deiecto, ministri, qui tributa exigebant, ad seipsos deinde, sine vlllo metu, omne lucrum conuertebant. Dicuntur autem fugisse volucres, & bestia, quæ erant in illa arbore, quia omnes qui præter voluntatem suam illi regi seruire coacti fuerant, inuenta occasione ex tanta regis calamitate, ab eius imperio descuerunt. *In vinculo ferreo, & aereo, & in herba, quæ foris est, & in rore cali pernoctabit.* Sicut enima insana regnandi cupiditate, & quasi phrenetica crudelitate, contra omnes gentes rabiem suam exerceuerat: ita debuit, iusto Dei iudicio, tanquam insanus, & furibundus, vinculis constringi: quibus deinde solutus, ritu ferarum per deserta loca vagabatur, sub dio infelix, iumentorum more herbas depascens. Quod autem tempus huius calamitatis septennio definitum fuit: declarat longanimitatem Dei, qui definito supplicij tempore, expectauit ab eo penitentiam, quam illa parere debebat animaduerso. Hæc Theodoretus.

AP T T I S S I M E autem vocabulo, *Vigilis*, Angeli natura est significata. Nam, quia homines in operando laborant, & fatigantur, propterea somno egent, quo ab operatione vacantes, requiescant, viribusque reficiantur. Sed Angelus, cum sit planè incorporeus, nullatenus fatigatur, aut laborat in agendo, quapropter, nec actionis vacatione, aut requiete indiget. Semper igitur Angeli vigilat, id est, nunquam intermittunt, ne puncto quidem temporis, vel naturales suas actiones mentis, & voluntatis, vel beatissimam diuinæ naturæ contemplationem: semperque ad exequenda Dei iussa, hominumque tutelam, & custodiam, sunt intentissimi. Inducuntur etiam Angeli vigilantes, vt persuasum sit hominibus, quæ in terris geruntur ab hominibus, manifesta esse Angelis, vel ex naturali ipsorum perspicacia, & scientia, vel ex Dei reuelatione: & vt appareat, quam idoneos Deus habeat suæ gubernationis ministros, hoc est, perpetuò vigilantes. Solet autem Scriptura, verbum *vigilare*, & *vigilans* vsurpare, cum

Angelos ritè
ominari, vi-
giles.

cum vult significare aliquem valde intentum esse, aut debere esse, alicui operi faciendo: vel ad id operis perficiendum maximè paratū, & accinctum esse: idque tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. Habes exempla in Sacris literis plurima. In bonam quidem partem, Canticorum 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat: & Prouerb. 8. diuina sapientia inquit: Beatus vir, qui vigilat ad fores meas quotidie. Et Dominus, Marci 14. Vigilate, quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. & Paul. 2. ad Timoth. 4. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliste: Denique Ioannes in Apocalypsi, cap. 16. *Beatus, qui vigilat, & custodit vestimèta sua. In malam autem partem eadem vox sæpè usurpatur, sicut Isaiæ 59. Succesi sunt omnes, qui vigilabant super iniquitatē, & Ieremiæ 44. Vigilabo super eos in malum. & Danielis, cap. 9. Vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos. Porro, arbor illa visa regi in somno, procerissima, & amplissima, pulcherrimis frondibus, floribus, & fructibus ornata, secundū mysticum sensum, adumbravit miram status primi hominis ante peccatū felicitatem. Eadem, mox bonis suis omnibus, atque ornamentis spoliata, & excisa, seruata tamen radice, vnde rursus crescere, florescere, ac fructificare posset, significauit eiusdem primi hominis miserimū statum, postquam lapsus est in peccatum, quo omnis eius posteritas vitata, & perdita est. Fuit tamen radix, & germen eius seruatum: intelligo autem per radicē, Beatissimam Virginem Mariā, peccato Adami nullatenus infectam: sic enim ipsam appellauit Isaias, cap. 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Per germē autem radicis, Christum Dominū interpretor, qui arbore humanæ nature, vitio Adami destructā, & corruptam, nō tantū in priorem, qua condita fuerat, dignitatem, sed in multo etiam ampliorem, ac florentiorem reparauit.***

Quid arbor illa secundū allegoriā significauerit.

Maria Virgo peccato Adami nullatenus infecta.

Tunc Daniel cepit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi una hora, vsque ad illud: cum bestijs erit habitatio tua.

TACITVS, inquit Theodoretus, diu cogitat Daniel, priusquam respondeat. Primò enim ostendenda erat humana

- A** humana imbecillitas, & tunc gratia inspirans, aperienda. Tacitus, ait Hieronymus, intellexit Daniel somnium esse contra regem: & timorem cordis, vultus pallore signabat: dolebatque pro eo qui ei plurimum honoris detulerat, & ne videretur insultare, atque letari contra regem, hostem populi sui: denique, detestans id, quod intelligebat, loquitur ad regem. Carthusianus verò super hoc loco, ita scribit: Non legitur in textu, quâdo Danieli ostensa sit diuinitus interpretatio somnii: sed probabile est, intra hanc horam fuisse illi ostensam. Itaque illo
- B** spatio temporu, spiritum suum colligens Daniel, mentemque ad Deum dirigens, interiori oratione intentissima, & feruentissimo affectu, declarationem eius somnii à Deo postulauit. Alioqui, nulla videtur ratio, cur tamdiu conticisset, si iam antea fuisset ei expositio somnii cœliis data. Nonnulli tamen existimant, cogitasse Dancielem, qua ratione regio culmini seruiaret honorem, nec tamen absconderet veritatem, idèoque per illam horam premeditabatur Daniel, quemadmodum sine iniuria veritatis, & offensa regis, responsum suum componi, & ordinari oporteret. Theodoretus autem id, quod sequitur, Respon-
- C** dit rex Balthasar somnium, & coniectura eius ne conturbet te: sic interpretatur. Vidit rex Dancielem perturbatum, & idèo eum consolans demulcet, scilicet, cupiens id, quod ignorat, cognoscere. Videtur igitur ad hunc modum cum eo loqui. Ne valde festines Daniel, sed paulatim inuentis ijs, que per somnium significantur, ea mihi perspicua facito. Respondet autem Daniel regi: Domine mi, somnium hoc, his, qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit: Sapientissimè, ac prudentissimè, regi calamitosa deprecans, & hoc proœmio exorsus interpretationem, nihilominus tamen veritatem declarat. Blandè autem, & amicè, inquit
- D** Carthusianus, mutuo se efficiunt rex, & Daniel, sic insinuantes quequid ab ipsis, & in ipsos dicitur ex dilectione processurum, & citra omnem ipsorum inuicem offensionem, futurum: Daniel quoque durissima regi enunciaturus, propterea tam blandè, reuerenterque alloquitur regem, ne rex ultra modum contristaretur: sciebat enim non esse afflictionem addendam afflictio. Sed mirum videri potest, quomodo tam sanctus Propheta penam illi regi, iustissimo Dei iudicio instigendam, optet ab eo transferri ad eius hostes, quorum fuisse aliquos eo rege meliores non est dubitandum. Verum, ad hoc respondendum

Quare Daniel somnium non sic confestim interpretatus.

Cur Daniel hostibus Nabuchodonosor malum sit imprecatus.

adendum est: Daniëlem optasse id, partim affectu quodam humanitatis & pietatis, partim zelo iustitiæ. Regi enim illi pie consoluit, propter singularem eius erga se humanitatem & benevolentiam: hostibus autem eius, malum imprecabatur, in quantum peccatores erant, quibus ad salutem animæ profuisset temporalibus malis in præsentī vita puniri. Adijce quod Daniël verba sua intelligi voluit præsupposito beneplacito Dei, servatōque ordine æquitatis. Simili zelo incensus Hieronimus cap. 18. inquit, Da filios eorum in famem, & deduc eos in manum gladij.

Vinciatur ferro & ære.

SIMILITER suprâ dictum est, colligetur vinculo ferreo, & æreo. Quærent à nobis, qui historie contradicunt: an diuus Hieronymus, quomodo in vinculis ferreus fuerit Nabuchodonosor, aut quis eum vinxerit & compellibus alligauerit? cum perspicuum sit, omnes furiosos, ne se præcipitent, & istos ferro inuadant, catenis illigari. Ex verbis Daniëlis videri posset alicui, inquit Carthulianus, fuisse Nabuchodonosor tempore sue amentie, vinculis constrictum atque inclusum, hoc etiam suprâ dictis verbis significat Hieronymus. Sed huic intelligentiæ videtur obstare, quod subditur in textu. Et erit in herbis, quæ foris sunt, & habitatio eius cum feris, & rore cæli conspergetur, & fœnum vt bos comedet. Ex quibus verbis intelligitur, Nabuchodonosor illo tēpore, in agris & syluis vagam, & solitariam vitam egisse. Idemque docet Hieron. cum ait: Quis amentes homines non cernat, instar brutorum, in agris viuere, locisque syluestribus? Sanè si ligatus fuisset, & inclusus Nabuchodonosor, non fuisset corpus eius nudum, nec rore cæli perfusum, & sic magis fuisset eius calamitas, & infirmitas grauata. Patet enim furiosos, cum ligantur, magis infirmari. Ministri quoque regis cognouerant ex Daniële, Nabuchodonosor in syluis, & desertis locis commorando, nequaquam moriturum, sed post illud septennium, & sanitatem mentis, & regni dignitatem recuperaturum. Quocirca Lyranus ligari vinculo ferreo, exponit, supplicio illo, ex diuina sententia, quæ frangi, & dissolui non potest, constringi. Albertus quoque eadem verba exponens, illud, vinculo ferreo ligetur, sic interpretatur, durissima tentatione affligatur, quæ domet

An rex Nabuchodonosor, tempore sue amentie fuerit vinculis constrictus.

- A** domet superbiam eius. Consuevit etiam Scriptura, eiusmodi metaphoris & similitudinibus uti, vt significet arrogantiam alicuius deprimi & contundi: sic apud Isaiam legimus ca. 37. Deum loquentem de rege Assyriorum, *Cum fureres aduersus me, superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenū in maxillis tuis: hoc est, comprimam & contundam superbiam tuam.* Simile est illud Dauidis in Psal. 32. *In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximāt ad te.* Posses etiam dici, Nabuchodonosor, cum primum versus est in furorem, vinculis constrictum fuisse à domesticis, ne sibi, aliisve noceret. Deinde monitu Danielis, fuisse vinculis solutum & dimissum, vt iret quocunque vellet. Sunt etiam aliqui amētes, qui partim ligati sunt, partim liberi, vt pedibus liberi sint ad incessum, manibus verò ligati, ne sibi vel aliis libero manuum vsu, quidquam detrimenti apportent.

Cum bestijs feris que erit habitatio tua, & fœnū vt bos comedes: septem quoque tempora mutabuntur super te: regnum autem tuum tibi manebit.

- H**Æc verba quatuor continent difficultates, vel potius quatuor argumenta, quibus conantur nonnulli subuertere huius historiæ veritatem, tanquam impossibilem & incredibilem. Primò, dicunt isti, non est credibile regem illum, tam diu cum ferocissimis animalibus solum & inermem, sine vllò sui detrimento versari potuisse. Respondeo, id factum esse, vel quia rex ille, multis rebus, vt infra ostendemus, factus erat simillimus bestiis, ideòque feræ, ipsum, quasi animal sui generis, non lædebant: vel potius, quia singulari prouidentia Dei, per angelorum ministeriū, vt eorum supplicij sui tempus à Deo præfinitum expleret, à bestiarum læsione seruatus est. Quemadmodum legimus, multos de antiquis & sanctis patribus, inter leones, serpentes, aliàsque nocentissimas animales, non tantum innoxie, sed familiariter etiam diu esse versatos.

Quatuor difficultatum explicatio: & primò quomodo cum feris tam diu illæsus manere potuerit.

Quomodo
rex delicatus
per totum se-
ptennium po-
tuerit herba-
rum pastu, vi-
tā traducere.

DEINDE argumentantur alij, non potuisse regem
illum delicatissime ab ortu suo educatum, summitque
deliciis innutritum, toto septennio nudum, & sub dio,
soloque herbarum pastu vivere. Verum ad hoc varijs
modis responderi potest. Principiò, non esse talem
victum simpliciter impossibilem homini, patet eo ar-
gumento, quod Plinius lib. 6. c. 30. narrat, quandam
esse gentem Æthiopum, quæ solis locustis crudis vi-
uat: alios tantum herbis pasci: quosdam omnia man-
dere, & obuijs quibuslibet rebus vesci, ob idque Pam-
phagos, id est omnia edentes, appellari: Gymnitas ve-
rò semper nudos incidere. Legimus item in sancto-
rum patrum historijs, complures de ijs, qui moraban-
tur in eremo, & fuisse nudos, & herbarum dumtaxat
pastu vitam sustinuisse. Plurimum quoque condu-
cebat ad illud vitæ genus tolerandum, vehemens Na-
buchodonosor imaginatio. Cùm enim imaginaretur
se bestiam esse, cibos ferinos tanquam sibi convenien-
tes, experebat: humanos verò, tanquam alienos aduer-
sabat. Plurimum autem facere in huiusmodi rebus
imaginacionem, præsertim in amentibus & furiosis,
quotidianis experimentis notum est. Videmus, inquit
Hieronymus, *differre multum inter sanos & insanos: multa
enim fuerentibus sunt facilia, quæ sanis sunt intolerabilia.* Sed
illa mihi videtur præcipua ratio, quod temperamen-
tum corporis eius regis, sicut infra docebimus, adeo
fuerat immutatum, ut similis esset ferino, quàm hu-
mano. Quapropter, cibus bestiarum, qui humano tem-
peramento est noxius, non erat temperamento illius
regis alienus, sed quodammodo conueniens & utilis.
Denique posset etiam illud adijci, id factum ponendum
esse in miraculis diuinæ omnipotentia. Etenim Deus,
ad edendum exemplum iustitiæ suæ, omnibus seculis
memorable, & ad perdomandâ illius regis superbiam,
singulari ratione ad conseruationem vitæ illius regis
côcuttebat: quemadmodum post resurrectionem cor-
porum, ne ignis inferni, dånatorum hominum corpora
perpetuo crucians, ea tandè aliquâdo conficiat, dissol-
uat, planèque consumat, mirabiliter efficit.

Qui illo sep-
tennio impe-
rium Chal-
daicum admi-
nistrauerit.

TERTIO loco, qui veritatem huius historiæ ele-
uare volunt, illud præterea obijciunt, quisnam illo
septennij

- A** septēnij tempore regnum Chaldaeorum tenuerit. Nam nec tantum imperium sine vno aliquo summo rectore tam diu fuisse, nec si quis eo tēpore imperium obtinuit, postea eum respicienti Nabuchodonosor, regno cedere, aut sponte voluisse, aut coactum esse credibile est. Sed ad hoc facile est responsum: potest enim responderi, eo tempore, regis Nabuchodonosor filium, nomine Euilmerodach, patris vice imperium rexisse. Nam hunc successisse ipsi Nabuchodonosor, expressè traditur extremis verbis libri quarti Regum, & apud Hier. 52. Si autem Euilmerodach non erat eo tēpore per ætatem, tanto imperio regendo maturus, atque idoneus, responderi potest, optimates regni, consensu populi, quoad rex ad sanam mentem redit, gubernacula imperij tractasse. Ut autem postea Nabuchodonosor sine vlla contradictione & difficultate ab omnibus reciperetur ad imperium, perfecerat Daniel sua auctoritate & sapientia: quippe, prædixerat regem post septennium ad integritatē sensuum, mentisq; sanitatem rediturum, eumque post id temporis, regem futurum modestissimum, iustissimum, liberalissimū, & clementissimum. Chaldaei autem, qui sæpè alias Danielis prædicta fuisse vera experti fuerant, in hoc pariter vera fore non dubitabāt. Itaq; summo illius regis desiderio tenebantur: vt mirū non sit, statim vt ad se reuersus est rex fuisse eum ab omnibus non modo sine difficultate, sed summa etiam gratulatione, lætitiāq; receptum. Atque hoc ipsum indicāt verba ipsius Nabuchodonosor, *Optimates, inquit, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnificentia amplior addita est mihi.* Neq; hoc caret mysterio, & perquam illustri vtilitatis veræ pœnitentię argumento: Nā quod Nabuchodonosor peracta septem annorum pœnitentia ampliore priorē gloriam & magnificentiam cōsequutus sit, manifestè ostendit, quanta sit perfecta pœnitentię, quæ numero septenario designatur, vis & efficacia: quippe quæ non tantum priora bona & ornamenta animi peccando amissa, restituit, sed nunquam ampliora & illustriora promeretur. Hæc autem verba Danielis explicans Hieronymus, sic ait: *Quis huic historie contradicunt, & que hic dicuntur, ad diabolum referunt, eique pristinam dignitatem redditum iri affirmant,*

Qua ratione Nabuchodonosor imperium recuperavit.

Vtilitas & efficacia pœnitentię.

in hoc loco velificant: quasi reditus Nabuchodonosor in pristinum statum, hanc diaboli reuersionem significet. Qui respondere debent, quomodo congruat, vt angeli, qui nunquam corruerunt, eum rursus principem habeant, qui per penitentiam sit reuersus.

Quid significant septem tempora, quibus Mabucho nosor ferinam vitam egit.

RESTAT quarto loco disquirendum, quid significant septem illa tempora, quibus Nabuchodonosor in illo statu bestiae, humanoque sensu, ac mente captus fuit. Opinio quorundam fuit, illis septem temporibus denotari tres annos & dimidium: ita vt annus integer diuidatur in duo tempora, videlicet in aestatem & hyemem; hæ namque sunt duæ principes anni partes, reliquæ duæ, ver, & autumnus, illarum sunt quasi appendices & reliquæ. Plinius lib. 7. cap. 48. refert, quasdam gentes, aestate vnum determinasse annum, & alterum hyeme, Supradictam opinionem memorans hoc loco Theodoretus ita scribit. *Septem tempora, alij septem annos dixerunt, alij tres cum dimidio: neque enim in quatuor conuersiones diuina Scriptura annum diuidit, sed in duas maxime generales partes, hyemem & aestatem. Septem igitur tempora, tres annos cum dimidio conficiant, tantoque tempore in calamitate illa Nabuchodonosor permansit. Videtur igitur ea sententia non displicuisse Theodoro. Sed eam non esse probabilem, vel eò apparet, quòd nusquam in sacris literis vocabulum temporis præcisè sumpti, ponitur ad significandum dimidium annum. Dicamus potius, quod tradunt omnes Hebræi iuxta & Christiani interpretes, septem tempora significare septem annos. Tempus enim propterea potest rectè appellari vnus annus, quod omnis præcipua, vulgoque obseruabilis & nota temporis varietas, vnus anni conuersione circumagitur & continetur: vt hyemis, æstatis, veris, autumnus, serendi, metèdi, binorum solstiorum, & æquinoctiorum: denique temporis frigidi, feruidi, & medij. Ac ne vllus ea de re dubitandi locus relinquatur manifestam habemus è Scriptura huius nostræ interpretationis confirmationem. Nam infra capite septimo traditur, persecutionem Antiochi aduersus Iudæos, vel potius profanationem, & desolationem templi Hierosolymitani ab eo factam, per tempus, & tempora, & dimidium temporis duraturam, hoc est per tres annos & dimidium tanto enim tempore eam durasse,*

A durasse, legenti primum & quartum caput prioris libri Machabæorum, manifestum est. Quod si prædicto capite septimo Danielis, non de Antiocho, sed de Antichristo sermo habeatur, idem planè conficitur. Etenim confessione Patrum, & antiqua traditione constat, vehementem illam Antichristi persecutionem duraturam per tres annos & dimidium. Denique, quod Daniel ca. 7. dixit, *tempus, & tempora, & dimidium temporis*, postea capit. 12. numerat mille ducentos nonaginta dies, qui faciunt tres annos & dimidium. Lege vndecimum, duodecimū, & decimum tertium caput libri Apocalypsis, & inuenies tempus persecutionis Antichristi, id est, tres annos & dimidium, tripliciter à Ioanne describi. Primo per quadraginta duos menses: tum per dies mille ducentos sexaginta, denique per tempus, tempora, & dimidium temporis. Liqueat igitur, per septem tempora, intelligendos esse hoc loco septem annos.

VERVM TAMEN Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in vita Danielis, hōsque securus auctor historiae scholasticæ, super librum Danielis c. 5. tradunt, illud septem annorū tempus, diuinitus supplicio Nabuchodonosor præfinitum, orationibus Danielis ad septem menses coarctatum & redactum esse: tanto enim tempore rex ille mansit in illo ferino & miserabili statu. Quo exacto tempore, reliquis sex annis & quinque mensibus, restituti menti, sed non regno Nabuchodonosor, durissimam egit pœnitentiam, per quam placato Deo veniaque sceleribus suis impetrata, tandem expletis septē annis, pristinam imperij dignitatem & potestatem recuperauit. Sic isti tradunt. Quorum sententia videtur mihi ex fabulosis Hebræorum traditionibus deprompta. Eam quidem scertè redarguunt verba Danielis: qui cum dixisset regi, ipsum eiectū iri ab hominibus, & cum feris cōuersaturū, earūque pastu, vitæque vsu rū: subiunxit, *septem quæque tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus super regnum hominum, & cuiuscumque voluerit tradet illud.* Idem quoque ostendit Nabuchodonosor illis verbis, *Igitur post finem dierum*, videlicet septem temporum, quæ supra ter nominauerat, ego Nabuchodonosor, oculos ad cælum leuaui, &

An Nabuchodonosor per totos septem annos in illo statu belluini versatus sit.

Resellit opinio Dorothei & Epiphaniij

Theodoretus.

sensus meus redditus est mihi, & figura mea reuersa est ad me. Deinde, si ut illi dicunt, tempus septennij, in septem menses fuisset contractum, profecto scriptura id minimè tacuisset. Siquidem ea res maximè commendabat, & Danielis gratiam apud Deum, & admirabilem Dei erga peccatores respicientes ac poenitentes, clementiam, atque indulgentiam.

Quomodo cum
feris versatus
sit.

Porro, quod dicitur Nabuchodonosor eiectum fuisse ab hominibus, eique in modum auium vngues & capillos prolixissimè creuisse, id exponens Theodoretus ad hunc modum scribit. *Expulsus est Nabuchodonosor ab hominibus, primò quidem propter ipsum morbum: furere enim & rabie correptus, insinua mala, si inter homines fuisset, data sibi facultate, perpetrasset. Deinde, etiam propter odium, quod in illum omnes habebant, sed dum valebat, occultare ipsum conabantur, cum verò in tantam calamitatem deiectus est, omnes ei insultabant, ob crudelitatem ipsum abominati. Nec mirum videri debet, ipsum ritu bestiarum herbas comedisse. proprium enim est amentium ac furentium, non solum ea facere & dicere, quæ ratione & ordine carent, sed omnia etiam in quæcunque inciderint, comedere. Quod ceruæ etiam nunc potest in iis, qui à demonibus vexantur, talia enim & faciunt & patiuntur. Non detonsus autem vsitato more, neque rescitis vnguum excrementis, necessario tales tantosque habuit vngues & capillos. His autem omnibus significabatur, neglectum ipsum fuisse ab omnibus. Diuina enim prouidentia destitutus, ne propinquorum quidem cura potius est: cum præsertim ipsi adessent vxor, liberi, & cognati: sed instar ferae, inculta loca peragrabat, bestiarum cibum ventri indulgens. Quia enim in se bi subiectos ferina mente & animo fuerat, meritò etiam ferina & agresti vita damnatus est. Itaque bellè in istum regem quadrat illud Davidis, homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Hactenus Theodoretus.

Psal. 48.

Disputatio,
qualis fuerit
transformatio
Nabuchodonosor in
bestiam.

Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, sicut sicut bos comedit: Et infra, Sensus meus redditus est mihi: & figura mea reuersa est ad me.

HÆc verba monent nos, ut qualem fuisse transformationem Nabuchodonosor in bestiam, intel-

A telligere oportet, paulò subtiliùs & enucleatiùs tractemus. Ante omnia intelligere cõuenit, multa genera transformationum tam hominum quàm ceterorum animalium, esse literis prodita. Vnum genus est fabulosum, à poëtis confictum, veluti est fabula illa de sociis Vlyssis à Circe magna in varias animantium formas transfiguratis: & de sociis Diomedis in aues commutatis, itemque de alino aereo Apuleij, vel Luciani. Huc referre conuenit, quod Mela cap. primo libri secundi, scribit de Neuris, statum singulis tempus esse, quo, si velint, in Lupos: iterumque in eos, qui fuere, mutantur. Huius etiam generis sunt quæ ab Euenthe Græco scriptore & à Varrone tradita sunt de Arcadibus, qui stagnum quoddam eius regionis tranantes, in lupos transfigurabantur, quod fabulosum esse vidit, nec dissimulauit Plinius in cap. 22 lib. 8. ad hunc modum scribens. *Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia, quæ fabulosa tot seculis comperimus.* Cùmque prædictam fabulam de Arcadibus enarrasset, subiungit. *Mirum est quod procedat Græca credulitas. Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat.* Sic Plinius. Sed Olaus Magnus Gothus, extremis tribus capitibus libri decimoctauis vulgarissimis exemplis confirmat, in Prussia, Liuania, & Lituania, nescio quibus artificijs magicis, homines transfigurari in lupos, & rursus in humanam speciem reformari. Huiusmodi transformationum pleni sunt libri Metamorphoseos Ouidij.

Quatuor genera transformationum & primum fabulosum.

A LTERVM genus transformationis, est physicum & naturale, cuius luculentum exemplum reperitur apud Aristotelem libro quinto de historia animalium, cap. 19. *Nascuntur, inquit, papiliones ex cruce: cruce ex virentibus folijs, maximèque ex brassica, Primum minus quid milio, consistit in folio, mox vermiculi inde contrahuntur & accrescant, tum intra triduum erucula afformantur, quæ aucta, motu cessant, suæque forma immutantur, appellanturque tantisper chrysalides, quasi aurelias dixeris. Duro intertæta sunt putamine, ad tactum mobiles, meatibus araneosis obducta, non os, non aliud ex membris, quod conspicuum sit, possident. Longo post tempore, putamine rupto, euolant inle-*

De quatuor generibus transformationum. Secundum generis transformationis physicum seu naturale.

animalia pennigera, quos papiliones vocamus. Et paulò infra. A
Fit ex quodã verme grandiore, qui veluti cornua gemina pro-
tendit, primum toto immutato, cruce, deinde que bombyx ap-
pellatur, ex quo necydalus. Que varia formarum successio, in
semetstri temporis spatio completur. Sic eo loci Aristoteles.

Mirum inge-
nium cuiusdã
Iapponensis
animalis.

Similia scribit Plinius in cap. 22. lib. 11. Apponam &
hic alterum exemplum, vt incognitum antiquis, ita
nobis relatu multorum, & literis nostrorum patrum,
qui Iapponicas insulas incolunt, compertum. Est
apud Iapponios animal quoddam terrestre, corpo-
ris magnitudine, figuraque non dissimile cani, mollis-
simo pilo, & suauissimis ad edendum carnibus. Hoc, B
certo quodam tempore incipit vehementer appete-
re, ac frequentare ipsum mare, in quo identidem na-
tans, & sese mersans, particulatim, & membratim pi-
scis fieri incipit, tandem, exuta prorsus terrestris ani-
mantis figura, totus in piscis similitudinem & natu-
ram commutatur. De transformatione sexuum, hoc
est fœminarum in viros, nota sunt, quæ scribit Pli-
nius lib. 7. cap. 4. Nec vult ea quasi fabulosa haberi,
quippe quæ in publicis Romanorum annalibus ad-
notata fuerint, & à Mutiano consule pro veris sibi C

Tertium genus
transformatio-
nũ magicũ seu
Diabolicum.

Exo. 7. & 8
D. August.

que exploratis prodita, & à se ipso in Africa, mani-
festo exemplo comperta. Tertium genus transformatio-
nũ, est magicum, & diaboli potentia factum. Hu-
iusmodi autem transformationes ferè non sunt veræ,
sed simulatæ: non enim sunt id, quod repræsentant.
Tales fuisse quidam existimauerunt transformationes
illas magorum, in Ægypto factas, vt Mosis resisterent,
sicut habes in libro Exod. D August. in lib. 18. c. 18. de
ci. Dei, narrat, fuisse suo tẽpore in Italia mulieres qual-
dam stabularias, quæ viatoribus caseum dabant ne- D
scio quibus veneficiis infectum, quo sumpto, protin-
us illi verrebantur in iumenta, & portabant onera,
eoque labore perfuncti, rursus menti & figuræ homi-
nis restituebantur. Quemadmodum id fieri potue-
rit opera dæmonis, prædicto loco disputat Augusti-
nus. Quartum genus transformationum, ritè nomi-
nabitur diuinum, scilicet omnipotentis Dei vi ac po-
testate factum vel ad declarandam iustitiam Dei, sce-
lerum vlttricem, vel ad ostendendam eius omnipo-
tentiam

Quatũ trans-
formationum
genus diuinũ.

A tentiam seu beneficentiam erga homines. In hoc genere transformationum ponere conuenit, mutationem vxoris. Loth in statuam salis, virgæ Moſis in ſerpentem, aliaſque miras ab eo in Ægypto factas conuerſiones, in libro Exodi traditas: conuerſionem item aquæ in vinum, & quæ omnium trãſformationum miracula ſuperat, tranſubſtantiatiõẽ panis & vini, quæ quotidie fit in Eccleſia Chatolica, in ſanctiſſimum corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu-Chriſti. Atque huius generis fuit transformatio hæc regis Nabuchodonofor in belluam.

Gen. 19. b.

Exo. 4. 7. 8. c.

Ioan. 1. b

B VERVM enim uerò, quemadmodum rex Nabuchodonofor conuerſus fuerit in beſtiam, res eſt nec creditu, nec explicatu facilis, eaque diligentem & accuratam deſiderat explicationem. Lyranus & Carthuſianus referunt, Ieſephum ſenſiſſe, Nabuchodonofor mutatum fuiſſe in bouem, quia in ſacra hiſtoria huius capituli, de eo ſcriptum eſt, *ſenum quaſi boſ comedes*. Sed proſecto, Ieſephus nunquam id prodidit: & in lib. 10. ant. quo vno duntaxat loco hanc narrat hiſtoriam, nihil ſimile innuit, quòd ſi Ieſephus id dixiſſet, proculdubio reiiciendum eſſet tanquam planè contrarium hiſtoriæ huius capituli, qua traditur regi Nabuchodonofor, poſt illam transformationem, prolixiſſimè capillos & vngues excreuiſſe, ad ſimilitudinem

Opiniones aliorum de transformatione Nabuchodonofor in beſtiam.

C ſimè capillos & vngues excreuiſſe, ad ſimilitudinem auium: habere autem vngues & capillos, minimè conuenit in bouem: pro certo igitur habendum eſt, Nabuchodonofor neque in bouem, neque in aliud quoduis animal eſſe mutatum. Scriptura namque hoc loco ſatis oſtendit, eundem numero fuiſſe illum ante mutationem, & in ipſa mutatione, & poſtquam in priſtinum mentis & regni ſtatum reductus eſt. Nimirum, ſi mutatus fuiſſet ſecundum ſubſtantiam, neceſſe erat, animam eius rationalem in nihilum redigi: & ruruſ poſteà, vel eandem, vel alteram ex nihilo creare, ipſumque Nabuchodonofor, nouo quodam, nec antea vnquam uſitato modo regenerari. Videtur præterea, Dei ſapientiæ, ac bonitati alienum, & incongruum, rem vllam natura ſua incomprehenſibilem ad nihilum redigere.

Nabuchodonofor non eſt ſecundum ſubſtantiam mutatum in belluam.

Michaël Medina quid de hac mutatione ſenſerit.

MICHAEL Medina lib. 2. de reſta in Deum fide

c. 7. existimasse videtur, hanc mutationem Nabuchodonosor in bestiam non fuisse verè factam, sed in speciem tantum ac simulatè, vel quia Deus sic immutabat & afficiebat sensus eorum, qui spectabant illum regem, vt bestiam se videre putarent: id quod solet accidere nonnunquam ex morbo, vt phreneticis, interdum ex præstigijs atque incantationibus: vel potius, quia Deus circa corpus ipsius Nabuchodonosor, circumposuit figuram quandam bestiae, sub qua cum cerneretur ab alijs, bestia putabatur. Simile quiddam narrat Hieronymus in vita Hilarionis, ad quem ductam scribit fuisse mulierem, quæ per magicas artes videbatur alijs omnibus iumentum, soli autem Hilarioni mulier, sicut re vera erat, videbatur. Sed hæc opinio Medinæ non est probanda. Etenim Scriptura narrat hoc loco mutationem Nabuchodonosor, vt veram, non vt simulatam, multaq; memorat indicia veræ mutationis: videlicet, quod nudus ingrederetur modo pecudum, quod vesceretur herbis, quod cum bestiis in solitudine moraretur, & alia huius generis similia. Adde, quod non solent, nec verò decet, miracula & opera Dei, esse ficta & simulata, quæque mentiantur veritate, & sensus hominum fallant: id enim omnipotentia Dei, bonitateq; ac maiestate eius alienissimū est, Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in vita Danielis, aiunt, Nabuchodonosor secundū interiorem hominis habitū & sensum, nō esse mutatū, sed tantūmodo secundum externā corporis figurā, quæ ita conformata erat, vt anteriore parte speciem bouis gereret, posteriore autem leonis: quo denotabatur, eum regē priori sua ætate fuisse ventri ac libidini deditissimum: posteriori autē ætate, immanitatis, crudelitatis, rapinis, ac cæditibus hominum vacasse. Verum istorum patrum opinio fide caret. Nam, vel ipsi putauerunt mutationem illam figuræ corporis Nabuchodonosor, factam esse in speciem tantum, & simulatè, hoc est, non re ipsa, sed existimatione tantum aliorum: quibus talis ille rex videbatur, qualem ipsi depergunt, atqui si ira sentiant, in Medinæ, quam confutauimus, opinionem reuoluuntur, aut putarunt eam mutationem verè factam esse, scilicet, vt Nabuchodonosor exutus figura humana, figuram partim bouis, partim

Dorotheus &
Epiphanius.

A partim leonis induerit. Verum, hoc non est credibile, neque enim id tacuisset Scriptura, quæ tam subtiliter, & distinctè explicatèq; commemorat alia minutiora, & leuiora, quæ in illa mutatione contigerunt. Nec est verisimile, regem amisisse figuram humanam, tunc enim Chaldaei proculdubio existimassent, illū secundum substantiam mutatū esse in bestiam, idq; attribuisent arti magicæ, similiter, vt conuersionem illā Iphigeniæ filiæ Agamænonis, quæ cum esset Dianæ immolāda, repente in ceruam mutata dicitur. Denique, si non fuisset Nabuchodonosor agnitus ab omnibus, idem qui ante fuerat, nō adeò manifestè iustitia Dei, eius scelera illo supplicio vindicantis, pernotuisset omnibus. **D. Tho.** in lib. 2. de regimine principum, c. vlt. indicat, Nabuchodonosor mutatum esse in bestiam, nec reuera, nec existimatione aliorū, sed sua tantū opinione, & secundū suā imaginationē, quæ adeò peruersa, & deprauata erat, vt ille sibi omnino bestia esse videretur. Verum tamen, etsi, quod inquit **B. Tho.** verè accidit, in eo tamen non fuisse omnia: nec propter illud vnum duntaxat, dicitur in Scriptura rex ille in bestiam mutatus. Nec enim ipsi soli, sed aliis etiam videbatur, vt bestia, ideoq; voluerunt eum vinculis ferreis vincire, & postea ex consortio, & societate hominum eiecerunt.

QUAE igitur est nostra de huius regis in bestiam transformatione sententia? Ego arbitror, regem illum non reuera, id est, nec secundum substantiam, nec secundum externam corporis figuram, transformatum esse in bestiam: nihilominus tamen ob septem, vel octo causas, dici eum regem, quodammodo in bestiam euasisse. Prima causa est, quia secundum imaginationē suam videbatur ipse sibi esse bestia: sic enim in eo vitiosa fuerat imaginatio, vt eum esse bestiam, ipsi representaret: cuius simile accidere solet hominibus, vel ex phrenesi, vel alio ex morbo. Et hanc vnam duntaxat causam attigit **D. Tho.** Secunda causa, temperamentum corporis eius regis, diuina vi & potentia fuerat effertum, & factum simile temperamēto bestiae, scilicet eatenus, quatenus in eo natura hominis conseruari posset. Potest autem temperamentum humani corporis multis modis variari. Primò ita vt pereat

D. Thomas.

Auctoris sententia de modo, quo accidit hæc transformatio.

Quot modis variari possit temperamentum humani corporis.

corpo

Æstimatorum,
seu phantasia
vis, & vsus.

Sex signa effe-
rati animi re-
gis Nabucho-
donosor.

corporis pulchritudo, & robur, etiam sanitas. Deinde vt A
priuetur homo officiis membrorum, sicut contingit
paralyticis, adeò, vt non humano modo, sed prono, &
curuato corpore aliqui cogantur ingredi, vel etiam
manibus pedibusque reptare. Postea, vt mente captus,
vsuque rationis priuatus, amens efficiatur. Ad hoc, vt
etiam æstimatorum potentia, & cogitatorum, quæ inter
potentias animæ sentientis, supremum in homine lo-
cum tenet, vis, & facultas vitata, confusa, & peruersa
sit. Hoc cum homini accidit, nihil reliqui habet in
suis actionibus simile hominis. Quocirca rectè Aristot- B
teles dixit extremo libro secundo de anima, phanta-
siam, cæteris quidem animantibus pro intellectu esse
datam: homini verò in eum vsu, vt si quando is vsu
mentis priuetur, eius vicem in regenda vita humana
subeat, atque impleat phantasia. Ad extremum, in tan-
tum variari potest humani corporis temperamentum,
vt in eo natura humana conseruari nullo modo queat.
Citra hunc igitur vltimum modum, aliis omnibus præ-
dictis modis, cõmutatum esse illius regis temperamen-
tum existimamus, atque ob eam causam dici in sta- C
tum bestiarum degenerasse. Tertia causa est, quòd mul-
ta in eo rege extabant signa hominis plane efferati,
& ad statum, & conditionem bestiarum redacti: quo-
rum vnum signum erat, habitus eius, qui erat ferinus
magis, quàm humanus. Etenim, semper nudus ingre-
diebatur, rori, & imbribus, atque aliis cæli iniuriis,
more bestiarum, obnoxius. Secundum signum: negle-
ctissimus corporis cultus: siquidem adeò proluxe ipsi
excreuerant capilli, vt totum fermè corpus contege-
rent, vngues quoque ad similitudinem auium ei creue- D
rant. Tertium signum, motus, & gressus: non enim mo-
do humano ingrediebatur, erecto vultu, rectoque
corpore, sed prono, & curuo, quinetiam ad similitu-
dinem bestiarum, manibus, & pedibus reptans. Quar-
tum, victus: neque enim delectabatur Nabuchodonosor
eo tempore humanis cibus, sed pastu, & cibatu, po-
tuque bestiarum. Quintum, habitatio: fugiebat enim
congressum, & domicilia hominum, atque in syluis
vagabatur, & cum bestiis, ac feris confociatus, mora-
batur. Sextum, oris, & linguæ vsus: non enim humano
more

A more voces articulatas proferebat, sed ritu bestiarum, stridens, & inconditas voces sonans.

H I s igitur de causis, Nabuchodonosor similis factus est bestiis, & ea ratione intelligendum est, fuisse illum in bestiam transformatum. Nam quod dicitur extremo hoc quarto capite: *Et figura mea reuersa est ad me*, non significat figuram humanam fuisse ei ablatam, & postea restitutam, sed vsque eo deformatam, & immutatam, omnibus iis modis, quos exposuimus, vt bestiarum, quam hominis figuram, & similitudinem præ se ferret. Hoc Hieronymus confirmat, nam explanans illa verba; *Et sensus meus redditus est mihi*, sic ait, *Quando dicit sensum sibi redditum, ostendit non formam se amisisse, sed mentem.* Rupertus quoque, eodem modo hanc Nabuchodonosor transformationem in bestiam, intellexit, & interpretatus est. Nam in lib. 6. de victoria verbi Dei, cap. 29. ad hunc modum scripsit: *Quæri solet, vt rum mentem solam, non autem figuram amisit Nabuchodonosor: Et ita quidem maiores nostri asserunt: nam cum ipse dicat, sensum sibi fuisse redditum, satis ostendit non formam se amisisse, sed mentem. Verum, illud obstare, & repugnare videtur, quod idem ipse postea dixit; Et figura mea reuersa est ad me: quibus verbis profecto datur intelligi, quod de figura, vel status humani relictitudine, non nihil amisit: Et quod etiam si manuum, & pedum effigies, digitorumque discretio, & numerus permansit, nihilominus tamen quadrupes inceserit: dictum enim est, fenum quasi bos comedes. Bos enim quadrupes, nullis vtitur manibus, sed pronus, humi fenum dente demetit, & os per terram trahendo, comedit. Sed, & illud, quod illi dictum est: Cum feris, atque bestiis erit habitatio tua, figuram eius nonnulla ex parte demutatam fuisse probat: non enim bestia facile sociantur illi, sine aliqua sui similitudine. Verumtamen quomodo cumque figura se habuerit, hoc in laudem omnipotentis Dei, admirandum est, qui regem tam potentem, tanta mutatione demutauit, quanta quempiam hominum fuisse demutatum, sacra Scriptura nusquam meminit, excepta vxore Loth, quæ respiciens post se, versa est in statuum salis. Hæc Rupertus. Ea igitur, qua nos exposuimus, ratione, intelligendum est, quod scripsit D. Gregorius. lib. 5. moralium, cap. 8. regem Nabuchodonosor, ob superbiam in animal irrationale esse versum: protinus enim, id explanans, subiicit, eum perdi*

Quomodo sit intelligendum figuram corporis restitutam esse regi Nabuchodonosor.

Rupertus.

Genes. 19.

Interpretatio sententiæ D. Gregorij.

perdidisse humanum sensum : id est, vsum rationis, & A
sensuum, prout illi sani homines vti solent, officia, &
integritatem.

*Quamobrem consilium meum placeat tibi, Rex,
& peccata tua elemosynis redime: forsitan
ignoscet Deus delictis tuis.*

Cur Daniel
elemosynarū
la gitionem
ra: ūm suale-
rit regi.

FV I T admodum conueniens regi Nabuchodo-
nosor, maximeque salutare hoc Danielis consi-
lium. Cum enim tria genera sint eorum, quæ Theologi
vocant opera satisfactoria pro peccatis, ieiunium, B
oratio, & elemosyna: nequaquam rex ille, & suo in-
genio, tantaque imperij amplitudine, ac victoria-
rum felicitate superbissimus, & qui vsque ad eam diem,
vitam vixisset mollissimam, & delicatissimam, adduci
potuisset, vt vel crebris ieiuniis corpus suum afflicta-
ret, vel assiduum precandi laborem, grauem sane in-
fueris, subiret. At, vt multas, & copiosas elemosynas
dilargiretur, & opibus suis, quarum ipsi summa erat
abundantia, plurimorum egestati subueniret, non at-
tendum ipsi futurum erat. Poscebat etiam ratio iusti-
tiæ, vt qui sæuus, & crudelis in multos fuerat, & alieno-
rum bonorum rapax: contra, bonis mala compensan-
do, in plurimos misericors, benignus, & beneficus exi-
steret, & suorum scelerum maleficia, maioribus sana-
ret benefactis. Quocirca, hoc Danielis consilium ex-
pendens Theodoretus: *His verbis, inquit Daniel, inexple-
bilem illius regis crudelitatem declarat, quam in sibi subiectos
exercuerat. Vis, o Rex, inquit Daniel, clementia fructum per-
cipere, hanc eandem erga eos ostendito, qui vnā tecum sortiti
sunt naturam: ita enim iudici persuadere poteris, vt minas ex-
tinguat, neque sinat eas ad exitum perducī.* Nouerat præ-
terea Daniel, in sacris literis maximè commendari elec-
mosynam, tanquam rem vtilissimam sanandis pecca-
torum morbis, deprecandisque malis, quæ nostris sce-
leribus parata sunt, efficacissimam denique ad concili-
andam nobis Dei misericordiam, & indulgentiam
apprimè idoneam. Legerat enim apud Dauidem, in
Psal. 40 *Beatus vir, qui intelligit super egenum, & pauperem,
in die mala liberabit eum Dominus, & cætera, quæ dein-
cops subdit. Apud Salomonem quoque legerat, Pro-
uerb*

Elemosyna
quantum ad
remissionem
peccatorum
conferat.

A uerbiorum, cap. 15. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata. & cap. 16. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas. Fortasse illud etiam legerat, vel audicione acceperat, quod Tobias dixit filio suo, & scriptum est libris eius, cap. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur anima ire in tenebras. Cuius simile est, quod Angelus Raphael dixit, cap. 12. eiusdem libri. Eleemosyna purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam eternam. Verissimè profectò dixit Augustinus in libro quinquaginta homiliarum, homil. 29. Sacrificium Christiani, eleemosynam esse in pauperes, hinc enim fit Deus peccatis propitius. Nisi autem peccatis fiat Deus propitius: quis remanebit, nisi reus? A peccatis, & delictis, sine quibus presens vita non ducitur, mundantur homines per eleemosynas. Quæ sunt duorum generum, erogando. & remittendo. Erogando, quod habes bonum, remittendo, quod pateris malum. Vnde Dominus Luc. 6. dixit: Remittite, & remittetur vobis: date, & dabitur vobis. Tantum Augustinus.

Sed quomodo Daniel, supplicium regi Nabuchodonosor Dei sententia, & decreto constitutum, largiendis eleemosynis auerti posse existimauit? Respondeo, duplex esse genus diuinæ prædictionis; Alterum ex absoluta, & efficaci voluntate Dei profectum, quod omnino impletur, & ad effectum peruenit. Hoc vocant Theologi scholastici prophetiam prædestinationis. Alterum genus diuinæ prædictionis, pertinet ad promissiones, & comminationes Dei intelligendas, utique cum quadam conditione, quæ si aderit, prædicta euenient, sin aberit, non euenient. Has prædictiones Theologi appellant prophetias comminationis. Exemplum autem huiusmodi prædictionum, tam ad promissiones, quam ad comminationes Dei pertinentium, extat luculentissimum

D apud Hierem. c. 18. Fortasse igitur Daniel dubitauit, an diuina prædictio supplicij Nabuchodonosor, ad hoc posterius prædictionis genus pertineret, & similis esset prædictionis eius, quam Isaias de morte Ezechiae, & eius, quam Ionas de euersione urbis Ninive pronuntiauerant. In hac sententia Diuus Hieronymus, eamque hunc locum Danielis exponens, his verbis expressit: Si prædixit sententiam Dei, quæ non potest mutari, quomodo hortatur ad eleemosynas, ut Dei sententia mutetur?

Duo prædictionū genera.

Isa. 38.

Ioan. 3.

D. Hieronymus.

Quod

Quod facile soluitur, Ezechie regis exemplo, quem Iſaias dixerat eſſe moriturum, & Ninivitarum, quibus dictum fuerat, adhuc quadraginta dies, Ninive ſubuertetur, & tamen ad preces Ezechie & Ninivitarum, Dei ſententia commutata eſt, non vanitate iudicij, ſed eorum conuerſione, qui meruere indulgentiam. Alioquin & in Hieremia loquitur Deus, ſe mala minari ſuper gentem, que tamen ſi bona egerit, minas ſe clementia commutare. Rurſum, bona agenti ſe aſſerit polliceri, que tamen ſi mala fecerit, dicit ſe ſuam mutaturum ſententiam, non in homines ſed in opera que mutata ſunt. Neque enim Deus hominibus ſed virijs irascitur, que cum in homine non fuerint, nequaquam puniunt quod mutaturum eſt. Sic Hieronymus.

Hierem. 18.

Cur Daniel dubitater dixit, forſitan ignoſcet Deus?

Remiſſa culpa non ſemper remittitur omnis pena.

CAETERVM cum Deus per Ezechielem cap. 18. dixerit, Si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. cur Daniel dubitanter dixit, forſitan ignoſcet Deus delictis tuis. Respondet Carthufianus, non dubitaſſe Daniele, quin Deus culpam omnem remiſſurus eſſet Nabuchodonosor, ſi quidem is veram dignamque ageret penitentiam, ſed non fuiſſe eum certum, an penam, quam ei interminatus fuerat, etiam in preſenti vita remittere vellet. Penitenti enim remittitur quidem culpa, non pariter tamen omnis pena, niſi forte tantus eſſet ardor charitatis, tantuſque contritionis dolor, vt is etiam omni pene delenda ſufficeret. Deinde, propterea Daniel tali temperamento ſermonis vſus eſt, ne quiſpiam temere cuiſlibet penitenti, certam ſcelerum ſuorum veniam reſmitteret. Nam & facilitas venie preſtat peccandi audaciam, nec quicumque dolor penitentiae, expiandis, & abolendis peccatis ſatis eſt, ſed necesse eſt dolorem, ratione quadam æquari peccato, vt maiori culpa, maior dolor respondeat, iſque non ex ſolo timore ſeruili, ſed ex zelo iuſtitiae, ac diuino amore proueniat. Recte igitur hoc loco Hieronymus: Daniel, inquit, preſcius futurorum, de Dei ſententia dubitat, ex quo apparet eorum intolerabilis temeritas, qui audacter peccatoribus veniam pollicentur. Nemini tamen deſperandum eſt, quia & Nabuchodonosor regi ſi bona fecerit, indulgentia promittitur. Sic Hieronymus. Equidem arbitror, propterea ſanctos Dei Prophetas, & Apoſtolos, cum de remiſſione peccatorum agerent, religioſe, timide, ac dubitantes

- A** tantet loquentes, vfos esse illis verbis, *Forſitan Deus ignoſcet, ſi forte Deus remittat, Quis ſcit an Deus ignoſcat:* quia ſciebant, nemini liquidò cognitam, & omnino certam eſſe poſſe, peccatorum ſuorum remiſſionem. Nam quamvis quiſpiam intimo ſe doloris, & pœnitentiæ ſenſu commoueri, & affici ſentiat: quia tamen obſcurum eſt, an talem, & tantam agat pœnitentiam, quali quantâque opus eſt ad remiſſionem peccatorum, Deique gratiam conſequendam, idcirco neminem eſſe conuenit, de remiſſis ſibi peccatis, adeptâque iuſticia omnino ſecurum. Salutariter enim monet nos Scriptura, in libro Eccleſiaſtici capite quinto: *De propitiatu peccati, noli eſſe ſine metu.* Et alibi: *Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus.* Quo licet intelligere, quàm fit inanis, & diuinæ Scripturæ monitis, & præceptis contraria, hæreticorum noſtri temporis fiducia, certam atque indubitatam ſibi, aliſiſque, dum modò credant, remiſſionem peccatorum promittentium, quin non aliis eam contingere affirmantium, niſi qui ſe accepiſſe ipſam, certifiſimè credunt. Cùm tamen Daniel dixerit regi Nabuchodonofor: *Forſitan Deus ignoſcet delictis tuis.* Licet enim Cyprianus hanc Danielis ſententiam, ſine nota dubitationis, in ſermone de eleemoſyna, hunc in modum citet, *Et erit Deus parcès delictis tuis:* ſimilem tamen particulam, & lectio Chaldaica deſiderat, & Hieronymus adhibuit: Pagninus uem ſic reddidit: *Si forte ſit prolongatio paci tuæ.* Alij verò ita conuerterunt, *Forſiſſe felicitas tua prorogabitur.* Quinetiam Græca tranſlatio, non ſolum quæ nunc extat, ſed quæ fuit etiam apud veteres, vt videre eſt in textu Theodoreti, qui in Daniele, Theodorionis ſecutus eſt tranſlationem, ſic habet: *Fortè erit Deus longanimis delictis tuis.* Nec ſolus Daniel ita loquutus eſt: ſed Ioel quoque in capite 2. Cùm enim hortatus eſſet populum ad ſeriam pœnitentiam, adiecit & illud: *Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem?* Quæ verba exponens Hieronymus, *Ne deſperetis,* inquit, *ueniam ſcelorum magnitudine: quia magna peccata, magna delebit miſericordia.* Sed ne forſitã magnitudo clementiæ vos faceret negligētēs, adiunxit: *Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus.* Ego, inquit, quod noui eſt, hortor vos ad pœnitentiam, & Deum

Cur ſancti, de remiſſione peccatorum à Deo impetranda dubitanter, ac timidè loquuti ſunt.

Proverb. 28.
In hæreticos noſtri temporis temerè de remiſſione peccatorum glorientes.

Psal. 50. noui ineffabiliter esse clementem, dicente Dauide, *Miserere* A
met, Deus, secundum magnam misericordiam tuam: sed quia
profundum diuitiarum, sapientientie & scientie Dei nosse
non possumus, sententiam tempero, & opto potius, quam pre-
sumo, dicens: Quis scit, si conuertatur & ignoscat? Apud Ioa-
nam etiam rex & principes Ninuitarum, indicto ieiunio
& penitentia, sic loquuti sunt, Quis scit, si conuertatur
Deum, & reuertatur à furore ire sue, & non peribimus? Ideo,
inquit Hieronymus, ambiguum penitur & incertum, ut
homines dubij cum sint de salute, fortius agant penitentiam,
& magis ad misericordiam prouocent Deum. Prophetis si-
milia concinunt Apostoli. Nam, ut est in Actis Aposto-
lorum capite octauo, Petrus Simonem Magum ad pœ-
nitentiam cohortatus, dixit: Penitentiam age ab hac ne-
quitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogita-
tio cordis.

Quomodo in-
 tellegendum
 sit per eleemo-
 synas tolli
 peccata.

A T enim uerò, paulò explicatiùs dicendum est,
 quemadmodum intelligi debeat, quod diuina Scri-
 ptura, & hæc, & sæpè aliàs tradit, eleemosynis peccata
 redimi, purgari, penitus tolli. Qui largitur eleemosy- C
 nas, vel iam ipsius est, vel est peccator. Si iustus est,
 cum iustitiæ nullum mortale peccatum coherere
 queat, profectò ipsius eleemosynæ non purgabunt, vel
 tollent eius peccata. Valebunt autem, vel ad reliquias
 priorum peccatorum radicibus excidendas: vel ad expi-
 anda peccata uenialia, quibus non carent iusti, vel
 denique ad persoluendam pœnam peccatis debitam,
 quæ scilicet remissis omnibus peccatis, pœnæque æ-
 terna condonata, ad tempus, vel in præsentis uita, vel
 in purgatorio persoluenda est. Vocabulum autem pec- D
 ccati, etiam pro pœna peccatis debita, non semel in
 diuinis literis poni, notius est, quàm ut in præsentia
 demonstrari necesse sit. Conscit præterea multum
 largitio eleemosynarum uirò iusto, ad præcauenda
 imminentia peccata. Etenim, qui frequens & copio-
 sus est in dandis eleemosynis, hunc singulariter pro-
 tegit ac tuetur Deus, cunctaque peccandi irritamen-
 ta & occasiones procul ab eo amouet, vel aduersus
 eas, animum eius validè præmunit ac roborat. Si au-
 tem qui in peccatis est, eorum tamen penitens & vi-
 tam in melius commutare satagens, crebris eleemo-
 synis

- A** Synis multorum egestati opituietur, quo placatum sibi, & propitium faciat Deum, & ab eo veniam sceleribus suis impetret, ea donatio eleemosynarum conducit plurimum ad remissionem peccatorum: non sane quod ipsa eam efficiat: solus enim Deus eam facit eo temporis puncto, quo gratiam & iustitiam in animum hominis infundit, sed quod ad eam accipiendam præparet hominem, eumque reddat idoneum, & quodam modo dignum, cui Deus eximium illud remissionis peccatorum munus imperciatur. Porro, sine fide vel poenitentia, aut dilectione Dei, quantalibet eleemosynarum effusio, nihil homini ad remissionem peccatorum, & cælestis iustitiæ consecutionem prodesse potest. Siquidem aperte nos docet diuina Scriptura, *Sine fide impossibile est placere Deo.* & alibi: *Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* & rursus: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Quocirca, qui in flagitiis inhiærent, & nihilominus tamen crebritate eleemosynarum impunitatem sperant, voluntarie in clarissima luce cæci sunt, & pestifera opinione sibi blandientes, se ipsi fallunt, ac perdunt. Audiant isti, quid Augustinus in Enchirido ad Laurentium capite 75. 76. & 77. scriptum reliquit: *Qui sceleratissime viuunt, ait Augustinus, nec curant talē vitam, morisque corrigere, & inter ipsa flagitia, frequenter eleemosynas faciunt, frustra sibi ideo blandiuntur, quoniam Dominus dixit Pharisæus, Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quasi verò sine fide possit quemquam mundare eleemosyna? cum dicat Scriptura Act. 15. Fide purificans corda eorum. Et Apostolus scribat ad Titum c. 1. Inmundis & infidelibus, nihil est mundum, sed polluta sunt eorum mens & conscientia. Et tamen verum est, quod dixit Dominus, Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Verum, qui vult eleemosynam ordinate dare, à se ipso debet incipere, & sibi eam primam dare. Est autem eleemosyna, opus misericordie, sed in libro Ecclesiastici capite trigésimo scriptum est, Misereere anima tua, places Deo. Hac igitur potissima est eleemosyna, quæ mundat hominē: videlicet ex qua vim habent ceteræ eleemosynæ, quæ in pauperes erogantur. Mendicat à te anima tua, inquit Augustinus sermone trigésimo de verbis Domini, redi ad*

Hebr. 10.

Luc. 13.

Cor. 13.

August.

conscientiam tuam quicumque male viuis, & inuenies ibi in-
dicantem animam tuam, erumiosam, & forte egestate obmu-
tescente. Nam si mendicat, esuris iustitiam: miserere igitur ani-
me tuæ placens Deo: fac illi prius eleemosynam spirituale, vt de
inde profint tibi eleemosynæ corporales.

Excutitur lo-
cus quidā D.
Augustini val-
de obscurus.

CAETERVM, priusquam ex hoc loco, qui est de
eleemosynis, abeam, licet hic paulum excutere sen-
tentiam quandam diui Augustini de eleemosynis, sa-
nè obscuram, nec ad intelligendum explicandumque
facilem. Augustinus igitur in libr. 21. de ciuitate Dei,
cap. 27. docet idē, quod nos hic docuimus, scilicet ho-
mini non pœnitenti, sed in suis flagitiis permanenti,
nihil ad salutem animæ prodesse eleemosynas. Qui
dignas, inquit, pro suis peccatis eleemosynas facit, prius eas fa-
cere incipiat à seipso. Indignum est enim, vt in se non faciat, qui
Matth. 22. facit in proximum, cum audiat dicentem Deū, Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum. Et alibi, Miserere anima tuæ placēs
Eccles. 30. Deo. Hanc ergo eleemosynam non faciens anima sua, quomodo
Eccles. 14. dignas pro peccatis suis eleemosynas facere dicendus est?
Eccles. 21. Nam ad hoc & illud scriptū est; Qui sibi malignus est, cui
bonus erit? Et alio loco: Fisi peccasti, ne adicias iterum, & de
peccatis tuis deprecare vt dimittatur tibi. Propter hoc ergo ele-
mosynas faciēda sunt, vt eū de præteritis peccatis deprecamur, ex-
audiamur, non vt in eis perseverantes, licentiam malefaciēdi,
per eleemosynas nos comparare credamus. Post hæc autē ver-
ba, subiungit Augustinus eam sententiam, quā nos hoc
loco expendendam, & interpretandam suscepimus. Est
quidam vite modus, inquit Augustinus, nec tam mala, vt
is, qui eam viuunt, nihil proficit ad capessendum regnum celo-
rum, largitas eleemosynarum, quibus iustorum sustentatur mo-
pia, & sunt amici, qui benefactores suos in tabernacula eterna
suscipiant: nec tam bona, vt ad tantam beatitudinem adipsē-
dam, eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis, quos amicos sibi per ele-
emosynas fecerunt, misericordiam consequantur. Sed quis sit
iste modus, & quæ sint ipsa peccata, quæ ita impediunt per-
uentionem ad regnum Dei, vt tamen sanctorum amicorū me-
ritis impetrent indulgentiā, difficillimum est inuenire, pericu-
losissimum definire. Ego certē vsque ad hoc tempus, cum id sa-
tārerem, ad eorū indaginē peruenire non potui. Et fortasse pro-
pterea latent, ne studiū proficiēdi ad omnia peccata cauēda
pigrescat. Quoniam si sciretur, quæ, vel qualia sint delicta, pro
qui b. 118

A quibus etiam permanentibus, nec profectu vitæ melioris absūptis, intercessio sit querenda & speranda iustorum, secuta se eis obvolueret humana segnitias, neque euolui talibus implicamentis, vilius virtutis expeditione curaret, sed tantummodo quæret aliorum meritis liberari, quos amicos sibi eleemosynarū largitione fecisset. Nunc vero, dum vicialis iniquitatis, etiā si perseueret, ignoratur modus, profecto, & studium in meliora proficiendi, orationi instando, vigilantius adhibetur, & faciendi de mammona iniquitatis, sanctos amicos, cura non spernitur. Hęc

B Augustinus. In prædictis autem verbis, illud, non facilem habet intellectum, qui fieri possit, ut sit aliquis, qui, cum eius vita non sit per se sufficiens, promerendæ & consequendæ vitæ æternæ, proter eleemosynarum tamen largitatem, saluus in patriam cælestem euadât. Nam, vel ille iustus est, vel iniustus: si iustus, iustitia eius quantulacunque fuerit, potens est promerendi & adipiscendi vitam æternam, etiam citra tantam eleemosynarum largitionem. Sin autem fuerit iniustus, profecto, quâta libet effundat eleemosynas, nihil ei, quando talis fuerit, ad consecutionem vitæ æternæ proficiet. Deinde, difficile est videre, quænam sint ea peccata, quæ per se quidem impedirent peruentionem ad regnum cælorum, propter eleemosynas autem, non impediant. Etenim aut sunt peccata mortalia, aut venialia: si mortalia omninò impediunt, nec, ut non impediunt, vllis eleemosynis effici potest: sin autē venialia fuerint, ea sanè qualiacumque & quantacunque fuerint, non habent vim in æternum prohibendi hominem ingressu in cælum: siquidem ea simul cum iustitia & gratia constare possunt, & in sanctissimis viris reperiuntur.

D VERVM T A M E N, equidem reor, Augustini sententiam rectè intelligi, & explicari ad hunc modum posse. Sunt quidam homines, iusti quidem, sed ita inconsideratè, negligenter, ac dissolutè viuentes, ut nec peccandi occasiones fugiant, nec quæcumque peccata venialia admittere pro magno habeant, nec studiose ac sollicitè, quæ valent, ad conseruandam iustitiam & præcauenda peccata, conseruentur. Qui ita sunt affecti, magno versantur in salutis periculo, & sine dubio sæpè in peccata mortalia prolaberentur. Fit ta-

An possit etiam
quam in peccatis permanenti, prodesse eleemosyna ad consequendam vitam æternam.

Explicatio sententia D. Augustini.

men precibus feruorum Dei, quorum necessitatibus A liberaliter illi subueniunt, vt singulari quadam Dei misericordia protegantur, & à lapsu conferuentur: grauiore peccandi occasiones remouente Deo, & tentantis diaboli vires cohibente; & sic tandem salui ad portum salutis æternæ perueniunt. Quod si contingat eiusmodi elemosynarios, gratia Dei excidere, & in grauiâ peccata prolabi, sit non tam ipsorum studio & diligentia, quippè qui sunt admodum pigri & suæ salutis incuriosi ac negligentes, quàm precibus & intercessione apud Deum sanctorum hominum, quos B illi amicos sibi fecerunt de mammona iniquitatis, vt diuinitus ad sanio rem mentem conuersi, trahantur ad pœnitentiam: præsertim verò, vt in extremo vitæ, spiritum contritionis, & donum pœnitentiæ, accipientes salui fiant: ita tamen quasi per ignem, hoc est, post hanc vitam purgatorio igne diu multumque purificati, pœnâque scelerum dignè persoluta. Sic igitur explicatam Augustini sententiam, ego quidem facilem intellectu & verissimam esse arbitror. Verùm de hoc factis: C Ad historiam regis Nabuchodonosor reuertamur.

Post finem mensis duodecim, in aula Babylonis deambulans Nabuchodonosor, dixit, Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificauim in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?

Quantam Nabuchodonosor fecerit Babylonem.

Berosus quæ de Babylone à Nabuchodonosor facta scribat.

F V T S E olim Babylonem, urbem amplissimam & nobilissimam, testimonio plurimorum scriptorum constat. Qualem verò, quantamue eam urbem fecerit rex Nabuchodonosor, solus scriptorum, de quorum monumentis aliquid nunc extat, indicauit Berosus in historia rerum Chaldaicarum, sicut refert Iosephus libro. 10. Antiquitarum, & libro priori contra Apinionem: sic autem Berosus prodit: Nabuchuchodonosor è Syria & Aegypto victor rediens, Babylonem ex manubiis, templi Beli, & reliqua, munificentissime excoluit, & veteri vrbi alteram extrinsecus aduecit. Et prouiso, ne in posterum possent hostes fluxum auertere, & ad urbem accedere, tres interiori ciuitati per circuitum muros, totidem exteriori

A exteriori, hos cocto latere, illos addito etiam bitumine, circumdedit. Tum sic communita urbi, portas, quæ vel templum deceant, addidit. Ad hoc, iuxta paternam regiam, alteram multo sumptuosiore & ampliore extruxit: cuius ornatum exponere, longum esset. Illud memoratu dignum, quod hæc ad id superba, & supra fidem magnifica regia, quindecim dierum spatium perfecta est. In ea lapideas moles valite excelsas excitavit, aspectu montibus similes, omni que genere arborum confertas. Hortum quoque fecit pensilem, fama nobilem, eò quod vxor eius in regione Medorum educata, montanum prospectum desideraret. Cuius deinde Berofus scriptores Græcos, qui Babylonem, multaque eius urbis famosa opera, à Semiramide ædificata, falso prodiderint. Hactenus Berofus, referente Iosepho. Idem de horto pensili, tradit Diodorus libro 3. non nihil tamen à Beroso discrepans. Erat, inquit, hortus pensilis iuxta arcem, non à Semiramide, sed à quodam Syro rege, postmodum in gratiam pellicis factus: quæ cum Persa esset genere, cupiens in montibus videre, iuxta morem Persarum, præta, viro persuasit, ut artificiose excitaret hortum, qui arboribus prætisque patriam representaret. Diodorus igitur, Persam dicit fuisse, quam Berofus Medam nominat. Curtius li. 3. vulgatum Græcorum fabulis miraculum, pensile illos hortos fuisse ait. Syriæ autem regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, amore coniugis victum: quæ desiderio nemorum, sylvarumque in campestribus locis, virum compulsi amœnitatem naturæ genere huius operis imitari. Talem igitur, tantamque à Nabuchodonosor factam esse Babylonem, Berosi relatione accepimus.

Diodor Siculus.

D QVANTA verò fuerit urbs Babylon, tam antequam post regem Nabuchodonosor, variè proditum est ab auctoribus. Non igitur extra rem fuerit, quæ melioris notæ scriptores, de antiqua eius urbis amplitudine, nobilitateque tradiderunt, ea breuiter hic apponere. Herodotus libro primo ita scribit: Babylon in ingenti plantæ sita est, forma quadrata, magnitudine quoque versus centenum vicenum stadiorum, in summa, quadringentorum & octoginta, in circuitu quatuor laterum urbis. Tanta est Babylonici oppidi magnitudo, quod ita exornatum est, vtsitid nullum, quod nos nouimus. Murus eius quinquaginta

De Babylonis magnitudine ac magnificentia.

Herodotus.

cubitorum regionum crassitudine, ducentorum autem celsitudine constat. Est autē regius cubitus, quā mediocri, tribus digitis maior. Eius urbis per ambitum, centum portae stabant, aera omnes, cum cardinibus itidem postibusque. Similia Herodoto tradunt Solinus capite 60. diuus Hieronymus super decimum caput Isaia, & Paulus Orosius libro 2.

Plinius.

capite 6. Plinius item libro 6. capite 26. in eandem sententiam haec scribit: *Babylon Chaldaearum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam, reliqua pars Mesopotamiae Assyriaeque, Babylonia appellata est: sexaginta millia passuum amplexa muris, ducentos pedes altis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quā nostrā interfluo Euphrate, mirabili opere utroque. Sed diuersa praedictis, de magnitudine Babylonis, in libr. 3. memorat Diodorus Siculus. Semiramis, ait, Babylonem concidit, adhibitis ad id operis perficiendum ex omni regione, hominum millibus ter decies centenis. Urbs ab utroque latere Euphratis, ut medius interfluat, aedificata: cuius moenia, ambitu spacia trecenta & sexaginta complectebantur frequentibus, & magnis turribus tāta muri latitudine, ut sex currus vna procedere possent: altitudine verō, auctore Ctesia Gnidio, incredibili: ut autem Clitarchus, & comites Alexandri Magni, pedum trecentorum sexaginta quinque. Adliderunt etiam, quolibet anni die vnum stadium muri absolutum, ut tot sint stadiorum circuitus, quot dies annum consueunt: turres autem erant ducentae quinquaginta numero, quarum altitudo, latitudoque magnificentiam aequat murorum. Inter murum atque aedificia, pomerium duo iugera conficiunt. Ut celerius opus consummaretur, est autem vno anno absolutum, cuiuslibet ex amicis, stadium conficiendum, tradita ad id impensa, assignauit. Strabo initio libri 16. Babylon, inquit, iacet in campo, muri ambitum habens trecentorum octoginta quinque stadiorum: etius muri crassitudo, pedum est triginta duorum: altitudo inter turres, cubitorum quinquaginta: ipsarum verō turrium altitudo, sexaginta: via super manibus tam lata est, ut quadrigae occurrentes, facile pertransire possint. Unde & hoc vnum ex sex mundi spectaculis dicitur.*

Diodorus.

bylonis, in libr. 3. memorat Diodorus Siculus. Semiramis, ait, Babylonem concidit, adhibitis ad id operis perficiendum ex omni regione, hominum millibus ter decies centenis. Urbs ab utroque latere Euphratis, ut medius interfluat, aedificata: cuius moenia, ambitu spacia trecenta & sexaginta complectebantur frequentibus, & magnis turribus tāta muri latitudine, ut sex currus vna procedere possent: altitudine verō, auctore Ctesia Gnidio, incredibili: ut autem Clitarchus, & comites Alexandri Magni, pedum trecentorum sexaginta quinque. Adliderunt etiam, quolibet anni die vnum stadium muri absolutum, ut tot sint stadiorum circuitus, quot dies annum consueunt: turres autem erant ducentae quinquaginta numero, quarum altitudo, latitudoque magnificentiam aequat murorum. Inter murum atque aedificia, pomerium duo iugera conficiunt. Ut celerius opus consummaretur, est autem vno anno absolutum, cuiuslibet ex amicis, stadium conficiendum, tradita ad id impensa, assignauit. Strabo initio libri 16. Babylon, inquit, iacet in campo, muri ambitum habens trecentorum octoginta quinque stadiorum: etius muri crassitudo, pedum est triginta duorum: altitudo inter turres, cubitorum quinquaginta: ipsarum verō turrium altitudo, sexaginta: via super manibus tam lata est, ut quadrigae occurrentes, facile pertransire possint. Unde & hoc vnum ex sex mundi spectaculis dicitur.

Strabo.

Denique Q. Curtius de eadem vrbe ad hunc modum scribit. Semiramis eam urbem concidit, vel ut plerique credidere, Belus, cuius regia ostenditur. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spacium triginta & duo-

Q. Curtius.

A rum pedum latitudine amplectitur. Quadriga inter se occurrentes sine periculo commicare dicuntur. Altitudo muri, centum cubitorum eminenti spacio. Turres denis pedibus, quam murus altiores sunt. Totius operis ambitus, trecenta sexaginta octo stadia complectitur. Singulorum stadiorum structuram, singulis diebus perfectam esse, memoria proditum est. Aedificia non sunt adnota muris, sed fere spaciū unius iugeri absunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupauerunt. Per nonaginta stadia habitatur: nec omnia contigua sunt, credo quia tutius visum est pluribus locis spargi: cetera serūt, coluntque, vt si externa vis inoruat, obsestis alimenta ex ipsis vrbis solo subministrantur. Aristoteles lib. 3. Politicorum, c. 2. magnitudinē Babylonis non determinat: sed fuisse eam urbem amplissimam satis indicat, cum ita scribit. Non est vrbis ex membris aestimanda: nam Peloponnesum vno muro circumdare liceat, cuiusmodi fortassis est Babylon, & quaecumque gentis magni, quam vrbis ambitum habet, qua Babylone ab hostibus capta, triduo partem ciuitatis id non sensisse ferunt.

Aristoteles.

Testimonia facte scripturæ.

C In Sacris literis appellatur Babylon, ciuitas gloriosa, incluta in regnis, & regina: quinimo apud Isaiam, vocabulo terræ & orbis, propter magnitudinem ciuitatis & amplitudinem dominationis, cap. 13. & 14. vt exponit eo loco Hieronymus, appellatur: Latitudinem porrò, seu altitudinem murorum eius vrbis, fuisse valde insignem, indicauit Hier. c. 13. cum inquit, Hac dicit Dominus exercituum, murus Babylonis, ille latissimus, vel vt habeat alii codices, altissimus, suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ, igne comburentur. D. Hieronymus in explanando cap. 14. Isaiæ, refert, in medio loco vrbis Babylonis, pro arce seu Capitolio, fuisse turrem illam Babel, quam gigantes post diluuium, ædificare aggressi fuerant. Quæ licet ab illis non fuerit ab soluta, inchoatum tamen opus eiusmodi fuit, vt altitudine non minus esset quatuor miliaribus. Vbi hoc legerit, vel vnde cognouerit D. Hieronymus, me quidem latet, mihi tamen simile vero non videtur: neque enim turris tantæ altitudinis, aut fabricari, aut fabricata tamdiu constare potuisset. Herodorus 1. lib. ita scribit: Fuit Babylone, Iouis Belsi templum arcis portis, id quod nunc etiam nunc ætate existit, duorum vnde cūque stadiorū amplitudine, figura quadrata, in sacri medio turris solida est, crassitudi-

D. Hieronymus de altitudine arcis Babylonis.

situdine simul & altitudine stady: cui alia rursus super impo- A
 sita est turris, & huc subinde alia ad octauam vsque. His fo-
 rnis: cuius in circuitu scale sunt adhibita, per quas ad singulas
 cōscenditur turres. In medijs gradibus, ductus, sella; sunt in
 vsum ascendentiū ad sedendū & requiescendū facta. In postre-
 ma turri, sacellum est aliud, in quo lectus est splendide stratus,
 & apposita mensa aurea, statua tamen in hoc sacello nulla est.
 Sic Herodotus. Diodorus autem in 4. cap. lib. 3 hunc in
 modū scribit. In vrbi medio, templum Ioui Belo Semiramis
 erexit: cuius amplitudinē, neque scriptores propter vetustatem, B
 neque vlla memoria singulatim tradunt. Constat tamē ob istius
 mirandam altitudinem, à Chaldeis, tum Orientem, tum Occi-
 dentem versus, astrorū in eo obseruationes esse factas. Nō de-
 beo in præteritis relinquere, quod eadem de re prodi-
 dit lib. 5. Curtius: Arcem quoque, inquit, Babylon habet,
 ambitu viginti stadia complexā, triginta pedes in terram tur-
 rium fundamenta demissa sunt, ad octoginta summum muni-
 menti fastigium peruenit. Hæc de Babylonis arce, eiusq;
 turribus, propterea ex Herodoto, Diodoro, & Curtio
 huc adduxi, vt manifestum lectori facerem, quod B.
 Hieronymus de eius arcis altitudine tradit, non modò C
 ex prædictis auctoribus non esse depromptum, sed etiā
 eorum scriptis esse diuersum.

Quis fuerit
 conditor Ba-
 bylonis.

RESTAT altera quæstio, de conditore Babylo-
 nis hoc loco tractāda: Nam quòd hoc loco Nabucho-
 donosor se facit eius vrbis molitorē, & diuinæ Scrip-
 turæ, & Gentiliū monumentis videtur esse contrariū.
 Circa quam quæstionem, mirum dictū, quanta sit apud
 scriptores opinionum diuersitas. Nam in libro Gene-
 seos c. 10. significat Moses, Nēbroth fuisse condito- D
 rem Babylonis: ait enim fuisse initium regni eius Ba-
 bylonem. Et sanè Paulus Orosius lib. 2. c. 6. tradit, Nem-
 broth celebrari à multis tanquam Babylonis condito-
 torem. At enim, Daniel in hoc quarto capite, in-
 ducit regem Nabuchodonosor gloriantem, & sese
 iactantem, quòd ipse Babylonem ædificasset. Idem de
 isto rege prodidit olim Berosus, Græcos molitionem
 Babylonis, reginæ Semiramidi assignantes, mendaci;
 arguens, sicut Iosephus refert in priori libro aduersus
 Appionem. Sed apud Eusebium, libro nono de præ-
 paratione Euangelica capite vltimo, Alexander Po-
 lyhistor

A Iyhistor testimonio Eupolemi confirmat, Babylonem fuisse post diluuium à gigantibus ædificatam. Apud eundem Eusebium, eodem quo loco, Alpharus affirmat, cum terra Babylonis inundationibus Euphratis tecta esset aquis, primum omnium patrem Nini Belum, sic casse aquas, & urbem Babylonē moliri aggressum: idēque à multis creditum, & traditum lib. 5. testatur Q. Curtius. Cæterum, à Semiramide eam urbem esse conditam: ita tradit Herodorus, lib. 1. Diodorus, lib. 3. Strabo, lib. 16. Pomponius Mela, lib. 1. c. 11. Iustinus, lib. 1. & D. Hieronymus, qui super caput secundum Osee, ad hoc citat versus illos Ouidij:

--Vbi dicitur altam

Cœcilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Metamorph.
lib. 4.

VERVMENIMVEKÒ, non est admodum difficile, nisi ego fallor, prædictas sententias, citra veritatis iniuriam, ad concordiam reuocare. Equidem arbitror, primum Babylonis conditorem fuisse Nembroth. Nam, id, ut dixi, significare videtur Scriptura, Genes. capite 10. Erat autem Nembroth robustissimus gigas, qui cum aliis gigantibus ædificare voluit turrem Babel, ut Iosephus ait 1. libro Antiquitatum. Quocirca, non est diuersum, quod apud Eusebium, inquit Eupolemus, Babylonis conditores fuisse post diluuium gigantes: quippe vnus de illis gigantibus, & quidem princeps eorum, fuit Nembroth. Præterea, sit mihi sumillimum

Auctoris sen-
tentia.

Nembroth, &
Belus idē sunt.

D appellat Belum Nini patrem. Siquidem, vtriusque tempora omnino congruunt: nam vtrumque repetimus, post diluuium annis circiter ducentis Babylone regnasse. Conueniunt etiam mors, ingenium, factaque. Etenim vterque traditur fuisse ingenio ferox, crudelis, tyrannus, regnandi cupidus: denique vterque primus mortalium idololatriam in mundum inuexisse dicitur. Cyrillus quidem certè libro tertio, eorum, quos scripsit aduersus Iulianum apostatam, Belum censet, primum omnium idololatriæ fuisse inuentorē, & auctorem post diluuium. Cuius rei illud potest esse argumentum, quod ab isto Belo idola, quæ à multis gentibus colebantur, nomen acceperunt: hinc enim

enim ductum est nomen Belial, seu Baal, qui erat Deus A Sidoniorum, & Bezebub, Deus Accaron, vt legitur 4. Reg. c. 1. Beelphegor, Deus Moabitarum, Numer. 25. Baalsamen, Deus Punicorum, apud Augustinum in lib. quaestionum super librum Iudicum, quaest. 16. denique idolum Bel, crebro nominatur in Scriptura: vt videre est apud Isaiam, Hieremiam, & in hoc ipso libro Danielis, infra cap. 14. Hinc igitur palam est, verbis magis inter se, quam sententia dissidere, qui aiunt, Babylonem, & à Nembroth, & Belo esse fabricatam. Clemens tamē in 4. libr. recognitionum, si qua huic operi fides nunc habenda est, Nembroth. & quem Græci, ac Latini Nium appellat, eundem fuisse significat. A Belo autem, seu Nembroth, primò exigua vrbs Babylonis condita est, eaque postea crebris inundationibus Euphratis diruta, & vastata. Hanc, quia Semiramis amplissimè dilatauit, firmissimè muniuit, multisque, ac miris operibus exornauit, non immeritò etiam condidisse credita, & celebrata est. Sed quia post Semiramidem, qui deinde consecuti sunt Assyriorum reges, posthabita Babylone, coluere urbem Ninuē, eamque fecere regiam, & caput imperij: sicut Diod. scribit libro 3. propterea factum est, vt Babylon à regibus deserta, partim Euphratis eluionibus, partim incurisionibus hostium, diu iaceret ignobilis, & obscura. Tandem, post euersam Ninuē rex Nabuchodonosor, Babylonem cupiens reducere sedem imperij, eam ciuitatem de integro instaurauit, & vt supra dictum est, latissimè amplificatam, magnificentissimis operibus adornauit. Quamobrem iure suo potuit dicere, illam à se conditam, & fabricatam. Pater igitur, auctores, qui videbatur de conditore Babylonis variè scripsisse, nec inter se, nec à diuina Scriptura discrepare.

Cur suppliciu
regis Nabu-
chodonosor,
duodecim me-
ses fuerit dila-
tum.

SUPER illis autem verbis: *Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat rex*, ita scribit D. Hieronymus. *Fecit quidē Nabuchodonosor, iuxta Danieli consilium, misericordias in pauperes, & idcirco usque ad mensē duodecimum, in eum est dilata sententia. Sed quia postea ambulās in aula Babylonis, gloriatur, & dicit: Ne me hec est Babylon magna, quam ego edificauit? Bonū misericordis perdidit malo superbiae, ideo igitur differtur sententia, ne videatur misericordis*

A misericordia in pauperes minimè profuisse. Sed statim, ut loquutus est, per superbiam perdidit regnum, quod per eleemosynas conseruatum fuerat. Significat igitur D. Hieronymus, quanto tempore Nabuchodonosor largiendis eleemosynis de consilio Danielis operam dedit, tanto tempore supplicium eius fuisse dilatum. At verò Theodoretus dilationem huius temporis, non ad eleemosynas Nabuchodonosor, sed ad Dei longanimitatem, dantis ei tempus ad agendam pœnitentiam, referendam censet, quemadmodum in libr. Sapientia, cap. 11. scriptum

B est: *Misereris omnium, Domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, dissimulans peccata hominû propter pœnitentiã.* In hunc etiam regem belii quadrat, quod dixit Iob. c. 24. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, at ille abutitur eo in superbiam.* Cum tantum tempus, inquit Theodoretus, hoc est, spatium duodecim mensium, ei ad respiciendum datum esset, male, definitum pœnitentiæ tempus consumpsit, ad quem Beatus Paulus merito dixerit: *An diuitias bonitatis, & pa-*

C *tientia, & longanimitatis eius contemns, ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit, tu autè secundum duritiam tuam, & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius?* Putant quidam, nec temerè verba illa: *Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quã ego edificauit?* protulisse regem, non solum magna cum iactantia, & superbia, sed etiam cum Dei contemptu, quasi parui pendens somnium sibi à Deo missum, eiusque interpretationem à Daniele datam, nec fieri posse existimans, ut sibi tam potenti, & glorioso regi, prædicta ipsi tanta rerum conuersio, & calamitas posset contingere.

Nunc igitur, ego Nabuchodonosor, laudo, & magnifico regem cœli, quia omnia opera eius vera, & omnes via eius iudicia: & gradientes in superbia, potest humiliare.

POSCIT hic locus, ut quæstionem illam tractemus, an rex Nabuchodonosor tandem saluus fuerit, per hoc Dei supplicium emendatus, & per pœnitentiã dignè actam, ad extremum, salutem æternam consequutus.

An rex Nabuchodonosor salutem æternam sit consequutus.

consequutus. Equidē arbitror, regē hunc fuisse saluum. A
Adducor in eam sententiam, tum auctoritate grauif-
simorum scriptorum, tum ratione minime infirma.

Iosephus.

Atque ita quidem sentit Iosephus, qui vnus nobis ius-
tar Hebræorum omnium esse debet. Is namque li. 10.
antiquitatum, affirmat hunc regem, deinde per totam

Dorotheus, &
Epiphanius.

vitam agnouisse, & laudasse Dei virtutem, ac prouid-
entiam. Dorotheus in synopti, & Epiphanius in vita
Danicels aiunt, propterea Nabuchodonosor tam durē

Luc. 23.

castigatum esse à Deo, quia Deus ipsum perire noluit. B
Addunt præterea, eum deinceps adhæsisse semper Dani-
eli, & vsque ad eum dilexisse, vt coheredem vni-

D. Hierony-
mus.

geniti filij sui relinquere eum voluerit. Diuus Hiero-
nymus in Epistola 7. quam scripsit ad Lætam, de in-
stitutione filia, probat, de nullius salute esse desperan-

D. Augustini
præclara, &
notabilis do-
ctrina.

dum, exemplo latronis, qui in cruce conuersus, eo ipso
die meruit cum Christo esse in Paradiso, & regis Nabu-
chodonosor, qui in extremo recepit salutem. Augusti-
nus in epistol. 122. quæ est ad Victorianum, idē ait,

voluisse Deum coram Nabuchodonosor, tres pue-
ros de fornace ignis mirabiliter liberare, & alia mi-
racula in conspectu eius facere, quia volebat eum re-
gem venire in cognitionem veri Dei, & consulebat

ipsi ad salutem. Quoniam autem sic noluit consulere
regi Antiocho, sed magis duritiam cordis eius punire,
ideirō nulla coram ipso miracula edere voluit, se-
prem illis Machabæos ex manibus eius eripiendo. In

Conuenientia
& differentia
inter Pharao-
nem, & Nabu-
chodonosor.

libro autem de prædestinatione, & gratia, c. 15. ostendit
Augustinus, multa fuisse similia in Nabuchodonosor,
& in Pharaone: ambos secundum naturam fuisse D

homines, secundum dignitatem reges, secundum cau-
sam tyrannos, & populi Dei oppressores, secundum
diuinam correctionem, ambos à Deo clementer fla-
gellatos. Eorum tamen per quā fuisse dissimiles exitus.

Etenim regi Nabuchodonosor, flagellatio profuit ad
fructuosam penitentiā, Pharaoni autem valuit ad
maiorem cordis indurationē: Traque idē medicamen-

tum, eiusdem manu medici confectum: vni profuit ad
salutem, alteri cessit ad exitium, & in his duobus im-
pletum est illud Pauli: *Odor Christi, alijs est odor vite ad*

vitam, alijs est odor mortis ad mortem. Et hæc sententiā Au-
gustini

- A** gustini, refertur in decretis, 22. quæst. 4. c. Nabuchodonosor. Theodoretus super quintum caput Danielis, ponit hanc quæstionem, cur Deus superbiam Nabuchodonosor ad certum aliquod tempus puniuit, at verò superbiam filij eius Balthazaris, subita morte ultus fuerit? Respondet ipse, Deum futurorum præcium, quia præuiderat Nabuchodonosor eo supplicio emendatum iri, dignamq; acturum poenitentiam, propterea animaduersionem in ipsum certi temporis spatium determinasse. Quia verò præuiderat, protus inemendabilem fore Balthazarem, ideò repentina morte, eius scelera finiuit. Denique, huius nostræ sententiæ subscripserunt etiã Nicolaus de Lyra; & Carthusianus, tam hoc loco, quàm super 14. caput Isaia. Atque hoc ipsum, licet etiã sic argumentari. Daniel omnem huius regis historiam terminat, commemorando plenam, & perfectam eius poenitentiam, miramq; ad Deum conuersionem, nec de relapsu eius in peccata, vel ipse Daniel, qui longo tempore huic regi superstes fuit, nec alibi vsquam diuina Scriptura, verbum vllum facit: est igitur præter rationem, atque fidem, dicere istum regem, postea relapsu in priorem superbiam, atque impietatem, tandem peruisse.

Theodoretus.

Lyra, & Carthusianus.

- V**ERVM T A M E N, vnum illud maximè huic sententiæ videtur officere, ac vehementer aduersari, quod Isaïas in capite 14. describens, quemadmodum rex Babylonis, quem, & Hieronymus eo loco, & alij complures interpretes hunc Nabuchodonosor interpretantur, saeuissima Dei vindicta puniendus esset, manifestis verbis indicare videtur, æternis eum inferni poenis esse damnatum: sic enim scribit: *Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui. Detrasta est ad inferos superbia tua, Dixisti, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheri in profundum lacu. Hoc prætereà confirmatur eo argumento, quod ferè antiqui Patres tradiderunt, eò loci, sub nomine, & persona regis Babylonis, describi, & designari ab Isaïa lapsum è cælo Luciferi in infernum. Quod si verum est, vt esse videtur, quò aptè, & perfectè figura respondeat veritati, dicere conuenit regi Nabuchodonosor tandem peruisse, & damnatum esse,*

Obiectio ex loco Isaïæ c. 4.

Solutio obiectiõnis, & explicatur diligenter superior Isaïæ locus.

esse, ut etiam in hoc, irreparabilis Luciferi casus, æternæque damnationis, rex ille congruens figura fuerit. Ad hanc obiectionem, & quia non nihil habet difficultatis, & quo omnis dubitatio penitus è medio tollatur, variis modis respondebo. Ac primum respondeo, Isaiam eo loco non nominasse Nabuchodonosor, sed præcisè regem Babylonis: eo autem nomine, non Nabuchodonosor, sed filium eius Balthasarem, de quo infra capite 5. agitur, esse intelligendum. Huic interpretationi illud fidem astruit, quod Isaias tam illo capite, quàm præcedenti, coniunctè loquitur de supremo exitio regis Babylonis, & de eius urbis euerfione: manifestum autem est, post mortem Nabuchodonosor, multos annos stetisse & floruisse Babylonem: eâ verò, victo occisoq; Balthasare à Dario Medo, & Cyro esse captam & vastatam, ut infra caput quintum explanantes dicturi sumus. Deinde respondeo, ut concedam, in eo loco Isaiam loqui de rege Nabuchodonosor, attamè supradicta verba Isaiæ, *Ad infernum detraberi*, dicta esse de Nabuchodonosor, non per se, sed prout figura fuit Luciferi. Est autem illa à patribus tradita, in huiusmodi figuris tractandis, verissima regula: cum agit Scriptura de aliqua persona, ut est figura alterius, quædam ab ipsa tradi, quæ possint utrique personæ accommodari, nonnulla etiam, quæ non aut æquè, aut etiam vlllo modo conueniant figuræ, sed rei figuratæ, sicut contrà, alia dici, quæ figuræ tantum competant, nec figurato aptari queant. Exempli causa, in Psalm. 2. quoniam agitur de Dauide, ut est figura Messie, quædam utrique conuenientiæ dicuntur, ut est illud: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: astiterunt reges terre, & principes conuenerunt in vnum, &c.* & illud, *Ego autem constitutus sum rex super Sion.* Alia verò traduntur, quæ soli Messie congruunt, quale est illud: *Ego hodie genui te: & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra.* Similia obseruare licet in Psalm. 71. in quo agitur de regno Salomonis, ut imaginem quandam gessit regni Christi, quamobrem multa de regno dicuntur, quæ vera esse non possunt, nisi ad regnum Christi referantur. Ad eundem igitur modum, quoniam in illo loco Isaiæ agitur de Nabuchodonosor,

Regula interpretandi Scripturam, ubi agit de personis, quæ aliarum figuram gerunt.

for, vt est figura Luciferi, nonnulla de eo dicuntur, quæ soli Lucifero conueniunt, cuiusmodi est illud, *Quomodo cecidisti de celo Lucifer? & illud, Ascendam super celum: & item illud, Exaltabo super astra solium meum:* quæ in Nabuchodonosor verè dici nullo modo possunt. In hoc igitur etiam rerum numero & genere, censerì, ac reponi debent illa verba, *Vsque ad infernum, & vsque ad profundum lacu detraheris.* Ad hæc respondeo, etiam si illa verba dicta essent de æterna regis Nabuchodonosor condemnatione, ex ipsis tamen non posset necessariò concludi, eum re vera fuisse damnatum: in promptu enim est respondere, in illis verbis contineri, non prophetiam seu prædictionem, vt Theologi vocant, prædestinationis, quæ omnino impletur, sed comminationis, quæ non semper ad effectum peruenit: talem enim fuisse constat Isaiæ prophetiam de morte Ezechia, & Ionæ de excidio Niniuitarum. Hoc autem modo solere Deum multa prædicere, in vindictam scelerum, hominibus euentura, quæ tamen illis seriam, plenamque egentibus poenitentiam non accidant, Hieremias cap. 18. clarissimis verbis testatur. Illud quoque ad extremum respondere possum, etiamsi verba illa Isaiæ pertineant ad regem Nabuchodonosor, non tamen eiusmodi verbis significari damnationem eius regis æternam, sed grauissimam ipsius animaduersionem, & deiectionem in maximam miseriam. Non enim verba illa propriè, sed figuratè, sunt accipienda. Nam sicut illa, *cecidisti de celo, Lucifer, & exaltabo super astra solium meum, & ascenda super altitudinem nubium;* non possunt accipi propriè, neque enim propriè sumpta, regi Nabuchodonosor accommodari possent: sed figuratè accipiuntur, scilicet, vt per huiusmodi metaphoras, incredibilis eius regis elatio animi & superbia, expressius declaratur, ita etiam, quod postea subditur, *Detraheris vsque ad infernum, & vsque ad profundum lacu,* non debet propriè intelligi de inferno damnatorum, sed eo modo loquendè significatur deiectio illius regis, ex summa gloria & felicitate, in maximam calamitatem & miseriam: Deo severissimè eius superbiam atque impietatem vindicante. Consuevit enim Scriptura, vt declaret sublimissimam

nam alicuius elationem, dicere eum ad cœlum ascen- A
dere seu eleuari: contra verò, vt exprimat deiectionem
alicuius in profundissimam miseriam, dicere eum
vsque ad abyssum & infernum esse deprellum & deie-
ctum. Huius rei, cum multa sint in Sacris literis exem-
pla, non erunt ea lectori, tantum, minimè rudi diuina-
rum Scripturarum, aut ignota, aut inuentu difficilia.

Cur Nabucho
donosor non
dederit liber-
tatem Iudæis,
aut cur id Da-
niel ab eo re-
ge non postu-
laauerit.

S E D cuiuspiam fortasse subibit animum admirati,
cur Nabuchodonosor, qui tam insigni miraculo po-
tentia Dei Iudæorum, in seipso expertus fuit, eumque B
Deum deinceps, vsque ad extremum spiritum verè, ac pie
coluit, cur inquam, quo suum erga Deum, gratum, & re-
ligiosum animum testaretur, Iudæos captiuitate nō li-
berauerit, quos vsque ad eam diem durissima seruitute
afflixerat: aut cur Daniel, qui apud eum regem, gratia
& auctoritate plurimum valebat, non hoc ab illo postu-
laauerit, haud dubiè impetraturus: Sed respōderi potest,
cogitasse quidem, ac deliberasse id facere regem Nabu-
chodonosor: verum mox celeri morte occupatū, id per-
ducere ad effectum non potuisse. Vel aliter dici posset, C
quoniam immutabili Dei sententia, ratum & constitu-
tum erat, vt Iudæi, quò plurimorū, maximorumque suo-
rum scelerum pœnas luerent, Babylonica septuaginta
annorum captiuitate punirentur, propterea nec Deum
eam mentem & voluntatem liberandi Iudæos, dedisse
regi Nabuchodonosor, nec Daniele id apud regem
agere, aut tentare esse ausum: quippè cui exploratissima
de hoc Dei sententia erat: vel singulari aliqua Dei reue-
latione sibi facta, vel ex vaticinio Hieremię id cognitū
habebat, qui, vt legitur in libro eius, capite vigesimo-
quinto & vigesimo nono, prædixerat, Iudæos per se-
ptuaginta annos, Chaldæis seruituros, videlicet vsq; ad D
euerisionem regni Chaldæorum, & exordium imperij
Persarum.

Cur Nabucho
donosor nō e-
duxerit ē car-
cere Ioachim
regem Iuda.

I L L V D mihi magis mirandum accidit: quomodo
hic rex, post suam illam conuersionem, non protinus
ē carcere eduxerit Ioachim regem Iuda, quem perfidi-
osè & iniuriosè tractauerat, contra fidem ipsi da-
tam, vsque ad illud tempus in custodia tenuerat. Non
esse autem Ioachim eductum ē carcere, nisi post mor-
tem Nabuchodonosor, manifestum est ex capite vlti-
mo

A mo libri quarti Regum, libri Hieremie: videbatur autem, aut rex sua sponte liberaturus Ioachim, aut id ab eo obnixè petiturus Daniel. Sed ad hanc dubitationem, similiter, ut responsum est ad superiorem, responderi posset: vel regem voluisse eum liberare, sed præreptum morte, non liberasse, mox tamen à filio eius Euilmerodach, qui proximè regnavit post Nabuchodonosor, ut patris notam ipsi voluntatem expleret, Ioachim liberatus est, & regio honore tractatus. Vel dici potest, voluntate Dei non esse liberatum Ioachim, quo diutius pro sua impietate puniretur. Siquidem in 4. lib. Regum, ca. 25. legimus, ipsum, etiamnum adolescentem, paternæ impietatis fuisse imitatorum: sic enim ibi scriptum est, *Decem & octo annorum erat Ioachim, eum regnare coepisset, tribus mensibus regnavit: fecit autem malum coram Domino, iuxta omnia, quæ fecerat pater eius.*

BENEDICTI CUPERERII SOCIETATIS IESV,

Commentariorum in Daniele,

LIBER VI.

CAPVT QVINTVM.

D **B**ALTHASAR Rex fecit græde conuiuii optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam bibebat etate. Precepit ergo iam temulctus, ut afferretur vasa aurea & argentea, quæ assortauerat Nabuchodonosor pater eius, de templo, quod fuit in Ierusalè, ut biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubine. Tunc allata sunt vasa aurea, * qua assortauerat de templo, quod fuerat in Ierusalè: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubine illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. In eadè hora apparuerunt digiti, quasi manus homi-

† & argentea
14. MS verum
R. Hier. & C.
non addunt.

nis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aule regie: & rex aspicebat articulos manus scribetis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent magos, Chaldeos, & aruspices. Et proloquens rex, ait sapientibus Babylonis, Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestiatur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regni, non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi. Vnde rex Balthasar B satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbabantur. Regina autem, pro re, quae acciderat regi, & optimatibus eius, domum coniugij ingressa est: & proloquens ait, Rex in aeternum viue: non te conturbent cogitationes tuae, neque facies tua immutetur. Est vir in regno tuo, qui spiritum Deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui, scientia & sapientia inuenta sunt in eo: nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum, incantatorum, Chaldaeorum & aruspicum constituit eum, pater, inquam, tuus, o rex: quia C spiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque, interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuenta sunt in eo, hoc est, in Daniele: cui rex posuit nomen Balthasar. Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem praefatus rex ait, Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iudae, quem adduxit pater meus rex de Iudaea? Audiui de te, quonia[m] spiritum Deorum habebas, & scientia, intelligentiaque, ac sapientia ampliores inuenta sunt in te. Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, vt scripturam hanc legeret, & interpretationem eius indicaret mihi: & ne quiverunt sensum huius sermonis edicere*. Porro D ego adiuui de te, quod posui obscura interpretari, & ligata dissolueri: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestiari, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris. Ad quae respondens Daniel, ait coram rege, Soluere tua sint tibi, & dona domus tuae alteri da: scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem eius ostendam tibi. O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam, quam dederat ei, universi populi, tribus, & lingua tremebant & metuebant eum: quos

* mihi 16.
 MS. G. verum
 Hier. & Ch.
 non legunt.

A quos volebat interfecit, & quos volebat percutiebat, & quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est: & a filiis hominum eiectus est, sed & cor eius cum bestis positum est, & cum onagri erat habitatio eius: fœnum quoque, & ros, comedebat, & rore cœli corpus eius infectum est: donec cognosceret, quod potestatem haberet. Altissimis in regno hominum, & quęcumque voluerit, suscitabit super illud: Tu quoque

Sup. 4. c. 22.

B omnia: sed aduersum dominatorem cœli eleuatus es, & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu, & optimates tui, & uxores tuas, & cœcubine tuas vinum bibistis in eis. Deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc, quod exaratum est. Hęc est autem Scriptura, quę digesta est: mane, thecel, phares. Et hęc est interpretatio sermonis: mane, numerant Deus regnum tuum, & cœpleuit illud: thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens: phares, dirisum est regnum tuum; & datum est Medis & Persis. Tunc iubente rege, induntus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, & predicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. * Eadem nocte interfectus est Balthasar rex

C Chaldeus, & Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.

* suo MS. G. sed in R. Hier. & C. non additur.

D E S C R I B I T V R in quinto capite libri Danielis, horribilis quidam casus, quo rex Balthasar, subito, vita simul & regno priuatus est, & vrbs Babylon capta, regnumque Chaldæorum translatum est ad Medos. Hęc autem calamitas ei regi accidit, propter inuisam Deo eius superbiam, & impietatem: præsertim verò, quod sacra Deo vasa, Hierosolymis asportata Babylonem, in quodam suo lasciuissimo conuiuio, valde irreuerenter, superbęque tractasset. Videtur caput hoc, contra ordinem historię, hic positum esse ante septimum & octauum caput. Siquidem, in his capitibus narrantur, quę primo & tertio anno regis Balthasaris gesta sunt, in quinto autę capite com-

Summa capituli quinti.

Cuius historia huius capituli, contra ordinem temporum, posita sit ante caput septimum & octauum huius libri.

memorantur quæ decimo septimo anno, id est, vltimo & vitæ eius & regni contigerunt. Sed, intelligendum est, propterea in dispositione horum capitum, prætermisum esse à Daniele ordinem temporum, quia consilium & propositum eius fuit, omnem simul historiam cõtexere, quæ ad reges Chaldæorum pertinebat, ideoque post historiam regis Nabuchodonosor, hanc filij eius Balthasar, qui vltimus fuit Chaldæorum rex, historiam subtexit. Nam quæ memorantur capite 7. & 8. licet huius regis tempore acciderint, tamen nec personam, nec rerum eius historiam attingunt, sed solius Danielis visiones & reuelationes continent. Ad iice, quod narratio huius c. pulchrè cohæret cum præcedentis capitis narratione. Etenim regis Nabuchodonosor, de quo supra dictum est, hic Balthasar filius vel nepos fuisse dicitur, & vterque propter superbiam aduersus Deum memorabili diuinæ vindictæ exemplo punitus est. Narratio item vtriusque capitis persimilis est: partim enim historica est, partim prophetica, interpretationem scilicet occultam, vel somnij vel scripturæ continens, partim etiam insigni miraculo, vel transformationis Nabuchodonosor in bestiam, vel manus in pariete scribentis, admiranda. Deniq; in vtraque narratione cõtendatur Danielis sapientia, & declaratur quanta in gloria & gratia fuerit apud reges Chaldæorum. Quo verum esse probatum est, quod in extremo capite 1. scriptum est, Danielem perseuerasse vsque ad primum annum Cyri, id est, permansisse in gratia apud omnes reges Chaldæorũ, quorum vltimus fuit hic Balthasar, qui à Dario Medo, Cyroque victus, & occisus est.

V E R V M, illud hoc loco ante omnia intelligi conuenit, regem de quo agitur in hoc quinto c. variis nominibus, tam in sacra Scriptura, quam in profanis historiis appellari, quæ nominum ambiguitas, nisi nota & animaduersa sit, errorem afferet legentibus historias. Nominatur in hoc ca. Balthasar: sic enim est in Græco, qui autem ex Hebræo vel Chaldaico vertunt, scribunt, Balthasar vel Balsasar. Videtur Hieremias capite 50. hunc regem appellare Merodach, ita scribens. *Capta est Babylon, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius,*
super

Variis nominibus hunc regem appellari, in historiis tam sacris, quàm profanis ostenditur.

- A** *superata sunt idola eorum.* Cùm enim variaretur cædem regis simul cum euerfione Babylonis, non alius rex Merodach videretur intelligi posse, quàm hic Balthasar, cum quo simul & Babylon, & regnum Chaldaicum concidit. Berofus autem, Alexander Polyhistor, & Alphæus apud Iosephum libro decimo antiquitatum, & priori libro contra Appionem, & apud Eusebium lib. 9. de preparatione Euangelica, capit. vlti. regem hunc vocant Nabonidum. Herodorus li. 1. nominat Labinitum, filium reginæ Nitocris, quam, inquit, nobiliorem fuisse & illustriorem Semiramide, prima Assyriorum regina, qua pesteriore fuisse illam dicit, quinque ætatibus, insigni chronologiæ errore: liquet enim Nitocrem fuisse propemodum quingentos & mille annos posteriorem Semiramide. Nec verò miranda esse debet tanta nominum vnius regis varietas. Etenim, frequens est tum in diuinis, tum in externis historiis, eundem hominem diuersis appellari nominibus. Penultimus rex Iuda libro 4. Regum cap. 24. dicitur Ioachim, idem apud Hieremiam c. 21. vocatur Ieconias. Quin eodem ipso in libro Esther, rex ille Persarum & Medorum, primò nominatur Assuerus, paulò infra dicitur Artaxerxes. Rex ille, qui templi Hierosolymitani ædificationem impediuit, in libro Esdræ c. 4. nominatur Assuerus & Artaxerxes, ab aliis verò historicis vocatur Cambyses, qui fuit Cytii filius, & secundus Persarum rex. Idem quoque licet animaduertere in Gentilium historiis. Siquidem, vltimus Medorum rex, ab Herodoto nominatur Astyages, & pater eius Cyaxares: Diodorus verò libro tertio cap. 9. illum appellat Apandam, hunc Astibaram. Quinimò, cùm reges Medorum enumerant Herodotus & Ctesias Gnidius, eos diuersis appellant nominibus. Quòd autè Balthasar, de quo scribit hoc c. Daniel, sit ille ipse, què supradictis locis Herodotus & Berofus memorarunt, patet tribus minimè dubiis argumentis. Primum enim apud omnes tempora omninò congruunt: quod enim ab omnibus narratur, circa idem tempus, hoc est, circa Olympiadem quinquagesimam quartam euenit. Deinde, conueniunt personæ: omnes namque scribunt de vltimo rege Chaldaeorum, quo victo & Babylon

Lapsus Herodoti in Chronologia.

Idem variis nominibus in Scripturis, & apud profanos auctores sæpè dicitur.

capta est, & imperium Chaldaicum ad Medos & Per-
 fas translatum. Denique conueniunt complures cir-
 cunstantiæ: tradunt enim omnes hunc miserabilem
 casum accidisse Regi Babylonis, cum ipse festum diem
 ageret, faceret ludos, & conuiuia celebraret: eodém-
 que conuiuij die captam esse ab hostibus Babylonem,
 ipsúmque regem interemptum. Cur autem Daniel,
 hanc solam regis huius historiam scripto prodere vo-
 luerit, nanc rationem affert Theodoretus. *Non histo-*
riam, inquit simpliciter, sed prophetiã conscribere voluit Da-
niel, quocirca, non omnia Nabuchodonosor gesta scripsit, sed
quorum dumtaxat utilis futura erat posteris memoria. Quo-
niam igitur maximum in rege Balthasare ostendit Deus mi-
raculum, quódque efficacissimum esset ad ingenerãdum simul
cum pietate Dei timorem, non solum tunc uiuentibus, sed etiam
posteris, non existimauit Daniel æquum esse, tantum Dei be-
neficium, & tam salutare hominibus documentum, atque e-
xemplum silentio occultare, sed opinatus est, se utiliter ac reli-
giose facturum: si ipsum literis prodendo, clarissimum, doctrina
monumentum omnibus relinqueret.

Cur Daniel
 solam hanc
 regis huius hi-
 storiam atti-
 gerit.

*Balthasar rex fecit grande conuiuium optimati-
 bus suis mille, & unusquisque secundum
 suam bibebat etatem.*

Veteres non
 prandium sed
 cœnam age-
 bant.

PRO voce, conuiuium, Græcè est δειπνον, significans
 cœnam, sed idem est: nam veteres non prædium,
 sed cœnam agebant. Illud porro, unusquisque secun-
 dum suam bibebat etatem, duplicem habet sensum. Si-
 gnificat enim, optimates sedisse in conuiuijo, prout
 alij alios etate anteibant, videlicet, seniores in ho-
 noratiore loco: vel significat, vnumquemque con-
 uiuarum bibisse, prout suæ conueniebat etati. Ve-
 rum, & Chaldaica, & Græca, alium sensum videntur
 reddere, quem Hieronymus fateretur cæteros interpre-
 tes expressisse: sic enim habent, *Et coram mille vinum bi-*
bens. Quæ lectio significat regem solum in vna men-
 sa sedisse, sed è regione optimatum, qui in eadem
 aula, aliis tamen mensis sedebant, eosque rex bibens
 ad potum inuitabat. Theodoretus præcisè legit, & *co-*
ram mille vinum: nam participium *bibens*, quod sequi-
 tur

A tur, ille coniūgit cum sequēti oratione, & hęc putat esse illorū verborum sententiam: erat paratū vinū quantum mille conuiuis sufficeret ad largē potandum.

Non potest negari, fuisse magnificū & regale hoc Balthasaris conuiuium, mille conuiuis tam lautē & opiparē apparatus. Non minus tamen fuisse videtur sumptuosum illud conuiuium Ptolemæi regis Egypti, patris Cleopatræ, cuius morte finitum est Egypti regnum. Illum enim in lib. 33. cap. 10. Plinius, auctore Varrone, refert mille conuiuas ex comitate

D magnificētia quorūdam cōiuiuiorum.

B tate & exercitu Pompeij Magni, tunc res gerentis circa Iudæam, totidem aureis potoriis, mutantem vasa cum ferculis, saginasse. Sed hoc Ptolemæi conuiuium, magnificentius fuit illud nuptiale conuiuium Alexandri Magi, ad quod adhibita sunt decem millia conuiuarum, singulis, ab eo patera aurea donatis. Alexandrum tamen superasse videtur Assuerus, maritus Esther, in eo conuiuium, quod per centum & octoginta dies, non tantum optimatibus, sed omni etiam populo ciuitatis Susam, incredibili magnificentia præbuit, vt in exordio eius libri traditum est. Verum, meo iudicio, super omnia conuiua, quæ adhuc legi, splendidissimum, & quodam modo fidem excedēs, fuisse videtur illud Pythij Bithyni, qui platanum auream, vitæque nobilem illam Dario regi donauit. Hic, si vera sunt, quæ traduntur à Plinio, Xerxis copias, hoc est septies centena octoginta octo millia hominum, exceptis epulo, stipendiū insuper quinque mensium, frumentumque pollicitus, vt è quinque liberis, in delectu,

C vnaus saltem senectuti suæ concederetur,

Plin. li. 33. c. 10.

D Sed vix nonnullis verisimile posset videri, regem illum Balthasarem, vsque adeo fuisse vecordem, & periculi sui incogitantem, vt quo tempore grauissima obsidione ab hostibus premebatur, eo tempore, quasi omnino securus, & otiosus, dies festos, ludos & conuiua cum suis dissolutissime agitaret. Verum nullo modo de veritate huius historię dubitandum est, non solum propter Danielis auctoritatem, sed quia in hoc etiam consentiunt externi scriptores, Etenim, libro 1. Herodotus, & Xenophon lib. 7 de Cyri institutione, tradunt eum diem, quo à Cyro capta est Babylon,

Balthasar in summo obsidionis periculo, quasi securus, conuiua celebrabat.

egisse Babylonios festum diem publicis ludis, sal-
tationibus, & conuiujs, totamque eam noctem ma-
ximo luxu & intemperantia transegisse. Quin prop-
terea, inquit Xenophon, electum fuisse à Cyro eum
diem ad inuadendam urbem, quòd intellexisset, diem
illum maximè festum esse Babylonjs, eosque prop-
ter conuiuia, quæ publicè, priuatimque, dièque ac no-
cte agebant, somno fatigatos, meròque oppressos, fo-
re incautos, & ad defensionem urbis imparatos, &
inualidos. Isaias quoque, ducentos ante annos, vari-
cinatus fuerat, Babylonem captum, & euersum iri, B
dum principes eius conuiujs indulgerent: Sic enim
capite 21. scriptum est, *Emarcuit cor meum, tenebrae stupe-
fecerunt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi in mira-
culum. Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bi-
bentes, surgite principes, arripite clypeum, &c.* Ceterù, inue-
stigatione dignum est, quæ res hunc Balthasarem ab

Isaias prædi-
xit Baby'ons,
dum conuiujs
indulget, capi-
piendam.
Balthasar cur
in'obedione
salutis suæ ne-
gligens fuerit.

hostibus circumfessum, adedò sui periculi & salutis
negligentem, & improuidum fecerint. Equidem,
quinque vel sex causæ probabili coniectura excogi-
tari possunt, quibus rex ille adduci potuit, ut con-
uiuia, quasi securus celebraret. Primam causam fin-
gunt Hebræi, quam diuus Hieronymus his verbis cõ-
memorat. *Tradunt Hebræi huiusmodi fabulam, quòd vs-
que ad septuagesimum annum, quo Hieremias captiuitatem*
Zach. 1. Iudeorum dixerat esse soluendam, de quo & Zacharias in
*principio voluminis sui loquitur, irritam putans Dei pollicita-
tionem Balthasar, falsumque promissum, versus in gaudium,*
*fecerit grande conuiuium, insultans quodam modo spei Iudeo-
rum, & vasis templi Dei, sed statim ultio consequuta est. Ex*
*quo apparet, audisse Balthasarem, sparsum esse rumo-
rem inter Hebræos, iam finem suæ captiuitatis ap-
propinquare, id quod confirmare videbatur præfens*
*Babylonis obsidio: ut igitur Balthasar insultaret Iu-
dæis, vanam eorum spem subfrahans, instituisse eum*
splendidum, & publicum conuiuium, & introductis
vasis Dei Iudeorum, simul cum Dijs Babyloniorum,
*horum potentiam prædicasse, qui imperium Chal-
dæorum ad tantam gloriam, & amplitudinem eue-
xissent: contra verò Dei Iudeorum, cū probris & contu-
me*

Iudeorum
fabula.

A tumeliis, illuxisse, imbecillitatem, qui sui cultores, nec tueri, ne seruituti Chaldæorum subiicerentur, nec tamdiu Chaldæis subiectos, ex eorum manibus eripere potuissent. Sic Hebræi nugantur. Verum bene habet, quod hanc Hieronymus vocat fabulam, nempe, ut alia eorum plurima, sic etiam hoc commentum simile videtur. Altera causa, quod dies ille esset Belo sacer, & festus, & qui anniuersaria celebritate, publicis ludis, spectaculis, & conuiujs ageretur à Babylo-
B niis. Erat autem Belus, princeps Deorum omnium, quos venerabantur Babylonij. Tertia causa, fortasse dies celebrabatur natalis illius regis, vel quo ad regnū electus, seu regali corona insignitus fuerat. Quarta causa, fortasse pro urbis conseruatione, ac defensione, indicta erat generalis supplicatio & publicum epulum, quod solenne erat Gentilibus, cum in similibus angustiis & periculis versarentur, Quinta causa, quid si putemus, vsos esse hostes eo stratagemate ad capiendam urbem, ut cum viderent Babylonem, obsidione, vel nunquam, vel tardissimè cogi posse ad deditiōem, **C** laxasse obsidionem, discessumque dissimulasse, ut hoc credentes Babylonios, ob idque in defensionem urbis remissos, ac negligentes, postea facilius opprimerent. Rex igitur Babylonis stolidè credens, agi verè, quod simulatè agebatur, totus in lætitiā, & conuiuia effusus est. Sexta causa, nec illud fide caret, consultò id fecisse regem babylonis, ut ostenderet se nihil timere hostium obsidionem, urbemque ducere inexpugnabilem, id quod ad frangendos hostium animos, suorum verò confirmandos, plurimum valere poterat. Et **D** verò, tres èb causas sperare poterant Babylonij, urbem suā fore inexpugnabilem. Primò, quia urbs erat munitissima, cum propter alia eius munimenta, & propugnacula, tum propter amplissimum, & altissimum fluium Euphratē, qui ciuitatem interfluebat. Deinde propter eius urbis propugnatores, qui, & plurimi, & robustissimi, omni que armorum genere instructissimi erant. Denique propter abundantiam comæatuum, rerumque omnium, quæ ad tolerandā in multos annos obsidionē opus erant. Nam ut tradunt Herodotus, & Xenophon, præsentientes Babylonij, futuram urbis obsidionem

Belus Babyloniorum Deus præcipuus

Babylon, citè inexpugnabilis iudicabatur.

dionem, comætu in xx. annos eam præmunierant. A

CIRCA illa verba, *Præcepit rex temulentus, vel ut est Græcè, in gustu vini, ut afferrentur vasa Templi Dei, ita scribit Theodoretus. His verbis docet nos Daniel, non solum impietatis exuperantiam, sed etiam damnum ab inemperantia vini profectum. Bibens enim rex, dixit in gustu vini. Obruit enim rationem ebrietas, & incontinentia peperit insaniam, & dicata Deo vasa, quæ Nabuchodonosor in honore habuerat, & ab humanis vsibus separauerat, ea Balthasar, ut communia, & profana, impure tractare ausus est. Exemplo huius B*

De vitio ebri-
tatis.

a Genes. 9.

b Genes. 19.

c 2. Reg. 13.

d Iudith. 12.

e 1. Mac. 16.

f 3. Reg. 20.

perquam illustria, ut a Noë, b Lorth, c Amnon, d Holo-
phernis, e Simonis Machabæi, f & Benadab regis Sy-
ria: qui maximum habens exercitum, & triginta alios
reges secum, bibens tamen, & temulentus, cum toto
exercitu à paucissimis victus, & profligatus est. Lege
Ecclesiast. capite 10. & Ecclesiasticum, capite 19. uec-

non, & quandam Senecæ epistolam, quæ in volumine
epistolarum eius lxxxiv. numeratur. Pythagoras dixit, C
ebrietatem breuem esse insaniam. Anacharis primum
poculum vini, dixit esse sanitatis, alterum voluptionis,
tertium contumeliæ, quartum furoris, & insanix. Cuius
dictum sapiens, Alexandri Magni temulentia compro-
bauit: qui non plures in bello hostes armatus, quam
in conuiuio amicos temulentus occidisse dicitur. Il-
lud præterea magno documento esse potest, quod hic
traditur, Balthasarem, cum in summum vitæ regni que
perdendi adductus esset discrimen, nihilominus tam-

en, quasi omnis periculi vacuum, conuiuuiis, & vo-
luptatibus indulgentem, miserimo exitu, vitam si-
mul, & imperium amisisse. Huius regis similes videre
est multos flagitiosissimè viuentes: qui cum in pote-
state Diaboli sint, nec longius ab inferno absint, quam
quanta est vita hæc, quæ in terris agitur, nimirum bre-
uissima, & in hac ipsa breuitate, incertissima, perinde
tamen soluto, & tranquillo animo viuunt, atque si ex-
tra omne periculum, in maxima pace, & securitate
versarentur. Sic, cæteris omnibus, qui in nauis erant,
trepidantibus, & imminentis naufragij mortisque me-
tu exanimatis, solus Ionas, cuius tamen vnus casti-
gandi

In eos, qui sti-
mis in pecca-
tis magna tri-
quillitate ani-
mi, ac securi-
tate viuunt.

Ion. 1.

Agandi causa tempeſtas illa à Deo concitata fuerat, orioſe in vitramque aurem dormiebat. Sic filij Iob conuiuantes, ſubita domus, in qua conuiuabantur, ruiſa perempti, ſepulti que ſunt. Sic Iſoſeth, vt eſt in 2. Reg. capite quarto, in cœclau dormiens, ſuper lectum ſuum à latronibus occiſus, ſomnum cum morte continuauit. Denique, cuidam copioſo, & prædiuiti, multorumque ſibi annorū felicitàtem pollicenti, dictum eſt, Luc. 12. *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: que autem paraſſi cuius erunt?* Rectè igitur ſcriptum eſt in lib. Iob. c. 20. *Laus impiorum breuis eſt, & gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Si aſcenderit vsque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinum in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, Vbi eſt? Velut ſomnium auolans non inuenitur: tranſiet ſicut viſio nocturna.*

Iob. I.

Bibebant vinum, & laudabant Deos ſuos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos.

CHÆc verba explanans D. Hieronymus, ita ſcribit: *Quanta fuit ſtultitia, in vaſis aureis bibentes, ligneos, & lapideos Deos laudare. Laudant autem Deos ſuos, inſultantes Deo Iudeorum, quod illis victoriam tribuentibus bibebant in vaſis eius. Fuiffe autem morem antiquis, vt in conuiujs ante oculos haberent Deos, quos maximè venerabantur, ſub ſpecie, & forma humana, prodidit Athenæus lib. 8. Dipnoſophiſtarū, c. 13. ait enim, morem fuiſſe veteribus, priuſquam conuiuia inirēt, Dijs ſuis ſacrificandi, eoſque ſecum adducendi in conuiuium, videlicet, Deo præſentium Deorum reſpectus, & reuerentia, modestiores, ac temperantiores faceret eos in conuiuium.*

Babyloniorū
ſtultitia.Athenæus
quid in conuiuijs
obſeruatū
referat.

CAETERVM de illis Dijs aureis, argenteis, ferreis, ligneis, & lapideis, quos Babylonij colebant, non alienum fuerit hoc loco referre, quod apud Baruch. c. 6. in epiſt. Hieremiæ ſcripta ad Iudæos, qui Babylonem captiui ducebantur, hunc in modum traditur. *Videbitis in Babylone Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, oſtentantes metum gentibus. Viſa itaque turba de retro, & ab ante adorantes, dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorare, Domine. Coronas aureas habent illi*

Sententia Baruch,
de Dijs
Babyloniorū
ex cap. 6.

Dij ſuper

Diu super capita sua operiuntur veste purpurea: quorum fa-
 ciam Sacerdotes extergunt propter pulcrem domus, qui est plu-
 rimum inter eos. Sceptrum habent ut homo, sicut iudex regionis,
 qui in se peccant non interficit. Habent etiam in manu gla-
 dium, & securim, se autem de bello, & latromibus non liberant.
 Oculi eorum pleni sunt pulvere, à pedibus introeuntium domum,
 in qua sunt. Tutantur Sacerdotes ostia clausuris, & seris, ne à
 latromibus expolientur. Lucernas accendunt illis, & quidem
 multas, ex quibus nullam videre possunt: sunt autem sicut tra-
 bes in domo. Corda eorum dicuntur elingere serpentes, qui de
 terra sunt, dum comedunt eos, & vestimentum ipsorum, & non
 sentiunt. Nigra sunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. Su-
 pra corpus eorum, & supra caput eorum, volant noctua, & li-
 ruudines. Hostias illorum vendunt Sacerdotes, de sacrificijs
 eorum fiet, & menstruata contingunt. Sedent in domibus eorum
 Sacerdotes habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam,
 quorum capita nuda sunt. Rugiunt clamantes contra Deos
 suos sicut in cæna mortui. Vestimenta eorum auferunt Sacerdo-
 tes, & vestiunt uxores suas, & filios suos. Cum audierint Chal-
 dai mutum aliquem non posse loqui, offerunt illum ad Bel. po-
 stulantes ab eo loqui, quasi possint sentire, qui non habent mo-
 tum, & sensum. Hæc propterea commemorare volui,
 ut liqueret, quales Deos, quove ritu, & superstitione
 Babylonij colerent. Sed quod prædictis verbis, eodem
 loci mox subiicitur; nequaquam est prætereundum:
 sequitur enim: Mulieres autem circumdate funibus, sedent
 in vijs succedentes ossa oliuarum. Cum autem aliqua ex illis
 attrahat ab aliquo transeunte, dormierit cum eo, proxime expro-
 brat, quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius
 disruptus sit. Hanc subobscenam quidem, perobscuram
 tamen historiam, valde illustrat, quod in eandem sen-
 tentiam de mulieribus Babylonicis tradit Herodo-
 tus: sic enim in primo libro scriptum reliquit. *Præ*
Babylonijs lex est, omnibus modis execranda: omnibus mulieri-
bus indigenis commune est, semel in vita ad Veneris templum
desidentibus, cum externis viris consuetudinem habere. Ceterum
cum pleræque suis diuitijs tumetes, quæ sui copiam facere recu-
sant, hæc vehiculis cameratis subuectæ, pro templo consistunt, re-
lictæ interim à tergo, magna famulitij turba. Pleræque etiã ad
templum Veneris sedent, corollisque tempora reninctæ, è quibus
aliæ seorsum abeunt, aliæ regridiuntur. Nam diuerticula, vnde
cum quo

Locus Baruch
 in c. 6 perob-
 scurus illustra-
 tur.

Herodotus de
 Babylonijs
 sedis mori-
 bus quid scri-
 pserit.

A cumque sic funiculis distincta aditum præbent externis, ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Porro, cum semel illic confederint, non prius domum regrediuntur, quam hospitium aliquis pecuniam mulieri in sinum comecerit, & cum ea seorsim a fano rem habuerit. Pecuniam autem illam fas non est recipere: siquidem in sacrum confertur usum, neque mulieri licet hospitium aliquem repudiare, sed quicumque pecuniam primus obiecerit, hunc illa sequi debet extra delectum. Congressu autem peracto quasi Dea expiata, domum reuertuntur. Sicut **B** autem formosiores citius expediuntur, ita deformiores uno aut altera anno, ac triennio, quinetiam diutius coguntur miserè pro templo desiderare. Sic Hierodotus. Ex cuius verbis locus ille ex epistola Hieremiæ planior efficitur, & intellectu facilior.

DI V V S Hieronymus, impietatem, & stultitiam Babyloniorum, laudantium Deos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos secundum allegoricum sensum sic interpretatur. Iuxta tropologiam, hoc dicendum est, quod omnes heretici, & doctrina contraria veritati, qui assumunt verba Prophetarum, & testimonijs diuine Scripturæ abutuntur ad sensum suum: & dant bibere ys, quos decipiunt, & cum quibus fornicantur, tollunt vasa templi Dei, & inebriantur in eis, nec laudant Deum, cuius vasa sunt: sed Deos aureos, argenteos, æreos, ferreos, ligneos, & lapideos. Aurei mihi videntur hi, qui seculari ratione compositi sunt. Argentei, qui habent eloquij venustatem, & rhetorica arte constructi sunt. Qui autem inserunt fabulas Poëtarum, & vetustis utuntur traditionibus, habentes inter se multam, vel elegantia vel stultitia differentiam, isti vocantur ærei, & ferrei. Qui penitus inepta proponunt, lignei appellantur, & lapidei. Quos omnes in duas partes Deuteronomium diuidit, scribens: Maledictus, qui facit sculptile, & consiliale, opus manuum artificis, & ponit illud in abscondito. Abscondunt enim omnes heretici, & operiunt mendaciorum suorum dogmata, vt sagittent in obscuro rectos corde.

Sic Hieronymus.

Regina

Heretici idololatri comparantur.

Deut. 27.

Psal. 10.

Regina autem ingressa domum conuiuij ait: Est vir A
in regno tuo spirituum Deorum sanctorum
habens in se: quem rex Nabuchodo-
nosor pater tuus principem ma-
gorum, incantatorum, Chal-
deorum, & aruspicum
constituit.

Que fuerit re-
gina Baltha-
ris ingressa co-
uiuium, sente-
tia Hierony-
mi & Theo-
doreti.

DI V V S Hieronymus supradicta verba exponens, B
sic ait: Hanc reginam Iosephus auam Balthasaris, Ori-
genes, matrem scribunt: Vnde & nouit preterita, que rex igno-
rabat. Enigilet ergo Porphyrius, qui eam Balthasaris somniat
uxorem, & illud ita plus fere quam maritum. Theodore-
tus Origene in secutus, putat eam reginam fuisse ma-
trem Balthasaris: ira enim scribit: Videtur mihi hac regi-
na, mater fuisse ipsius Balthasaris. Uxores enim cum pellicibus,
conuiuij participes erant: nam, ut inquit in hoc loco Scriptura,
bibebant in illis uasis aureis, rex & optimates, uxores, & concu-
binae illius, que scilicet, non legitimo connubio, sed lasciuie
causa cum illo conuenerant. Ipsa autem regina post perturba-
tionem illam Balthasaris, ingressa est. Et verisimile erat, eam ut
senio consecuta, neque ebrietati, neque lascibus, aut saltationibus,
cum alijs tunc indulgisse. Verba autem illa, quibus Balthasare
affatur, Rex in eternum uiue, continent formulam salutationis
& presationis, qua olim subiecti regibus, eos salutabant, & ad
hoc usque tempus hic mos inualuit: quida enim imperiti, reges
illos, qui nunc sunt, eternos vocare consueuerunt: in syngraphis
quoque commerciorum, sic quidam adscribunt: stultitia magis,
quam impietatis dammandi. Hæc Theodoretus.

An Nabucho-
donosor fue-
rit Pater, an
Auis, an Pro-
auus, nuius re-
gie Baltha-
ris.
Prima sententia
Iosephi, & D.
Hieronymi
Ioseph. lib. 10.
antiq. cap. 11.
Hier. 51.

SE D quod ragina, Nabuchodonosor appellauit D
patrem Balthasaris, quod etiam paulò infra confir-
mat Daniel, id valde dubium, & explicatu perquam
obscurum est: quamobrem multas, & admodum di-
uersas inter se scriptorum sententias peperit, quas in
præsentia breuiter memorabimus, & expendemus.
Diuus Hieronymus explanando hunc locum, non
ignorans propositæ difficultatis obscuritatem, variasque
Doctorem sententias, ita scripsit: Sciendum est, hunc
Balthasarem, non fuisse filium Nabuchodonosor, ut vulgò le-
gentes arbitrantur sed iuxta Berosum, qui Chaldeam scripsit
historiam

A historiam, & Iosephum, qui sequitur Berosum, post Nabuchodonosor, qui regnavit annis quadraginta tribus, successit in regnum filius eius Euilmerodach, cuius in fixe sue prophetie meminit Hieremias. Refert idem Iosephus, quod post mortem Euilmerodach, in regnum successit filius eius Niglifar, post quem regnavit filius eius Labosardach, quo mortuo, regnum tenuit filius eius Balthasar, de quo nunc agitur. Quod autem Nabuchodonosor, qui proavus fuit Balthasaris, hoc loco vocetur eius pater, non facit errorem scientibus sancte scripturæ consuetudinem, qua omnes proavi, omnesque maiores, appellantur patres.

B Sic Hieronymus. Quæ fuit etiam Bedæ in libro de sex ætatibus mundi, sententia, Sed contra hanc Iosephi & Hieronymi opinionem facit, quod scriptum est apud Hieremiam ca. 27. Siquidem eo loco pollicetur Deus, daturum se amplissimum imperium regi Nabuchodonosor, & post ipsum, filio eius, & filio filij: post quem, euerfunt iri Chaldaicum imperium. Ex quo loco, liquido intelligitur, duos tantummodo reges post Nabuchodonosor, ex posteris ipsius, tenuisse imperium, hoc est, filium, & nepotem ipsius. Cùm autem sub hoc Balthasare destructum sit imperium Chaldaicum, & ipse fuerit ultimus rex Chaldæorum, necesse est confiteri Balthasarem non abnepotem vel pronepotem, ut isti censent, sed fuisse tantum nepotem regis Nabuchodonosor: Alioquin non duo tantum post Nabuchodonosor, ut Hieremias disertis verbis prædixit cap. 27. sed quatuor posteris ipsius Nabuchodonosor regnassent: quod si verum esset, non tam restrictè dixisset Deus, daturum esse Nabuchodonosor regnum, & post ipsum filio eius, & filio filij, cum re vera pluribus daturus esset: sed potius dixisset, se daturum ipsi regnū & posteris eius, usque ad quartam generationem: quemadmodum promississe Deum, regi Israël Hieu, propter vindictam, qua de mandato Dei, ultus fuerat domum Achab, legimus in lib. 4. Reg. cap. 10. Altera sententia fuit Alexandri Polyhistoris, Alphæi, & Megasthenis, quos memorant Iosephus priori libro contra Appionem, & Eusebius lib. 9. de præparatione Evangelica, ca. 4. Isti prodiderunt, post Nabuchodonosor regnasse alios quatuor: primo loco filiū eius Euilmerodach, sed hunc sororis eius matris Niglifar occidit, & secundo

Refellitur sententia Ioseph.

C

D

Secunda sententia Alexandri, Alphæi, & Megasthenis.

cundo loco regnavit : post quem , filius eius Labofar-
dach tertio loco regnum tenuit : quo tamen propter
scelera inuiso , & exolo , ob idque à Chaldæis occiso,
suffragio principum assumptus est ad regnum vnus de
interfectoꝝ , è Babylone , & ex eadem gente , cui no-
men erat Nabonidus , quo postmodum à Cyro deuicto ,
finem habuit regnum Chaldæorum , Medis Persisque
subiectum. Hæc illi . Secundum quos , videtur Baltha-
sar , nec filius , neque nepos , aut pronepos fuisse regis
Nabuchodonosor. Atqui Daniel hoc loco appellat Bal-
thasarem , filium regis Nabuchodonosor. B

Tertia senten-
tia historię
scholasticę.

AUCTOR historię scholasticę enarrans historias
Danielis , cap. 5. ait duos fuisse reges Chaldæorum , no-
minatos Nabuchodonosor : & vnus quidem (inquit)
fuit magnus Nabuchodonosor , qui captiuos duxit
Babylonem Iudæos , & is duos reliquit filios , maiorem
natu , nomine patris appellatum etiam Nabuchodo-
nosor , qui patri in regnum proximè successit , & cuius
egregia facta à Megasthene , Beroso , Diocle , & aliis
veteribus auctoribus celebrata sunt. Alterum verò fi-
lium reliquit minorem natu , dictum Euilmerodach ,
qui fratri succedens , secundo loco post magnum Na-
buchodonosor , Chaldaicum rexit imperium. Hic au-
tem tres habuit filios , hoc ordine imperio succeden-
tes : primum Niglifar : secundum Labofardach : ter-
tium Nabonidum , siue Balthasarem : putat igitur hic
auctor , Balthasarem nepotem fuisse magni Nabucho-
donosor , sed quinto loco tamen post illum regnasse.
Verum hæc opinio quatuor de causis minimè pro-
banda est. Primò enim , duos facit reges Chaldæorum ,
appellatos Nabuchodonosor , patrem & filium : cum &
facta , & profana historia , vnum duntaxat Nabuchodo-
nosor regem Chaldæorum agnoscat & commemorer:
nec inter filios magni Nabuchodonosor , vllus vel in
sacris , vel in externis historiis , eo nomine appelletur.
Deinde ; quia præclara facinora , quæ à veteribus scri-
ptoribus prædicantur , non magni Nabuchodonosor ,
qui Iudaicum euertit imperium , sed filij eius fuisse ar-
bitratur , cum veteres rerum Chaldaicarum scriptores ,
quos paulò suprà nominauimus , omnino contra sen-
tiant , sicut videre licet apud Iosephum lib. 10. antiqui-
tatum D

- A** ratum, & priori libro contra Appionem, nec non apud Eusebium libr. nono de præparatione euangelica. Ad hoc, faciens Euilmerodach non proximè post magnum Nabuchodonosor, sed secundo loco regnare, contradicit omnibus, tam ecclesiasticis, quàm externis scriptoribus, qui Euilmerodach, proximum magni Nabuchodonosor in regno successorem faciunt. Contradicit etiam diuinæ Scripturæ: quippe in 4. libro Regum capit. 2. & apud Hieremiam capit. 52. in trigesimo septimo anno transmigrationis Ioachim seu Iechoniæ, inducitur iam rex Babylonis Euilmerodach: eo autem ipso anno, vel proximè ante, mortuum fuisse magnum Nabuchodonosor, ex sacris literis concludi potest, siquidem transmigratio Ioachim, facta est octauo anno regni Nabuchodonosor, ut traditur in 4. libr. Reg. cap. 24. Præterea, regnasse Nabuchodonosor tres & quadraginta plenos, atque integros annos, in confesso est apud omnes. Quocirca finis regni Nabuchodonosor, vel attingit, vel propè attingit 37. annū transmigrationis Ioachim, in quo tamè iam regnasse Euilmerodach, testatur sacra historia. Postremo, hic Scholasticus historicus, in eo cunctis auctoribus aduersatur, quod Niglifar & Labosardach, filios esse ait Euilmerodach, & fratres Balthasaris, cum vel neutrum ille cognatione contigerit, vel certè secūdum alios, Niglifar auus, Labosardach verò pater fuit Balthasaris.

QUARTA opinio, imprimis nobilium fuit auctorum, Eusebij in chronicis, Seueri Sulpitij in libro 2. sacre historię, Theodoreti quoque super quintum caput Danielis, hi putarunt duos fuisse filios regis Nabuchodonosor, Euilmerodach maiorem natu, qui secundum patrem regnavit, & Balthasarem minorem natu, qui post fratrem regnum administravit. Miror autem Hieronymum, hanc, quæ est opinio grauissimorum auctorum, eam dicere hoc loco, vulgi esse sententiam. Sed profectò eam opinionem manifestè peruenit esse falsam, illud Hieremiæ testimonium, quod supra 47. capite libri Hieremiæ productum, expendimus. Eo namque loco promittit Deus, se daturum regnum Nabuchodonosor, & post ipsum filio eius, &

Quarta sententia Eusebij, Sulpitij, Theodoreti.

filio filij. Sed hic Balthasar ultimus fuit Chaldaorum rex, qui & vitam, & regnum Chaldaicum perdidit: non igitur is fuit regis Nabuchodonosor filius, sed eum nepotem fuisse ipsius necesse est. Quintam sententiam inuexit Nicolaus de Lyra, qui super secundum caput Danielis, in eo, quod Balthasarem facit nepotem Nabuchodonosor, rectè quidem sentit, sed in eo fallitur, quod censet duos tantum regnasse post Nabuchodonosor, Euilmerodach dico, & Balthasarem. Quos autem, citari à Iosepho & Eusebio auctores tradunt, inter hos duos regnasse, videlicet Nighisar, & Labosardach, eos Nicolaus affirmat, eosdem cum illis fuisse, diuerso tamen appellatos nomine, siquidem Euilmerodach binomius erat; appellabatur enim etiam Nighisar: similiter quoque binomius erat Balthasar, nam præter hoc nomē appellabatur etiam Labosardach. Verum non satis queo admirari, quemadmodum hoc fingere, & affirmare ausus sit Nicolaus, cum Berofus, Alexander Polyhistor, Megasthenes, Alphæus, Nighisar & Labosardach diuersos fuisse reges, & diuerso tempore regnasse, quàm Euilmerodach & Balthasarē, apertissimis verbis confirmet.

Quinta sententia Nicolai de Lyra.

Sexta, & ipsius auctoris, sententia.

AD ICIAM prædictis opinionibus sextam præterea sententiam, quam ego cæteris probabiliorem iudico, Balthasarem censeo equidem non filium, sed nepotem fuisse regis Nabuchodonosor; nec post ipsum tamen secundo, sed quarto loco regnasse. Dicam breuiter, quibus in eam sententiam ducar argumentis. Mouit me maximè illud Hieremiæ testimonium, supra non semel à me tractatum, & ad confutandas superiores opinioniones adhibitum, Deus enim apud Hieremiam cap. 27. pollicetur, daturum se regnum regi Nabuchodonosor, & post ipsum, filio eius, & filio filij. Ex quo palam est, de posteris Nabuchodonosor, non plures duobus, id est, filio & nepote, post ipsum regnasse. Et quia Balthasar ultimus fuit posterorum Nabuchodonosor, qui regnarunt Babylone, siquidem eo regnante Babylonicum imperium, à Medis & Persis euersum est: propterea Balthasarem, non filium, sed nepotem fuisse Nabuchodonosor, sentire necesse est. Si qui autem alij, inter filium & nepotem Nabuchodonosor,

A regno Chaldaico præfuerunt, sicut multi tradunt fuisse Niglisar, & Labofardach, eos non fuisse de posteris Nabuchodonosor, existimare conuenit. Vt autem censeam Balthasarem, non secundo loco post Nabuchodonosor, sed quarto loco regnasse, duobus aliis in regno ipsum prægressis, facit auctoritas plurimorum, & grauissimorum scriptorum, Berosi, Alexandri, Megasthenis, Alphæi, Iosephi, Eusebij, Hieronymi, & Bedæ: qui inter Euilmerodach & Balthasarem, duos alios, Niglisar & Labofardach, reges Chaldeorum intercessisse tradunt. Hoc ipsum nos sentire ac dicere cogit diuina Scriptura: quippe quæ apud Hieremiam c. 25. & 29. & extremis verbis posterioris libri Paralipomenon docet, à captiuitate Iudæorum à Chaldæis facta, vsque ad eorum liberationem, & Chaldaici regni euersionem, præterisse septuaginta annos: Incidit autem captiuitas Iudæorum in annum decimum nonum regni Nabuchodonosor, sicut lib. 4. regum, c. 15. scriptum est. Quoniam autem Nabuchodonosor annos tres & quadraginta vixit in imperio, sit. vt post captiuitatem, viginti quinque annis regnum tenuerit. Reliqui sunt igitur ad complendam septuaginta annorum Iudaicæ captiuitatis summam, post mortem Nabuchodonosor anni quinque & quadraginta. Hos annos ex regno Euilmerodach & Baltharis, colligere non possumus. Etenim Balthasar, concessu omnium, regnauit annis decem & septem: Euilmerodach, secundum Alexandrum, Megasthenem, & Alphæum, duos tantum annos regnauit. At verò secundum Sueterum Sulpitium in lib. 2. sacre historię, regnauit annis duodecim. Verum nos sequamur Iosephum, qui longissimè omnium, huic regi prorogauit imperium, annos ipsi decem & octo assignans: qui anni simul cum illis decem Baltharis, non plures triginta quinque conficiunt. Desiderantur igitur præterea decem anni, ad numerum illum septuaginta annorum explendum. Ergo necesse est confiteri, præter Euilmerodach & Balthasarem, aliquos alios post Nabuchodonosor, & ante Balthasarem, regnū Babylonicum administrasse. Cur autem Balthasar, qui nepos fuit Nabuchodonosor, non statim secundo loco post ipsum re-

Probat ut autem
toris sententia
ex Scripturis
& antiquis
auctoribus.

Cur Balthasar
Patri Euilmerodach non
statim successerit
Auctoris
coniectura.

gnauerit, sed alij, qui non erant de posteris Nabuchodonosor, ipsum Balthasarem in regno præcesserint, nec sacra scriptura vsquam tradit, nec ab vilo scriptorum, quod ego sciam, proditum est. Verum, si licet coniectura quasi diuinare, existimari posset cum Euilmerodach pater Baltharis, à marito sororis Niglifar occisus, est, vt tradunt auctores, quos priori libro contra Appionem citat Iosephus, fuisse tunc Balthasarem admodum paruulum, & ab eius cognatis, patrisque amicis fuisse neci, ad quam filij Euilmerodach quaerebantur, subductum, & ad tuta loca deductum, ibique commoratum, quoad patris hostes regnauerunt, quibus ob scelera inuisis & exosis, ob idque à principibus Chaldæorum interfectis, Balthasar principum suffragio in paternum regnum est restitutus.

Obiectio ex
loco Baruch
capit. 2.

RESTAT vnus etiãnum scrupulus, qui, ne malè habeat lectorem, hoc loco à nobis eximendus est. Scriptura in libro Baruch capite primo, facere videtur Balthasarem primum filiorum regis Nabuchodonosor, & proximum eius in regno successorem. Etenim narrat eo loco, Ieconiam & Iudæos, qui erant Babylone, scripsisse ad Iudæos, qui erant Hierosolymis, vt orarent Deum pro vita regis Nabuchodonosor, & filij eius Baltharis. Quibus verbis, nec dubiè, nec obscurè significarunt Balthasarem fuisse maximum natu filiorum Nabuchodonosor, proximumque regni hæredem:

Soluitur hæc
obiectio.

alioqui non dixissent, vt orarent pro Balthasare, sed pro eo, qui primus erat filiorum Nabuchodonosor, primusque post ipsum futurus in regno successor. Verum non erit difficile, hunc etiam lectori scrupulum excutere. Dicamus igitur, illum Balthasarem, cuius meminit Baruch, fuisse alium, quàm hic fuit, de quo nunc agimus, & cuius in hoc quinto capite, tristissimus ac miserimus vitæ pariter & regni exitus à Daniele describitur. Hoc autem ita esse, ex ipsa Scriptura licet ad hunc modum argumentari: in 4. lib. regum capite 25. & apud Hieremiam capite 51. Ab externis præterea scriptoribus, quos memorant Iosephus, & Eusebius, traditur, post Nabuchodonosor, proximè in regnum successisse Euilmerodach. Constat deinde, hunc, de quo nunc agimus, Balthasarem, vltimum fuisse regem

A gem Chaldaeorum, vt in historia huius quinti capitis docet Daniel. Liquet item ex capite 27. Hieremias, post Nabuchodonosor regnasse apud Chaldaeos filium eius, & filium filij, quibus omnibus conficitur, hunc Balthasarem alium fuisse ab eo, quem posuit Baruch, & quem significat primum fuisse filiorum Nabuchodonosor, proximumque in imperio successorem. Quis autem fuerit ille Balthasar, quem memorat Baruch, mihi quidem non liquet: mea tamen coniectura est, illum fuisse vel eundem, qui alio nomine dictus est

B Euilmerodach, vt fuerit ille binomius, & regnante patre Nabuchodonosor, appellatus sit Balthasar, post patris autem mortem suscepto imperio, nominatus fuerit Euilmerodach: vel illum quidem fuisse primum filiorum Nabuchodonosor, ad quem si vixisset, post mortem patris deuenisset imperium, sed quia mortuus est viuente patre, ideo mortuo Nabuchodonosor, proxime successit in regnum Euilmerodach, licet fuisset secundus inter filios Nabuchodonosor.

Quis fuerit
Balthasar, cuius
Baruch
meminit.

C In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis, contra candelabrum, in superficie parietis aulae regiae. Ingressi autem omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem indicare regi. Haec autem erat Scriptura: Mane, Thecel, Phares, & haec est interpretatio sermonis. Mane, numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud: Thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens: Phares, diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.

D E manu illa, quae visa est regi scribere in pariete, & de Scriptura eius: non nihil hoc loco dicendum est. Illud autem quod hic dicitur, in eadem hora apparuerunt digiti, magnam habet emphasisim: significat enim, quo tempore rex ille vino aestuans, planeque temulentus, impure ac lasciuè tractabat sacra vasa insultans ludæis, & in eorum Deum superba, & contumeliosa verba iactans, eo ipso tempore, horrificum il-

Tremendum
vindictae diuinae
exemplum.

lud visum regis oculis esse obiectum: scilicet vt rex, A
tamen si vecors & insanus, non posset tamen non in-
telligere, tristissimum illud portentum ad se pertine-
re, & insignem aliquam sibi calamitatem portedere. Nā
ideo etiam Scriptura illa exarata est in pariete, qui erat
è regione regis, & candelabri lucentis in regis aula, vt
ante oculos regis posita, non posset ab eo non cerni:

An illam ma-
num solus rex
viderit, & an
manus illa
fuerit verum
corpus sensibi-
le, an quid tā-
tum imagina-
rium.

Refellitur
Lyranus.

S E D quia hoc loco dicitur rex vidisse illam ma-
num, an verò ceteri, qui eodem loci aderant eam vi-
derint, non exprimitur: propterea putat Lyranus soli
regi visam esse manum, ceteris autem minimè. Ex quo B
ipse concludit, manum illam non fuisse rem aliquam,
& corpus solidum, quod extra sensus & imaginatio-
nem regis existeret, sed fuisse quandam similitudinem
manus formatam diuinitus, & insidentem in sensu &
phantasia regis, propter quam videbatur ille sibi vi-
dere manum in pariete scribentem: quemadmodum
phrenetici multa sibi videre videntur, extra ipsos es-
se, quæ reuera non sunt. Nam si manus illa fuisset cor-
pus aliquod solidum, quod extra sensus reuera existe-
ret, æquè fuisset aspectabilis, & conspicua omnibus, qui
inibi aderant, nec à solo rege, sed pariter ab omnibus C
esset visa. Ita sentit Lyranus. Cui ego minimè assen-
tior. Scriptura enim simpliciter dicit, aparuisse quasi
manum hominis: & eam fuisse corpus aliquod solidum
sensibile, similitudinem humanæ manus referens, om-
nes tradunt interpretes. Nec quia solus rex nomina-
tur, qui manum viderit, propterea negatur ceteros vi-
disse: satis enim fuit scripturæ, memorare regem vi-
disse, cuius vnus causa illud portentum fiebat. Nec, si
ceteri manum non vidissent, ex eo tamen concludi
posset, eam manū non fuisse corpus aliquod extra sen-
sus existens: huiusmodi enim visiones, diuinitus & per
miraculum factæ, pro Dei voluntate, his aut illis mani-
festæ fiunt, vel occultæ: solis enim patefcunt, quorū
causa fiunt, ceteros autem, etiam ante quorum oculos
fiunt, perstrictis eorum sensibus, latent. Multi namque
spiritus, tam boni, quàm mali, assumptis corporibus,
sic apparuerunt hominibus, vt quibusdam se manifesta-
rent, aliis autem ibidem manentibus, minimè. Aderat
maximus & validissimus exercitus curruum & equorū
igneor

A igneorum, ad propugnationem Elisæi paratus, aduersus Syros, quos tamen Elisæo cernente, minister eius non cernebat: unde Elisæus, vt traditur in lib. 4 reg. c. 4. orauit Deum dicens: *Domine aperi oculos huius, vt videat: & aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi.*

S E D mirum dictu est, quod hic subditur, sapientes Babylonis non potuisse legere illam scripturam: cum tamen Chaldaicè scripta esset: & vt scripta fuerit Hebraicè, nihilominus tamen facilis erat eius lectio, tum propter magnam linguæ Chaldaicæ & Hebraicæ affinitatem & similitudinem, tum propter diuinam Chaldaeorum consuetudinem cum Hebræis. Denique, in promptu erat, vnum aliquem de Hebræis, qui Babylonem erant, accersere, quo scripturam illam legente, & singulorum verborum significationes interpretante, quid illa scriptura, saltem verbotenus, significaret, ignorare non poterant. Quocirca existimo, quod dicitur non potuisse eos legere scripturam, id nō de simplici, & qualieunque lectione, sed de ea, quæ sit cum intellectu verborum, certam aliquam ex ipsis verbis sententiam exprimendo esse accipiendum. Non enim illi legentes scripturam, scire poterant, quam separatim singula eius verba, sententiam redderent: aut quomodo inter se connecti & copulari, ad certum aliquem sensum eliciendum, deberent. Quod si quis tamen simpliciter intelligi debere verba Danielis, ideoque illos scripturam legere non potuisse, contendat, huic ego non valde repugnabo, dummodo sciat is, admitendum sibi esse nouum miraculum: necesse enim fuit sapientes illos Babylonios, si nullo modo eam scripturam legere potuerunt, perdidisse eos tunc, nouo quodam miraculo, circa eam scripturam scientiam linguæ Hebraicæ aut Chaldaicæ, quam proximè ante nouerant. Quod autem illi sapientes, eam scripturam interpretari non potuerunt, bellè significat, diuinam scripturam, sicut Dei spiritu condita est, ita sine eodem spiritu, nec rectè intelligi, nec vt oportet, explicari posse. Verissimè igitur docuit nos princeps Apostolorum, in 1. cap. suæ posterioris epistolæ, Omnem prophetiã scripturæ propria interpretatione non fieri, non enim vo-

Quomodo
Chaldæi scri-
pturam illius
manus legere
nō potuerunt.

B
C
D

Scriptura eodem spiritu explicanda, quo condita est.

Iustitiae humana allatam esse aliquando prophetiam, ^A
sed spiritu sancto inspiratos locutos esse sanctos Dei
homines.

Interpretatio
scripturae il-
lius manus.

S E D age portentosam illam scripturam paulum ex-
cutiamus. Hanc interpretans, sic ait D. Hieronymus.
Tria tantum verba in pariete scripta signauerat: Mane, The-
cel, Phares, quorum primum numerum, secundum appensionem,
tertium diuisionem sonat. Non solum ergo lectione opus fuit, sed
interpretatione eorum, quae legebantur, ut intelligeretur, quid haec
verba praedicerent: Cur scilicet, numerasset Deus regnum illius
regis atque compleisset: & appendisset in statera iudicij sui, &
ante eum iugularet gladius, quam naturae dissolueret, & impr-
rium eius in Medos diuideretur & Persas: Cyrus enim rex Per-
sarum, iuncto sibi Dario auunculo, subuertit imperium Chal-
deorum. Sic Hieron. Verum proprie vim & notionem
cuiusque illorum trium verborum aperiamus. Dicitur
Deus numerasse regnum Balthasar, & compleisse il-
lud, quia tempus quoduratum erat regnū Chaldeo-
rum, spatio septuaginta annorum, post captiuitatem
Iudaeorum, à Deo definitum & constitutum esse, præ-
dixerat Hierem. c. 25. & 29. Quo tēpore autē hae scri-
ptura facta est, eo tēpore iam terminus illorū annorum ^C
proximè aderat. Illud autem, quod subditur, appensum
fuisse regem illum in statera, & inuentum minus ha-
bere, eam habet sententiam: Deū exactissima aequitate,
& rectissimo examine iudicij sui, ponderasse omnia
illius regis opera, quasi in statera quadā iustitiae suae:
& in altera quidem lance, quae depressior erat apparuisse
pondus enorme scelerū & maleficiorum illius regis:
in altera verò lance, quae leuissima erat, apparuisse mi-
nus habere illum regē pietatis erga Deum, & iustitiae
erga homines, quam par foret regi, eiūque potissimum, ^D
quem Deus tot regnis populisque praefecerat, & quem
exemplo aui sui Nabuchodonosor, ut superbiam fuger-
ret, & pietatem coleret, tam euidenter ac salutariter
praemonuerat, & praedocuerat. Atque hac ex re (inquit
Theodoretus) discimus, nihil esse quod apud Deum
non ponderetur, quippe qui, ut in li. Sapientiae scriptum
est c. 15. Omnia in pōdere, numero, & mēsurā constituit. Quia
etiam, illud insinuabitur nobis, misericordiam & diuinā
lenitatem Dei, mensura quadam & pondere hominibus
adhiberi.

Judiciorum
Dei aequitas.

Misericordia
Dei modus.

A adhiberi. Quando itaque transgressus quispiam est diuinæ clementiæ fines, continuo accipit diuinæ iustitiæ sententiam. Denique, quod ultimo loco subiicitur: *Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis,* significat, mox periturum regnum Chaldeorum, & ab ipso Balthasare, atque omni eius progenie ad Medos, & Persas transferendum. Hoc, plus ducentos annos ante Spiritu Prophetico præuiderat, & prænuñciauerat Isaias, cum dixit cap. 47. *Non est solum filia Chaldeorum. Et c. 3. Ecce ego super eos suscitabo Medos, &c.* Similia quoque vaticinatus est Hierem. c. 50. & 51.

B Non est silentio prætereundū, Rabbinos Hebræorum, ex occasione huius Scripturæ, & interpretatione eius à Daniele tradita, ansam accepisse excogitandi, vel confirmandi nouum quoddam in sacras literas expositionis genus, Cabalisticum ab illis appellatum, quo non tantum sententias, & integras diuinæ Scripturæ orationes explanant, sed etiam syllabas, & singulas quasque literas separatim expendentes, quasi lateat in singulis aliquid mysterij, examinant: & variis tam historicis, quam mysticis sensibus interpretantur: sumpto hinc argumento, quod quemadmodum licuit Danieli singulas dictiones illius Scripturæ, per integras orationes

C explicare, ita cæteris synagogæ Rabbinis licitum esset, simili ratione etiam syllabas & ipsas dictionum literas, alteram ab altera diuellendo, & separatim expendendo, interpretari per aliquas dictiones, quas literæ illæ significant. De quo genere interpretandi, legi possunt, quæ Sixtus Senensis in libro tertio bibliothecæ sanctæ, cum elementariæ expositionis methodum tractat, scripta & annotata reliquit. Verum enimverò, quæstionem hoc loco quandam ponit Theodoretus,

D cur scilicet Deus, Nabuchodonosor castigatum, e-mendatūque temporario supplicio, rursus in regnum reduxerit, hunc verò Balthasarem, statim regno vitæque priuarit. Affert ille huius rei duplicem causam: alteram, quia Nabuchodonosor non viderat alium regem, qui ante se, impietatis, & superbiz aduersus Deū poenas luisset, propterea, eum dignum vniuersa, iusto Dei iudicio, esse iudicatum. At Balthasar, cum ante oculos haberet domesticum recensque aui sui locu-

Cabalisticæ interpretationis figmentū, vnde originē habeat.

Cur Deus pepercit regi Nabuchodonosor ad tempus dumtaxat castigato, Balthasari autem nullo modo pepercit.

lenti

lentissimum exemplum, nihilo melior factus, superbissimus, & maiorem in modum impius contra Deum fuerit. Iure itaque iustus iudex illum ad tempus certum puniuit: hunc autem nulla venia dignum censuit. Adicit Theodoretus alteram causam, nimirum, Deo futura omnia prouisa esse, & æquè, quàm præterita, esse nota: præcognita igitur Nabuchodonosor penitentia, eius quoque animaduersionem moderatus est: contra verò, prospecta Balthasaris obfirmata, & inemendabili impietate, finiendam morte eius improbitatem iudicauit.

Tropologica
illius manus
explanatio.

CAETERVM, tropologicam illius manus, & Scripturæ sententiam, atque interpretationem, ne tacitam omnino transeamus, sciendum est, manum illam in pariete scribentem, designare sæuerissimam Dei iustitiam, omnium, quæ ab hominibus quoquo modo peccantur, consciam, & iudicem simul, ac vindicem. Hæc supplicia cuique pro scelere eius meritis, & ante præscribit, & suo tempore infert. Ac, licet malefacta nonnumquam dissimulet, nullum tamen inultum tandem relinquit. Quinetiam, tarditatem vindictæ, vt quidam dixit, supplicij grauitate compensat. Potest etiã illa manus scribens in pariete ante candelabrum, & ante oculos regis, significare synderesim, describentem sua cuiusque in conscientia eius peccata, & pœnas peccatis constitutas, comminantem: & hoc quidem tam clarè, vt oculus mentis, vel ipso naturali lumine illustratus, non possit non videre. Vnde Iob ait cap. 13. *Scribis aduersus me amaritudines, & consumere me in peccatis adolescentia mea.* Tria autem illius scripturæ verba, significant tres res nouissimas, quarum rerum memoria, flagitiosè viuentibus, solet esse acerbissima, & maxime horrenda: hæc autem sunt, mors, iudicium Dei, & infernus: quibus rebus illa tria vocabula mirificè congruunt. Etenim vocabulum illud, *Mors*, significans, numerauit, designat numeratos esse à Deo omnes dies vitæ hominis, tempusque mortis suæ cuique præfinitum, itaque venturam mortem, certissimum est: tempus verò aduentus eius, maxime dubium, & incertum est, non tamen longinquum. Rectè igitur Iob c. 14. *Breues sunt dies hominis, & numerus mensium eius* apud

Valer. Max.
lib. 1.

Tria maxime
horrenda pec-
catoribus,
mors, iudiciũ
Dei, & infer-
nus.

A *apud te est: constituisti terminos eius, qui præteriri non possunt.* Alterum vocabulum, *Thecel*, significans, quali appensum in statera, denotat extremum Dei iudicium, quo, tamquam iustissima trutina, & statera, omnia hominum facta, dicta, operata, & cogitata, subtilissimè ponderabuntur, atque examinabuntur. De hac statera loquitur Iob, cum dixit c. 21. *Si ambulavi in vanitate, appendam me in statera.* Et in Prouerb. c. 16. *Pondus, & statera, iudicium Domini sunt.* Quicumque autem in illo Dei examine inuentus fuerit minus habens, id est, non habens opera digna vita æterna, reicietur à Deo, & sempiternis inferni suppliciis condemnabitur. Hanc stateram diuini iudicij perhorrescebat Dauid, cum in Psal. 142. supplicans Deo, dicebat: *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Tertium vocabulum, *Phares*, significans, diuisum, bene adumbrat statum inferni: in quo qui sunt, omnino, & in omnem deinceps æternitatem diuisi, & separati sunt à societate non modò beatorum, sed etiam uiuatorum. Siquidem, non possunt illi amplius flecti ad bonum, nec veniam mereri, nec agere pœnitentiam, denique nihil facere, quod Deo acceptum, & utile ipsis esse queat. De quibus scriptum est in Euangelio: *Segregabit agnos ab hædis.* Rupertus in lib. 7. de victoria uerbi Dei, aliam huius scripturæ mysticam interpretationem, primis decem capitibus fusillimè tractat, hic à me breuitatis causa, prætermittam.

B *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Tertium vocabulum, *Phares*, significans, diuisum, bene adumbrat statum inferni: in quo qui sunt, omnino, & in omnem deinceps æternitatem diuisi, & separati sunt à societate non modò beatorum, sed etiam uiuatorum. Siquidem, non possunt illi amplius flecti ad bonum, nec veniam mereri, nec agere pœnitentiam, denique nihil facere, quod Deo acceptum, & utile ipsis esse queat. De quibus scriptum est in Euangelio: *Segregabit agnos ab hædis.* Rupertus in lib. 7. de victoria uerbi Dei, aliam huius scripturæ mysticam interpretationem, primis decem capitibus fusillimè tractat, hic à me breuitatis causa, prætermittam.

C *Segregabit agnos ab hædis.* Rupertus in lib. 7. de victoria uerbi Dei, aliam huius scripturæ mysticam interpretationem, primis decem capitibus fusillimè tractat, hic à me breuitatis causa, prætermittam.

Tunc iubente rege, indutus est Daniel purpura, & circumdata est torques aurea collo eius: & prædicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno suo.

D **S**ENTENTIAM huius loci enarrans Iosephus, libr. 19. antiq. ita scribit: *Hac interpretatione Daniels accepta, rex non poterat non vehementer contristari: atamen Danieli suam munificentiam non subtraxit, tamquam malorum præuencio, sed dona, quæ pollicitus est, exhibuit, sic cogitans, quod nõ bona audierat, sui fati culpam esse, non Prophetæ: immo illum boni uiri sanctum officio, sic interpretatus sit, ut erat euentus*

Daniel etiam tristitia impio regi nuncius beneficio afficitur.

uenturum, tametsi parum letus sequeretur. Diuus autem A Hieronymus hunc locum exponens, sic ait: Non mirum si Balthasar audiens tristitia soluerit premium, quod pollicitus est: aut enim longo post tempore credidit ventura, quæ fuerant predicta, aut dum Dei Prophetam honorat, sperat se veniam consequuturum. Quam si non impetrauit, maius fuisse credendum est sacrificium in Deum, quam honorem in hominem. Accepit autem Daniel insignia regia, torquem, & purpuram, vt Dario, qui erat successurus in regnum, fieret notior, & per notitiam honoratior. Quod autem dicitur, Daniele in regno esse constitutum, tribus modis exponitur. Iosephus interpretatur tertiam partem regni promissam à Balthasare interpretanti scripturam, donatam esse Danieli. Sed hoc, nec est verisimile, nec ipsa verba id significant. Hieronymus igitur duas alias interpretationes ponit, vel vt significet, futurum post regem, in toto regno tertium dignitate, auctoritate, potestate, vel futurum vnum de tribus primis principibus, qui præerant omnibus sacerdotibus, & rectoribus, & ad quos summa gubernationis imperij pertinebat, sicut in exordio sequentis capituli declaratur. Et fortasse, inquit Albertus, vnus istorum trium principum, præerat exercitui, secundus aulae regiae, tertius regimini terræ, & C prouinciarum. Priorem tamen interpretationem sequitur Theodoretus.

Quid significet esse tertium in regno.

Quæ fuerint insignia honoris antiquitus aliis exhibita.

S E D, quia hoc loco commemorantur, tanquam maximi honoris, & dignitatis ornamenta, purpura, & torques aurea, quibus reges afficiebant eos, quibus summum honorem tribui volebant, non fuerit alienum, ex variis Scripturæ locis ostendere, quæ fuerint insignia dignitatis, & honoris, quibus antiquitus reges eos donabant, & ornabant, quos in regno suo maxime honorare cupiebant. Legimus in libro Genes. capite 41. Pharaonem sic honorasse Iosephum, cuius primam esse volebat in regno suo dignitatem, ac potestatem. Tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu Ioseph: vestiuitque eum stola hispanica, & collo torquem auream circumposuit, secitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante pracone, vt omnes coram eo genu flecterent, & prepositum esse sicut vniuersæ terræ Aegypti. Non dissimili honoris genere, ab Assuero affectum esse Mardocheum, tradi

A traditur in libro Esther, cap. 6. Cùm enim Assuerus interrogasset Aman, quid deberet fieri viro, quem rex honorare desideraret: ille autem reputans, quod nulum aliũ rex, nisi se vellet honorare, respõdit: *Homo, quẽ rex honorare cupit, debet indui vestibus regis, & imponi super equum, qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regis principibus, ac tyrannus, teneat equum eius, & per plateam ciuitatis incedens, clamet, & dicat; Sic honorabitur, quemcumque rex voluerit honorare. Cui dixit*

B *rex, festina, & fac, vt loquutus es, Mardocheo Iudeo. In libr. 3. Esdræ, licet is liber non sit Canonicus, in c. 3. scriptum est, tres iuuenes Darij regis administratos, & custodes corporis, cùm inter se disceptarent, quæ res esset omnium fortissima, ita esse loquutos; Dicamus vnusquisque nostrum sententiam nostram, eamque signemus, & cuiuscumque apparuerit sermo sapientior, dabit illi rex Darius dona magna: purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum freno auro, & cyllarim bisinam, & torquem circa collum, & secundo loco sedebit à Dario, & cognatus Darij vocabitur. In priori libro Machab. cap. 6. narratur, Antiochum Epiphanem mortifero afflicatum morbo, desperataque salute, Philippo vni de intimis amicis, quem præposuerat vniuerso regno suo, de tisse diadema, & stolam suam, & anulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutrirer eum, & regnaret. In cap. autem 10. eiusdem libri dicitur, Alexandrum Antiochi filium, qui cognominatus est Nobilis, misisse Ionathæ fibulam auream, quam consuetudo erat dari cognatis regis. Est autem fibula propriè ornamentum*

D *cinguli ad vestem subligandam, sicut ostendit Virgilius quarto Æneidos;*

Aurea purpuream subnecti fibula vestem.

E **I** **D** **E** **M** Ionathæ, miserat ante rex ille Alexander, purpuram, & coronam auream. In eiusdem libri capite 11. proditum est, Antiochum prædicti Alexandri filium, misisse Ionathæ honoris causa, vasa aurea in ministerium, & dedisse ei potestatem bibendi in auro, & vt purpuram indueret, & haberet fibulam auream. Denique in hoc s. c. memorat Daniel, Balthasæ sic dixisse: *Quicumque leget Scripturã hæc, & interpretationẽ eius manifestam*

Tertius liber
Esdræ non est
Canonicus.

Fibula quid.



festam, mihi fecerit, purpura vestiatur, & torquem auream habeat in collo, & tertius in regno meo erit: nec solum ista promissit, sed etiam Danieli præstitit.

Balthazaris
regis stultitia.

IN quo non possum non vehementer admirari stoliditatem & recordiam istius regis, qui audita ex Daniele, sæuerissima Dei contra se suumque regnum sententia, cognitaque tanta sibi imminentis mali mole, non ingemuerit, nihil doluerit, nec peccata sua confessus & detestatus sit, non misericordiam Dei suppliciter implorauerit: non ipsam Danielem apud Deum precatorem atque intercessorem adhibuerit: denique,

Cur Daniel non sicut regem Nabuchodonosor, ita hunc Balthazarem, cohortatus sit ad spem veniæ, ex laudatione elemosynarum.

non sicut auus eius Nabuchodonosor, confugerit ad pœnitentiæ asylum & perfugium, quo iram Dei, vindictamque auerteret: sed contentus fuerit admirari sapientiam Danielis, eumque promissis præmiis remunerari, atque honorare. Ex quo intelligitur quemadmodum sit occurrendum ei dubitationi, quæ cuiuspiam fortasse animum subire posset, cur scilicet, Daniel, sicut regem Nabuchodonosor, ita quoque hunc Balthazarem non sit cohortatus ad pœnitentiam, & ad elargiendas elemosynas, & aliquam ipsi veniæ spem iniecerit. Respondendum enim est, propterea id non fecisse Danielem, quia nouerat obfirmatum esse in malo illius regis animum, & ad pœnitentiam minimè flexibilem: nouerat præterea sententiã Dei, de exitio illius regis, non fuisse tantum comminatoriam, sed planè absolutam, atque omnino immutabilem. Verumtamen, simillimè illi regi faciunt, hodieque permulti, qui cum maximis sceleribus cooperti sint, libenter tamen, & frequenter adeunt ad Concionatores: qui quo vehementius inuehuntur in scelera, eo magis illi eorum laudant eloquentiam, suspiciunt doctrinam, etiam ardore spiritus in vitiis infectandis admirantur: neque tamen, vel tantillum ipsi commouentur ad pœnitentiam, nihiloque meliores, quam venerant, è concione discedunt. Aptissimè quadrat in istos, quod apud Ezechielem capite 33 dixisse Dominum legimus Prophetæ: *Filij populi tui dicunt, vnus ad alterum: venite, & audiamus, quis sit sermo egrediens à Domino. Et veniunt ad te & sedent coram te, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, qui in Canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suam*

In peccatores, qui frequenter audiunt verbum Dei, sine vilo tamen pœnitentiæ fructu.

A suam sequitur cor eorum. Et es eis quasi carmen musicum, quod suavi dulcique sono canitur: & audiuim verba tua, & non fecimus ea.

Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldaus: & Darius Medus successit in regnū, annos natus sexaginta duos.

HÆc est clausula historiarum, quæ narratur in hoc quinto capite, tragicum continens illius regis, & totius Babylonici imperij exitum, & exitum. Sed mirum dictum, utque eò improvisum & subitum, tantum malum & regi, & vrbi accidere potuisse, ut qua nocte rex securissimus, lætissimūque, conuiuia cū suis ageret, eadem ipsa nocte, & vrbs caperetur, & rex ab hostibus occideretur. Diuus Hieronymus, ne quod hic traditur, id fortasse culpam incredibile accideret, explanans hunc locum, ita scribit. *Iosephus scribit in decimo Iudaice antiquitatis libro obsessa Babylone à Dario & Cyro, Balthasarem regem Babylonis, in tantam venisse oblivionem sui, ut celeberrimum iniret conuiuium, & in vasis templi hiberet, & obsessus vacaret epulis, vnde potest stare historia, quod eadem nocte sit captus atque ingulatus: dum omnes, aut visionis interpretationis que pauore terrentur, aut occupati sunt festiuitate, & ebrietate conuiuij. Sic Hieronymus, Verum, prædicta Danielis verba, ut pauca sunt, & in speciem non difficilia intellectu, ita secū implicatas habent, nec paucas, nec faciles explicatu quæstiones, quas nos hoc loco minimè conuenit dissimulare, & prorsus inexploratas omittere: quin potius enitamur, quantum possumus, eas enodare & expedire, non tam incursum doctorum & prudentum hominum reprehensionē, quod res difficillimas, si non absolute, perfectèque, certe pro nostra facultate cum diligentia & cura tractauerimus, quam si eas propter difficultatem, penitus intractas reliquissimus.*

PRIMA quæstio, An Balthasar rex Chaldaeorum, tunc fuerit occisus. De veritate huius historiarum, nequam dubitare nobis licet: quippe quam scripsit Daniel, qui præterquā quod veracissimus Dei vates fuit,

Eadem nocte, qua hæc Balthasar vidit, & vrbs capta, & ipse occisus est.

Ioseph. lib. 10. c. 12.

An Balthasar tunc fuerit occisus.

B

etiam

etiam rebus iis interfuit, quas scripto prodidit. Sed in eononnulla est difficultas, quod externi quidam scriptores, nec sanè obſcuri, videntur ea de re aliter ſenſiſſe & tradidiſſe. Etenim apud Iosephum libro decimo Antiquitatum, & priori libro contra Appionem, & apud Eusebium libro nono de præparatione Euangelica, c. vlt. Alexander Polyhiſtor, Megasthenes, & Alphæus tradunt, regē Babylonis Balthaſarem, quem ipſi nominant Nabonidum, cū à Cyro fuiſſet obſeſſus, tandem ei ſe dediſſe, & obtinuiſſe ab eo, non vitam modò, ſed commodam etiam in provincia Carmaniæ habitationem, vbi aliquanto tempore viuens, naturali morte deſunctus eſt. Herodotus libro primo narrans Babylonem à Cyro captam, de regis, qui tunc regnabat, & quem ipſe vocat Labinitū, aut morte, aut conſeruatione, nullum verbum facit. Veruntamen Xenophon in libro ſeptimo de Cyri inſtitutione, apertiffimis verbis ſcribit, regem Babylonis capta vrbē, in ſuo palatio diſtriſto acinace ſitentiū dimicantem à militibus Cyri eſſe interemptum. Hoc nempè ſimilimum vero eſt: ſi enim Cyrus tanta erga hoſtem ſuum clementia & indulgentia uſus fuiſſet, nequaquā Græci rerum Cyri eſſuſſimi laudatores, præſertim autem Xenophon, qui de virtutibus, & rebus geſtis Cyri octo libros ſcripſit, non vera tantum narrans, ſed multa quoque, quò illuſtriorē Cyri laudationem faceret, narrationi aſſingens mendacia, tam inſigne, ac memorabile Cyri clementiæ exemplum tacuiſſent. Sed profectò ſupradiſti auctores, quod Cyrum erga auum ſuum Aſtyagem bello à ſe victum, egiſſe memorant Herodotus & Iuſtinus, id falſò in regē Babylonis tranſtulerunt. Et verò minimè ſit credibile, Cyrum acerrimo hoſti, & potentiffimo regi parcere voluiſſe, nimirum eo viuò, ſperare non poterat tutò ſe Chaldæorum imperio potiturum, præſertim cū exploratum haberet, iam ſemel eum regem pulſum regno, aliquot annos exulaſſe, eundem tamen poſteà regnum recu-peraſſe.

Alexander,
Megasthenes,
& Alphæus de
Nabonido
quid ſcripſe-
rint.

Xenophon
tradit eum in-
terſectum.

Herod. lib. 1.
Iuſt. lib. 1.

An Balthasar
Babylone ſit
occisus.

SECUNDA quæſtio, An Balthasar ſit occiſus Ba-
bylone. In Scriptura, nihil de eare traditur explicatè
& manifeſtè. Auctores illi, quos ſuprà diximus pro-
didiffe

A didisse regem Babylonis, seruatum fuisse à Cyro, etiam tradunt, cum rex Babylonis intellexisset, Cyrum magno & valido cum exercitu venire oppugnatum Babylonem, cum paucis fugisse Borsippum, locū natura, situ, & artis prouidentia, instructūque monissimum: sed cum eodem Cyrus adiuisset exercitum, regemque arctissima premeret obsidione, ille desperata loci defensione, se totum fidei & clemētiæ Cyri permisit. Cēsent igitur isti, regem Chaldæorum non Babylone, sed Borsippi esse captum. At verò Xenophon lib. 7. perspicuè & affirmatè scribit, eum regem Babylone captū fuisse, ac trucidatum. Atque hoc videtur magis congruens historiæ Danielis. Nam licet in hoc capite nulla fiat explicata mentio Babylonis, at tamen ex ipsa narratione Danielis apparet, hūc regem Babylone esse captum. Namq; Daniel scribit, eū fecisse mille optimatibus suis munificentissimum conuiuium, tantum autem cōuiuium, totque conuiuis facere Borsippi non potuisset, videlicet eò rex cum paucis, vt ipsi tradunt, cōfugerat. Deinde, perturbatus rex portento illius manus in pariete scribentis, acciri iussit omnes sapientes Babylonis, eosque venisse narrat Daniel. Atqui si rex fuisset Borsippi, non potuissent sapientes, tam citò, & tam faciliè Babylone Borsippum venire: Quippè & vrbs Babylon, & omnia circumquaque vicina loca, exercitu Cyri obsessa tenebantur.

TERTIA quæstio, An eadem ipsa nocte rex Balthasar sit occisus, qua nocte Daniel scripturam illius portentosa manus regi interpretatus est. Cum id manifestè hoc loco affirmet Daniel, non est vlla ratione de eo dubitandum. Quocircà demiror Ioannē Zonarā Christianum nempe scriptorem, qui in primo tomo Annalium, non est veritus scribere, opinionem fuisse quorundam, regem Chaldæorum Balthasarem, illa ipsa nocte, qua Daniel scripturam in pariete diuinitus exaratam ipsi exposuerat, fuisse interfectum, in quam tamen opinionem non admodum ipse videtur propendere. Iosephus li. 10. Antiquit. ait, non multo tempore post interpretationem illius scripturæ, Balthasarem esse occisum. Quæ sententia Iosephi ambigua est, nam si per illud, non multo post tempore, Iosephus intel-

An Balthasar
illa ipsa nocte
conuiuij sit
occisus.

Zonaras re-
prehenditur.

Quomodo
tam repente
Babylon capi
potuerit,

lexit vel annos, vel menses, vel etiam dies, falsus est, A
& scripturæ contradicit: sin autem intellexit pauculas horas, verus est, & sacræ historiæ consentiens. Xenophon quidem certè libro 7. tradit eodem illo die, quo Babylonij diem festum agentes, ludis & conuiujs vacabant, urbem esse capram, regémque neci datum. Mirum tamen est, qua ratione tam repentè tanta, & tam munita vrbs capi potuerit. D. Thomas libr. 3. de regimine principum, cap. 7. significare videtur, id esse factum non humano consilio, & viribus, sed planè diuina ratione & potentia, ideòque miraculi loco esse habendum. *Etenim cum Deus, inquit, euertere vellet regnum Chaldaeorum, & tradere Cyro, qui liberaturus erat captiuitate Iudæos, fecit subito siccare Tigrem & Euphratem fluios, qui Babylonem interflunt, eaque ratione facilem dedit Cyro aditum ad inuadendam urbem.* Hoc autem censet B. Thomas colligiposse ex 45. cap. Isaïe, quo loco promittit Deus se assuturum Cyro, & ianuas, ac propugnacula hostium subuersurum, & introitum ipsi ad expugnandas vrbes, quamuis munitissimas patefacturum. Verùm & Tigris fluius longissimè abest Babylone, nec tale, tantùmque miraculum, in vlla veterum historia reperitur, nequaquam tacituris id Græcis, alia, falsa etiam miracula fingere solitis. Proprior vero est, & credibilior causa, & ratio, quam Xenophon & Herodotus afferunt, Cyrum, cum animaduertisset, aut nullo modo, aut non nisi longissimo tempore, Babylonem expugnari, & capi posse: conuersum ad stratagemata, hoc vsum esse consilio: prope Babylonem, quo scilicet loco Euphrates urbem ingreditur, multas fecisse latas, & altas fossas, ignorantibus Babylonijs eius consilium, & propositum, eo autem die, quo Babylonij omnis periculi securissimi, ludis & conuiujs intentissimi erant, deriuasse Cyrum in eas fossas Euphratem, in tantum eius inaniò alueo, vt à militibus commodè transmeari posset. Iraque urbem ingressis, facillimum fuit, & ciuitatem capere, & Babylonios vino, somnòque fatigatos, & incautos, inopinatóque hostium ingressu consternatos superare. Tradunt alij, Babylonios audito, creditòque Danielis vaticinio, quod statim diuulgatum fuerat, non ausos esse hostibus repugnare, léque

D. Thomas.

Cyri stratagemata ad Babylonem capiendam.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z

A seque & urbem, regemq; in potestate hostium dedisse. Illud quoque proditum est à nonnullis, regem Babylonis, à suis satellitibus, & ab aulicis esse necatum, scilicet quò maiorem inirent gratiam à rege Persarum & Medorum, ad quem vaticinio Danielis cognouerant, imperium Chaldaeorum esse deuoluendum.

QVARTA quæstio: A quo rege capta sit Babylon; & rex Balthasar interfectus. Omnes fermè Græci scriptores, hanc victoriam vni dumtaxat Cyro asscripserunt, nulla Darij Medj facta mentione. Vnum tamen excipio Xenophontem, qui ait, Cyaxarem Medorum regem, & Cyri auunculum, principem, & auctorem fuisse inferendi belli Babyioniis, ad id autem bellum consociendum acciuisse in auxilium Cyrum, eo tempore Persis præfectum, quo magna cum parte exercitus ad expugnandam Babylonem misso, ipsum Cyaxarem ad custodiam regni, cum aliquanta parte exercitus, in Media remansisse. Babylonis igitur expugnationem, omnemque eius victoriæ gloriam, soli tribuit Cyro. Iosephus lib. 10. antiquit. (sequitur autem

B regem, & Cyri auunculum, principem, & auctorem fuisse inferendi belli Babyioniis, ad id autem bellum consociendum acciuisse in auxilium Cyrum, eo tempore Persis præfectum, quo magna cum parte exercitus ad expugnandam Babylonem misso, ipsum Cyaxarem ad custodiam regni, cum aliquanta parte exercitus, in Media remansisse. Babylonis igitur expugnationem, omnemque eius victoriæ gloriam, soli tribuit Cyro. Iosephus lib. 10. antiquit. (sequitur autem

C Iosephum in explanatione huius loci Danielis D. Hieronymus) confirmat, bellum hoc Babylonicum, à duobus esse gestum, confectumque, à Dario Medorum rege, & Persarum principe Cyro. Atque hoc verisimilius sit, rem ipsam, etiam humana ratione æstimantibus. Etenim ad necem Balthasaris, conuenisse Medos & Persas, ostendit Daniel cum dixit: *Dirisum est à te regnum, & datum est Medis & Persis.* Idem quoque significatum fuerat in duobus brachiis argenteis illius staturæ, quæ visa est Nabuchodonosor in quiete, à quibus subuertendum erat caput aureum. Qua similitudine præsignabatur imperium Chaldaicum, à duobus principibus Medorum & Persarum esse destruendum. Isaias quoque, principes, qui venturi erant ad expugnandum Babylonem, sicut legitur ca. 21. figuratè appellauit *Ascensorem cameli, & ascensorem asini*: his verbis insinuans, Darium Medum, & Cyrum. Nec sanè probabile est, quod ait Xenophon, Darium Medum, qui princeps & auctor illius belli suscipiendi & gerendi fuerat remansisse in Media, vt regnum custodiret. Si

A quo capta Babylon, & oc cificus Balthasar.

Babylon à Dario Medorum, & Cyro Persarum regibus capta.

Cur Græci
scriptores so-
li Cyro Baby-
lonis expugna-
tionem tribue-
runt.

Cur Daniel so-
lum Darium
huius victorie
auctorem no-
minat.
Hieronymus.

quis autem percontetur, cur hanc victoriam vni tantum Cyro Græci attribuunt, respondebo multas reddi posse causas. Primò, Græcos sic repetisse in Animalibus Persarum, qui omnem eius victoriæ laudem suo regi Cyro asseruerant. Deinde, quia ut Strabo inquit in extremo libro 15. semper Græci maxime fauerunt Persis, inter omnes barbaros, eorum res magnificantes, tum quòd ipsi etiam sub ditione Persarum aliquando fuerant, saltem Iones, qui Asiam colebant, tum quòd ipsi de Persis nobilissimas & gloriosissimas victorias retulerant. Ad hæc quod imperium Babylonicum, per exiguo tempore, & ut quidam tradunt, vnò tantum anno, penes Darium Medum fuit, mox autem deuenit ad Cyrum, & ad eius successores, per annos ducentos triginta. Si quis præterea de nobis querat, si non Darius tantum, sed etiam Cyrus Balthasarem vicat, cur Daniel hoc loco solum numerat Darium, tacito Cyro, sicut etiam Isaias capite 13. & Hieremias capite 51. euerisionem Babylonis & regni Chaldæorum, solis Medis adscribunt? Respondebimus, in Sacris literis eam victoriam merito soli Dario attribui. Primò, propter excellentiam regni maiestatis, quæ tunc erat in Dario, quippè qui rex erat Medorum, penes quos eo tempore monarchia erat, & imperium in Persas, quorum præfectus Cyrus erat, deinde propter auctoritatem propinquitatis, siquidem Darius erat auunculus Cyri: denique, propter ætatis dignitatem, tunc enim Cyrus iuuenis erat: eum namque tradit Cicero lib. 1. de diuinatione, quadraginta fuisse annorum, cum suscepit imperium, at senem fuisse tunc Darium, testatus est Daniel affirmans eum duos, & sexaginta annos eo tempore esse natum. Adhuc, quod, ut non semel supra dixi, princeps & auctor eius belli gerendi Darius fuerat, Cyrus verò quasi eius adiutor in auxilium ab eo accitus est. Atque hæc ipsa diximus, quæ ex Hieronymi extremo in hoc cap. commentario, magna ex parte sumpta sunt, in eo namque ita scriptum est. *Quod autem vincente Cyro rege Persarum, & Dario rege Medorum, solus Darius successisse in regno scribitur, ordo ætatis, & propinquitatis, & regni seruatum est. Darius enim sexaginta duorum annorum erat, & maior regni Medo*

A Medorum, quam Perfarum legimus, & auunculus erat, quare qui prior erat iure natura, successor regni debuit numerari. Unde & in visione, qua contra Babylonem legitur, tam in Isaiæ c. 18. quam in Hieremia cap. 25. annuaduertere licet, eos, qui Babylonem & regnum Chaldeorum euersuri erant, solos Medos nulla Perfarum facta mentione, nominari.

Verum Theodoretus supradictam Iosephi sententiam refellit, negans Cyri simul cum Dario Babylonicum hoc bellum confecisse, cuius opinionem, quia etiã nostræ sententiæ aduersatur, propterea hinc eam primùm verbis ipsius cõmemorandam, tum etiã breuiter

B refellendam putauimus. Sic igitur scribit Theodoretus. hunc Danielis locum explanans: Iosephus, Dariũ Astyagis filium fuisse asserit, & Cyri auunculum, à Grecis appellatum Cyaxarem, utrumque autem simul cum exercitu venisse Babylonem, eaque per obsidionem petitos, & ab ipsis eadem nocte occisum Balthasarem, qua nocte scriptas in pariete literas interpretatus est Daniel. Sed non ita credendum est. Siquidem infra narrans Daniel, se permansisse in regno Darij Medici, & in regno Cyri Persæ, satis ostendit, aliud Darij regnum

Theodoretus Iosephum addarguit.

C fuisse, & aliud Cyri, quod si vna eorum fuisset contra Babylonem cum exercitu profectio, vnum omnino eorum regnum fuisset, nunc autem aliud hoc, & aliud illud fuisse confirmat Daniel. Quintiam in fine capit. 13. huius libri est scriptum, Rex Astyages appositus est ad patres suos, & accepit Cyrus Perses regnum eius. Non igitur eodem tempore Darius, & Cyrus regnum obtinentes, Balthasarem interfecerunt: verum Darius Assuero prior: Cyrus posterior, regnauit. Neque etiam, quæ dicuntur à Iosepho, ea cum Grecis historiis consentanea sunt: non enim facile erit in illis inuenire Cyaxarem

D Astyagis filium, fuisse eum, qui dicitur hoc loco Darius, & qui cum Cyro dicitur à Iosepho contra Babylonem cum exercitu esse profectus. Quocirca omnino Iosephi narratio à fide abhorret. Hæc Theodoretus. Qui sententiam Iosephi, eandemque Hieronymi & nostram, duobus præcipuè argumentis infirmare conatur, quæ tamen ipsa satis infirma sunt. Primò sic argumentatur: si Darius & Cyrus simul gessissent hoc bellum, fuisset vtriusque vnum regnum, & eodem tempore vterque regnasset. sed ex historia Danielis constat, eos diuersis tempo-

Respondetur argumentis Theodoreti. Cyrus & Darius quomoddò simul regnauerunt,

ribus regnasse, falsum igitur est, quod Iosephus inquit, eos simul bellum illud confecisse. Verum nos respondemus, illo tempore solum Darium regnasse, & regnum tam Medorum, quàm Persarum tenuisse, idque liquidò cognoscitur ex sequenti capite sexto, ubi apertissimè declaratur, eum fuisse regem Persarum, & Medorum. Tunc autem Cyrus, filius fororis Darij, nomine auunculi, Persas regebat, & inde à Dario accitus est ad illud bellum gerendum. Præterea, cum alij tradunt, tum diuus Hieronymus, exponens sequens caput sextum, non semel ait, tunc fuisse vnum regnum Darij, & Cyri, quia tunc non erant diuersi reges, sed vnus tantum, videlicet Darius: & sub illo, ac nomine ipsius, regno Persarum Cyrus præerat. Adde quòd Cyrus filius erat fororis Darij, futurus proximè post ipsum (carebat enim ille liberis) imperij hæres. Deinde quòd secūdo loco ponit Theodoretus, non inueniri in historiis Græcorum, Cyaxarem filium Astyagis, fuisse hunc, quem Daniel appellat Darium, nullius sanè ponderis est argumentum: nos enim suprâ in præfatione huius libri ostendimus, tam in sacris, quàm in profanis historiis, eisdem reges ad eò diuersis nominibus appellari, vt nemo suspicaretur eisdem esse, nisi alijs ex rebus id compertum & perspectum haberet. Quanquam, an Darius fuerit filius Astyagis, vt putauit Iosephus, & diuus Hieronymus, an potius ipsemet Astyages Cyri auus, vt alij tradiderunt, & magis historiæ Danielis, nec non & Iustini, atque Herodoti monumentis videtur congruere, nolumus hoc loco decernere, ea de re in sexti capitis explanatione opportuniùs disputaturi.

Cur Balthasari à Cyro, vel Dario bellum sit illatum, Herodoti, Xenophontis, & historiæ Scholasticæ, sententiæ.

QVINTA quæstio: Cur Darius, vel Cyrus, bellum intulerint Balthasari regi Babylonis, Herodotus libro primo, huius belli auctorem solum faciens Cyrum, significat, non alia eum causa ad id belli esse impulsam, quàm immodica regnandi, qua æstuabat, cupiditate. Cum enim omnes gentes cuperet suo subicere imperio, omnium maxime Babylonios, tunc potentissimos ac florentissimos, à se debellandos esse iudicauit, videlicet illis subiectis, facillimum sibi fore ratus cæteras

A ceteras quoque gentes suæ ditioni subiungere. Quod igitur de Cyro dixit Herodotus, idem nos de Dario possumus dicere. Xenophon libro 1. aliam indicatuisse Dario, quem vocat ipse Cyxarem, belli aduersus Babylonios suscipiendi causam. ait enim, regem Babyloniorum inira cum Asiæ principibus societate, molitum esse, Medos, penes quos tunc erat monarchia, debellare. Eius igitur regis consilijs & conatibus, vt maturè Darius seu Cyxares occurreret, prior illum bello aggredi voluit: auctor historiæ scholasticæ, exponens librum Danielis, in. 8. refert, à quibusdam esse traditum, matrè Balthasar, cuius causa facti sunt horti illi pensiles, veterum prædicatione nobilitari, filiam fuisse huius Darij, & quia Balthasar nullum habebat filium, propter eà Darium per eadem eius festinasse regnum Chaldæorum occupare. Sed hæc futilia sunt, & timilia figmentis. Nec admodum dissimile est, quod hoc loco inquit Theodoretus, hunc Darium nepotem fuisse regis Nabuchodonosor, hoc est filium filiæ, ideòque Balthasarem, quem censet ipse filium fuisse Nabuchodonosor, huius Darij putat fuisse auunculum, quam nos sententiam in exordio sexti capitis, & libri septimi, qui hunc proximè sequetur, diiudicabimus. At verò diuina Scriptura, necem Balthasar, & regni Chaldaici excidium, refert ad Deum, qui vindicare voluit grauissima scœlera Chaldæorum, propriè autem vlcisci superbiam & impietatem Balthasar. Enim uerò Itaias & Hieremias, duo maxima narrant crimina Babyloniorum, propter quæ tantis à Deo malis sint affecti. Vnum crimen fuit deprædatio, vexatio, & oppressio plurimarum gentium, presertim verò Iudæorum. Audi quid Deus mandet Itaiæ capite 14. Sumes parabolam contra regem Babylonis, & dices: quomodo cessauit exactor, qui eius tributum? contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indignatione. plaga insanabili. subicienti in furore gentes, persequentem crudèliter: & quæ deinceps sequuntur. Hieremias verò capite 1. sic ait: Fugite de medio Babylonis, nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tempus ultionis eius est à Domino, vicissitudinè ipse retribuet ei. Calix aureus Babilonis in manu Domini: inebrians omnem terram: de vino eius biberunt

Excidij Chaldaici imperij causæ fuerunt Chaldæorum scœlera, & Balthasar impietas, & superbia.

gentes, & idè commota sunt. Propter immanem autem crudelitatem, qua Babylonij tractarunt Hebræos, hanc eis contigit calamitatem, testificatus est Hier. c. 50. ita scribens, Græc dispersus Israël, leonesiecerunt eum: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israël: ecce ego visitabo regem Babylonis, & terram eius: sicut visitavi regem Assur: & reducam Israël ad habitaculum suum. Alterum crimen Chaldæorum fuit supersticiosissima idololatria, nec ea quidem simplex, aut vnus modi, sed varia, & multiplex. Quapropter Hier. c. 31. ita scribit, Siccatas super aquas Babylonis erit: & non habitabitur vltra vsque in sempiternum, neque exstruetur vsque ad generationem & generationem: & subuertetur, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham: quia terra sculptilium est, & in portentis gloriatur. Erat quoque gens Chaldæa, astro-mantix, augurum, & aruspicum vanitati, omnibusque maleficiorum generibus deditissima. Vnde loquens Isaias capite 47. de futuro Babylonis exitio ita scribit: Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas, & viduitas. Vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Veniet super te malum, & nescies ortum eius: irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repente miseria, quam nescies. Ita cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior, stent, & saluent te augures cæli: qui contemplantur sidera, & supputabant menses, vt annunciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: vnusquisque in via sua errauerunt, non est, qui saluet te.

Gen. 19.

Chaldæi fuerunt astronomiz iudicioriz deditissimi.

Balthasar punitus, quia sacra vasa contumeliosè tractauit.

Regem porro Balthasarem propterea Deus ita punit, quia superbissimus, & contumeliosissimus fuerat aduersus Deum: & eius sacra vasa impurissimè, scelestissimèque tractauerat. Si autem Balthasar, sacra vasa diuino cultui consecrata, quia fecerat ebrietatis, & lasciuiz instrumenta, regno pariter, atque vita priuatus est: cur igitur similem vindictam non pertimescunt, qui reditus & bona Ecclesiastica alèdis pauperibus, ornandisque cultui diuino relicta & dicata, effundunt & prodigunt, eaque lautè, luxuriosè, ac libidinosè viuendo, ab-

ligur

A lignant, & consumunt, vel, qui sententias, & verba diuinæ Scripturæ ad iocos, ad scommata, ad hominum ludibria, & contumelias, irreuerenter, & sceleratè detorquent. Verùm, quis verbis consequi possit, quanta Dei vindicta hæreticorum nostri temporis maneat: qui res sacras ludibrio, & contemptui habent, easque locis, & personis sacris abripiunt, ad impuros, & flagitiosos vsus conferunt. Meminerint isti propter similia sacrilegia, quid contigerit Antiocho Epiphani, quid Heliodoro, quid Marco Crasso, quid aliis per multis sacrarum rerum contaminatoribus, & raptoribus, & quorum facta imitantur, eorum exitus perhorrescant. Aduersus istos valent, quæ scripsit Stephanus Papa, eius nominis primus, in Epistola sua prima, decretali ad Hilarium *Vestimenta*, inquit, quibus *Damino ministratur, & cultus diuinus honestè, & honorificè à ministris Ecclesiæ celebratur. sacrata debèt esse & honesta, quæ nec ad alios vltos vsus, quàm Ecclesiasticos, adhiberi, nec ab alijs nisi à sacratis hominibus contingi, aut ferri debent, ne vltio, quæ Balthasarem regem percussit, super hac transgredientes, & talia presumentes, veniat diuina, & corruere eos faciat diuine vltionis iustum flagellum ad ima.* Idem tradunt de sacris vasis Sixtus I. in 2. sua Epistola, & Syluester in Synodo Romana, actione 1. capite 9.

S E X T A quæstio, Isaias, & Hieremias hanc Babylonis expugnationem, & euersionem, & regni Chaldæorum ad Medos, & Perlas translationem, quæ victo Balthasare à Dario Medo, Cyroque facta sunt prænunciantes, dixerunt, Babylonem ab imis fundamentis euersum, & destructum iri, vt Sodomam, & Gomorham destruxit Deus: & sic vastatum iri, vt non futura deinceps sit hominum, sed bestiarum habitatio. Atqui eum capta est Babylon, cæso Balthasare, non legimus eam ita fuisse vastatam, & dirutam, vt ab illis prædictum est, quinimò in externis historiis proditum est, etiam post Darij, & Cyri tempora, vsque ad Alexandrum Magnum, fuisse opibus pollentem, ædificiis magnificam, habitatoribus frequentissimam, multisque rebus toto orbe in primis claram, & nobilem. Ponam hæc loco verba Isaiæ, & Hieremiæ, quibus liquido constet, quod dixi. Sic est apud Isaiam, capite 13.

In hæreticos nostri temporis sacrarum rerum violatores, raptiores, euersores.

Stephanus Papa I. de cõsecr. dist. 1. c. vestimenta.

1. li. Mach. 6.
2. Mach. 3.

Non videri, quæ prædicta fuerant à Prophetis de Babylonis excidio, ea fuisse impleta.

Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, incluta in superbia **A**
 Chaldeorum, sicut subuertit Dominus Sodomā, & Gomorrhā.
 Genes. 19. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad
 generationem, & generationē, nec ponet in ea tentoria Arabs,
 nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestia: & reple-
 buntur domus eorum draconibus. Et c. 14. Perdam Babylonis
 nomen: & reliquias, & germen, & progeniem, & ponam eam
 in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam
 in scopā terens, dicit Dominus exercituum. Iurauit Dominus,
 dicens: Si non, vt putauit, ita erit, & quomodo mente tractauit,
 sic eueniet, Dominus decreuit, & quis poterit infirmare, & ma- **B**
 nus eius extenta, & quis auertet eam? Hieremias verò ita
 scribit in c. 50. Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est
 Merodach. Quomam ascendit contra eam gens ab Aquilone,
 quæ ponet terram eius in solitudinem, & non erit, qui habitet
 in ea, ab homine vsque ad pecus. Et paulò infra. Confusa est
 Babylon mater vestra nimis, & adequata pulueri, quæ genuit
 vos. Ecce nouissima erit in gentibus, & deserta, & inuisa, &
 arens. Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in
 solitudinem, omnis, qui transibit per Babylonem, stupebit, & si- **C**
 bilabit super vniuersis plagis eius. Hæc vaticinia Isaiæ, &
 Hieremię de Babylonis excidio non videntur impleta,
 quoniam potius videtur euentus ipse, prophetias istorum
 refellere. Quidam, vt hac se extricent difficultate, re-
 lecta veritate historiæ confugiunt ad allegorias, quos
 D. Hieronymus super 13. c. Isaiæ, vehementer, & sanè
 meretricissimè, reprehendit.

Quomodò Ba-
 bylon paula-
 tim, sed in dies
 magis, ac ma-
 gis destructa
 sit.

DICENDVM igitur est, calamitatem, & excidium,
 quod Babyloni per Prophetas minatus fuerat Deus,
 contigisse quidem ipsi, non totum tamen simul, & vno **D**
 tempore, sed paulatim, & particulatim, hoc est, diuer-
 sis temporibus, etiam diuersis percussa est calamitati-
 bus, donec in eum miseriam statum deuenit, quem præ-
 dicti Vates depinxerunt. Namque prima ei calamitas
 accidit à Dariò Medo, & Cyro, per hos nempe abla-
 tum est Chaldæis imperium, & ad Medos, Persasque
 translatum. Nec post id temporis, suæ gentis, sed ex-
 ternis regibus Chaldæi paruerunt. Deinde, magna
 Babyloni calamitas contigit tempore Darij Hysta-
 spis, qui rebellantes Babylonicos perdomuit expugna-
 ta Babylone, mœnibusque ipsis solo adæquatis, vt nar-
 rat

- A rat Herodorus lib. 3. & Iustinus lib. 1. Postea, condita propè Babylonem Seleucia à Seleuco Nicanore, & à Parthis Ctesiphonte, vt scribit Plinius lib. 6. c. 26. fermè habitatoribus exhausta est. Ad hoc, tempore Adriani Romanorum Imperatoris, vt tradit Pausanias libro 8. nihil præter muros reliqui habebat Babylon. Ponam hîc verba Pausaniæ, qui commemorans miserabiles calamitates & excidia, quondam clarissimarum, & nobilissimarum ciuitatum, ita scribit: *Mycenæ, quæ Vrbs, Nobilissimæ,*
- B Troicis temporibus cunctæ Græciæ imperabat, & regia Assyriorum Ninus funditus deleta sunt. In Boeotia verò Thebæ, quæ sibi olim Græciæ principatum vindicabât, nunc ad arcem vnâ, quæ, & quot vrbes sint planè excisæ.
- & non ita multos incolas redactæ, vetus nomen vix dum seruant. Iam verò, quæ cunctas vrbes opum magnitudine antecellebant, Aegyptiæ Thebæ, & Minyarû Orchomenus, ne mediores quidem tunc priuati hominis fortunas adæquant. Delos, commune olim Græcorum conciliabulum, ad eò iam deserta est, vt presidio templi amoto, quod Athenienses mittunt, hominibus, si Delios tantum numeres, prorsus orbata sit. Babylon, omnium, quas vnquâ sol aspexit, vrbiũ maxima, iam nihil præter muros reliqui habet, quod ipsum de Tyrinthe Argolica vrbe euenit. Hæc igitur vrbes ad nihilum fortuna redegit. Hæc Pausanias. Præterea, tempore Diui Hieronymi, sic desolata, & deserta erat Babylon, vt, sicut ipse narrat super 13. cap. Isaia, intra mœnia eius vrbis, non nisi feræ ad venationes regum cõinerentur. Postremò, hoc nostro tempore, vsque eò ignobilis, & abiecta est, illa tantoperè quondam celebrata Babylon, vt vix vlla tantæ eius magnificentia, & claritatis vestigia appareant. Verùm,*
- D non committam, vt verba Diui Hieronymi, quæ opinioni nostræ non paruam, & lucem, & fidem afferunt, hoc loco ascribere prætermittam. Is namque super 13. capit. Isaia, reprehendens eos, qui cum veritatem historiarum de exitio Babylonis ab Isaia prædicto, tueri nescirent, ad inanes confugiebant allegorias, hunc in modum scribit: *Audiuimus Babelos, audiuius Babylonè, & in chylâ in superbia Chaldeorum, nolimus intelligere, quod fuit, & quarimus audire, quod non fuit. Et hæc dicimus, non quod tropologicam intelligentiam condemnemus: sed quòd spiritalis interpretatio sequi debeat ordinè historia: quod plerique ignorant, lymphatico in scripturis vagatur errore. Deinde, Hieronymus*

D. Hieronymus, de desolatione Babylonis quid scribat.

Vide, quæ admodum traheantur de sint allegoria.

tonymus subdit, quemadmodum Isaia de Babylonis A
desolatione, & exitio vaticinium, sic intelligendum.
Usque in presentem ergo diem prophetia, inquit Hieronymus, Babylonis expletur: & sicut subvertit Deus Sodomam, & Gomorrhiam, sic & ista subuersa non habitabitur. Pro illa enim Seleuciam, & Ctesiphontem vrbes Persarum inclytas fecerunt. In tantam autem Babylon vastata, & deserta est, vt ne ad pascua quidem armentorum, & pecorum utilis sit, non enim tendent ibi Arabs, & Sarracenus tentoria, nec Pastores post vestigia gregum festi labore, ibi quiescent, sed inter parietinas, B
& angustias veterum ruinarum, habitabunt varia ferarum genera, atque adeo etiam demonum phantasmata, vt ibi significat Isaia. Quo significantur mira vastitatis, & solitudinis signa, videlicet tantam fore vrbes, quondam potentissimæ depopulationem, vt præ multitudine bestiarum, ac demonum, nullus in eam pastorum, id est, deserti appetitor, intrare audeat. Didicimus nos à quodam fratre Elamita, qui de illis finibus egrediens, nunc Hierosolymus vitam agit Monachorum, venationes regias esse tantum Babylone, & omni generis bestias, murorum eius tantum ambitu coerceri. Hæc Hieronymus. C

Quamdiu stetit imperium Chaldaeorum.

SEPTIMA quæstio: Quanto tempore steterit regnum Chaldaeorum, vsque ad regem Nabuchodonosor, ad hunc Balchafarem extremum Babylonium regem. Respondeo, stetit annis octuaginta octo. Hoc autem manifestè colligitur ex sacra historia. Siquidem in 4. libr. Regum, cap. 25. scriptum est, anno regni Nabuchodonosor 18. captam, & euersam esse Hierosolymam, incessumque templum, & Iudæos Babylonem in seruitutem esse abstractos, hanc præterea captiuitatem Iudæorum, durasse vsque ad euersionem regni Babylonici, & principium imperij Cyri, videlicet per 70. annos, proditum est in Sacris literis. Etenim sic est apud Hieremiam, cap. 25. Erit vniuersa terra in solitudinem, & stuporem, & seruient omnes gentes isti regi Babylonis, septuaginta annis. Et cum impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldaeorum visitabo: & ponam illam in solitudines sempiternas. Extremis autem verbis libri 2. Paralip. commemorata prius euersione Hierosolymæ, incendio templi, & de quæ Iudæorum, subditur: Si quis euaserat gladium, & D

A Etus Babylonem seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarum. Ut completeretur sermo Domini ex ore Hieremias, & celebraret terra cunctis diebus desolationis Sabbathata sua, vsque dum completerentur septuaginta anni, & vsque ad annum primum Cyri regis Persarum. Si igitur hos septuaginta annos captiuitatis, vsque ad euerisionem regni Chaldaeorum, adicias predictis decem, & octo annis, quos regnauerat Nabuchodonosor ante captiuitatem Iudaeorum, efficiet, quam supra posuimus, summam annorum octoginta octo, quibus imperium Chaldaeorum stetitisse dicimus.

B Ex iis, quae dicta sunt, licet quorundam veterum auctorum sex errores, circa durationem regni Chaldaeorum animaduertere. Nec mirum, in hoc offendisse nonnullos veterum, etenim res lubrica, & ad lapsum procliuis chronologia est, multi labuntur in scitia, quidam obliuione, nec pauci per incogitantiam. Quapropter, si quid in descriptione temporum antiqui scriptores, caeteroqui diligentes, & docti, peccarunt, cum excusatione humanae imbecillitatis, liberaliter illis condonandum est.

C **Q**ui enim tam lynceus, aut quis tam praesenti memoria, intentoque animo semper esse potest, ut in tantis veteris historiae, & chronologiae tenebris, nullamquam offendat, cui nihil excidat, quem nihil vnquam effugiat. Nos igitur, veterum, & doctorum scriptorum, vel in chronologia, vel aliis in rebus errata, non ad reprehensionem eorum, quos suspicimus, & colimus, sed ad lectoris tantum admonitionem, & cautionem indicamus. Est autem primus error Berosi, qui in libr. 3. de reb. Chaldaicis, ut refert Ioseph. priori lib. contra Apionem, ab initio regni Nabuchodonosor, vsque ad extremum vitae Balchafaris, & regni Chaldaici, annos computat duraxat sexaginta quinque. Alter error fuit Alexandri Polyhistoris, qui apud Eusebium lib. 9. de praeparatione Evangelica, c. vlt. annos numerat tantum lxij. Tertius error fuit Clementis Alexandrini in 1. libr. Stromatum: & Eusebii in Chronicis, quem sequutus est D. Augustinus libro 18. de Ciuitate Dei. Isti namque annos viij. & xxx. tantum tribuerunt regno Chaldaico. Quartus error est Seueri Sulpitij, in libr. 2. sacrae hi-

Sex errores circa durationem regni Chaldaeorum.

Veterum, & doctorum hominum in historia, & Chronologia lapsus, etiam excusatione, non tantum venia esse dignos. Berosij.

Alexandri Polyhistoris. Clementis Alexandrini, & Eusebii. Seueri Sulpitij.

istoriae,

floræ, qui huic imperio Chaldæorum solos septua- **A**
Orosij. ginta annos assignat. Quintus error est Pauli Orosij,
 qui in libro 2. cap. 2. affirmat, quo tempore Roma re-
 ges à Romanis expulsi sunt, eodem tempore hanc,
 quam Daniel memorat Babylonici imperij euer-
 sionem contigisse. Verùm non ita fuit: Siquidem euer-
 sio regni Chaldaici circa finem quinquagesimæ quartæ
 Olympiadis facta est: Cyrus enim secundum omnes
 melioris notæ auctores, in principio quinquagesimæ
 quintæ Olympiadis regnare incæpit: reges autem Ro- **B**
 ma expulsos esse sexagesima septima Olympiade, cum
 alij, tum in primis diligens auctor Dion. Halicar. tra-
 dit. Sextus error est Iosephi, qui in libro 10. antiq. ab
 exordio regni Nabuchodonosor, vsque ad finem re-
 gni Baltharis, annos computat centum, superque
 decem, & octo. Quamquàm Beda in lib. de sex ætati-
 bus mundi, prædictos numeros, apud Iosephum eo
 loci mendosos, & ab aliis vitiatos esse suspicatur. Ru-
 pertus quoque in libro sporum commentariorum super
 Daniele, Bedam sequutus, de eo ipso dubitat. Nec **C**
 temerè profectò isti de hoc dubitant: quippe, Iose-
 phus libro 11. antiquitatum, à captiuitate Iudæorum,
 quæ facta est anno 18. regni Nabuchodonosor, vsque
 ad eius relaxationem, hoc est vsque ad excidium regni
 Chaldaici, & principatum Cyri, numerat annos septua-
 ginta, qui additi prioribus 18. eandem, quam nos supra
 tradidimus, octoginta & octo annorum imperij Chal-
 daici, summam efficiunt.

Qui, & quot reges, prædicto tempore imperium Chaldaicū tenuerunt.

OCTAVA quæstio. Quot, & qui reges hoc tempo-
 ris spatio apud Chaldæos regnauerint. Eusebius in **D**
 Chronicis, & Seuerus Sulpitius libro primo sacræ hi-
 storæ, tres tantum numerant: Nabuchodonosor, Euil-
 merodach, & Balthasarem. Theodoretus, oratione sex-
 ta in Daniele, prædictis addit quartum, hoc est, Da-
 rium Modū. Auctor historæ scholasticæ super libro Da-
 nielis, cap. 5. sex reges recenset: duos enim reges Chal-
 dæorum, dictos Nabuchodonosor, Patrem, & filium,
 non solum auctor ille facit, sed etiam Antonius Sa-
 bellicus Enneadis secundæ libro 5. & Ludouicus Viues
 in commentariis super capit. 26. libri 18. Augustini de
 Ciuitate Dei: tertium regem commemorat etiam fi-
 lium

Alium magni Nabuchodonosor, minorem tamen natu priore, appellatum Euilmerodach : huius tres fuisse filios, qui hoc ordine regnarunt, Niglisar, Labosardach, & Nabonidum, seu Balthasarem. Sed prædictas omnes opiniones nos supra refutauimus, cum super hoc ipso quinto capit. quæstionem illam tractarem, An Balthasar fuisse filius regis Nabuchodonosor, quo loco probauimus, sequuti Iosephum, D. Hieronymum, Bedam, aliisque præclaros auctores, quinque reges tenuisse hoc imperium Chaldaicum: primò, regem Nabuchodonosor: deinde filium eius Euilmerodach: tum sororis huius maritum Niglisar: postea, eius filium Labosardach: extremum, hunc regem Balthasarem filium Euilmerodach, & nepotem Nabuchodonosor.

NONA quæstio. Quandiu quisque illorum quinque regum regnauerit. Præter Eusebium & Sulpitium omnes consentiunt, Nabuchodonosor regnasse tribus & quadraginta annis: Balthasarem verò decem & septem, At Sulpitius tribuit Balthasari quatuordecim. Sed longius à vero aberrat Eusebius in Chronicis, qui Euilmerodacho & Balthasari simul, non plus duodecim annos assignat: regem autem Nabuchodonosor regnare facit annos tantùm triginta sex; & Euilmerodach facit succedere patri Nabuchodonosor, anno post captiuitatem Sedechiæ, decimonono: post transmigrationem autem Iechoniæ, anno trigesimos cum in 4. libro, Reg. capite 25. & apud Hieremiam, c. 52. non obscure significetur, post obitum Nabuchodonosor, filium eius Euilmerodach regnare cœpisse, anno post transmigrationem Iechoniæ 31. Verùm, vt dixi, Berosus, & alij veteres, quos citant Ioseph. li. 10. antiq. & priori li. cōtra Appionem, Euseb. item li. 9. de prepar. Euang. c. vlt. & post hos D. Hier. super c. 5. Daniel & Beda in lib. de sex æta. mun. in hoc conueniunt, Nabuchodonosor regnasse 43. annis, Labosardach nouem mensibus, & Balthasare ann. 17. De reliquis duob. magna est varietas: Berosus autem apud Ioseph. li. priori contra Appionē, duos tantùm annos attribuit Euilmerodach, quatuor verò Niglisar, Ioseph. li. 10. Ant. Euilmerodach assignat an. 18. ipsi Niglisar, 40. Sed,

De numero annorum, quibus regnarunt singuli prædictorum regum Babylonis.

vt supra monui, ex Beda & Ruperto, isti numeri vi-
 tiati sunt eo loco apud Iosephum: Denique, Seuerus
 Sulpitius putat, Euilmerodach regnasse annis 12.
 Nos, vt constet summa septuaginta annorum, ab an-
 no regni Nabuchodonosor, 18. vsque ad extremum
 regni Bakhafaris, quam paulò supra constituimus,
 cogimur regi Euilmerodach, & Niglisar simul, tri-
 buere annos 27. de quib. annis, quot vnicique isto-
 rum duorum assignari conueniat incompertum est.

BENEDICTI PERERII SOCIE- TATIS IESV,

Commentariorum in Danielem,

LIBER VII.

CAPVT SEXTVM.



LASCIVIT Dario, & constituit super re-
 gnum satrapas centum viginti, vt essent in to-
 to regno suo. Et super eos, principes tres, ex
 quibus Daniel vnus erat, vt satrapae illis
 redderet rationem, & rex non sustineret mole-
 stiam. Igitur Daniel superabat omnes prin-

Infrà. 2.

† Auferet Da-
 nielem. 3. M. S.

Regis. 47.
 M. S. Hier.

cipes, & satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo. Porro
 rex cogitabat constituere eum super omne regnum: vnde prin-
 cipes & satrapae querebant occasionem vt inuenirent Danieli
 ex latere regis, nullamque causam & suspicionem reperire po-
 tuerunt, eo quod fidelis esset, & omnis culpa, & suspicio non inue-
 niretur in eo. Dixerunt ergo viri illi, non inuenimus Danieli huic
 aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui. Tunc principes
 & satrapae surripuerunt regi, & sic locuti sunt ei, Dari rex, in
 aeternum viue: consilium inierunt omnes principes regni, magi-
 stratus & satrapae, senatores & iudices, vt decretum imperato-
 rium exeat, & edictum, vt omnis, qui petierit aliquam petitio-
 nem à quocunque Deo & homine, vsque ad triginta dies, nisi à te.

A rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque, rex, confirma
 sententiam, & scribe decretum: vt non immutetur, quod statu-
 tum est à Medis & Persis, nec prauaricari cuiquã liceat. Por-
 ro rex Darius proposuit edictum, & statuit. Quod cum Daniel
 comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam:
 & fenestris apertis in cœnaculo suo, cœtra Ierusalem tribus tem-
 poribus in die flectebat genua sua, & adorabat: confiteba-
 turque coram Deo suo sicut & antè facere consueuerat. Viri er-
 go illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem &
 obsecrantem Deum suum. Et accedentes locuti sunt regi super
B edicto: Rex, numquid non constituisti, vt omnis homo, qui roga-
 ret quemquam de dijs & hominibus, vsque ad dies triginta,
 nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens
 rex, ait, Verus est sermo iuxta decretum Medorum, atque
 Persarum, quod prauaricari non licet: Tunc respondentes dice-
 runt coram rege, Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, non cura-
 uit de lege tua, & de edicto, quod constituisti, sed tribus tempo-
 ribus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum cum audis-
 set rex, satis contristatus est, & pro Daniele posuit cor, vt libe-
 raret eum, & vsque ad occasum solis laborabat, vt erueret
C illum. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei, Scito, rex,
 quia lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod
 constituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, & ad-
 duxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixit-
 que rex Danieli, Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit
 te: Allatusque est lapis vnus, & positus est super os lacu, quem
 obsecrauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne
 quid fieret contra Danielem. Et abiit rex in domum suam, &
 dormiuit inœcatus, cibi que nõ sunt allati coram eo, insuper &
 somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo confurgens, festi-
 nus ad lacum leonum perrexit: appropinquansque lacui, Da-
 nielem voce lachrymabili inelamauit, & affatus est eum, Da-
 niel serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, putasne
D valuit te liberare à leonibus? Et Daniel regi respondens ait,
 Rex, in eternum viue, Deus meus misit angelum suum, &
 conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo
 iniustitia inuenta est in me: sed & coram te, rex, delictum non
 feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem
 præcepit educi de lacu, & nulla lesio inuenta est in eo, quia
 credidit Deo suo. lubente autem rege, adducti sunt viri illi,
 qui

I. Mac. 2. 60

qui accusauerat Danielem, & in lacum leonum missi sunt ipsi, & filij, & uxores eorum, & non peruenerunt usque ad partem lacu, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerent. Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio, & regno meo tremiscant, & pauent Deum Danielis. Ipse est enim Deus viuens, & eternus, in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius usque in eternum: Ipse est liberator atque saluator faciens signa mirabilia in caelo, & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum. Porro Daniel perseuerauit usque ad regnum Darij, regnumque Cyri Perse.

Summa capituli sexti.

DARIUS Medus, occiso Balihafare, captaque Babylone, & imperio Chaldaeorum ad Medos Persasque translato, Danielem, quem Babylone repererat a regibus Chaldaeis, propter admirabilem, & diuinam magis, quam humanam sapientiam, ad summos honores & dignitates euectum, pari ipse beneuolentia, & gratia complexus, Babylone duxit secum in Mediam, vnumque de primis tribus principibus, qui omni eius imperio praerant constituit: quintiam quod magis ipse omni labore ac molestia vacaret, Danielis prudentia fideque confisus, vniuersi regiminis molem humeris eius imponere cupiebat. Quae res magnam Danieli, apud Medorum & Persarum principes inuidiam, & ex inuidia periculum creauit, Itaque falso ipsi, contempte ab eo regie maiestatis obiecto crimine, in lacum leonum deiecitur: sed inde saluus, & usquequaque illaesus egrediens, tanta admiratione potentiae ac prouidentiae Dei, qui ab ipso colebatur, regis animum impleuit, vt eum maximum esse Deum, & rex ipse cognosceret, summisque laudibus praedicaret, & per omne imperium suum nomen eius publicari, & celebrari, & ab omnibus honorari iuberet.

Placuit Darij, & constituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo,

QUIS NAM fuerit hic Darius, qui Babylonem cepit, imperiumque Chaldaicum ad Medos, & Persas transtulit, vt in extremo praecedente capite dictum est,

A est, & qui Danielem in tanto honore ac dignitate collocavit, sicut narratur hoc sexto capite, res est valde obscura, perplexa, & incerta. Itaque ut in rebus obscuris, & ambiguis euenit e solet, ea de re variae sunt auctorum sententiae. ego sex, vel septem opiniones brevissimè commemorabo. Prima opinio fuit quorundam, quos refert auctor historiae Scholasticae super libro Danielis, capite 8. tradidisse, hunc Darium fuisse avum Balthazaris, ultimi regis Chaldaeorum: hunc enim ex filia illius esse generatū. Et quia Balthazar filios non habebat, propterea maturasse Darium eo interempto, Chaldaeorum regnum occupare. Verū, quia nec auctor historiae Scholasticae eam sententiam approbat, nec auctores eius nominatim memorat, nec vlla eius sententiae probabilis ratio suppetit, idcirco eam quasi fictitiam reiicimus. Secunda opinio est Severi Sulpitij, in lib. 2. sacrae historiae, asserentis, hunc Darium regnasse decem & octo annis, qua tempestate apud Medos regnabat Astyages. Sed id non est consentaneum rationi. Nam & hunc Darium imperasse Medis, ex hoc sexto capite Danielis constat: & Astyagem imperium Medorum tenuisse, omnes tradunt externi scriptores, sed fieri non potuit, ut eodem tempore simul duo reges essent Medorum.

TERTIA opinio est Theodoretī in oratione sexta super Daniele: nam, ut supra docui, commentario suos in Daniele digessit in orationes, quas habuit ad populum. Censet autem Theodoretus hunc Darium fuisse nepotem ex filia regis Nabuchodonosor, Itaque is matrem habuit Chaldaeam, sed patrem Medum: ideoque cognominatus est Darius Medus, non autem Darius Chaldaeus. Fuisse autem eum nepotem Nabuchodonosor, hoc modo argumentatur Deus per Hieremiam cap. 27. Promisit daturum se regnum amplissimum regi Nabuchodonosor, & filio eius, & filio filij: cum igitur Balthazar fuerit filius Nabuchodonosor, ut ipse Theodoretus paulo superius dixerat, & Daniel significat capite quinto, appellaus Nabuchodonosor patrem Balthazaris, post Balthazarem autem proximè tenuit regnum Chaldaicum hic Darius, ergo, ut constat illud Dei promissum, necesse est hunc Dariū nepo-

Quis fuerit ille Darius Medus, qui Chaldaicum imperium evertērit. Prima opinio quam historia scholastica commemorat.

Secunda est Severi Sulpitij

Tertia est Theodoretī.

Darium Medum nō fuisse filium filiae regis Nabuchodonosor contra Theodoretum demonstratur.

tem fuisse regis Nabuchodonosor. Sed enim, minime veram esse hanc opinionem arbitror. Principio, quod sumit Theodoretus pro certo & probato, Balthasarem fuisse filium Nabuchodonosor supra super 5. capit. falsum esse ostendimus: fuit enim Balthasar filius filij Nabuchodonosor: quapropter promissum illud Dei, quod est apud Hieremiam, in ipso completum est. Deinde illud vaticinium Hieremiæ; quo suam Theodoretus firmat sententiam planè subuertit eam. Siquidem eo loco Dominus pollicetur se datum regnum filio Nabuchodonosor, & filio filij: atqui Darius, ut fateatur Theodoretus, non fuit filius filij Nabuchodonosor, sed tantum filius filia: ergo non ad ipsum pertinebat illud Dei promissum. Sed ad hoc respondet Theodoretus, licet Darius esset filius filia, dictum tamen esse eo loco Hieremiæ filium filij, quod consuetudo sit scripturæ genealogias describere non perccaminas, sed per mares. Est sanè ita, ut inquit Theodoretus, sed cum id tamen fieri potest citra veritatis injuriam. Ut autem, qui nullo modo est filius alicuius, dicatur simpliciter eius filius, nec solet, nec verè potest facere Scriptura. Ad hoc, Deus promissit, se conferuaturum regnum Chaldaicum in illis tribus, in Nabuchodonosor, in filio eius, & in filio filij, quod promissum pertinebat ad beneficium, & quandam veluti mercedem regis Nabuchodonosor: at Darius, tantum abest ut regnum Chaldaicum conseruaret in familia regis Nabuchodonosor, ut omnem familiam eius, interfecto Balthasare, penitus extinxerit, regnumque à Chaldaeis ad alienas gentes, Persas dico, & Medos transtulerit. Atque hoc significauit Daniel supra cap. 5. exponens tertium vocabulum illius scripturæ, Phares: & dicens diuuisum est à te regnum: & datum est Persis & Medis.

An Darius
Medus, idè
fuerit, qui à
Græcis cogno
minatus est
Darius Hysta-
pis.

QVARTA opinio est, hunc Dariū Medū esse, quem externi scriptores appellant Dariū Hystaspis. Siquidè hunc externi auctores, ut Herodotus lib. 3. & Iustin. li. 1. tradit, bellum gessisse cum Chaldaeis, eosque Babylone expugnat a subiugasse. Hoc ipsum autem de Dario Medo in 5. cap. scripsit Daniel. Hanc sententiam D. Hieronymus super 9. cap. Danielis, tribuit Porphyrio: nec ab ea videntur abhorruisse Tertullianus in libro, quem

A quem scripsit aduersus Iudæos, & Cyrillus Hierosolymitanus in Carecheli 12. Ioan. item Annius secutus suum Merasthenem, & Philonē, necnō & vestigia eius persequentes, Ioannes Lucidus de emendatione temporum, Gerardus Mercator in suis annalibus: Denique Driedo in libro 3. de sacris Scripturis, c. 5. part. 3. Sed hæc opinio à vero longissimè remota est. Etenim inter Darium Medum, & Darium Hystaspis, plurimum differt. Primò, ille fuit genere Medus, hic Persa: ille filius Assueri, id est, regis, vt habes infra, c. 9. hic minimè ille regnauit ante Cyrum, vt ex vltimis verbis huius capituli textu colligi potest, hic verò regnauit apud Persas tertio loco post Cyrum, & prope quadraginta annis post obitum Darij Medi. Ratio autem, quæ in eam sententiam prædictos auctores adduxit, inutilis est, & ex incertitia historiarum profecta. Babylon enim bis capta est diuersis temporibus, & imperio Medorum ac Persarum subiecta. Primùm à Dario Medo, Cyro adiutore, qui regnum Chaldæorum ad Medos & Persas primus transtulit: quibus cum aliquot annos paruissent Chaldæi, postea rebellantes, ab eorum imperio defecerunt. Aduersus eos bellum gessit Darius Hystaspis, & expugnata Babylone iterum ipsos sub iugum misit. Quam historiam legere apud Herodotum, & Iustinum supradictis locis cuius licet.

Quinta opinio est, hunc Darium Medum esse eundem ipsum, quem Græci appellant Cyrum. Etenim, quæ daniel de hoc Dario Medo scribit, ipsum debellasse Chaldæos, & eorum imperium ad Medos, & Persas traduxisse: eadem ipsi de Cyro Græci, & Latini tradiderunt. Hanc sententiam apud nullum adhuc legi, nisi quòd Theodoretus in principio sextæ orationis super Danielem, simile quiddam videretur innuere. Equidem quia eadem opinio in speciem probabilis est, & cuiuspiam animum sic opinari fortasse subire posset, propterea hoc loco eam commemorandam censui. Sed refellitur tripliciter. Ac primò quidem, Darius fuit Medus, & de semine Medorum, vt Daniel ait initio noni capituli: Cyrus verò, Persa fuit, & patre Persa generatus. Postea, cum Darius Medus euerit regnum Chaldæorum, natus erat duos & sexaginta an-

Darius Medus non fuit Darius Hystaspis

Babylon bis capta.

An Darius Medus fuerit idem, qui Cyrus.

Non fuit Cyrus.

nos, sicut docet Daniel extremis verbis quinti capituli, nec exinde regnavit nisi vno anno, vt nos infra ostendemus in quaestione secunda super capite nono: atqui Cyrus, qui regnare coepit post euersum imperium Chaldaicum, vt nos praedicto loco demonstrabimus, quadraginta annos natus erat cum regnum accepit, idque per triginta annos tenuit, vt scriptum reliquit Cicero primo lib. de diuinatione. Denique Daniel in extremo hoc 6. cap. satis aperte indicat, aliud fuisse regnum Darij, & regnum Cyri Persae. Duæ reliquæ opiniones prioribus multo sunt probabiliores: & profecto B vtraque satis probabiliter teneri ac defendi potest.

An hic Darius Medus fuerit is, qui Astyages à Græcis appellatus est.

S E X T A opinio est, hunc Darium fuisse eundem, quem Græci appellat Astyagem aut Cyri. Ita quosdam sensisse & tradidisse, refert diuus Hieronymus super quintum caput Danielis. Et verò, idem sensisse videtur Eusebius, faciens in Chroniceis Astyagem vltimum Medorum regem: post quem Cyrus proximè regnauerit. Huic sententiæ fides astruitur ex eo, quod scriptum est infra in extremo capite decimotertio, post mortem Astyagis Cyrum suscepisse regnum. C Cum igitur, & hic Darius, extremus fuerit rex Medorum, eique proximè in regno Cyrus successerit, his consequens est, hunc Darium esse eum ipsum, qui à Græcis dictus est Astyages. Verùm, aduersus hanc opinionem duo possunt obiici. Vnum est, à nullo extetiorum scriptorum esse traditum, Astyagè gessisse bellum cum Chaldaeis, & Babylonem expugnasse, atque imperium Chaldaeorum ad Medos, & Persas transfuisse: quæ tamen omnia de hoc Dario Medo traduntur in Sacris literis. At enim, huic obiectioni sic potest occurrì, Astyagem quidem debellasse Chaldaeos: sed quia Cyrus eius ex filia nepos, iuuenis, fuit bellicosissimus, D & egregiam eo in bello operam nauauit: quia belli prosperè conficiendi, comparandaque victoriae princeps fuit, idè tam Persæ, quàm Persis fauentes Græci, omnem eius belli, & victoriae gloriam vni Cyro tribuerunt. Alterum, quod posset obiici, est illud, Falsum esse, quod pro eius opinionis confirmatione ex vltimis verbis capitis decimotertij sumptum est, Cyrum proximè regnasse post mortem Astyagis. Id enim neque

Dux obiectiones,

A neque si Xenophontem sequamur, neque si credamus Herodoto, verè à nobis dici potest. Xenophon namque, post Astyagè, regnare facit Cyaxarem eius filium: post verò, Cyrum. Herodotus verò tradit Cyrum, cum in bello percussisset Astyagè, vicissetque, relegasse eum in Carmaniam, eoque viuo imperium sibi vendicasse. Ante mortem igitur Astyagis, Cyrus regnare cepit. Verùm hanc etiam objectionem non difficile est repellere. Nā quia Cyrus, quoad vixit atus eius Astyages, non regnavit legitime: sed per vim: post mortem autem Astyagis, iuste regnavit: quippe qui nepos eius erat, verusque regni hæres: propterea diuina Scriptura iustum Cyri regnum tantummodo spectans, exordium regni eius, nō ex quo per vim: sed ex quo legitime regnare cœperat, æstimare & declarare voluit.

B SEPTIMA opinio est, fuisse hunc Darium, filium Astyagis, & auunculum Cyri: & esse eum, quem Xenophon in libris de Cyropædia, vocat Cyaxarem. Astyages enim habuit hunc filium Cyaxarem, & filiam, ab aliis dictam Mandanem, de qua natus est Cyrus. Hic igitur Darius seu Cyaxares, debellare cupiens Chaldæos, socium & adiutorem gerendi belli, ascivit Cyrum filium sororis, cui etiam confecto bello, vnicam filiam (carebat enim liberis) despondit, & nomine dotis regnum reliquit. Itaque post obitum huius Darij, omne imperium eius Cyrus obtinuit. Hanc sententiam maximè probant & sequuntur, Iosephus libr. 10. Antiquitatum, & D. Hieronymus super quinto, & nono capite Danielis: Lyrattus item super sexto, & nono capite Danielis. Sanè magna ex parte in hunc Darium quadrant, quæ Xenophon de Cyaxate, in illis libris prodidit, nec quicquam hæc sententia falsi, vel absurdi continet: quin etiam pulchrè cum Sacra historia, externam & profanam concordat. Vnum tantummodo est, quod ei multum officere ac vehementer aduersari videtur. Etenim, Herodotus libr. 1. Valerius Maximus lib. 1. cap. de somniis, Iustinus lib. 1. Senerus Sulpitius libro secundo Sacre historiae, aliique complures, tam Græci, quàm Latini, quasi rem veram certamque tradiderunt Astyagè caruisse filiis, & vnā tantum filiam, quæ Cyrum peperit,

Darius Medus fuit is, què Xenophon appellat Cyaxarem.

Obiectio.

Solutio.

perit, habuisse, eique in regnum proximè Cyrum successisse. Non igitur verū est, quod supra de Xenophontis sententia diximus, Cyaxarem fuisse filium Astyagis, & post ipsum quidem, sed ante Cyrum regnasse. Ad hoc responderi potest dupliciter: Possimus enim sequi auctorem historiae scholasticæ, qui super librum Danielis, capite 16. affirmat: Astyagem non habuisse filium, sed vnicam tantum filiam: Cyaxarem verò seu Darium Medum, non fuisse naturæ filium Astyagis, sed consobrinum. Verū cum Astyages bello peteretur, & premeretur à Cyro, odio eius, scilicet ne ad ipsum aliquando regnum suum deueniret, filium sibi adoptauit Cyaxarem, regniq̄ heredem nuncupauit. Cyrus igitur deuictō Astyage, regnum quidem concessit Cyaxari, quoad vixit, aut contentus vindicta aui, aut veritus, ne si etiam Cyaxarem regno pellet, omnium contra se Medorum odia & vires concitaret. Ex quo apparet Cyaxarē nec fuisse filium Astyagis, sicut tradidit Herodotus: non enim natura fuit illius: & fuisse tamen & quodammodo filium, videlicet adoptione, quemadmodum narrat Xenophon.

De Cyro & Astyage valde diuersa, imò contraria, scripsisse Herodotum & Xenophontem, potius tamen Xenophonti, quā Herodoto, credendum.

SI cui autem hæc opinio propter eā nullam habere fidem videatur, quia nulla probabili coniectura, nulliusque veterum auctoritate firmata est, adiungam alterum responsum: cum Xenophon & Herodotus de Cyro & Astyage plurimum inter se dissentiant, licitum esse nobis, in eo, de quo nunc agimus, Herodoto præferre Xenophontem. At enim, Herodotus, & pericetus, & valde grauis auctor est: Verò: sed Xenophon paulò recentior eo fuit, nec auctoritate inferior. Atqui Xenophontem, libros illos de Cyro, non ad fidem historiae, sed ad effigiem iusti imperij, atque optimi principis scripsisse, in primo libro epistolarum ad Quintum Fratrem, dixit Cicero. Credo quidem multam illis libris, ad vberiorē, & illustriorem Cyri laudem, ficta esse à Xenophonte; Verū non pauciora apud Herodotum reperiri mendacia, idem Cicero testis est: quippe in libro de legibus, apud Herodotum innumerabiles ait esse fabulas: itaque vulgo pater mendaciorum dictus est Herodotus. Sed quibus rebus Xenophon & Herodotus in historia Cyri

A & Astyagis inter se discrepant? Multis sanè. principio, Herodotus Astyagem facit vltimum Medorum regem: Xenophon, penultimum. Tum ille negat, Astyagi fuisse filium, sed vnicam tantum filiam: hoc negat Xenophon, filium eius appellans Cyaxarem. Postea ille scribit, Astyagem debellatum esse à Cyro regnoque pulsum, & relegatū in Carmaniam, ibiq; obiisse: Xenophon tradit, illum in regno suo, admodum puerulo Cyro, naturali morte decessisse, regnumque filio Cyaxari reliquisse. Deinde tradit Herodotus Cyrum obscuro natum patre, & humiliter educatum inter pastores: contra, Xenophon inquit, Cyrum patre, perfarum principe, quiq; genus duceret ex Perseo, generatum, & in aula patris, atque aui educatum. Ad hoc Herodotus ait, Cyrum miserimè in bello, quod gessit cum Thomyri Messagetarum regina, periisse: Xenophon verò scribit, illum domi suæ tranquillissimè, ac felicissimè vita defunctum. Denique Herodotus prodidit, Cyrum regnasse novem, & viginti annos, Xenophon autem annos dumtaxat VII. Illud præterea animaduertendum est, hunc Darium Medum, C quatuor nominibus esse appellatum: dictus est Darius à Daniele, hoc 6.c. & supra c. 5. infraque c. 9. At verò Septuaginta interpretes appellarunt eum Artaxerxem, ut super hoc sexto capite testatur, diuus Hieronymus: apud Xenophontem nominatur Cyaxares: postremò, infra postremis verbis decimitertij capitis nominatur Astyages. postquem dicitur regnasse Cyrus. Atque hæc posteriora duo nomina in Darium conueniunt, secundum vltimam opinionem, quam nos cæteris probabiliorē iudicauimus.

D SED postquam hæc scripseram, venere in manus meas octo volumina Iosephi Scaligeri, de emendatione temporū: opus sanè varia, & curiosa eruditione, subtiliter, atque eleganter elaboratum, limatumq;. In 6. autem volu. cum differit de regibus Chaldæorum, qui post Nabuchodonosor regnauere apud Babylonios, Opinis Iosephi Scaligeri
duo ponit Scaliger, ipsi, ut ait, vera certaq;: mihi autē falsa, nisi ego me fallo: aut potius, nisi me anti-falsa.
quissimi, & nobilissimi auctores fecellerunt. Primò putat

Quatuor nomina Darij Medj.

putat Scaliger, quem Daniel cap. 5. vocat Balthasarem A
regem Babylonis, fuisse eum, quem Berofus apud Io-
seph. in 1. lib. contra Appionem, & apud Euseb. lib. 9. de
præpar. Evangelica, c. vlt. Alexand. Polyhistor, & Me-
gasthenes, appellarunt Labofardachum, filium nempe
reginæ Nitocridis, filia Magni Nabuchodonosor.
Hoc ego falsum censeo. Etenim Berofus tradit Labo-
fardachum regnasse puerum, & novem tantum men-
ses; & quia improbis moribus esse videbatur, à suis esse
interfectum. Hæc nequaquam congruunt cum iis, quæ
de Balthasare scripsit Daniel. Quippè in 8. cap. nomi-
nat Daniel tertium annum regni Balthasaris. Et in 5.
cap. ea narrat de conuiuio eius, de conuiuiarum multi-
tudine, ac dignitate, de ipsius vxoribus, & concubinis,
quæ puero minime competunt. Nec Daniel obscure
indicat, Balthasarem non à suis: sed ab hostibus esse
occisum. Sed illud fortius est argumentum: Apud Hier.
cap. 27. legimus, Deum promississe, daturum se regi Na-
buchodonosor amplissimum imperium: nec tantum
ipsi, sed etiam filio ipsius, & præterea filio filij. Post Na-
buchodonosor, filius eius Euilmerodach paternum tenuit
imperium, cuius filium Balthasarem, nos suprâ do-
cuimus, prægressis duobus alijs regibus, vltimo loco
paternum, & auitum imperium obtinuisse; at secun-
dum Scaligerum, qui hunc Balthasarem, seu Labofar-
dachum, facit filium, non quidem filij regis Nabucho-
donosor: sed filia, illud Dei oraculum non est imple-
tum: non enim filius filij Nabuchodonosor, imperium
eius tenuit.

D E I N D E, arbitratu Scaliger, quem Daniel cap. 5.
appellat Darium Medum; & ait, interfecto Balthasare,
successisse in regnum Babylonis, natum annos duos, D
& sexaginta, fuisse eum ipsum, quem Berofus, Mega-
sthenes, & Alexander Polyhistor nominarunt Nabo-
nidum, quem tradunt, post necem Labofardach, ad reg-
num Babylonicum communi principum suffragio
esse assumptum, & hunc esse posteriorem illum Laby-
nitum, quo regnante scribit Herodotus, Babylonem
esse à Cyro expugnatam. Hic namque Darius Medus,
seu Nabonidus, cum regnum Babylonicum vij. & x.
annos tenuisset, aegeretque lxxix. ætatis annum, bello
victus

An Balthasar
fuerit is, quem
Berofus, & alij
appellarunt La-
bofardach.

Altera opinio
Iosephi Scali-
geri, de Dario
Medo.

An Darius Me-
dus fuerit is,
quem Berofus
& alij appel-
larunt Nabo-
nidum.

- A victus est à Cyro, regnoque spoliatus, & in Carmaniam relegatus. Hæc Scaliger. Quæ videntur mihi, nec paucis, nec inualidis rationibus posse refelli, Principio, Refellitur opinio Scaligeri.
Darius fuit natione Medus, hoc est, Babylonis alienigena, & adueniat secundum Berofum, Nabonidus fuit Babylonius, & superioribus Chaldæorum regibus gentilis. Postea, nullo modo est credibile, Babylonios detulisse imperium homini Medo, cum eo tempore, Chaldæi haberent Medos, non tantum, vt alios, sed etiam, quia longè prolato imperio, in ditionem Chaldæorum imminabant, vt suspectos, & formidabiles.
- B Facit huic meæ opinioni fidem Herodotus, qui primo libro scribit, reginam Babylonis Nitocridem, cuius filio Labynito regnante, Babylon à Cyro capta est, nouis, exquisitisque munimentis firmasse Babylonem aduersus Medos: vt potè quorum potentiam in dies magis, ac magis crescere non sine periculo Babylonis intelligebat. Nitocris, inquit Herodotus, animaduertens imperium Medorum ingens, & pacatum, subactaque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præmuniuit se omnibus, quam potuit maxime. Et paulò infra. Ad hæc, inquit, quæcumque erat regio ad inuadendum opportuna, & compendiarua ex Medis via, hanc intersepsit, ne Medis commercio Assyriorum, ipsius negocia cognoscerent. Deinde, Dariû illum Medum, prius non fuisse hominem priuatum, vt censet Scaliger; sed regem Persarum, & Medorum; & quidem ante Cyrum, patet ex cap. 6. Danielis. Quæro igitur ex Scaligero, quando Darius Medus regnum Medorum, & Persarum tenuerit? Etenim auctore Scaligero perdidit ipse regnû Babylonicum anno 2. 58. Olympiadis, hoc est, quatuordecim annis postquam Cyrus regnare cœperat. Adhęc, Darius Medus, occupato regno Babylonis, non ibi mansit, sed Daniele secum ducens in Mediam, vt ait Diuus Hieronymus, apud Medos, & Persas regnabat, sicut liquido perspicitur ex cap. 6. Danielis, Hunc autem Darium, per vim inuasisse in regnum Babylonicum, nõ autem pacificè, & Chaldæorum suffragiis, vt ait Scaliger, & de Nabonido Berofus, & alij tradiderunt, factis ostendunt Isaias cap. 13. & Hieremias cap. 51. cum de Babylonis euerfione vaticinantes, euerfiores eius nõ alios, quàm Medos, & Medorum regem nominant, nulla
- Daniel. c. 5.

nulla Persarum facta mentione. Ex quo apparet, euer- A
sam esse Babylonem à rege Medorum, videlicet dum
stabat imperium Medorum, neque dum fuerat per Cy-
rum ad Persas translatum. Quid quòd Daniel interpre-
tatus illud vocabulum, *Phares*, dixit Balthasari, *Di-
nisum est regnum tuum, & datum est Medis, ac Persis*. Ergo
statim post eadem Balthasaris, regnum Babyloni-
cum ad Persas, & Medos deuolutum est: sed proximè
pòst, fuit penes hunc Darium Medum. Hic igitur Da-
rius, rex fuit Persarum, & Medorum ante Cyrum: &
per vim, non autem electione Chaldaeorum, Babyloni- B
nicum imperium occupauit. Hæc, quæ disputau-
mus, si vera sunt, vt videntur esse, non esse à veterum,
hoc est, Iosephi, Hieronymi, Theodoret, Bedæ, & alio-
rum sententia, quam suprà sequutus sum, disceden-
dum, cenleo.

*Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora
leonum, & non nocuerunt mihi.* C

Quibus mo-
dis impunè
quis cum leo-
nibus congre-
di possit: &
primò si eorū
caput operia-
tur.

Q VEMADMODVM illud miraculum euenerit,
vt Daniel obiectus leonibus, nihil ex illis detri-
menti cepit, paucis explicandum est. Ante omnia
scire conuenit, quinque modis fieri posse, vt aliquis ex-
positus leonibus, citra vllum miraculum, ab illis mi-
nimè lædatur. Primò, si quis possit, ruentis in se leonis
pallio, vel alia quapiam re, caput, aut oculos operire,
nihil ei nociturum leonem non obscuri auctores tra-
diderunt. Plinius certè libro octauo, cap. 16. narrat, Ro- D
mæ in publicis spectaculis, non temel contigisse, vt leo
sæuissimus aperto capite, continuò omnem ferocita-
tem, & rabiem deponeret, itaque torpesceret, vt etiam
deuinciretur non repugnans: sed præstat Plinij verba
hic apponere: *Capere leones arduum erat quondam opus,
fouensque maxime. Principatu Claudij, cæsus rationem docuit
pastor Getuli, sazo contra ingruentis impetum obiecto: quod
spectaculum in arenam protinus translatum est, vix credibili
modo, torpescente tanta illa feritate, quamuis leus iniectu open-
to capite, ita vt deuinciatur non repugnans, videlicet omni-
vis consisist in oculis. Quo miris miram fit, à Lysimacho, Ale-
xandri*

Alexandri iussu simul incluso, strangulatum leonem. Sic Plinius.

Deinde, si leo bene pascus, & satur fuerit, raro eum scire in hominem solitum, auctor est Aristoteles in lib. 9. de historia animalium, cap. 44. Ad hoc, si leo à teneris vnguiculis domestica consuetudine cicuratus, & mansuetus fuerit, non solum erit homini innoxius, sed etiam familiaris. Primus hominum, ait Plinius prædicto loco, leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuetum, Hanno ex clarissimis Pænorum traditur, damnatisque illo argumento, quoniam nihil non persuasurus, vir tam artificis ingeny videbatur, & male credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas. Præterea, solent leones benefactoribus suis, non tantum non nocere, sed etiam blandiri, & quoquo modo possunt, etiam inservire, & quasi gratiam velle rependere. Hoc videre licet in iis, qui curam domesticam leonum agunt: eos namque illi, non modo familiariter tractant, sed etiam impudè verberant. Eius rei duo ponit exempla Plinius, eo, quem dixi loco. Sed omnium, quæ adhuc equidem legi, illud, meo iudicio, clarissimum, maximeque memorandum fuit, quod Appion in libr. 5. Ægyptiacorum, apud Aulum Gellium libro 5. cap. 14. prodidit; Vidisse se Romæ in circo maximo, cum venationis amplissimæ pugna populo exhiberetur, inter sese mutuam cuiusdam vasti terrificique leonis, & serui Daci, cui Androdus nomen erat, miram, plenamque amoris, & officij recognitionem, ex veteri beneficio, quod olim Androdus in illum leonem contulerat. Præterea, non ferè consuevit leo, nisi maxima fame urgeatur, in prostratos, & supplices scire. Luculentum est eius rei exemplum, quod supradicto loco narrat Plinius sibi com-

Bertus, in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Captiuam, inquit, Getulie reducem, audiri, multo-

Drum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Etiam in hominem solitum, auctor est Aristoteles in lib. 9. de historia animalium, cap. 44. Ad hoc, si leo à teneris vnguiculis domestica consuetudine cicuratus, & mansuetus fuerit, non solum erit homini innoxius, sed etiam familiaris. Primus hominum, ait Plinius prædicto loco, leonem manu tractare ausus, & ostendere mansuetum, Hanno ex clarissimis Pænorum traditur, damnatisque illo argumento, quoniam nihil non persuasurus, vir tam artificis ingeny videbatur, & male credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas. Præterea, solent leones benefactoribus suis, non tantum non nocere, sed etiam blandiri, & quoquo modo possunt, etiam inservire, & quasi gratiam velle rependere. Hoc videre licet in iis, qui curam domesticam leonum agunt: eos namque illi, non modo familiariter tractant, sed etiam impudè verberant. Eius rei duo ponit exempla Plinius, eo, quem dixi loco. Sed omnium, quæ adhuc equidem legi, illud, meo iudicio, clarissimum, maximeque memorandum fuit, quod Appion in libr. 5. Ægyptiacorum, apud Aulum Gellium libro 5. cap. 14. prodidit; Vidisse se Romæ in circo maximo, cum venationis amplissimæ pugna populo exhiberetur, inter sese mutuam cuiusdam vasti terrificique leonis, & serui Daci, cui Androdus nomen erat, miram, plenamque amoris, & officij recognitionem, ex veteri beneficio, quod olim Androdus in illum leonem contulerat. Præterea, non ferè consuevit leo, nisi maxima fame urgeatur, in prostratos, & supplices scire. Luculentum est eius rei exemplum, quod supradicto loco narrat Plinius sibi com-

Feritas, in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Getulie reducem, audiri, multo-

Hrum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Ius in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Krum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Lus in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Mrum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Nus in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Orum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Pus in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Qrum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Rus in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Srum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Tus in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Vrum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Xrum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Yrum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Zrum in sylvis impetum à se mitigatum alloquio, ausam dicere, se suam, profugam, infirmam, supplicem, animalis omnium generosissimi, ceterisque imperantis, indignam eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquy feras, quippe, ubi etiam serpentes extrahi cantu, cogique in panam: verum, falsumve sit, vita non decreuerit. Sic Plinius. Lege Aristotelem libro nono, de historia animalium, cap. 44. atque Ælianum lib. 13. cap. 20. lib. 5. cap. 39. lib. 7. cap. ultimo.

Secundò, si satur fuerit.

Tertiò, si cicur.

Hanno Carthaginensis leonè primus mansuefecit.

Quartiò, si beneficio affectus fuerit.

Memorabilis historia leonis, qui seruum agnouit de se bene meritum.

Quintiò, si prostratus quis iacuerit.

Miraculū Dani-
nielis illæsi à
leonibus, se-
ptē modis po-
tuisse fieri.

4. Reg. 6.

Sæpi quo mo-
do leonū ora
obturauerint.

VERVM TAMEN, quod Danieli contigit, non A
humano consilio & ratione, potestateque factum est;
sed in miraculis diuinæ omnipotentia numerari de-
bet. Id autem septem modis fieri potuit; Etenim, si-
mul vt deiectus est in lacum leonum Daniel, fieri po-
tuit, vt ministerio angelorum, ex eo loco leones alium
in locum transferrentur. Potuit etiam ita præstrin-
gi acies visus leonum, vt præsentem Danielem non
viderent; similiter vt narratur in quarto libr. Regum,
accidisse Syris, qui Elisæum, ad quem comprehen-
dendum venerant, præsentem non cernebant. Idem
quoque effici potuit, altissimo grauissimoque som- B
no sopitis & oppressis leonibus, aut obstructo eo-
rum ore, cohibitisque vnguibus, qui vnus tantum
modus videtur à Daniele hoc loco commemorari,
cùm ait: *Misit Dominus angelum suum, qui occlusit ora leo-
num, & non nocuerunt mihi.* Quamquam, nisi ego fallor,
quod dicitur, occlusa fuisse ab angelo leonum ora, non
tam significat id, quod ipsa verba præ se ferunt; non
enim satis fuisset occludi leonum ora, sed præterea,
vngues coerceri & cohiberi necesse erat: quam, figu-
rata oratione indicat, angelum prohibuisse, ne leones C
Danieli nocerent. Sic etiam dicit Paulus epistolæ ad
Hebræos capite vndecimo: *Sancti obturauerunt ora leo-
num*; non quia leonibus ora obstruxerint & occluse-
rint, sed quia effecerunt, vel Deus per ipsos effecit, vt
leones, quasi obstructo essent ore, resectisque vnguibus,
nihil eis nocerent. Potuit etiam illis leonibus ad-
mi fames, omnisque cibi auaritia; quin etiam eden-
di fastidium, & rædium iniici. Potuit item tempera-
mentum corporis leonis, quod tale est, vt ex eo fe-
ritas, & sæuitia in homines existat, in aliud smitio- D
ris, & placidioris ingenij commutari. Ad extremum,
id potuit euenire mutata leonum phantasia. Etenim
propterea leo sæuit in aliquem, quod is interiori sen-
su repræsentatur leoni, vel tamquam ipsi contrarius,
& inimicus, & à quo possit lædi; vel tamquam cibus
sibi conueniens, & ad pastum suum pertinens. Si hæc
igitur mutetur phantasia leonis, & ita diuinitus con-
formeretur, vt inimicis sensibus percipiat leo hominem
vel tamquam sibi amicum, & beneficum, vel tamquam
rem

A rem à pastu, cibóque suo alic nam: vel denique tãquam quidpiam sibi terrificum & formidabile: sic leo affectus erga hominem, ad eum lædendum nequaquam incitabitur. Esse autem aliqua, quæ leonibus metum & paurem incutiant, vsu exploratũ est. Aristote'es quidẽ & Plinius prædictis locis, tria genera rerũ leones pauere ac perhortescere affirmãt: rotarum circũactosorbes, sonitũsq; cutruũ, galli cristas & cantũ: super omnia verò, fulgentes ignes.

B **BENEDICTI
PERERII SOCIE-
TATIS IESV,**

Commentariorum in Daniele,

LIBER VIII.

C **CAPVT SEPTIMVM.**



A N N O primo Balthasarũ regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis eius in cubili suo: & somnium scribens, breui sermone comprehendit, summamque perstringens, ait. Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. Et quatuor bestie grandes ascendebant de mari, diuersæ inter se. Prima quasi leona: & alas habebat aquile. Aspiciebam donec euulsa sunt ale eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrsõ in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: & sic dicebant ei: Surge: comede carnes plurimas. Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis: quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens

D

medens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat ceteris bestis, quas videram ante eam: & habebat cornua decem. Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius: & ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens in gentia. Aspiciebā, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius, flammę ignis: rota eius, igni accensus:

Apoc. c. 11. Fluvius igneus, rapidisq; egrediebatur à facie eius. †. Millia millium ministrabant ei, & decies milies centena millia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonum gradium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni: altarum quoque hestiarū ablata esset potestas: & tempora vitę constituta essent eis, vsque ad tempus & tempus. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cęli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in cōspectu eius obtulerunt eum,

†. Luc. 2. c.

33. Mich. 4. 6

7. Su. 3. g. 100.

†. g. 31.

Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes potuli, tribus, & lingue ipsi seruiunt: † potestas eius, potestas æterna, quę non auferetur, regnum eius quod non corrumpetur. Horrui spiritus meus: ego Daniel territus sum in his, & visiones capiti mei conturbauerunt me. Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem querebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me. Ha quatuor bestię magnę, quatuor sunt regna, quę consurgent de terra. Suscipient autem regnum sancti Dei Altissimi, & obtinebunt regnum vsque in seculum, & seculum seculorum. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quę erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & ungues eius ferrei: comedeat, & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat. Et de cornibus decem, quę habebat in capite: & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens gradia, & maius erat ceteris. Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis: donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelis, & tempus aduenit & regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, &

A ram, & conculcabit, & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur & sanctos Altissimi conteret, & putabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et iudicium sedebit, ut auferatur potentia, & conteratur, & dispareat usque in finem. Regnum autem & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne caelum, detur populo sanctorum Altissimi, cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei, & obedient. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis cõturbabar, & facies mea mutata est in me, verbum autem in corde meo conseruaui.

†. Isa. a. 7.
Sup. d. 14.

EX dispositione, atque ordine huius libri Danielis, palam est, propositum illi fuisse, in priore libri parte, omnes historias regum Chaldæorum, continuata serie contexere, & quæcunque vel sibi, vel sodalibus suis sub Chaldæorum regibus, & sub Dario Medo notabilia, & memoratu digna contigissent, ea vno loco describere: id quod fecit Daniel sex præcedentibus capitibus. In posteriori autem libri parte perscribere instituit Daniel omnes visiones, & reuelationes sibi à Deo datas: idque sex subsequentiibus capitibus diligenter præstitit. Quapropter cessat admiratio cur quæ hoc capite narrantur, ante historiam quinti capitulis non fuerunt posita, cum hæc primo anno Balthazaris, illa ultimo, id est decimo septimo euenerint. Describitur autem in hoc septimo capite, admirandum quoddam visum in quiete Danieli diuinitus obiectum, de quatuor principalium mundi regnorum, sub imagine quatuor animalium, **D**extoro & progressu: de regno item Christi æterno, de extremo iudicio, de persecutione Antiochi aduersus Iudæos, quæ adumbravit Antichristi, circa mundi occasum, aduersus electos persecutionem. Quibus autem rebus hæc visio Danielis à somnio regis Nabuchodonosor, supra in secundo capite exposito, differat, cum vtriusque visionis idem fuisse videatur argumentum, satis ostendimus, cum interpretationem illius somnij enarraremus. Tempus, quo hæc visio,

Diuisio libri Danielis in duas partes quarum altera historias, altera visiones ait.

Summa huius septimi capitulis.

Tempus huius visionis.

Daniel verus
huius libri
auctor,

ſid lib. 6.
Orig. c. 2.

Dan. 2.

ſeu ſomnium Danieli contigit, fuiſſe primum annum A
regni Balthaſaris, ab ipſo Daniele in exordio huius
capitis prænotatur, quod tempus incidit in quinquageſimum quartum annum vltimæ captiuitatis Iudæo-
rum, qui fuit decimus octauus ante eorum liberationem, & ab ortu Romæ, centefimus ſeptuageſimus ſextus, quo tempore Tarquinius Prifcus apud Romanos
regnum adminiſtrabat, & apud Græcos quinquageſima Olympias agebatur, & Daniel non minor erat octogefimo anno. Quod autem initio capitis ſcriptum
eſt, Danielem hæc ſuam viſionem breui ſermone comprehendendo, ſummatimque perſtringendo, conſignafſe literarum monumentis, ſatis apertè declarat, B
ſcriptorem & auctorem huius libri, non alium fuiſſe, quàm Danielem, fallamque arguit opinionem Hebræorum, quos tamen in libro ſexto Etymologiarum, ſequutus eſt Iſidorus, affirmantium, hunc librum non à Daniele: ſed à viris magnæ ſynagogæ, ipſius Eſdræ æqualibus fuiſſe conſcriptum. Prædictis conſonant, à Theodoro, & Hieronymo ſuper hoc loco, ſcripta. Theodoretus in oratione ſeptima ſic ait: *Ad hæc uſque verba, Daniel magis hiſtorico more prophetiam conſcripſit de Nabuchodonofor, Balthaſar, & Dario Medo. Quibus reuerti C
hiſtoricè percurſis, deinceps exponere incipit eas prædictiones, quas per diuinam reuelationem doctus eſt. Ac primum quatuor beſtiarum viſionem ponit, ſomnio regis Nabuchodonofor perquam ſimilem. Etenim ille in vna imagine quadruplicem vidit materiam: Et hic ex vno mari quatuor beſtias aſcendentes vidit: Dormiens autem reuelatione hanc habuit: omnia enim, que ſibi, vel vigilanti, vel dormienti diuinitus erant patefacta, & ad diuinæ providentiæ demonſtrationem, futurorum que ſynagogæ, & Eccleſiæ myſteriorum præſignificationem pertinebant, non ſuſtinuit ea ſibi tantum nota ſilentio ſupprimere: ſed quo ad omnium vtilitatem permanerent, etiam ſcripto prodidit. Horum ſimillima ſcribit Hieron. In ſuperioribus, inquit, ordo ſeruatuz eſt hiſtoria, quid ſub Nabuchodonofor & Balthaſare, & Dario Medo mirabilium ſignorum acciderit, percenſendo: in his verò narrantur ſomnia, que ſingulis ſint viſa temporibus, quorum ſolus propheta conſcius eſt, & nullam habent apud barbaras nationes ſigni, vel reuelationis magnitudinem: ſed tantum ſcribuntur, ut apud poſteros, eorum, que viſa ſunt, memoria perſeueret.* Ecce

A *Ecce, quatuor venti caeli pugnabant in mari magno: & quatuor bestiae grandes ascendebant de mari, diuersae inter se.*

OBSCURUM est, quid significet haec visio quatuor ventorum. Haud dubie per quatuor ventos significantur hoc loco quatuor principales venti, qui ex quatuor principibus mundi partibus, ortum & motum habent: ex ortu solis, Eurus: ex occasu, Zephyrus: ex meridie, Auster: ex Septentrione, Boreas. Quae ventorum distinctio, quatuor regnorum, de quibus hic agitur, varietatem significat: quorum aliud fuit orientale, aliud occidentale, boreale item aliud, & aliud meridionale. Porro ventorum pugna, quae hic describitur, in ventis inter se oppositis, intelligenda est. Per illud autem, *In mari magno*, consuetudine sacrae Scripturae, significatur mare mediterraneum: hoc enim in Sacris literis mare magnum nominatur, quod distinguitur à lacubus, aliisque magnis aquarum congregationibus, quae secundum proprietatem linguae Hebraeae, appellantur maria. Namque Oceani, qui solus proprie mare magnum dici debet, vix vlla in Sacris literis expressa mentio reperitur: nisi forte quispiam existimet, ad Oceanum referenda esse illa Dauidis verba, quae sunt in Psal. 103. *Hoc mare magnum & spatiosum*

C *manibus: illic reptilia, quorum non est numerus. Sed quia dixit: Spatiosum manibus*, hoc est in varia loca & sinus dispersitum, aptius videtur id quadrare in mare mediterraneum, quod multifariam flexuosum ac sinuosum est. Quoniam autem vis, impetus, pugna ventorum, & maior & vehemētior in mari, quam in terra, & in ampliori mari, quam in angustiore esse solet, idcirco vidit Daniel, ventos in mari magno valde concitatos, inter se pugnare.

QUID autem eiusmodi visio ventorum inter se pugnantium significauerit, tres sunt interpretationes. Prima est D. Hieronymi, qui similitudine ventorum significari ait, bonos angelos praepositos quatuor monarchiis. Etenim communis est Patrum doctrina, cuiuslibet regno praesidere vnum aliquem angelum, qui cu-

Quatuor venti principales Eurus, Zephyrus, Auster, & Boreas.

Mare magnum est mare mediterraneum

Visio ventorum inter se pugnantium in mari, quid significauerit. Angelos praesidere regnis, & ea gubernare patres docent.

ram eius agat in iis, quæ ad gubernationem eius, tum corporalem, tum spiritualement pertinent. Id quod probat Hieronymus ex Cantico Moſis, quod eſt in 32. c. Deuteronomij, in quo ſecundum translationem ſeptuaginta interpretum, in hæc verba ſcriptum eſt: *Quando diuidebat Altiffimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.* Dicitur autem angeli boni pugnare inter ſe, non affectu, ſed effectu: nã cum ſui quiſque regni & gentis curam gerat & vtilitati conſulat, vſuuenit vt nonnunquam angelorum, qui diuerſis præſunt regnis, optata & poſtulata apud Deum ſint inter ſe contraria. Exempli cauſa, Angelus præſidens regno Babylonis, nolebat Hebræos liberari captiuitate, & in patriam reuerti, quod ex eorum cõſuetudine, plurimum Chaldæi ad veri Dei cognitionem & venerationem proficerent: contra vero, angelus, in cuius tutela erat populus Hebræus, ardentiffimè optabat eius populi liberationem, propter ingens, ac multiplex detrimentum ram religionis, quàm morum, quod ex ſocietate & conſuetudine Chaldæorum Hebræi capiebant. Porro angeli rectè comparantur ventis: & quia natura eorum ſicut venti, eſt inſpectabilis: & quia incredibili vigent velocitate, tam ad motum, quàm ad omnes actiones ſuas perficiendas: denique, quia ipſo effectu magis, quàm per ſe ipſi à nobis cognoscuntur. Sed ea de re luculenta extat in lib. de cœleſti hierarchia Beati Dionyſij ſententia: *Cum, ventorum appellatione, inquit, cœleſtes illi ſpiritus cõſentur, natura ſumma ſceleritas, que cuncta firmè abſque vlla mora temporis penetrat, motusque ille ex ſummis ad infima, rursusque ex imis ad ſumma in momento pertingens, infera ad ſuperiorum celſitudinem tollens primisque ſubſtantias ad tradeuda inferioribus lucis ſue cõſortia, prouidentiſſimè mouens, ſignatur. Ventus enim diuinã cœleſtiũ ſpirituum præfert ſpeciem, & diuine actionis imaginem, ſecundum naturalem mobilitatem, vimque animandi, & celerem atque inſuperabilem diſceſſum, mobilium principiorum ac finium incognitas nobis atque inuiſibiles latebras ſpiritus, inquit Dominus, vbi vult ſpirat, ſed neſcis vnde venit, aut quo vadat.* Sic Dionyſius.

ALTERA interpretatio eſt Alberti Magni, nomine ventorum

Quomodo
boni angeli
pugnant inter
ſe.

Dan. 10.

Cur angeli hac
ſimilitudine
ventorum ſi-
gnificetur, ex
ſententia Dio-
nyſij Areopa-
gitæ.

A ventorum interpretantis angelos malos, qui in quatuor monarchiis, de quibus in hac visione agitur, maximam potentiam & imperium habuerunt; siquidem in illis, non verus Deus, sed dæmon, & idola colebantur. Qui pugnare dicuntur inter se, scilicet effectivè, quòd homines illarum monarchiarum, ad bella atrocissima, scèdissimisque cædes concitarunt.

Alberti Magni sequentia.

TERTIA interpretatio Theodoretii est, quæ videtur mihi vero propior. Ait ille, Similitudine quatuor ventorum inter se pugnantium, adumbratos esse maximos tumultus & perturbationes, quæ in exortu cuiusque monarchiæ extiterunt. Quocirca, præmisit Daniel pugnam ventorum, & mox, subdidit monarchiarum origines. Nimirum, maximam orbi terrarum attulisse perturbationem, Ninum monarchiæ Assyriorum conditorem, declarat Iustinus initio suæ historiæ, & Diodorus libro tertio. Quemadmodum exortus Cyri monarchia totam Asiam commovit, tremefecit, atque conquassavit. Iustinus item eodem in loco, & ante ipsum fusiùs in primo libro tradidit Herodotus. Quid de Alexandro dicam, cuius inexplebilis dominandi cupiditas, quantum concusserit & exagitaverit omnem terrarum orbem, cum ex aliis rerum eius scriptoribus, tum ex proœmio prioris libri Machabæorum, perspicuè intelligitur? Nihil dicam de Romanis, quorum imperium, aliorum mundi regnorum diminutione, labefactione, & interitu, ortum, augmentum, firmatumque est.

Theodoretii expositio. Turbulentissima fuerunt omnium monarchiarum initia.

Sequitur in narratione visionis: *Et ascendebant de mari quatuor bestie grandes, & diverse.* Sicut in statua, quæ visa est in somno regi Nabuchodonosor, quatuor monarchiæ figuratæ sunt quadruplici materia, ex qua constabat statua, Auri, argenti, æris, & ferri: sic in hac visione, significantur eadem monarchiæ, quatuor bestiarum similitudine. Sed cur monarchiæ comparantur bestiis? An quia reges cuiusque monarchiæ, ferè legimus fuisse ferocissimos, multaque inhumaniter & crudeliter gessisse: quosdã etiam, motum immanitate bestiis, quàm hominibus fuisse similiore. Sed cur grandes bestie dicuntur? videlicet, propter amplitudinem ditionis, & magnitudinem imperij, quod in

Cur monarchiæ bestiis comparantur.

Quid sibi vul-
bestias ascen-
dille de mari.

vnaquaque illarum quatuor monarchiarum dia flo-
ruit. Dicuntur autem bestię de mari ascendisse, quia
quod ascendit, id prius erat in humili loco, vnde pau-
latim euehitur in celsiorem locum: sic principia cu-
iusque monarchię fuerunt admodum parua & obseu-
ra: paulatim verò, quasi per gradus, ad summum im-
perij & potentię fastigium ascenderunt. Licet hoc
cernere in regno Chaldęorum, quod diu antea, vna
modo pars fuerat monarchię Assyriorum, Persę
serui fuerant Medorum. Macedonum gens, multis
seculis ignobilissima fuit, & contemptissima. Quis
nescit quam obscura, & ferme pudenda, Romanorum

Per mare ma-
gnum, signifi-
cari, hunc mū-
dum.

origo fuit: partotum nempe, partim latrocinan-
tium, & rapto viuentium: quotum regnum per du-
centos quadraginta annos, non vltra decem & octo
milliaria proferri potuerit? Ad extremum, in hac visio-
ne, *Mare magnum*, significat hunc mundum, vel statum,
& conditionem rerum humanarum: sanè meritissimè.
Est enim mundus hic amaritudinis, & acerbitalis vs-
quequaq; plenissimus: Est item admodum inconstans
& inconstabilis, periculisque refertus. Denique sicut
in mari plurimi sunt, & diuersi generis pisces, alij mi-
nimi, alij mediocres, & alij magni: & minores quidem
præda sunt maiorum: sic ferè vsuuenit in hoc mundo.
Postremò, bestię illę dicuntur fuisse differentes inter
se: quia in illis quatuor monarchiis magna fuit inge-
niorum, studiorum, morum, institutorum, legum, reli-
gionum, denique disciplinę militaris, & rationis belli-
gerandi varietas & dissimilitudo.

*Prima, quasi leona, alas habens aquila: & aspi-
ciebam donec euulsa sunt ala eius, & sublata
est de terra: & super pedes quasi homo
stetit, & cor hominis datum
est ei.*

Regnū Chal-
dęorum leoni
& aquilę cõ-
paratur, & cur
sup. cap. 2.

SICUT in visione illius statuę, quę regi Nabu-
chodonosor contigit, regnum Chaldęorum signi-
ficabatur aureo capite: aurū enim cæteris metallis au-
tecellit: sic in hac visione, idem regnū significatur simi-
litudi

A litudine leonis & aquilæ : quæ inter terrestres, volu-
 cresque animantes, principatum obtinent. Et quamuis,
 quæ hoc loco dicuntur, pertineant ad ipsum regnum
 Chaldæorum, ea tamen præcipue inueniuntur esse ve-
 ra in rege Nabuchodonosor, qui princeps eius regni
 quasi conditor, & amplificator fuit. Comparatur læ-
 næ, secundum Hieronymum, propter ingentem fero-
 ciam & libidinem lænæ. Namque, vt tradunt Aristo-
 teles & Plinius, sæuissima est læna, maximè cum nu-
 trit catulos, semperque gestit ad coitum, nec vnus leonis
 contenta congressu, etiam cum pardo, & hyena mi-
 B sctetur. Crudelitatem quidem Chaldæorum, diuina
 scriptura multis locis exaggerat: intemperantiam ve-
 rô & incredibilem libidinum obscænitatem indicat
 Baruch capite 6. & Herodotus libr. 1. Curtius item
 lib. 5. Alij hanc similitudinem applicant ad regem
 Nabuchodonosor, quem præterea existimant compa-
 rari lænæ: quia fuit maximè bellicosus, & formidabi-
 lis cunctis gentibus. Theodoretus ideò ait comparari
 leoni, qui est animal regiū, vt demonstretur, regnum
 C Babylonicum fuisse omnium regnorum duplici nomi-
 ne præstantissimum, & quia fuit antiquissimū primū-
 que omnium: & quia maximè diurnum, quippe
 plus mille trecentis annis auctore Ctesia Gaidio, &
 Diodoro perdurauit. Apud Hieremiam capite quat-
 to, Nabuchodonosor nominatur leo: *Confortamini, in-
 quit, nolite stare: quia malum ego adduco ab Aquilone, &
 contritionem magnam. Ascendit leo de cubili suo, & præda
 gentium se leuauit. Egressus est de loco suo vt ponat terram
 tuam in solitudinem: ciuitates tue vastabuntur, & remanebunt
 absque habitatore. Quod autem dicitur habuisse alas a-*
 D *quilæ, significat mira eius regni, breuissimo tempore,
 incrementa, & incredibilem regis Nabuchodonosor
 in consequendis victoriis, & dilatando imperio cele-
 ritate. Habacuc de militibus & exercitu eius regis,
 ita scribit capite primo: Ego suscitabo Chaldeos, gentem a-
 maram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt
 possideat tabernacula nō sua. Horribilis & terribilis est, lenio-
 res pardis equi eius, & velociores lupis versper timis: equi eius
 volabunt, quasi aquila festinans ad comedendum. Ad hoc, si-
 cut aquila omnium auium volat altissimè, nec reue-*

Nabuchodo-
nosor leo no-
minatur.

Alæ aquilæ
qui d signifi-
cent.

rita solem, contumaci constantique acie in ipsam intrueretur: ira rex ille tanta fuit superbia, vt Deum contemneret, & sese pro Deo adorari iuberet. Eius superbissima illa verba refert Isaias c. 14. *Ascendam super caelum, super astra exaltabo solum meum, similis ero Altissimo.* Postea dicuntur euulsae ipsi alae: vel quia illius regis superbia adeo contusa & depressa est, vt in bestiam fuerit mutatus: sicut dictum est supra in capite quarto: vel quia regnum Chaldaeorum, omni, quo gloriabatur, à Medis spoliatum imperio, Persarum & Medorum dominationi parere ac seruire coactum est. B

Nabuchodonosor superbia.

Is quomodo sic humilis effectus.

Stetit super pedes quasi homo. Post illam Nabuchodonosor transformationem in bestiam, agnouit ille se hominem esse fragilem ac mortalem, nec quasi aquilam in caelum volare debuisse. Vel etiam Chaldaei, qui humanae conditionis obliti, propter amplitudinem & diturnitatem imperij superbissimè & inhumanissimè ceteros omnes tractabant, tandem bello à Medis Persisque contriti, & subiugati, homines se ceterorumque simili conditione natos, senserunt. Luculenter hic locus illustrari potest alio Scripturae loco, qui est in posteriore libro Machabaeorum, capite nono: videlicet exemplo regis Antiochi, cuius superbia exprimitur illis verbis. *Videbatur sibi fluctibus maris imperare, & altitudines montium in statera appendere, & hydera cali contingere:* postea verò correptus, punitusque à Deo, insanabilis foedissimoque morbo, de se humiliter & demissè sentiens, dicebat, *Iustum est, hominem subditum esse Deo & mortalem non paria Deo sentire.* Possunt extrema haec verba intelligi de rege Nabuchodonosor: qui propter superbiam, captus mente, regnoque priuatus, & ex hominum eiectus societate, per septem annos, quadrupedum ingressu, victu, & habitatione vnus est: sed postea, Dei potentiam suamque humilitatem & infirmitatem agnoscens, humanam figuram, sensum, & incessum, regnumque recepit. D

Mirum in rege Antiocho deprimendae humanae superbiae exemplum.

Et ecce bestia alia similis vrsi, in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius: & sic dicebant ei; Surge, comede carnes plurimas.

Simil

A SIMILITUDINE vsi figuratur alterū regnum, Cur regnata
 quod fuit Persarum, & Medorum: hoc autem, euer- Pe-sarum cō-
 so Imperio Chaldaeorum, secundam obtinuit monar- paratur vsfo.
 chiam. Comparatur autem vsfo, vt interpretatur Theo-
 doretus, ob immanem crudelitatem, qua omnes barba-
 ros superarunt Persæ, exquisitissimis, & acerbissimis
 suppliciis vtendo. Etenim, vel ipsa coria hominibus
 detrahebant, & membratim corpora secando, lentissi-
 ma, & amarissima morte eos, qui puniebantur, neca-
 bant. Verū, non placet hæc Theodoreti expositio: Contra Theo-
B apud nullum enim legi, tantam Persarum in suppliciis doretum.
 immanitatem. Nec sanè id congruit figuræ: non enim
 vsus ferocior, & sæuior leone, aut pardo. Illud igitur
 similius vero comparari vsfo regnum Persarum, ob
 tres vsi proprietates, quas fusè tractant Aristoteles
 libro septimo, de historia animalium, cap. 17. Alianus
 libro sexto, capite 3. Plinius libro octauo, cap. 36. Pri-
 ma proprietas est: Vrsus esse tollerantissimum, & pa-
 tientissimum laborum, cibiq̄ adeò parcum, vt longis-
 simum hyemis tempus, sine vlllo pastu, cibatuq̄ tran-
 signat. Sic antiquos Persas continentissimos fuisse, &
 simplicissimo, ac vilissimo vsos esse victu, tradit Xeno-
C phon, & memorat hoc loco Diuus Hieronymus. Se-
 cunda proprietas: Vrsus in ortu, non esse aliud, nisi
 candidam quandam carnem, rudem, atque informem,
 sine oculis, & pilo, vngues dūtaxat prominentes osten-
 dentem, quam lambendo parens, paulatim figurat, &
 ad speciem vsi conformat. Est igitur vilis, & imperfe-
 cta vsi origo: quo denotatur, abiecta fuisse Persarum
 primordia: sed postea multo labore, & industria, cla-
 ritate illis, & potentiam accessisse. Tertia proprietas
D est, Vrsus infirmo esse vsu, & vitio ophthalmiæ obno-
 xio, quiq̄ sæpius hebetetur: esse præterea inualidissi-
 mo capite, itaque non semel in spectaculis Romanis,
 vt tradit Plinius, vsus infracto colapho, exanimari vi-
 sus est. Hæc re significatur, Persas in bellis, non tam
 solertia ingenij, prudentiæve disciplinæ militaris, aut
 corporum robore, quàm innumerabili hominum tur-
 ba, vel eorum, quibus cum belligerabant, ignauia
 præualuisse.

DEINDE sequitur, In parte scetis, quod sic exponunt

Hebraei:

Hebræi: Persas, in alias quidem gentes, sæuos, & crudelēs fuisse: erga Hebræos autem sterisse, id est, cohibuisse crudelitatem: quin etiam humanitatem, & benignitatem exercuisse. Siquidem quatuor Persarum reges, Cyrus, Darius Hystaspis, Longimanus, & Mneumon, humanissimè Iudæos tractarunt. D. Hieronymus sic interpretatur: *In parte stetit*, id est, primùm crexit se, & insurrexit, atque inuasit in vnam partē sibi viciniorē, hoc est, regnum Chaldæorum, quo acquisito, facile fuit cætera suo imperio subiungere. Theodoretus hæc est eorundem verborum interpretatio. Propterea dicitur regnum Persarum in parte stetit, quia, cū destructum ab Alexandro Magno diu iacuit: postea tamen tempore Imperatorum Romanorum, rursus exurrexit, & stetit, sed in parte tantum. Non enim omne imperium, quod olim habuerat, recuperavit; sed aliquam dumtaxat ipsius partem. Cū enim trium orbis partium esset dominationem complexum: Ægyptum, & Æthiopiā amisit, item Palæstinorum, & Phœnicum, Syrorumque dominationem, ademptumque ei est Asiæ imperium, & itidem Pontus Euxinus ab illius sceptris desciuit. Solam igitur Persidem, Mediam, & Assyriam, paucaque aliquas alias finitimas nationes, imperio suo continet.

Cur Imperiū
Persarum in
parte stetit
dicatur.

Quid per tres
ordines den-
tium designe-
tur.

POSTEA subditur: *Et tres ordines erant in ore, & in dentibus eius*: Pro, tres ordines, Hieronymus in commentario legit etiam, tres versus: Græca habent, & itidem Pagninus, *tria latera*. Theodoretus præter hoc, legit etiam, *tres alas*: quidam ex Chaldaico vertunt, *tres bolos*. Per hæc autem tria, quæ visus habebat in ore, seu inter dentes, interpretantur Hebræi tres reges, qui post Cyrum in Perside regnauerunt: sicut infra significatur in capite II. quos rectè D. Hieronymus redarguit, quatuordecim Persarum reges commemorando. Quocirca ipse significati putat tria regna, ex quibus primo coaluit, & conualuit Persarum imperium: hæc fuere, regnum Medorum, & Persarum, atque Chaldæorum. Theodoretus insinuari existimat, tres mundi partes, Orientem, Septentrionem, & Meridiem, ad quas porrigebatur, & pertinebat Persarum imperium. Cyrus enim omnem Orientem vsque ad Hellespontum

culis insignitum: quæ varietas macularum denotat, vel A
gentium & regnorum varietatem sub ditionem Alex-
andri redactam, vel admirabilem virtutum, & vitio-
rum in vno Alexandro mixturam: fuit enim vir ille,
vitiis æquè, quam virtutibus insignis. Quatuor alas
pardi, significabant quatuor præcipuas virtutes, quibus
Alexander tantum imperium brevissimo tempore ade-
ptus est. Prima virtus fuit, eximium robur corporis,
& incredibilis patientia laborum. Secunda virtus fuit,
magnitudo animi, & audacia, nulla timèntis, aut refu-
gentis pericula. Tertia fuit, vigor animi, &, quod de
Iulio Cæsare scripsit Plinius, quasi quodam igni, vo-
lucere ingenium, atque incomparabilis celeritas in sus-
cipiendis pariter, atque conficiendis rebus. Quarta fuit B
excellens, etiam maior votis hominum, liberalitas, &
clementia, non solum erga suos: sed etiam erga hostes:
vel singularis disciplinæ militaris scientia, qua duces,
ac milites eius, & super omnes, ipse pollebat. Possimus
item illas alas interpretari insanam Alexandri cupi-
ditatem diuinitatis, quam ille, non minus odiosè, quam
insolenter affectabat. Non enim sat illi fuit terrarum
orbi dominari, nisi etiam in cælum volare contende-
ret, diuinos honores concupiscens, sibi què arrogans, C
se què pro Deo adorari, & quasi filium Iouis Ammonis
coli iubens.

Alexandri vir-
tutes quatuor.

Plinius lib. 7.
cap. 5.

Vesana Ale-
xandri diuini-
tatis affecta-
tio.

Alexandri suc-
cessores præ-
cipui.

Alexander Dei
munere ade-
ptus est impe-
rium.

QVATUOR capita pardi, significabant quatuor
præcipuos Alexandri successores, qui illius impe-
rium, post obitum eius, quadripartito diuisum, te-
nuerunt. Philippum dico Aridæum, seu Antipatrum,
qui regnavit in Macedonia; Antigonum, qui in Asia
Seleucum, qui in Syria: & Ptolemæum Lagi, qui in
Ægypto. Trium autem posteriorum successores, lon-
go tempore prædicta regna tenuerunt, de quibus in-
frà & commodius, & pluribus verbis dicendum erit. D
Extremo loco hic dicitur: Tantam illam potestatem
fuisse datam Alexandro: quibus verbis declaratur:
Alexandrum, non tam viribus suis, quam Dei con-
cessu, ope què, & singulari providentia, tantum impe-
rium esse consequutum. Atque hoc etiam ipse Ale-
xander confessus est. Nam, vt narrat Iosephus libro
vndecimo Iudaicarum antiquitatum, cum Alexander
venisset

A venisset Hierosolymam, vidissetque Iudæorum Pontificem Iaddum, qui sibi obviam extra urbem, Pontificali habitu, ornatuque decoratus processerat, protinus ad illius se pedes abiicit, eumque adoravit. Deinde, rogatus ab amicis, cur, præter morem suum, ei Pontifici tantum honorẽ habuisset: respondit se non honorasse hominem, sed in homine Deum, qui eodem illo habitu, & ornatu, in somno visus sibi esset, cum in vrbe Macedoniæ Dio versaretur, & cum animo suo de suscipiendi bello aduersus Persas agitaret, idemque certam sibi victoriæ spem ostendisset. Verum, quia super capite secundo huius libri, explanando visionem statuæ, paulò fusiùs de Alexandro diximus, propterea hoc loco breviores esse licet.

Ioseph. lib. 2.
cap. 8.

Alexander Magnus
adorat Pontificẽ Iudæorum,

Et ecce bestia quarta terribilis, & mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans, dissimilis autem erat cæteris bestiis, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.

QVARTA hæc bestia, vt omnes interpretantur, & Romani Imperii per quam referebat Imperij Romani. Verum, quò planius, & enucleatius, figurata hæc descriptio monarchiæ Romanorum intelligatur, nonnullas quæstiones hoc loco tractabimus.

PRIMA quæstio. Cur nec species, nec nomen exprimitur eius bestiæ, cui comparatum est Romanum imperium, quemadmodum in tribus bestiis superioribus factum est? Hebræi, vt hic refert Diuus Hieronymus, more suo nugantur; Diuinant enim eam bestiam fuisse aprum, propterea quòd in Psalmo 79. in quo de republica Iudæorum agitur, quam destruxerunt Romani, ita scriptum est: *Exterminauit eam aper de sua, & singularis*

Romani Imperium per quam
tam bestia de-
notatum.

Cur bestiæ, cui
comparatum est
Romanum Imperium,
nec species, nec nomen sit expressum,

Hebræorū nu-
gæ.

Hieronymus,
in huc locum.

Romanorum
gubernatio va-
ria.

Mantichora
omnium fe-
rarum maxi-
mè terribilis.

Quanta fuerit
Romani im-
perij ampli-
tudo, & poten-
tia.

singularis ferus depastus est eam. Sed nugæ: quasi verò
aper robustior & ferocior sit leæna, vito, & pardo, qui-
bus tamen terribiliorem fuisse quattam bestiam, te-
statur Daniel. Dicit Hieronymus propterea existi-
mat tacitam fuisse speciem, & nomen illius bestie,
vt intelligeretur, incomparabilem fore potentiam,
& ferociam Romanorum, vt pote cui significandæ,
nulla species bestiarum satis idonea inuenitur. Aliam
causam Theodoretus affert. Ideò, inquit, non habet
nomen quarta bestia, significans imperium Roma-
norum; quia in prioribus imperiis, vna fuit semper gu-
bernationis forma & ratio; fuit enim regalis princi-
parus: apud Romanos verò, admodum varia & mul-
tiplex fuit. Primò enim fuit regalis, tum consula-
ris: postea partim consularis, partim tribunicia: non-
nunquam etiam dictatoria: tandem imperialis. Qua-
propter, priora regna singula singulis bestiis compa-
rari potuerunt; Romanum autem imperium vni ali-
cui bestie singulari non potuit comparari. Si autem
terribilis illa bestia representans imperium Roma-
num, exprimi deberet sub nomine vnius alicuius be-
stie, omnium, quas nouere mortales, sæuissimæ, illa
profecto fingi posset, quam Aristoteles libro secundo,
de historia animalium, de sententia Ctesie Gnidij ca-
pite primo, ita describit: *Apud Indos si Ctesie credendum
est, bellua gignitur, cui nomē Mantichoræ. Sūt illi dentes, tripli-
ci vtrinque ordine, magnitudo, hirtitudo. & pedes leonis; facies
& aures hominis, oculi casti, color rubrica, cauda scorpionis, mo-
do terrestris: aculeo armata spiculaque agnata iaculans: vox
fistule, tubæve non absimilis: cursus non minoris pernicitatis,
quàm ceruis; feritas tanta, vt nunquam possit mutescere; appeti-
tus præcipue carnis humane.*

SECUNDA quæstio. Quoniam hoc loco tradi-
tur, imperium Romanum fore superioribus regnis
longè maius, & potentius, quæritur, quanta fuerit hæc
Romanorum potentia, & quibus in rebus maxi-
mè posita esset? Respondeo, magnitudinem Romani
imperij, tribus præcipue ex rebus æstimari posse.
Primò amplitudine diuisionis: tum potentia bellica,
tam terrestri, quàm nauali; denique ingenti pecuniarum
vi, & copia. Quanta fuerit Romanæ diuisionis ampli-
tudo,

A rudo, describit Strabo in fine libri sexti, & libro 17. atque apud Iosephum libr. secundo de bello Iudaico, capit. 3. rex Agrippa. Appianus item in proœmio historię Libycę. Imperarunt Romani tribus mundi partibus, non quidem vsquequaque, sed latissimè: tamen Occidentalis terminus imperij, fuit extremitas Hispaniæ: Orientalis, Euphrates, Taurus, & Armenia: Septentrionalis, Rhenus & Danubi⁹: Australis, Æthiopes. Dominabantur vniuerso mari mediterraneo, &

B omnibus, quæ in eo sunt insulis: præterea in Boreali oceano, ipsi Britannię. Quid multa? non dubitat affirmare Appianus, omnes priorès monarchias Assyriorum, Medorum, Persarum, & Græcorum vix dimidiatam Romani impetij partem possedisse. Hoc ipsum in exordio suæ historię confirmat Polybius. Bellica porrò potentia, terrestris quidem ordinaria, ac militum stipendiariorum, varia fuit diuersis temporibus, nunc maior, nunc, minor: tempore Appiani, hoc est, principatu Adriani, sicut ipse Appian⁹ scribit in proœmio historię Libycę, tanta ferè erat bellica potentia

C terrestris Romanorum: ducenta millia peditum, quadraginta millia equitum, trecenti elephantum bellicosorum, tria millia currum, armorum verò in supplementum, trecenta millia. Nec minor erat naualis potentia, habebant enim Romani duo millia nauium, mille & quingentas triremes, magnas verò naues, proris puppibusque aureis, scilicet ad ostentationem Romanæ maiestatis, & vsus imperatorum, octoginta: ad hæc parata erant instrumenta naualia eo numero, vt armata duplex maiori, quàm quæ dicta est, classi, sufficere possent. Postremò de incredibili copia pecuniæ, in diuersis ærariis, ad vsus bellicos comparatæ,

D scribit Appianus, eam fuisse ad septuaginta quinque millia talentorum Ægyptiorum: talentum autè Ægyptiũ, sicut auctoritate Varronis confirmat Plinius lib. 33. c. 3. pendebat pondo seu libras octoginta, quocirca singulis libris aureos centum assignando, vnũ talentum Ægyptiũ, idem valebat, quod octo millia nostrorum aureorum, quò fit, vt summa illa quinque & septuaginta mille talentorũ Ægyptiorum, secundũ nostrã computationem, sexcentis dena centena millia aureorum,

Copiæ militares & terrestres Romano rum, tempore Adriani imperatoris.

Naualis & maritima Romanorum potentia.

Eorundem pecuniæ copia.

& ut vulgò loquimur, *seicento milioni* efficeret.

Qua ratione
Romani ad
tantam poten-
tiam peruene-
runt.

Quibus viis
eam adepti
sint.

TERTIA quæstio. Qua ratione ad tantam imperij magnitudinem Romani peruenierunt. Tria Romanis ad tantum imperium animò concupiscendum, omnique vi sua comparandū, fuere incitamenta, quæ fufius enarrat D. Augustinus libro quinto, de ciuitate Dei, cap. 12. Amor libertatis: non enim pati poterant cuiuslibet subesse, immensa cupido dominandi, insatiabilis gloriæ, laudisque auditas. Quibus rebus quasi tribus acerrimis stimulis, ad amplificandum imperium toto orbe incredibiliter incitabantur. Sed quibus viis, quò intendebant, tanta felicitate peruenierunt. Tractat hoc Iulius Cæsar apud Dionem lib. 38. & Cato apud Sallustium in bello Catilinario, Augustinus quoque prædicto loco, & beatus Thomas lib. 2. de regimine principum, cap. 4. 5. & 6. Nos ab istis fufius dicta, in pauca contrahentes, dicimus, quinque rebus Romanos tantam imperij potentiam esse consequutos. Primò quidem, plurimum ad id valuit summus amor patriæ, & boni publici, pro quo, non tantum externa bona nihili pendebant, eorumque iacturam libenter faciebant, sed etiam sanguinem, vitamque profunderere non dubitabant: cuius rei clarissima fuere exempla, Regulus, Decij, & alij quamplurimi. Deinde, summum studium & obseruantia ciuili iustitiæ atque humanæ fidei, tam domi, quam foris, tam erga suos ciues, quam erga externos: quin etiam hostes. Postea, magnitudo & constantia animi, etiam cum vinciebantur, iniuncti, & cum maximis contriti fuere claudibus, ut contigit ipsis tempore Annibalis, integri, erecti atque excelsi. Ad hæc, maxima seueritas & duritia contra sibi pertinaciter repugnantes, singularis verò clementia, & humanitas erga sibi deditos & subiectos. Verissimè enim dixit elegantissimus poëta, quos versus etiam supra memorauimus.

Virg. lib. 6.
Æneid.

*Tu regere imperio populos, Romane, memento,
Hæ tibi erunt artes pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.*

Ad extremum eximia & excellens prudentia, & grauitas in regendis populis, incomparabilis item disciplina & militaris excellentia, quam longa oratione li.

A 3. de bello Iudaico, ca. 3. exponit Iosephus. Arque hæc de virtutibus Romanorū à nobis breuiter dicta, etiam confirmat diuina Scriptura in 1. libr. Machabæorum, cap. 8.

A T enim, si de nobis quispiam quærat, an Romani tantum hoc imperium iustè sint adepti, non dubitanter respondebimus, eos, quædam iniustè, sed multa iustè consequutos. Iniustè quidem videtur Pompeius Asiam legitimis eius regibus ademisse, illud causatus, indignos esse regno, qui nec ipsum defendere poterint, ne amitterent, nec amissum postea recuperare curauerint. Nihilò sanè magis iustè, idem Iudæam Romanis seruire, & tributa pendere coëgit. Quid memorem Cyprum, quam Romani, vt sextus Rufus inquit in epitome rerum Romanarum, auariùs quàm iustius sunt assequuti? Iuuat verba Lucij Flori ex cap. 9. libri tertij de historia Romana, hic adscribere. *Cyprus, inquit, à Romanis sine bello recepta est. Insulam veteribus diuitijs abundantem, & ob hoc Veneri sacram, Ptolemaus regabat, & diuitiarum erat fama nec falso, vt victor gentiù populorum, & donare regna consuetus, Publio Clodo tribuno duce, socij, vniùque regis, confiscationem mādauerit. Sed ille ad rei famæ veneno fata præcepit.* Polybius quoque licet Romanorū studiosissimus, non dubitauit tamen scriptis prodere in libro tertio, Romanos per vim, & iniqua ratione Sardinia extorsisse Charraginensibus: minatos, cum illi bello Africo vehementer premerentur, se bellum ipsis illaturos, nisi Sardinia ipsis cederent. Multa tamen, honesta & iusta ratione Romanorum imperio accesserunt, vel voluntaria deditioe & electione populorū, qui vitro se Romanis dederunt, eorum perterriti potètiã, videlicet, vt antè libenter facerent, quod verebantur, ne postea facere cogerentur: vel iusta eorum dominatione, & iustis virtutibus allecti, tutiores rati fore se, ac sceliciores, sub eorum imperio, vel denique hæreditario iure, & legitima successione, siquidem nec pauca, nec parua regna, legitimorum principum testamento Romanis sunt relicta. Atque hoc modo regis Attali testamento, Asiam possederunt, Bithyniam quoque defuncti Nicodemis testamento, Cyrenas item cum cæteris ciuitatibus Libyæ, & Pentapolis, Pto-

An Romani tantum imperium iustè sint adepti.

Romani quæ quantæue iniustè adepti sunt.

Florus.

Quæ iustè possederint.

Iemæi antiquioris liberalitate, susceperunt: Lybiam præterea supremo Appionis regis arbitrio sunt assignati: quemadmodum in epitome rerum Romanarum tradit Sextus Rufus. Atque hic, nostra superiorum quatuor bestiarum interpretatio terminatur. Simillimam (ne hoc lector ignoret) Hippolytus martyr in oratione, quam scripsit de consummatione seculi, & de Antichristo, earundem quatuor bestiarum posuit explanationem,

Porphirij interpretatio, referentis hæc ad Antiochum Epiphanem.

Q. V. AE deinceps sequuntur in visione Danielis, de decem cornibus quartæ bestię, & de cornu paruulo ex illis nato, quod tria illorum decem euellit, habens oculos quasi hominis, & os loquens ingentia, hæc inquam verba tres habent interpretationes. Prima interpretatio fuit impij Porphirij, qui hæc retulit ad Antiochum Epiphanem, acerrimum Iudæorum hostem. Putauit autem Porphyrius, tertiam & quartam bestiam in hac visione, non significasse duo regna diuersa, Græcorum scilicet & Romanorum, vt nos exposuimus, sed vnum dumtaxat regnum, quod generali vocabulo dicatur Græcorum; & hoc quidem, prout fuit sub Alexandro Magno, comparatum est pardo: prout autem fuit post Alexandri mortem, sub eius successoribus, figuratum est per illam quartam bestiam. Cornu autem paruulum interpretatur Antiochum Epiphanem, qui euellisse dicitur tria cornua, quia deuicit & subiugauit tres reges, duos Ægypti Ptolemæos, Philometorem, Evergetem, tertium autem, regem Armenię Artaxiam. Hanc Porphirij expositionem refellit hoc loco D. Hieronymus, Sanè, antiqui patres, & scriptores Ecclesiastici, hunc locum Danielis de Antichristo intelligendum, & interpretandum censent. Porphirij interpretationem, verba hæc ad Antiochum Epiphanem referentis, esse falsam & Danielis sensu alienam, tribus argumentis conuincitur. Etenim, tertiam & quartam bestiam non vnum idemque regnum, sicut voluit Porphyrius, sed duo, & inter se diuersa regna significare, in hac ipsa visione testificatus est Danieli angelus, dicens, sicut habes paulò infra, *be quatuor bestie magne, quatuor sunt regna, que consurgent de terra: & paulò post, bestia quarta, regnū quartum*

Refellitur Porphyrius,

A tum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis. Deinde, Scriptura tradit hoc loco, quartam bestiam fuisse ferociores & potentiores prioribus tribus, atque regnum Græcorum non fuit potentius, & terribilius penes Alexandri successores, quam fuerat penes ipsum Alexandrum: quinimo longè angustius, obscurius, & infirmius fuit. Præterea scriptum est hoc loco, fuisse decem cornua ante illud cornu paruulum, id est, decem reges, sed nec ante Antiochum Ephiphane fuerunt decem reges Syriæ, sed tantum octo, nec tempore eius, plures tribus, Græcorum regna possidebant. Nam quod ipse dicit, illa decem cornua significasse decem reges omnium ferocissimos, & sæuissimos, qui non ex uno aliquo regno tantum, sed ex tribus regnis Græcorum, hoc est, Macedonia, Ægypti, & Syriæ colligendi sunt, adeo futile & inane est, ut satis appareat ab ipso esse confictum. Nec verum est, Antiochum subiugasse tres illos reges: vicit quidem Philometorem, & magis cladibus affixit, verum iussu Romanorum, Ægypto discedere coactus, regnum ei non ademit. Simile contigit Artaxiæ Armenorum regi. Quod autem addit de rege Euergete, nullo modo potest constare. Duo enim eius nominis, reges fuerunt Ægypti, prior, tertius Ægypti rex quinque & quadraginta annis priusquam regnum caperet Antiochus, decessit: posterior, septimus rex Ægypti post Magnum Alexandrum, viginti annis post Antiochi obitum regnum tenuit. Mirari igitur licet Porphyrij, vel tam aperte mentientis impudentiam, vel inscitiam, historias, & chronologias regum Ægypti, tam pueriliter ignorantis. Admonendus est lector, cuiusdam leuiculi erratis, in quod sanctus Hieron. hoc loco (haud dubiè per *D. Hieron. l. 6* incogitantiam, quomodo multa etiam doctissimis *visus*, ris solent obrepere) lapsus est. Namque refellens Porphyrium, ait sextum Ægypti regem post Alexandrum, cognominatū Philometorem, & septimū appellatum Euergetem, mortuos esse priusquam nasceretur Antiochus. Atque certa regum Ægypti chronologia, tã ab Eusebio in chronocis, quam ab ethnicis scriptoribus explicata, manifestum facit Philometorem, & simul cum Antiocho regnasse vndecim annis, & post

ipsum, propè viginti: Evergetem verò, ad viginti annos A
post mortem Antiochi, initium regnandi fecisse.

Quis fuerit
Mahumetes.
An hæc visio
Danielis per-
tineat ad Ma-
humetè pseu-
doprophetâ.

Altera interpretatio huius loci Danielis, eorum est,
qui, quæ dicuntur hoc loco de illo cornu parvulo, ea
referunt ad pseudoprophetam Mahumetem, cuius re-
gnum nunc præcipuè est penes Turcas. Fuit autem Ma-
humetes, gente Agareus, Arabs patria, genere obscu-
& ignobili, tenuissima fortuna, nulla prorsus do-
ctrina, religione, quodammodo mixta ex paganismo,
Iudaismo & Christianismo, ascitis præterea aliquot
nonnullorum hæreticorum erroribus, simulationum B
artificiis ac maleficiis eruditissimus, vixit circa annum
Domini sexcentesium, Romanum imperium regenti-
bus Heraclio & Honorio. Cui, sic isti adaptant, quæ hoc
loco traduntur de illo cornu parvulo: dicitur enim
Mahumetes cornu parvulum propter obscuritatem o-
riginis, & parva eius initia: euellit tria cornua, quia
primùm ipse, post eius sectatores, tria viciniora re-
na vexauerunt, & occuparunt, Arabia, Syria, & Aegy-
pti: nunc autem eius sectæ principes, alumni, ac de-
fensores, Turcas dico, trium mundi partium magna ex C
parte imperium possident, Asia, Europa, Syria, Aegy-
pti, & Africa. Habuit oculos hominis, quia solertis-
simus, & sagacissimus fuit ad fallendos homines. Lo-
quebatur ingentia, quoniam gloriosissimè iactabat se
prophetam esse maximum, simulabat habere se fami-
liares cum angelis sermones, intimamque cõsuetudi-
nem, dicebat legem suam, absolutiorem, ac meliorem
esse lege Mosis, & Christi. Denique architecti huius in-
terpretationis, non dubitant affirmare, perduraturum
hoc regnum Mahumetanũ, vsque ad finem mundi: tunc
autè per secundum Christi Domini aduentum, funditus
esse subuertendum. Hæc isti. Primus, opinor, huiusmo- D
di opinionem inuexit Ioannes annius Viterbiensis, in
eo libro, quem de quæstionibus in Apocalypsim scripsit
ad Sixtum quartum Pontificem Maximum: eo vide-
licet loco, in quo declarat quæ sit illa bestia, quam in
Apocalypsi capite 17. Ioannes descripsit. Eam postea
opinionem, super hoc 7. capite, & Vatablus, & Hector
Pintus approbarunt. Sed immerito: nam esse fallam,
& à sententia verborum Danielis valdè abhorren-
tẽ,

Ioan. Annius.

A terti, constat duobus minimè dubiis argumentis. Etenim hic dicitur, tunc futurum illud cornu paruulum, cum quartum regnum, quod est Romanorum, dispersitum fuerit in decem reges: at, quo tempore fuit Mahumetes, eo tempore vnus dumtaxat imperium Romanorum tenebar, & administrabat. Deinde scriptura, inquit hoc loco, illud cornu paruulum insectaturum & diuexaturum populum Dei, per tempus, tempora, & dimidium temporis: hoc est, per tres annos, perque dimidium annum, atqui luce clarius est, persecutionem Mahumetis & sectatorum eius aduersus Christianum populum, non tantum tribus annis & dimidio durasse: quin, hodièque in Christianos exerceri, & desèuire.

Est igitur tertia expositio antiquorum Patrum, & scriptorum Ecclesiasticorum, hunc locum Daniëlis referentium ad Antichristum: quorum opinionem, paucis verbis in hunc modum commemorat D. Hieronymus, Ergo dicamus, inquit, quod omnes scriptores Ecclesiastici tradiderunt, in consummatione mudi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se disident: tum vndecimum regem paruulum sur-

C rectorum, qui tres reges de illis decè, superaturus sit, id est, Aegypti, Africa, Aethiopia reges: quibus interfectis, etià septè alij reges victori colla submittent. Dicitur autè rex ille habiturus oculos hominis, ne eum putemus, iuxta quorundam opinionem, diabolum esse: sed vnum de hominibus, in quo totus Sathanas habitaturus sit corporaliter: habebit etiam os loquens ingentia, quia erit homo peccati, filius perditionis, ita vt in templo Dei sedere audeat, faciens se quasi Deum. Hactenus diuus Hieronymus. Verùm numero illo decem regum in quos alij omnes censuerunt dispersitum in tempore Antichristi Romanum imperium

D Beatr Augustinus putat, non tam significari certum quandam numerum regum, quàm omnes reges in Romano imperio vsque ad finem seculi futuros, post quos, venturus est Antichristus: solet enim scriptura, ita denario numero, septenario, centenariò & millenariò, ad exprimendam vniuersitatem, plerunque vti. Ponam hic verba Augustini: sic enim scribit libro vigesimo de Ciuitate Dei, cap. 23. *Vereri me fateor, ne*

Per cornu paruulum significari Antichristum opinio est veterum patrum.

3. Thessal. 2.

Quid significant decè cornua, seu decè reges secundum D. August.

in decem regibus, quos tanquã decem homines videtur innentur^Aus esse. Antichristus, forte fallamur, & ille inopinat^Aus adueniat, non existentibus tot regibus in orbe Romano. Quid enim, si numero isto denario, vniuersitas regum significata est, post quos ille venturus est, sicut millenario, centenario, & septenario, significatur plerumque vniuersitas. Hæc Augustinus. Sed cum Daniel dicat, illorum decem regum tres reges debellaturum Antichristum, non viderunt negari posse, quin quo tempore venturus est Antichristus, futuri sint in orbe Romano decem reges, vel multi Reges: nam sæpè in Scriptura, numerus decem^B vel decies non significat propriè denarium numerum, sed indefinitè magnam aliquam multitudinem, sicut videre licet Genesios, 31. Iob. 19. Numerorum, 14. 1. Regum, 1. Ecclesiastes, 7. Danielis, 1. Antichristus igitur obscura origine paruisque initiis, paulatim cre-
 scet viribus, eatenus, vt debellatis vicinioribus regibus, cæteros ad sui obseruantiam, & obedientiam compellat: Erit callidissimus, & vaferrimus ad decipiendos homines. Quod autem, inquit diuus Hieronymus, totum Satanam habitaturum in eo corporaliter, non est sic intelligendum, vt existimemus diabolum substantialiter vel personaliter copulatum in corpore, seu naturæ humanæ, quæ erit in Antichristo, sicut diuinitas hypostaticè coniuncta est cum natura humana Christi, ideòque in ipso habitat, vt Paulus ait, omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed habitabit Satan in Antichristo, penitus ipsi dominando, tam secundum corpus, quàm secundum animam: ferè similiter, vt in engerumenis habitare dicitur, non tamen vexando, & cruciando illum, sed instruendo, instigando, & incitando tam corporaliter, quàm spiritualiter, ad omnia, quæ per ipsum fieri volet. Docebit illum multa, & mira naturæ secreta, & curiosarum artium arcana, quæ superant communem hominum captum, & intelligentiam. Multa quoque per illum patrabit prodigia & miracula, vel quæ occultis naturæ viribus fient, vel quæ simulata, veritatem mentientur, & ad decipiendos homines conferentur. Quamòbrem Paulus nominat ea signa mendacia. Abditos præterea retegget illi the-
 sauros

Quomodo Satan habitaturus sit in Antichristo.

Colof. 2.

A
 H
 s
 f
 g
 r
 lo
 &
 Th
 B
 ext
 deat
 rere
 rior
 rap
 plur
 coll
 do
 dus
 exp
 bus
 C
 acco
 yal

A
 f
 t
 f
 f
 D
 c
 f
 D
 tet
 na
 &
 cep
 rum
 vna

A sauros, magnamque vim auri & argenti subministrabit. His rebus munitus, instructus, ornatuſque Antichriſtus, multos ad ſe mortalium trahet partim terrore ſuæ potentia, partim admiratione ſcientiæ & prodigiorum, denique ampliffimorum promiffione præmiorum, munerumque largitione. Cui, dicitur, fore os loquens ingentia, propter incredibilem eius ſuperbiã & iactantiam: de qua Paulus poſterioris epiſtolæ ad *2. Theſſ. 2.*

B extollitur ſupra omne quod dicitur, aut colitur Deus: ita ut ſe- Antichriſtus
deat in templo Dei, oſtendens ſe quaſi ſit Deus. Tradunt ve- ſe Meſſiam ſi-
terea, Antichriſtum ſimulaturum ſe Meſſiam, eaque ra- mulabit,

C rione Iudæorum omnium ad ſe animos ſtudiãque rapturum: ruruſq; ædificaturum Hieroſolymam, templumq; inſtauraturum, & inibi ſedem ac ſolum ſuum collocaturum. Verum de Antichriſto infra in enarrando 11. & 12. cap. diſtinctiùs, pleniùsque dicemus. Legendus eſt Beatus Gregor. in lib. 32. Moralium, cap. 12. ubi exponens ſupradicta verba Danielis de decem cornibus, & de cornu alio modico, eaque ad Antichriſtum accomodans, quædam ſecundum myſticum ſenſum valdè notanda, tradit.

Aspiciebam, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, veſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius, quaſi lana munda: thronus eius flamme ignis, rote eius ignis accenſus, fluvius igneus rapiduſque egrediebatur à facie eius: millia millium miniſtrabat ei, & decies millies cetera millia aſſiſtebant ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.

D E M O N S T R A T I S in illa viſione Danieli, quatuor potentiffimis olim futuris in orbe terrarum imperiis, quorum poſterius, prioris ruina & interitu excitari, & amplificari debebat, deinceps in eadem viſione ipſi præmonſtratum eſt, futurum Meſſiæ regnum, præfertim autem in quo ipſe una cum populo ſancto ſuo, deletis aliis omnibus

Chriſti regnũ
à Daniele præ
uifum.

regnis, post mundi renouationem, sempiterno & felicissimo æuo regnaturus est. Sed quia id præbit generale hominum iudicium, expressis aliquot maximè notabilibus eius circumstantiis, eiusmodi iudicium describitur. Deinde, monstratur, quemadmodum filius hominis, id est, Messias, æternum à Deo patre regnum accipiet, in omni terra cæloque, atque in omnem æternitatem regnaturus.

Cum Christo
quinā orbem
sunt iudicatu-
ri.

INTER circumstantias illius extremi & generalis iudicij hoc loco præscriptas, prima tangitur illis verbis, & throni positi sunt. Quo significatur in illo iudicio, præter Deum & Christum iudicem, fore alios quosdam quasi iudicis assessores, sedentes super thronis. Et de Apostolis quidem explicatè id Christus dixit Matthæi capite 19. *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Idem tradunt Theologi de sanctis, qui vitam Apostolicam æmulati, restrictiorem ac rigidiorem Christianæ vitæ rationem, & disciplinam coluerunt. Hoc videtur innuisse Paulus, cum prioris ad Corin. epist. capite 6. scripsit, *Nescitis, quia sancti de hoc mundo iudicabunt.* Eodem videtur spectare illud Ilatæ, c. 3. *Veniet id iudicium Dominus cum senioribus populi sui.* Ioan. item in Apoc. ca. 4. circa thronum Dei, vidi alios vigintiquatuor thronos, in quibus sedebant vigintiquatuor seniores. Secunda circumstantia: *Antiquus dierum sedit.* Hic antiquus dierum, potest intelligi vel simpliciter ipse Deus, vnus, & trinus, vel propriè Deus pater: idque magis videtur congruere huic visioni. Etenim paulò infrà subiicitur quendam quasi filium hominis, venisse vsque ad Antiquum dierum, & regnum ab eo accepisse. Si intelligatur simpliciter, Deus dicitur ipse antiquus dierum, id est, longæuus, & vt aliàs solet dicere Scriptura, plenus dierum. De multitudine verò annorum Dei scripsit Iob cap. 36. & *numerus annorum eius inestimabilis.* Vel Antiquus dierum dicitur, id est antiquus ante omnes dies, omniaque tempora: vel auctor conditorque omnis antiquitatis dierum & temporum, vel eminenter atque excellenter in se ipso continens omnem temporis antiquitatem. His enim modis omnibus, Dionysius in lib. de diuinis nominibus, c. 10, hanc Danielis sententiam interpret

Deus est antiquus dierum dicitur.

A interpretatus est. Eo autem loquendi modo, Scriptura describit vel potius adumbrat, Dei aeternitatem. Annotauit praedicto loco Dionysius, aliquando scripturam representare nobis, Deum quasi senem, & antiquum, quo denotet eius aeternitatem, aliquando uero, tanquam iuuenem aetateq; florentem, scilicet ut significet simul cum illa Dei antiquitate, incorruptum vigorem, & nullatenus diminutam pulchritudinem esse coniunctam. Theodoretus, quosdam ait uerba haec ita legisse, *Antiquans dies: qua lectione duo significantur, & aeternitas Dei, qui tempori dat antiquitatem, ac uerustatem, eiusdemque immutabilitas, cuius comparatione, omnia, vel ipsa quoque tempora, senescere, & antiquari dicuntur. Nam, quod dixit de caelis, & terra Dauid Psalmo centesimo primo: Ipsi peribunt, & sicut uelimentum ueterascunt: tu autem permanes, & idem ipse es, & anni tui non deficient.* Id aequè in alia omnia, quae à Deo sunt condita, quadrat. Hieronymus ait, induci Deum sub specie senis, ut demonstraretur grauitas, maturitas, & tranquillitas animi in iudicando, quippe, quae frequentius in sene, quam in iuene insunt: sicut Iob dixit in cap. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia: apud Deum est sapientia, & fortitudo, ipse habet consilium, & intelligentiam.* Si autem hoc loco antiquus dierum, proprie denotet Deum Patrem, sciendum est ipsum figurari tamquam senem, in comparatione filij propter assumptam ab ipso filio, ex certo aliquo tempore, naturam humanam, uel propter, ut in Scholis loquuntur Theologi, prioritatem originis. Quemadmodum enim pater non quidem duratione, uel natura, sed auctoritate originis, dicitur esse D prior, & maior filio, ita quoque antiquior.

TERTIA circumstantia. *Velimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda.* Per candorem uelimenti, significatur, interprete Theodoro, incomparabilis munditia, & puritas diuinae naturae, quae nulla, uel naturali, uel mortali labe, infecta est, aut infici potest, ob idq; maximè idonea est ad iudicandum. Tribuuntur ipsi, capilli albi, tanquam quiddam consequens, & congruens antiquitati, senibus enim canescit caput, & barba: id autem mirè facit ad iudicis

auct

Deus pater
qua ratione
dicatur filio
antiquior.

Quid in Deo
candor uel-
stium, & albor
capillorum,
ut est lana, si-
gnificent.

auctoritatem, & reuerentiam: *Coram cano capite, inquit A*
Moses, Leuit. 19. assurge. Alij, vestimentum candidum,
 exponunt diuinam prouidentiam rerum cœlestium:
 capillos verò albos, prouidentiam rerum sublunarium,
 & vtramque dici candidam, quia vtraque est ordinatissi-
 ma, & iustissima, licet nonnullis imbecillitate huma-
 næ rationis diuina æstimantibus, secus videatur. Diuus
 Hieronymus capillos candidos interpretatur, sincerita-
 tem, & integritatem diuini iudicij: quippe in eo nul-
 la erit acceptatio personarum, nulla item dissimulatio,
 vel mali, vt non puniatur, vel boni, vt non remuneretur.
 Similitudo porrò lanæ, eo spectat, vt significetur, B
 etiam in illo iudicio, sœueritatem diuini iudicij, non
 omnis profus mansuetudinis, misericordiæ, & cle-
 mentiæ fore expertem. Non enim Deus, etiam impios,
 secundum omnem iustitiæ suæ rigorem puniet, sed ci-
 tra condignum.

Quid sessio
 Dei, & thro-
 nus eius flam-
 meus, & ardēs
 delignant.

QVARTA circumstantia; *Thronus eius flamma ignis,*
 Thronus Dei sedentis ad iudicandum, indicat iudicis
 auctoritatem, atque maiestatem. In Psalmo 9. scriptum
 est de Deo: *Sedisti super thronum, qui iudicas equitatem.* Ses- C
 sio Dei ad iudicandum insinuat, eum magna cum quie-
 te, & tranquillitate iudicaturum: sic est in libro Sapientia
 cap. 12. *Tu autem Dominator omnium, cum tranquillitate*
omnia iudicas. Thronus autē flammeus, & igneus, quin-
 que res donat. Namque in flamma, est claritas, est item
 ardor: claritas throni, ostendit omnia, de quibus iudi-
 cium facturus est Deus esse clarissima illi, atque ma-
 nifestissima, itaque nullatenus errare potest in iudi-
 cando propter ignoracionem veri. Deinde, ostendit
 illud iudicium nulli fore occultum, sicut nec pleraque
 Dei iudicia mortalibus abdita, & incognita sunt: tunc
 autem omnibus, & hominibus, & Angelis erunt cla- D
 rissime conspicua, nec quisquam tam manifestæ testa-
 tæque veritati contradicere audebit. Ardor præterea
 throni, tria indicat: primò, Deum ad iudicandos ho-
 mines venturum, non hominum odio, vel cupiditate
 vindictæ, sed ardore amoris, quo veritatem, & iusti-
 tiam amat: tum declaratur efficacitas illius iudicij,
 cuius executio nullo modo impediri poterit: ad ex-
 tremum, ignis aurum reddit purius, & illustrius, pa-
 leant

A leam verò denigrat, adurit, & consumit: sic in illo iudicio, summa bonis claritas, & gloria accedet: improbi verò incredibili cum probro, & ignominia ad sempiternas inferni pœnas relegabuntur. Depingitur autem Dei thronus, suppositis rotis mobilibus, & versatilibus, quales fuisse antiquitus regum throni memorantur. Qua similitudine rotarum, declaratur Deum ita sedere in throno, immobilem secundum suam naturam, ut secundum rotas tamen suæ potestatis, & efficacitatis, per omnia, quæcumque cælo terraque continentur, celerrimè percurrat, & permeet: nam, & in lib. Sapientiæ, capite septimo traditur, omnibus mobilibus mobiliorem esse sapientiam, eamque attingere omnia propter suam munditiam, & cum sit vna, posse tamen omnia, & in se permanentem, cuncta mutare, & innovare. Rotæ finguntur igneæ propter vim, & efficaciam potentia, ac voluntatis Dei, cui obisti nequam potest: omnia enim quæcumque voluit, fecit in cælo, & in terra.

Quid significet rotæ throni.

QUINTA circumstantia; *Fluvius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius.* Sic exprimitur sententia illius ultimi, & generalis iudicij, ipsius iudicis ore prolata, & ab omnibus, qui coram aderunt, exaudita, & percepta. Quæ instar rapidissimi fluminis, improbos demerget, absorbebit, & ad tartarum deturbabit, ita ut non possint illi coram iudice consistere, sicut in Psalmico primo dictum est: *Non resurgent impij in iudicio, vel ut sonat Hebræa, non stabunt, vel consistent.* Illud autem, *rapidus, & igneus*, indicant sententiam illam iudicis, quàm celerrimè, & efficacissimè, correptis à dæmonum turba improbis, & in tartarum delatis, executioni mandandam. Dionysius in libro de cælesti Hierarchia, cap. ultimo, superiora verba Danielis, ita exponit. Videndum apud Daniele, quid sibi velint flumina, rotæ, & currus, qui cælestibus virtutibus coniuncti inferuntur. Nempè divina flumina, divinos significant latices, largissimam Angelis, atque indeficientem inundationis copiam largientes, vitalisque fecunditatis altores. Currus autem, coniuictam simulum, & animalium societatem signant. Rotæ vero, quæ alse quidem sunt, semper tamen in anteriora, sine ulla conversione, in nullam partem declinando, incedunt.

Quid flumen igneum, & rapidum egrediens à facie Dei.

Dionysius Areopagita.

viam actionis Angelicæ, quæ rectam perpetuò viam, atque arduam pergunt, insinuant: Quippè omnis illorum cursus, spiritalis, & rotatus, ad viam illam erectam, & arduam, celestis intentione dirigitur. Possumus, & iuxta alium sensum intellectualium rotarum figuralem descriptionem exponere. Est enim eis, vt Propheta ait, cognomen inditum. Gel, Gel, quod Hebraicè reuelationes, ac reuolutiones significat. Igneæ namque, ac diuinae rote, gyrations habent: quod sempiterno motu, circa summum, idemque versentur boni: reuelationes autem, quod occulta sacramenta reuelent, & humiliores quosque promoueant, sublimèsq; diuini fulgoris radios in inferiora agnini descendendo, transfundant. Sic Dionysius.

Dei auctoritas quomodo declaratur.

SEXTA circumstantia; Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant illi. Declaratur his verbis, incomparabilis Dei iudicis auctoritas, magnificentia, & maiestas, ex innumerabili multitudine, eximiaque dignitate eorum, qui ei assistebant, & qui quasi apparitores, & administri, ad eius peragenda, & obeunda munera, erant paratissimi. Verùm, circa hæc verba, tria sunt annotanda. Ante omnia scire conuenit, variam esse horum verborum lectionem, nec apud paucos mendosam. De priori numero, *millia millium ministrabant illi*: inter omnes conuenit: vnum excipio Tertullianum, qui in libro, quem scripsit aduersus Praxeam, multo ampliorem habet hunc numerum: sic enim legit, *millies centies centena millia*. Sed in posteriori numero, mira est varietas, & dissensio. Theodoretus, in textu quidem non habet eum numerum: sed in commentatio sic eum habet: *decies centena millia*, sic etiam habet translatio Latina versionis Græcæ, quæ est in Bibliis, tam Complutensibus, quam Regiis. Verùm proculdubio corruptus est, & mendosus numerus: quippè Græca lectio, vt mox dicemus, multò secùs habet. Translatio Diui Hieronymi eadem autem est, atque nostra Latina, sic habet, *decies millies centena millia*: sic legit etiam Iustinus in Dialogo, quem habuit cum Thryphone: ita quoque legit Gregorius homil. 34. in Euangelia. & in lib. 17. moralium, cap. 9. atque itidem conuertit ex Hebræo Pagninus. Græca porro lectio ita hunc numerum expressit, *μύριας μύριαδες*, quod ad verbum sonat, decies mille dena millia: nam

Varietas lectionis.

μύριας,
quid sit apud
Græcos.

A vox
loc
voc
tel
m
mill
μύ
run
cad
dici
B Atq
Are
mo
iden
xea
la
mu
pos
lect
rissi
C atq
Cha
le, l
can
qui
gè
in C
est
ba
Dan
D nua
din
Ad
exp
qui
in
mil
exi
qu
m

A vox *μύριας*, valet decem millia, vt ex multis Herodoti locis, præsertim ex libro septimo, & ex Suida, vbi huius vocis notionem explicat, perspicui potest: idemque intelligitur ex versione Græca libri Ionæ, in cuius extremo, quod Latina versio habet, *plusquam centum viginti millia*, Græcè est, *plusquam duodecim μύριάδες*, Vox autem *μύριας*, nomen est adiectiuum, eundem planè numerum significans: nam sicut Latinè dicimus decem decades, centum centurias, mille millenarios: ita Græcè dicitur, *μύριας μύριάδες*, id est, decies mille dena millia.

B Atque hoc modo legit verba hæc Danielis Dionysius Arcopagita in libro de cœlesti hierarchia, c. 14. eodem modo legit Augustinus libro 2. de Trinitate, capit. 18. idemque valet apud Tertullianum in libro contra Praxeam, hic ipse numerus sic expressus: *millies centena millia apparebant ei*. Quamquã videtur Tertullianus, commutasse numeros, & priorem nostrum, posteriori loco, posteriorem autem, priori loco posuisse. Hanc autem lectionem, equidem censeo rectissimam, & emendatissimam: tum quia sic est Græcè, & apud Dionysium,

C atque alios antiquos Patres, tum etiam, quia sic est Chaldaicè, qua lingua scriptum est hoc caput à Daniele, legitur enim Chaldaicè, *Ribo, Riban*, idem significans, quod decies mille dena millia. At enim, dicit aliquis, qui possumus tueri Latinam versionem, quæ longe aliter habet, quam tamen sartam rectam custodiri, in Concilio Tridentino Patres sanxerunt? Sed facilis est responsio. Interpres Latinus non tam spectauit verba ipsa Chaldaica, quàm eorum sententiam, & mentem Danielis, cui propositum fuit eiusmodi numeris innuere innumerabilem quandam Angelorum multitudinem, ponens definitam multitudinem pro indefinita. Ad hanc autem innumerabilem Angelorum melius exprimendam interpres simul iunxit eos numeros, qui magnam aliquam multitudinem notant, eosque in seiplos multiplicauit, dicens: *decies millies centena millia*.

S E C V N D O loco admonendus est lector, ne fortè existimet tantum esse Angelorum numerum præcisè, quantum prædictis numeris exprimitur: nam, vt diximus, vt alias sæpè in sacris literis, sic hoc loco, definit multi

Concil. Tri-
dent. sess. 4.

Quæritur sit numerus angelorum.

Luce 15.

D. Gregorius

Matth. 20.

Auctoris de angelorum numero sententia.

multitudo posita est pro indefinita. Illud tantum significare voluisse Daniele patet, maximam esse & mortalibus incomprehensibilem angelorum multitudinem. Hoc etiam docuit Iob, capite vigesimo quinto. *Nunquid est numerus militum eius?* & Ioannes in Apocalypsi cap. quinto, *numerus eorum millia millium*, & Paulus ad Hebræos 12. *Accessisti ad cælestem Hierusalem, multarum millium angelorum.* Athanasius in eo libro, quo respondit ad nonnullas quæstiones Antiochi, respondens ad sextam quæstionem, quosdam ait, opinatos, ita se habere numerum angelorum ad numerum hominum, ut nonaginta nouem ad vnum: alios verò, ut se habent nouem ad vnum. Id autem eos argumentari, ex duabus illis Domini parabolis, vna de nonaginta nouem ouibus in deserto relictis, & vna oue, quæ amissa fuerat, quæsitæ: altera de nouem drachinis seruatis, & vna perditæ. Subdit eodem loci Athanasius, nonnullos putasse, tot esse angelos, quot sunt homines, propter illud, quod est in Deuteron. capit. 32. *Constitutum numerum populorum, secundum numerum angelorum eius*, ita enim verterunt eum locum septuaginta interpretes. *Diuus Gregorius* homilia 34. in Euangelia: videtur sensisse, certè indicat plures esse homines quàm sint angeli. Siquidem ait, tot fore homines beatos, quot sunt angeli beati: ex hoc, licet ita argumentari, sed homines damnati plures erunt, quàm beati, multi enim sunt vocati, pauci verò electi: cõtra verò angeli mali, pauciores fuerunt bonis: quod multi colligunt ex eo, quod Ioannes in Apocalypsi capite decimo secundo, scripsit draconem, id est, Luciferum, detraxisse de cælo tertiam partem stellarum, id est, angelorum: ergo omnes homines, tam boni, quàm mali, plures sunt angelis bonis, & malis. Augustinus certè in primo capite libri vigesimi secundi, de Ciuitate Dei: significat ruinam malorum angelorum instauratum iri in cælesti Ciuitate, numerosiori electorum hominum supplemento. At enim verò, probabilius est, ne dicam certum, quod tradit Dionysius, eo, quem paulò supra posui loco non solum angelos plures esse hominibus, sed etiam omni multitudine rerum sensibilium, & corporatarum. Quemadmodum enim corpora cælestia magnitudine

A ritudine multo exuperant caduca omnia & mortalia corpora: ita incorporea & intelligentes illae naturae angelorum multitudinæ, omnibus corporeis, & sub sensum cadentibus rebus antecellunt.

I T L Y D extremo loco hæc animaduertendum est: Ex hoc Danielis loco, petitam esse celeberrimam illam Theologorum distinctionem, quæ illi omnes angelos distribuunt in assistentes, & ministrantes. Verum, assistere Deo, ambiguae ac dubiæ significationis est, sicut adnotauit D. Gregorius libro decimo septimo moralium, capit. 9. Nonnunquam enim idem valet, quod frui Dei præsentia, eiusque faciem coram cernere: quo modo assistere, de omnibus beatis angelis, etiam qui nominantur ministrantes, communiter dicitur. Nam de angelis singulorum hominum custodibus, quos infimi ordinis esse angelorum constat, dixit in Euangelio Dominus: *Angeli eorum semper vident faciem patris, qui in caelis est.* Hac nimirum significatione usum esse putandum est Raphaëlem in libro Tobiae, & Gabrielem in Euangelio Lucae, cum dixerunt, ex iis se angelis seu spiritibus esse, qui coram Deo assistant, seu astant. Sed enim, cum assistere dicitur de angelis, prout opponitur ei, quod est ministrare, & mitti ad externa munera peragenda, idem significat, quod proximè videre omnia in Verbo, & inde notitiam omnium, quæ agenda sunt, haurire, nec mitti in terras ad exequenda ministeria. Atque hac ratione Dionysius censet quatuor superiores ordines, hoc est, Seraphim, Cherubim, Thronos, & Dominationes, esse assistentium angelorum, reliquos inferiores, esse ministrantium. Nam quod ait Paulus epistolæ ad Hebræos capite primo, Omnes esse administrarios spiritus, id debet intelligi, non immediate, sed mediate: hoc est, non quod per se ipsi expleant ministeria, quæ ad electorum salutem pertinent: sed ipsi tamen angelos, quorum interest eiusmodi ministeria exequi, doceant & erudiant, diuinæque mandata tradunt ab ipsis conficienda. Quod si etiam supremi angeli nonnunquam alicui ministerio destinantur, id quidem admodum rarò, ut propterea distinctio illa angelorum in assistentes & ministrantes, minime tolli debeat. Sunt

Distinctio angelorum in assistentes, & ministrantes, unde petitur.

Math. 18.

Tob. 12.

Luca. 1.

Qui angeli sint ministrantes, & qui assistentes.

Explicatur locus Pauli ad Hebr. 1.

igitur quinque ordines propriè ministrantium angelorum: nam qui diuina nunciã ferunt hominibus, propriè dicuntur Angeli: & eorum principes, insignioribus nunciis deputati, Archangeli: qui miracula & prodigia faciunt: Virtutes nominantur sicut qui plurimum possent potentia, vt qui Ægyptiorum primogenita omnia, & centum octoginta quinque millia Assyriorum in vna nocte ceciderunt, Potestate nominantur: denique Principatus vocantur angeli, qui prouinciis,

Officia ordi-
num angelo-
rum.

Exoil. 12.

4. Reg. 19.

& regnis præfunt. Legimus enim apud Daniele cap. 10. principem regni Persarum, & principem regni Græcorum, necnon & principem populi Hebræi. Qui autem cælestes orbis perpetuò conuersant, Virtutum

D. Gregorius
plures facit
angelos mini-
strantes, quàm
assistentes,

aut potestati ex ordine, & numero esse creduntur diuus Gregorius libro 17. moralium, capite 9. ex hoc loco Danielis probat, plures esse ministrantes angelos assistentibus. Nam quòd inquit Daniel, *Millia millium ministrabant ei*, non accipit ipse multiplicatiuè, sed partitiuè, vt ita loquar, hoc est, non pro certo aliquo numero,

sed pro numero indefinito, maximo tamen, & qui vix possit exprimi. Quod autem subditur, *Et decies milles centena millia assistebant ei*, intelligit Gregorius multiplicatiuè, scilicet pro certo aliquo numero definito, longè, scilicet minori, quàm est prior. Similia Gregorio tradit Rupertus in libro suorum commentariorum in Daniele, ca. 13. At verò Tertullianus videtur in contraria fuisse sententia, quippe qui in libro

Rupertus.
Tertullianus.

aduersus Praxeam scripto, angelorum, quos ipse vocat apparitores Dei, id est, ministros, numerat millia centena millia: cum assistentium angelorum ponat, millies centies centena millia. Eadem est Dionysij Areopagite sententia, quanto superiores sunt ordines angelorum, tanto numerosiores esse arbitrans. Quod etiã magis congruit cum sententia Danielis, qui vtrorundem angelorum numerum, per difinitas numerotù species expressit: sed amplioiorem tamen assistentium, quam ministrantium edidit.

Quales sunt
libri, qui in
extremo illo
iudicio profes-
sèdi & aperi-
di sunt.

SEPTIMA & vltima circumstantia: *Iudicium sedet, & libri aperti sunt*: hoc est, iudex sedet in throno, paratus ad iudicandum: & aperti sunt libri, videlicet, in quibus ea continebantur, de quibus, vel secundum

quæ

A quæ iudicandi sunt homines. Hunc Danielis locum mirificè illustrat alter similis locus in Apocalypsi cap. 20. qui sic habet: *Vidi thronum magnum & candidum, & super eo sedentem, & omnes mortuos stantes in conspectu throni: & vidi libros apertos, & alius liber apertus est, qui est vita: & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum.* Quem locum explanans D. Augustinus libro 2. de ciuitate Dei, capit.

14. Per libros apertos intelligit sanctos, qui cum Christo venturi sunt ad iudicium: quos propterea existimat appellari libros, quia in illis expressa cognoscatur Dei voluntas, & diuinæ legis obseruantia. Quo-

B circa, improbi in eos intuentes, liquidò cognoscent, quæ bona ipsi facere debuerint, quæque facere neglexerint. Secundum eos autem libros Ioannes ait, iudicandos esse mortuos: tum quia, vt Paulus inquit, sancti de hoc mundo iudicabunt: tum etiam, quia sanctorum vita, quasi quoddam erit iudicium & condemnatio improborum. Hinc enim palam erit, præcepta Dei non fuisse obseruata impossibilia, etiam

C homini mortali & fragili: quod tamen improbi, excusandis sceleribus suis, solent prætexere. Ille autem alter liber vitæ, interprete Augustino, qui sic legit illa verba Ioannis, *Liber vitæ vnusquisque*: eamque lectionem in quibusdam libris reperiri confirmat Beda: ille, inquam, alter liber vitæ, interprete Augustino, non est aliud, nisi notitia clara & indubitata om-

nium ac singulorum, quæ in hac vita quisque egit, siue bona, siue mala: quam notitiam tunc Deus omnipotenti sua vi, ante oculos mentis cuiusque ponet, vt

D quæcūque bene, aut malè gessit, incredibili celeritate cognoscat. Beda libros apertos in die iudicij, interpretatur sacras Scripturas: tunc enim patebit verissima fuisse, quæ nos de illo extremo iudicio sacrae li-

teræ docuerant: videlicet, factum iri generale omnium hominum iudiciū, in quo exigenda sit omnium etiam verborum otiosorum subtilis & exacta ratio: ibique nullum fore locum intercessioni, aut perflugium misericordiæ: denique sententiam tunc à iudice proferendam irreuocabilem fore, & quæ tunc vel supplicia, vel præmia hominum decernerentur, fore

Locus Apocælypsis cap. 20. à D. Augustino explicatur, I. Cor. 8.

Beda quid per libros apertos intelligat.

Matth. 12

Matth. 25

sempiterna. Plerique, libros apertos interpretantur, A
singulorum hominum conscientias, quæ in die iudicii
aperientur, atque explicabuntur, & sua cuique probe
pariter atque improbe facta, dicta, cogitataque de-
demonstrabuntur. Sic loquitur Paul. ad Ro. c. 1. *In die iu-
dicii, iudicij Domini nostri, reddet unicuique testimonium con-
scientia sua, cogitationibus inuicem accusantibus, aut defendentibus.*

D. Hieronym. D. I. V. V. S. Hieronymus putat significari duos li-
bro: vnum bonorum operum, qui dicitur in diuina
Liber vitæ & scriptura liber vitæ, seu viuientium: atque hic liber est
liber mortis apud Deum & sanctos angelos: alterum malorum ope-
rum, qui est penes diabolum: quem ipse tunc proferet B
ad homines accusandos, & condemnandos. Quapro-
pter in Apocalypsi capit. 12. satan appellatur accula-
tor fratrum; quin id ipsum nomen diaboli significat.
Et hic liber ritè nominatur liber mortis, vt in quo
scripti sunt æterna morte condemnandi. Nam quod
Augustinus ait, & beatus Thomas in prima parte q.
25. confirmat, non sicut datur liber vitæ, ita dari librum
mortis: hoc intelligendum est de libro mortis, qui sit
apud Deum, non enim in morte positum est scribere C
in libro eos, qui repudiantur & reiciuntur, sed eos
tantum, qui eliguntur. Non est tamen negandum,
eiusmodi librum mortis, esse penes dæmonem,
& cum de homine coram Deo iudicium fiet, ef-
se ab eo proferendum. Verumtamen, quemadmo-
dum liber militiæ, tribus modis intelligitur: vel in
quo scribuntur milites ad militiam electi: vel in quo
traduntur præcepta tractandæ militiæ, & disciplinæ
militaris; vel in quo descripta sunt militum tam bo-
na, quàm mala facinora: ita quoque liber vitæ dicitur
vel in quo scripti sunt electi ad vitam æternam, D
qui est liber æternæ prædestinationis: vel in quo ea
continentur, quæ conducunt ad consequendam vitam
æternam. Huiusmodi liber est diuina scriptura, & lex
Dei, vel in quo bona & mala opera hominum conscri-
pta sunt, qui liber, vt exponit August. libr. 20. de ciui-
tate Dei, cap. 14. non est aliud, quàm mira quædam vis
& potestas Dei in extremo iudicio, quæcunque vel
benè, vel malè ab hominibus facta, dicta, concupita, &
cogitata sunt, singulis in memoriam reducens: & quasi
in

D. Hieronym.
Liber vitæ &
liber mortis
qui sunt.

Liber vitæ tri-
bus modis sig-
nificari potest.

A in cōspectu mentis liquido recognoscenda constitues
 Ex his liquet, quales intelligere oporteat fore libros,
 quos Daniel in illo iudicio apertes vidit.
Eccē, cum nubibus cœli, quasi filius hominis venie-
bas, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & in
conspectu eius obiuulerunt eum, & dedit ei
potestatem æternam, & regnum,
quod non corrumpetur: & omnes
reges, omnesque populi, tribus
& lingua seruient &
obedient ei.

QUOD hic dicitur, filium hominis, id est Mes-
 siam, sic in Euangelio sæpenumero appellatum,
 propter assumptā naturā humanā, cum habibus venisse
 vsque ad Deum patrem, videtur reuera euenisse eo tē-
 pore, quo nubē euectus ascendit in cœlos: tunc enim
 omnes sancti angeli, beatæque animæ eorum, quos è
 limbo eduxerat, simul cum eo in cœlum ascendentes
 deduxerunt eum vsque ad thronum Dei patris, can-
 tantes id, quod scriptum est in Apocalypsi, cap. quin-
 to: *Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & di-*
uinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & glo-
riam, & benedictionem, & omnem creaturam, que super cœlū
est, & super terram, & sub terra, & que sunt in mari, & que
in eo sunt: Omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & agno,
benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæcu-
lorum. Dicitur autem agnus tunc fuisse dignus
 accipere diuinitatem, non quidem vt Deus esset: nam
 hoc fuerat etiam ab initio suæ generationis, & nullo
 ipsius præcedenti merito: sed quia propter passionem
 suam meruerat honorem & gloriam diuinitatis, hoc
 est, vt tam ab angelis, quàm ab hominibus tanquam
 Deus sapiens, fortis & gloriosus adoraretur, & cole-
 retur, & hoc est, quod Paulus dixit, Christum propter
 ipsius obedientiam exaltatum esse à Deo, datumque
 illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomi-
 ne eius omne genu flectatur cælestium, &c.

CAETERVM, de illo quinto regno priores, quatuor
 monarchias consequuturo, easque funditus euecturo,

Christus eū
 filius hominū
 dicitur.

Quomodo
 Christus dica-
 tur in Apoca-
 lypsi, cap. 5.
 fuisse dignus
 post passionē
 & mortem ac-
 cipere diuini-
 tatem.

Philip. 2.

An quintum
regnum miri-
ficè laudatum
hic à Daniele,
fuerit Macha-
bæorum prin-
cipatus.

Quædiu prin-
cipatus Ma-
chabæorum
durauerit.

cuius incomparabilem gloriam, amplitudinem, po-
tentiam, & æternitatem, tam magnificis verbis prædi-
cat Daniel, magnum nobis certamen est cum Gentili-
bus & Iudæis, etiam cum quibusdam viris Catholi-
cis, Gentilium omnium, non armis, sed scriptis, acer-
rimus hostis; & acerbissimus insectator Christianorum
Porphyrius, cum illud cornu paruulum interpretatus
esset regem Antiochum Epiphanem, infestissimum Iu-
dæorum hostem, quam eius interpretationem paulò
suprà & memorauimus, & refellimus, consequenter
exponit quintum regnum, à quo scilicet, illud cornu
paruulum fractum & coneritum est, non aliud fuisse,
quàm principatum Machabæorum, qui multa bel-
la cum Antiocho prosperè gesserunt: eiusque du-
cibus superatis, profligatisque exercitibus, & sibi im-
mortalem gloriam, & patriæ, ac ciuibus gloriosam
libertatem acquisuerunt: quarum rerum historiam
plenissimè narrant libri Machabæorum. Verum hanc
Porphyrij sententiam, falsam esse, atque à mente Da-
nielis longissimè remotam & suprâ ostendimus, &
nunc præterea tribus argumentis peruincemus. Prin-
cipio, Daniel aperiens illius quinti regni originem
& auctorem, ait, quendam similem filio hominis venisse
in nubibus cæli vsque ad antiquum dierum. Est igitur
huius regni cælestis & diuina origo: quapropter
ad terrenam illam, & temporariam Machabæorum
dominationem minimè pertinet. Deinde, regnum il-
lud destructurum erat, sibi que subiecturum alia om-
nia regna, cunctasque orbis terrarum nationes: at Ma-
chabæi, vix intra Iudææ angustissimos fines, prin-
cipatum tenere potuerunt: nec illis cunctæ gentes ser-
uierunt. Adhuc, illud regnum prædicari à Daniele in-
dissolubile ac sempiternum, quod regno Machabæo-
rum neutiquam competit. Nam si loquamur de tri-
bus illis nobilissimis & gloriosissimis Machabæis, Iu-
da, Ionatha, & Simone, quorum admirandæ virtutes,
nec vnquam satis laudata facinora, omnium seculo-
rum memoria prædicabuntur, eorū principatus, duos
tantum & triginta annos stetisse, in priori lib. Macha-
bæorum proditum est: siquidem cæpit anno regni
Græcorum centesimo quadragésimo sexto: eiusdem-
que

A que regni anno centesimo septuagesimo septimo, post mortem Simonis, finitum est. Siu autem loquamur de eo principatu, prout ab illis Machabæis conditus, in eorum deinceps successoribus perduravit vsque ad Herodem, ne ille quidem stetit plus annis centum viginti sex, vt tradit Iosephus lib. 14. Antiquitatum. Etenim, initium habuit circa Olympiadem centesimam quinquagesimam quartam: exitum vero & finem, circa Olympiadem centesimam octogessimam quintam. Sed pauca hæc satis sint aduersus Porphyrium: cuius opinionem miratur Theodoretus, etiam quibusdam pietate præstantibus viris placuisse. Sic enim scribit in extremo huius capituli commentario; Vehementer miror, quosdam pietatis magistros, quartam bestiam vocasse regnum Macedonicum, seu Græcorum. Debuerant enim considerare, tertiam bestiam quatuor habuisse capita: quod aperte indicabat post Alexandri obitum, quadripartitam fore regni eius diuisionem. Ad hoc, debuerant animaduertere, quartam bestiam eodem tempore decem habuisse cornua: & cornu paruum, tria priora cornua radicitus euulsisse: at vero in regnum Alexandri, non decem reges, sed quatuor tantum successisse. Illud quoque considerandum ipsis fuit: post quarta bestie interitum, sanctos Dei Altissimi regnum toto orbe florentissimum & æternum accepisse: atqui post Antiochum Epiphanem, figuratum illum cornu paruo, nequaquam sancti tale regnum exceperunt. Nam etsi potentiam quandam adepti sunt Machabæi, non tamen diu regnarunt. Etenim Iudas tres annos, Ionatas vnde viginti, Simon octo, præfuerunt populo: alij, cum paululum regnassent, vel morte extincti: vel magnis attriti calamitatibus, imperioque priuati sunt. Alioqui, ne omnes quidē isti sancti, cum quidam illorum improbi extiterint: & vt omnes isti fuissent sancti, his tamen omnibus deletis, Herodes alienigena & impius totius Iudææ rex constitutus est. Quomodo igitur verum erit, quod ab angelo dictum est, Post deletum cornu illud paruum, omne regnum omnemque gentium potestatem & dominationem, quæ sub cælo est, datum iri sanctis Altissimi, & regnū eorum fore sempiternum? Horum enim nihil in illam Machabæorum dominationem competere liquido æternimus. Hactenus Theodoretus.

Deinceps pugnandum nobis est cum Iudæis, qui

Christianis infensi, infestique, & iniquo animo fe-
rentes, quæ de illo quinto regno tam præclara, &
gloriola prædixit Daniel, ea ad regnum Christi, &
Christianorum accommodari, nullum non moue-
runt lapidem, vt clarissimæ veritati, quantas maxi-
mas possent, tenebras offunderent: & quam ipsi lu-
cem refugerent, aliis quoque eriperent. Itaque, ob-
noxie contendunt ostendere, quæ de illo quinto re-
gno traduntur hic à Daniele, ea regno Christianorum
nullatenus conuenire. Paulus Bùrgensis, ex nobili

Iudæo nobilior factus Christianus, bene longam, &
accuratam de regno Christi aduersus Iudæos dispu-
tationem scripsit. Duo autem imprimis aduersus
Christianos Iudæi probare conantur: Vnum est, re-
gnum Christianorum non esse illud quintum regnum
à Daniele descriptum: Alterum est, illud cornu par-
tulum à sanctis factum, & contritum, secundum
germanam & propriam verborum Danielis senten-
tiam significare Christum, regni Christianorum prin-
cipem, & conditorem. Illud tribus argumentis con-
firmant. Primo illud quintum regnum, Daniel affir-
mat, futurum diuersum à regno Romanorum, quin-
tillam potentiam Romani imperij deleaturum, at re-
gnum Christi non euertit potentiam imperij Romani,

quippe viuente Christo sub Augusto & Tyberio flo-
ruit principatus Romanorum, quam cum maximè, &
postea mortuo Christo, multis seculis perdurauit.
Quinimò princeps Christianorum, qui est Summus
Pontifex, coronat imperatorem Romanum, simulque
vterque principatus viger & floret, tantùm abest, vt
regnum Christi Romanum imperium omnino destru-
xerit. Quid, quod potètia & magnificentia regni Chri-
stianorum, ab imperatoribus Romanis, primum qui-
dem à Constantino Magno, tum ab aliis, qui post i-
psum imperio præferunt, profecta & confirmata est.
Summus item Pontifex potentiam sui principatus à
Romanis imperatoribus accepit. Addunt Iudæi al-
terum hoc argumentum: Daniele affirmare, illud
quintum regnum fore totius orbis potentissimum, eam-
tenaque regna subiecta illi fore, quod minimè quadrat
in regnum Christianorum: plurima namque sunt re-

gna

Iudæorum ra-
tiones faciles,
quibus astruunt
regnum quin-
tum non signi-
ficasse regnū
Christianorū.

Agna illi contraria, non solum diuersa, & non subiecta, Cernimus præterea imperium Turcarum potentius esse, atque florentius, quam regnum Christianorum. Denique multò plures sunt, qui non parent Christianorum regibus, quam qui sunt eis subiecti. Postremo, idem confirmant eo argumento: Illud quintum regnum prædicari à Daniele, incorruptibile, ac sempiternum: atqui Christianorum imperium magna ex parte corruptum & euersum est: amisit enim dominationem in Africa, Aegypto, Syria, Asia, nec in paucis Europæ partibus. Id autem quod est secundum partes corruptibile, aliquando totum tandem corruptetur: sic enim Aristoteles in libris de cælo argumentatur cælum esse incorruptibile: quia post omnem omnium hominū memoriā, nulla eius pars, vel minimum corrupta est.

Quòd autem illud cornu paruū significauerit Christum, ita probant Iudæi. Dicitur illud cornu, initio fuisse paruulum: Similiter Christus initio humilis, obscurus & contemptus fuit, paucos item, eosque viles atque ignobiles habens discipulos & sectatores. Loquebatur illud cornu ingentia, id est, magnifica de se, & gloriosa prædicabat: Christus quoque iactabat se sine peccato esse, de cælo descendisse, antiquiorem esse Abrahamo, filium Dei & saluatorem mundi. Proferebat etiam illud cornu sermones contra excelsum, id est, blasphemabat Deum: Christus itidem iniuriōsus, contumeliosus, & blasphemus in Deum fuit: primus enim docuit, & in vulgus enunciauit, Deum generasse filium, & habere filium naturalem sibi consubstantialē & cœternum: & cum ipse homo esset, Deo se tamen æqualem faciebat. Traditur præterea, illud cornu tentasse mutare tempora, & leges, id est, tollere temporales festiuitates Iudæorum, ritusque ac cæremonias legales: hoc ipsum Christus facere aggressus est, violato sæpius sabbatho, contemptisque legis Mosaicæ cæremoniis. Quin, eius sectatores, legis obseruantiam non solum neglexerunt: sed etiam damnarunt, & omninò interdixerunt. Quid multa? Cornu illud, tribus annis & dimidio regnaturum erat: tanto etiam tempore regnasse Christum,


F

confer

monstrat
habet

Arist. li. i. de
cælo ca. i. tex.

Iudæorum rationes, quibus probant Christum dominum nostrum esse cornu paruulum.



confessione ipsorum Christianorum constat. Nam ex A quo post baptismum in publico versari ac docere, & sectatores habere cœpit, usque ad eius necem, & tres anni, additis præterea aliquot mensibus, transierunt. Ad extremum, Danieli ostensum est, illud cornu parvulum tandem iri fractum, contritumque à populo Dei, & sanctis Altissimi: nec hoc, non maxime quadrat in Christum, quem Iudæi, qui erant populus Dei, ignominiosa crucis morte necatum è medio sustulerunt.

Refelluntur
Iudæi.

H AEC Iudæi, odio Christiani nominis cæci, aduersus clarissimam veritatem cõtumaciter & perfidiose disputant. Sed adedò tela eorum obtusa sunt & infirma, vt de illis verissimè dici queat illud Davidis ex Psal. 63. *Sagittæ paruulorum factæ sunt plaga eorum: & infirmata sunt contra eos lingue eorum.* Verum quo notior, & testatior fiat prædictarum rationum inanitas

Duplicè Christi aduentum prædicari in scriptura.

ac futilitas, sciendum est, duplicem Christi aduentum in sacris literis prædici, ac prædicari: primum, & secundum. In priori aduentu, venit Christus non ad iudicandum, & damnandum: sed, vt ipse dixit, *ad saluandum mundum: saluandum dico, spiritua-liter magis, quàm corporaliter.* Quapropter, eam vitæ formam, ac rationem in priori aduentu suscepit, quæ ad curãdos spirituales animorum morbos, perfectãque mentis sanitatem comparandam plurimum conferre posse visa est. Quocirca non venit Christus eam humana potentia & gloria: sed humilis, & pauper: clarissimum præbens exemplum patientiæ, humilitatis, sui ipsius mortificationis, denique omnium terrenorum bonorum despicientiæ: His enim rebus sciebat ad extrahendos ex animis hominum errores, & D

Quale Christi regnum in priori eius aduentu.

b Matth. 21.

c Ioann. 18.

d Lucæ. 17.

vicia, virtutisque, ac cœlestem doctrinam inferendam, esse opus. Non igitur primum venit in mundum, temporale ac terrenum possessurus regnum: sed potius spirituale: ideoque b dixit suis discipulis. *Venisse se, non ministrari, sed ministrare: & Pilato c Regnum suum non esse de hoc mundo, & item Apostolis dixit d Regnum Dei intra vos est: Nec regnum eius nominatur regnum mundi, sed regnum cœlorum: Latro quoque pendens in cruce, iamq; moribundus, Christo*

idem

- A** icidem cruci affixo, & moribundo dixit: *e Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Nec tantum Christus huiusmodi regnum terrenum, & humanam non ambitiosè quaesivit: sed etiam studiosè, curiosèque fugit. Cum enim sciret multos esse, qui ipsum regem facere velent, sese illis subduxit, fugitque. Fuit igitur in priori Christi aduentu regnum eius non corporale, sed spirituale: atque hoc regnum, in illa visione statuitur, quam rex Nabuchodonosor vidit in quiete, praefiguratum est: & quæ de eo regno Daniel eam visionem regi interpretatus, disseruit, ea ad priorem Christi aduentum magna ex parte pertinere, duo sunt manifesta indicia. Primum, quòd ibi Christus significatur similitudine lapidis abscissi de monte sine manibus: quod significauit carnalem Christi ex matre, sine admixtione virilis seminis generationem: Alterum quòd ibi Christus significatur primò tamquam parvus lapis, deinde paulatim in maximum montem excrefcens: quod ad posteriorem Christi aduentum nullo modo, ad priorem verò, aptissimè potest accomodari. Hoc autem spirituale Christi regnum destruxit omnia alia regna: non quidem corporaliter secundum humanam eorum potentiam, sed spiritualiter, videlicet, sicut ipsum erat spirituale: destruxit, inquam, secundum vitia, & errores: praesertim verò secundum idololatriam, quæ per omnem orbem vigeat, & regnabat. Nec ad hunc modum destruxit omnia regna simul, & vno omnia tempore: sed paulatim, & longo temporum processu. Etenim ferè nullum in orbe regnum est, in quo fides, & religio Christiana non aliquando flourit. Ex his palam est, hoc Christi regnum longè diuersum fuisse à regno Romanorum: Hoc enim corporale, terrenum, & temporale fuit: illud spirituale, æternum, & cœleste. Et regnum quidem Romanum destructum est à regno Christi, non quidem corporaliter, sic enim non aduersatur regno Christi: sed spiritualiter: quia destruxit errores, superstitiones, denique idololatriam, quæ Romanis maximè dominabatur: fecitque, vt Romanum Imperium spiritualiter esset subiectum, atque obediens imperio Christi

c Luc. 23.

f Ioann. 6.

Dan. 2.

Quomodo
prior Christi
aduentus à
Daniele præ-
uisus fuit.

Regnum Ro-
manorum à
Christo destruc-
tum spiritua-
liter.

Monarchia summi Pontificis spiritualis. Christi. Quo licet intelligere, summum Pontificem, A qui vicarius Christi, summam in regno eius potestatem habet, non tam corporaliter, quam spiritualiter toto orbe regnare, & hac spirituali dominatione cunctis mundi principibus præcellere, & in vniuersum orbem terrarum habere imperium. Quapropter, & si ditionem terrenam ab imperatore Romano potuit accipere: tamen spirituales, propter quam est summus Pontifex, & totius Ecclesie monarcha, nec ab hominibus, nec ab angelis potuit accipere. Quis enim, nisi solus Deus potuisset concedere diuinum illud munus, & potestatem remittendi peccata, consecrandi corpus Christi, gratiam conferendi, excommunicandi contumaces, animas ligandi, ac soluendi, denique celum aperiendi, & claudendi: & vt in iis, quæ ad fidei Christianæ doctrinam pertinent, condendis, acque decernendis, nullatenus falli posset? Non inusitatas, hoc regnum Christi aliquatenus diminutum, & corruptum esse, non per se quidem, sic enim incorruptibile est: sed ratione eorum, qui huic regno subditi sunt, quos aliquando plures esse contingit, & aliquando pauciores. Quamquam ex eo non potest concludi, hac ratione fore aliquando, vt totum Christi regnum in terris sit corruptum, & planè deletum. Si quidem, quantum in vna parte orbis diminuitur, tantum propagatur in altera: id quod nostris hisce temporibus contigisse liquidò cernimus: quantum enim Christiana religio in hoc nostro orbe contracta, & coangustata est: tantum, atque eò amplius, est dilatata in nouo orbe Occidentali, & in tot tantisque Orientis regionibus, & prouinciis. Itaque similiter Christi regnum dici potest corruptibile, vt Philosophi docent quatuor elementa esse corruptibilia: scilicet, non secundum se tota, vt loquuntur ipsi, sed secundum partes. Etenim nunquam totum elementum simul interit, sed tantummodo per partes, ita tamen, vt quantum ipsi ex vna parte deperit, tantum ex altera eodem aggeneretur.

Est à Deo immediatè.

Quomodo regnum Christi in terris sit corruptibile, & incorruptibile.

Christum Dominum nostrum non esse signi-

ficatum. Quid autem Iudæi, inueterato nostri odio infani, & amentes, commenti sunt, illud cornu partium, significasse Christum Dominum nostrum: adeò manifestè

A manifestè falsum, & absurdum est, ut iunct' magis ride-
 dere huiusmodi commentum, quam confutare. Non-
 ne Danieli ostensum est, postquam illud cornu esset
 fractum, & contritum, tunc demum regnum sancto-
 rum Altissimi, fore potentissimum, atque florentissi-
 mum? Si igitur contritio illius cornu significauit Chri-
 sti eadem factam à Iudæis, & regnum sanctorum Altis-
 simi denotabat imperium populi Hebræi, quomodo
 vaticinium illud cum ipso euentu, & veritate, non so-
 lum non congruit, sed etiam omninò pugnat? Quan-
 tum namque Iudæi post necem Christi floruerint, &
B quàm feliciter regnauerint, res ipsa docet, & ipsi ex-
 peri sunt, hodieque experiuntur. Ab eo enim tempore,
 quo Christum occiderunt, vitio mortis eius ira
 eos persequitur, utget, premitque omni orbe, miser-
 rum ubique terrarum perpessos exilium, durissi-
 mamque seruitutem, nulloque loco eos consistere, &
 à tantis malis, vel ad punctum temporis, respirare si-
 nar. His accedit, Danieli ostensum esse, illud cornu
 paruum, ex medio aliorum decem maiorum cornuum
 quartæ bestię, progeneratum iri, id est, tunc futurum
C cum illa quarta bestia figurans imperium Romanum,
 habebit decem cornua, id est, ut supra diximus, decem,
 vel multos reges: quorum regum tres, illud cornu
 paruum primò euellet, id est, debellabit, & subiuga-
 bit. Hæc autem in nullo modo congruere Domino no-
 stro, etiam Iudæi, nisi scienter, ac voluntariè cæci
 esse velint, non possunt non liquidò videre. Non est
 igitur dubitandum, regnum illud sanctorum, figura-
 tum in statua Nabuchodonosor, & à Daniele inter-
 pretatum, fuisse regnum spirituale Christi, quod in
D priori eius aduentu fundatum, ad hanc diem stetit, &
 usque ad consummationem seculi permanurum est.
 De cuius regni amplitudine, opulentia, maiestare,
 gloria, & felicitate, multa extant apud Vates, tam
 priores Daniele, quàm posteriores, clarissima, & præ-
 stantissima vaticinia: apud Dauidem in Psalmo 2.
 44. 71. 109. 144. apud Isaiam capite secundo, 25. 30.
 33. 49. 60. 63. & 66. denique apud Aggæum capite
 secundo.

¶ **IIII** præterea adnotandum est, hoc Christi
 regnum

Regnū Christi octo rebus, ceteris omnibus regnis antecellit: & primò, duratiōe.

Secundò, amplitudine.

Tertiò, vi, & efficacia.

Quartò, utilitate.

Quintò, modo, quo acquisitum est.

Sextò, legum excellentia.

regnum spirituale, omnibus huius mundi regnis octo rebus præcellere. Primò duratiōe: stetit regnum Christi ab ortu suo ad hanc diem, plus annos mille quingentos octoginta: in posterum verò stabit vsque ad consummationem seculi. Omnium verò priorum monarchiarum diuturnissimum fuit Assyriorum imperium, quod tamen mille quadringentos annos non expleuit. Deinde amplitudine ditionis, & dominationis. Etenim ferè omnes mundi regiones dominatu suo complexum est: & nunc in nouo orbe, & in terris Orientis, quæ loca veteres, ne per auditum nem quidem cognouerant, regnum Christi latissimè, ac florentissimè viget. Tum vi, & efficacia imperij: siquidem aliorum omnium regnorum vis, & potentia, ad ea tantum, quæ extra hominem sunt: vel summum, ad ipsa hominum corpora pertinere potest: at regnum Christi, vsque ad intimos animorum recessus penetrat, atque animis, mentibusque præcipue dominatur. Præterea præstantia effectus, & utilitatis: quibus enim Christus dominatur, eos peccati, & diaboli seruitutis excussò iugo, verè facit liberos, iustos ab omni vitiorum, & errorum labe integros, & puros: denique filios Dei, atque hæredes vitæ æternæ. Postea, modo, quo regnum hoc, est acquisitum, & partum. Non enim, vt mundana regna, terrore armorum, bellica potentia, & cadibus hostium: sed paupertate, humilitate, perdomandis cupiditatibus, bonis omnibus terrenis negligendis, malisque tolerandis: quinetiam mortis ipsius oppetitione, quam, & Monarcha ipse Christus, & Principes eius sectatores, voluntariè subierunt: regnum hoc spirituale ab initio constitutum, & postea toto orbe amplificatum, & vsque ad hanc diem conseruatum est. Ad hæc, excellentia legum, & institutorum, quibus regnum hoc à Christo descriptum, temperatum, & formatum est: si enim David in Psalmo decimo octauo, de lege Moysis tam magnifica, & mira prædicat, dicens: *Lex Domini immaculata, conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis, &c.* Quanto verus eadem, ac multo etiam maiora, de hoc regno Christi,

A Christi, & lege Euangelica dici possunt? Sapientiores Philosophi, ferè doctiorum omnium assensu, dixerunt, Monarchiam, optimum esse genus gubernationis: præsertim verò, quoad princeps sapiens, & iustus fuerit: atqui huius regni Dux, Moderator, & Princeps, vnus est Christus, adeò sapiens, & bonus, vt nec ipse falli, nec alios fallere queat, nec à perfectione prohibitis, & sanctitatis, vel transuersum vnguem discedere. Præstat etiam cæteris regnis sine: qui quidem in aliis regnis, præterquam quoddam humanus, & temporarius est, in hoc autem regno, cælestis, & sempiternus: etiam ipsius principis magis, quàm subditorum utilitate, & gloria continetur. Huius autem regni finis est, eos, qui sub hoc regno viuunt, ad immortalem, & beatam vitam omni æuo fruendam perducere.

Septimò, sine.

OCTAVA huius regni excellentia æstimari debet ex præstantia dignitatis eius, qui præest huic regno. Qui de rebus principi ad bene, ac feliciter imperandum, necessariis præcipiunt, tres in primis commendant: Prudentiam, Iustitiam, & Potentiam: In quibus **C** rebus, velle alios principes cum Christo vlla ex parte comparare, non est aliud, nisi per exiguum lucernæ lumen cum immensa claritate solis contendere, & componere velle. Isaias cap. 9. cum de Christo dixisset. *Et imperium eius super humerum eius*, protinus sex illius principis eximias proprietates subiungit: *Vocabitur*, inquit, *nomen eius, Admirabilis*: Nam clarum nomen, & celebris fama, quæ in hominum laude, & admiratione versatur, magnam principi auctoritatem, & maiestatem afferunt. Tum addit, *Consiliarius*, quasi diceret, vsque adeò non eget cuiusquam consilio, & in tantum superest illi prudentia, vt aliis consiliarius esse possit, & debeat. Consilio autem, & prudentia stabiliri, & nobilitari regna, docuit Salomon in prouerbiis. Postea subditur, *Fortis*, scilicet ad debellandos omnes hostes, sibi que subiectos validissimè defendendos, & custodiendos. Ad hoc nominatur, **D** *DEVS*: ex quo apparet, nequaquam timendum esse, ne monarchia hæc, cuius & Conditor, & Rector, ac Defensor Deus est, vilo tempore

Olaud, ipsius regis præstantia.

Locus Isaiæ cap. 9. explicatur.

Prouerb. 42

tempore deficiat. Præterea, dicitur *Pater futuri seculi*: Regnum enim Christi inchoatur in hoc seculo, sed in altero perfectum est, & omnibus numeris absolutum: cum cæterorum regnorum, idem, qui huius seculi, terminus & finis futurus sit. Illud autem nomen, *Pater*, indicat hoc regnum non constare sæuitia tyrannica, nec regali fastu: sed paterna suauitate, charitate & benignitate: & ita Christum potestate regem esse omnium, ut amore tamen, & cura, singulis pater sit. Postremo, laudetur, *Princeps pacis*, id est, pacificus: videlicet, qualis fuit Salomon, qui multis rebus similitudinem ejus prætulit. Est sanè finis omnium regnorum,

Finis omnium regnorum pax.

ut iuste secundum leges, & item tranquillè, ac pacificè viuatur. Sed ea pax, quemadmodum & iustitia, civilis tantum, & humana est. Christus delero peccato, victo mundo, debellatisq; demonibus, necnon & patre placato, & propitiato, spiritualem nobis, æternamque pacem attulit. Quapropter in eius ortu pacem cecinere angeli: & ipse abiturus ad patrem, pacem suam, quasi legauit discipulis, dicens: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*. Et post resurrectionem: quibus se viuum ostendit, eos verbo pacis salutauit. Ipse

Luc. 1.

Ioan. 14.

Ioan. 20.

Psal. 102.

Psal. 106.

In visione, que describitur hoc septimo capite, præterea Christi, que agitur de quod post seculum eius aduentum est futurum.

solum animam hominis explere, & omnem eius satiare apudtatem potest, quippe de eo scriptum est: *Qui replet in bono desiderium tuum*: & alibi, *Qui satiat animam inane, & animam esurientem implet bonis*. Prinsquam verò immensa hæc humani animi capacitas impleatur, non potest perfecta pax & quies contingere. Hactenus ostendimus, regnum Christi præmonstratum in visione illius statuæ, fuisse potissimum spirituale regnum, quod in priorum eius aduentu constitutum, usque ad consummationem seculi permanens est. Alterum verò regnum, quod in secundo aduentu, Christus, & in cælo, & in omni terrarum orbem, tam spiritaliter, quam corporaliter obtinebit, significatum est Danieli, in visione, que narratur hoc septimo capite. Atque huius rei duo manifesta sunt argumenta. Alterum argumentum est, quod hic dicitur Christus venisse in nubibus cæli, usque ad antiquum dierum, regnum ab eo accepturus: venturum autem Dominum cum nubibus cæli in secundo aduentu, ipse

A ipse Dominus indicauit Matthæi 24. cum dixit, *Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate.* & cap. 26. interrogatus cum adiuratione à pontifice Iudæorum, an ipse esset Christus, *Act. 1.* respondit: *Tu dixisti: verumtamen dico vobis, amodo videbitis Mat. 17.* filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Et cum spectantibus discipulis ascendit in cælum, nubes suscepit eum ab oculis eorum: & angeli dixerunt illis: *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Cuius rei præmiserat Christus quasi quoddam specimen in sua transfiguratione, quæ in nube lucida facta est.

B Nubes autem illæ, in quibus venturus dicitur Dominus ad iudicium, partim facient ad obumbrados mortalium oculos, quo facilius aduenientes Christi claritas & splendor sustineri queat: partim ad gloriæ Christi accessionem, cui nubes illæ velut sedes erunt, & vehiculum, quo sæpenumero dicitur usum esse Deum in præcipuis apparitionibus, vt legimus in Sacris literis. Alterum eiusdem rei argumentum est, quod Daniel

C hoc loco inquit, prius contritum iri cornu parvulum, deinde florentissimum illud regnum sanctorum futurum: sed illud cornu parvulum significauit Antichristum, vt supra ostendimus: ergo regnum, quod in hæc visione Danieli adumbratum est, proculdubio existimandum est, ad regnum Christi, quod erit post finem mundi, pertinere. Et hæc quidem cum Iudæis sint à nobis disputata.

D **TERTIVM** restat nobis certamen cum quibusdam viris Catholicis, sed non sine verecundia, & reuerentia subeundum. Nimirum, quos viros propter proximæ sanctitatis, & doctrinæ præstantiam admiramus & colimus, cum his nunc decernendum nobis est: duce tamen veritate, comitæque modestia, nec maiori contentione, quam quæ falsi refellendi, veri que demonstrandi causa necessario suscipienda est. Fuit quòdam opinio, magno assensu multorum & nobilium auctorum confirmata, labores & afflictiones sanctorum, in hoc mundo, ab initio eius vsque ad finem, non plus sex annorum millibus duraturas, quemadmodum fabrica huius mundi, sex diebus effecta, & consumma

Executur opinio Chiliaitarum, cuius defensores fuerunt Papius, Irenæus, Iulianus, Tertullianus, Lactantius, Victorinus, Sulpitius, & Apollinarius.

summata est, ita vt cuique illorum sex dierum re-
 spondeat vnus millenarius annorum. Nam, vt David **A**
 in Pſal. 89. cecinit, & Petrus scripsit in 3. capit. poste-
 rioris episto:æ, vnus dies apud Deum, tanquàm mille
 anni, & vicissim mille anni, tanquàm vnus dies.
 Completis autem illis sex annorum millibus susci-
 tatum iri ex mortuis omnes sanctos, Christumque
 descendurum in terras, & in his regnaturum cum san-
 ctis per mille annos, subiecto iplis omni terrarum
 orbe cum incredibili gloria, & bonorum omnium
 abundantia, & tali propemodum felicitate, qualem **B**
 Poë:æ meriendo, illi suo aureo sæculo affinxerunt.
 Sanctos præterea eo tempore cum summa castimonia,
 & integritate ducturos vxores, & ex his filios, alum-
 nos sanctitatis, procreaturos: vt verbo dicam, nihil
 eis, quod ad summam in terris felicitatem perfruen-
 dam pertineat, defuturum: & hanc esse, quam Ioan-
 nes in Apocalypsi appellauit primam resurrectionem.
 Exactis porro his mille annis, solutum iri satan, &
 grauissimam omnium, quæ fuit vnquam, per Anti-
 christum aduersus electos Dei persecutionem concitaturum. **C**
 Postea, cunctis mortalibus ad vitam reuo-
 catis, futurum generale iudicium, atque improbis ad
 æternas inferni pœnas relegatis, assumptum iri san-
 ctos in cœlum, ad sempiternam felicitatem, animo
 simul, & corpore percipiendam: & hanc esse quæ præ-
 dicto loco Apocalypsis vocatur à Ioanne secunda re-
 surrectio. Huius sententiæ auctor fuisse videtur Pa-
 pias, discipulus Apostolorum, vt refert D. Hierony-
 mus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, ad quam
 adhæsit etiam Iustinus, in eo dialogo, quem habuit
 cum Tryphone, & Irenæus libro quinto aduersus hæ- **D**
 reses, Hieronymus libro vndecimo commentario-
 rum in Ezechielem, eiusdem opinionis probatores, &
 sectatores nominat Tertullianum in libro de spe fi-
 delium: Victorinum in commentariis super Apocaly-
 pſi, Apollinarem quoque, Lactantium item in septi-
 mo Institutionum volumine, Seuerum præterea Sul-
 pitium æqualem & familiarem suum in eo dialogo,
 qui

Apoc. 20.

A qui Gallus inscribitur. Verum, eam sententiam omnium disertissimè tractat, & enucleatissimè declarat prædicto loco Lactantius, inter alia, hæc scribens, *Terra a-* Lactantius si-
peries fecunditatem suam, & vberimas fruges sua sponte ge- 7.c.24.
nerabit, rupet montium melle sudabunt: per riuos vina decur-
rent, & flumina lacte inundabunt. Nec verò existiman-

B dum est, horum sententiam fuisse eandem, quæ tribuitur Cerintho hæresiarchæ, quem Eusebius libro tertio historię ecclesiasticę, capite vigesimosecundo, auctoribus Caio, & Dionysio Alexandrino confirmat, similiter vt prædictos auctores, fecisse regnum Christi per mille annos terrenum, sed ipsum tamen in omni deliciarum mollitię, & carnalium voluptatum obscenitate posuisse. Itaque Diuus Augustinus cum hanc sententiam semper damnauerit, Augustinus;
 in illa tamen priori se fuisse aliquando, in libro vigesimo de Ciuitate Dei, capite septimo, confite-

C tur. **V**ERVM enimverò, eam sententiam, licet doctissimis & sanctissimis viris probatam, dupliciter in præ-

C sens tamen habeo refellere: nam & falsam esse contendo, nec illud regnum Christi, quod ipsa finxit, ad hoc quintum regnum à Daniele commemoratum, vlllo modo pertinere, & falsam quidem esse, duobus argumentis constat. Nam nec Christus, nec Apostoli, regnum aliquod terrenum & temporale, nec in hac vita felicitatem vnquam sanctis promiserunt. Quinimò Christus apertè dixit regnum Ioan. 18.
 suum non esse de hoc mundo, ipsumque semper appellauit regnum, vel spirituale, vel cælorum,

D & cum de statu sanctorum post resurrectionem ageretur, *Tunc (inquit) nec nubent, nec vxores ducent, sed erunt similes angelis Dei.* Deinde, horum opinio euentu ipso confutata est: Siquidem isti dixerunt Matth. 22.
 natum esse Christum in sexto millenario, videlicet, Regnũ Christi, quod finerũt
 sequuti computationem annorum ab exordio mundi, quam in libris septuaginta interpretum esse quintum Chiliastrũ, non
 illud regnum, illud regnum, hic à Daniele
 Quocirca & Diuus Augustinus existimauit sua ætate sextum volui millenarium: & Lactantius,

rius, qui claruit principatu Constantini Magni, ex illis sex annorum millibus, tantum suo tempore superfuisset dixit ducentorum annorum expectationem. Ergo secundum istorum computationem, iam hoc tempore transacto septimo millenario, octauus millenarius ageretur: nec tamen illud felicissimum Christi regnum per mille annos duraturum adhuc in terris, vel ad breuissimum tempus visum est. Nulla verò ex parte istud regnum congruere cum regno quinto, quod hoc loco descripsit Daniel, duo sunt indubitata argumenta. Etenim Daniel inquit, quintum illud regnum fuscitatum iri, postquam illud paruum cornu fractum & contritum fuerit: significabat autè illud cornu, vt supra docuimus, Antichristum, ante cuius tamen aduentum, per mille annos regnum illud terrenum futurum isti existimant. His adde, quintum illud regnum laudari à Daniele, ex eo quòd pullus eius finis esset futurus, sed in omnem æternitatem permanens esse, regnum verò ab istis confictum annis dyntaxat mille definitum, & determinatum est.

Quibus rebus multi, cum primis docti & sancti viri in prædictam opinionem ducti sint.

Iren. apud Euseb. li. 3. capit. 33.

De Papia Eusebij testimonium.

SEDE enim queret aliquis, ecquidnam istos tam doctos & graues viros mouere potuerit, vt eiusmodi opinionem, non modò falsam, sed ne in speciem quidem admodum probabilem, tantoperè ipsi probarent? Equidem, quibus rebus eos putem adductos, vt ita sentirent, paucis hic subiiciam. Primò mouit istos auctoritas Papiæ, qui discipulus fuerat Apostolorum: eum certè Irenæus Ioannis Apostoli auditorem laudat. Sed Papiam fuisse tardo & rudi ingenio, ideòque non satis intellexisse, quæ ab Apostolis sub figuris & similitudinibus rerum corporalium dicebantur, spiritaliter tantum intelligenda, confirmare possumus Eusebij auctoritate, qui libro tertio historiarum Ecclesiasticarum, capite trigesimo tertio, de Papia hunc in modum scribit. *Afferit Papias regnum Christi post humanæ carnis à mortuis resurrectionem, mille annos humano & corporeo more in terris futurum. Quæ quidem dogmata, credo eum propterea excepisse, quòd Apostolicas interpretationes, quæ ab illis essent exposita sub arcanis, figuris & obscuris parabolis.*

A male intellexisset. Nam homo erat, sicut ex scriptis eius facile licet coniecturam capere, ingenij perquam tenuis. Veruntamen plerisque viris ecclesiasticis, qui eius hominis antiquitatem, pro suarum partium defensione citabant, persimilis erroris auctor extitit, ut Irenæo, & si quisquam alius eadem cum illo sentire videbatur. Sic Eusebius. Mouit quoque istos, res ipsa factis per se lætabilis & gloriosa, multisque oprabilis, certè in vulgus admodum probabilis & plausibilis. Ea porro sententia, si Christianis hominibus penitus persuaderetur, magnam vim habere posse videbatur, ad eorum animos, ne malis pro Christo nomine ferendis, ipsi deficerent, expectatione tantæ fœlicitatis, etiam in terris aliquando perfruendæ, vehementer confirmandos, atque sustentandos. Mouerunt præterea eos nonnullæ Scripturæ sententiæ, in quibus mira de regni Mesiæ gloria, opulentia, & magnificentia etiam corporali ac sensibili prædicantur: quæ tamè vel intelligenda sunt de cœlesti regno Christi, post consummationem seculi futuro: vel de spiritali regno Christi, quod nunc in terris viget. Sunt enim omnia

C illa vatum promissa & prædicta, spiritaliter interpretanda. Siquidem, solenne est in Sacris literis, spiritalia bona & gaudia, quò facilius intelligantur, etiam à non doctis & ingeniosis, corporalium & sensibilibus bonorum figuris & similitudinibus exprimere. Verùm, super omnia mouit ipsos, locus ille Ioannis, qui est in Apocalypsi, capite vigesimo, quo loco Ioannes duplicem facit resurrectionem: & post primam ait sanctos cū Christo fœlicissimè regnatos per mille annos: deinde, iterum satan solutum iri, & futurum generale iudicium, sanctosque omnes in cœlos assumptum iri, consummatæ fœlicitatis vitam sempiterno æuo acturos: & hanc vocat Ioannes secundam resurrectionem. Sed profectò Ioannes vocabulo primæ resurrectionis, non aliud significare voluit, quam statum sanctarum animarum, quæ solutæ corporibus è terris subuolât in cœlos, Deoque fœlicissimè fruuntur vsque ad diem iudicij: quod omne tempus, significatum est à Ioanne, numero mille annorum, vi-

Locus Ioannis
Apocalypsis
20. de Christi
regno mille
annorum, &
de publica re-
surrectione;

delicet ponendo numerum definitum pro indefinito: A
 id quod fit non rarò in Sacris literis: ponitur enim
 numerus millenarius, vt magna aliqua multitudo
 significetur: quemadmodum suprà hoc ipso capite de
 angelis dixit Daniel, *Milia millium ministrabant ei:*
&c. & Dauid in Psalm. 104. *Idem erit verbi sui, quod*
maudauit in mille generationes: & in libro Ecclesiastici,
 capite decimosexto. *Melior est vnus vir timens Deum,*
quam mille impij. Secunda verò resurrectio, denotat
 apud Ioannem eo loco consummatam sanctorum fel-
 licitatem corporibus ad vitam beatam, atque immor-
 talem reuocatis: sicut secunda mors, significat dam-
 nationem improborum, pœnas animo & corpore lu-
 entium sempiternas. B

Allegorica
 Ruperti inter-
 pretatio huius
 loci.

SED, ne præter modum instituta, & seruata ad-
 huc breuitatis longiores simus, huic de Christi re-
 gno disputationi finem imponemus, si vnã quan-
 dam Ruperti corum, quæ de extremo iudicio, & Chri-
 sti regno à Daniele tradita sunt, allegoricam inter-
 pretationem, futuram lectori non iniucundam, huic
 Commentario nostro adiiciamus. In libro suorum C
 commentariorum in Daniele, capite decimoter-
 tio, superiora verba Danielis explanans, ita scribit
 Rupertus. *Aspiciebam, inquit Daniel, videlicet, desi-*
derans & suspirans, eo desiderio ac suspirio, quod commu-
ne erat omnium nostrorum, non ignorantium se regno Dei
excidisse propter Adam, & expectantium, vt in nobis re-
cuperaret ipse regni sui gloriam. Quod & ita factum est,
throni positi sunt, & thronus eius flamma ignis. Thronus
vnus; & plures throni: vna enim Ecclesia est, & plures
sancti, quorum in cordibus ille antiquus dierum sedit: Deus
quippe recens in illis non fuit. Thronus eius Abraham, thro-
nus eius Dauid, thronus eius singuli sancti, in quorum ille
cordibus per fidem sedit. Throni eius positi, id est, sancti, lon-
ga expectatione in occursum regni eius preparati sunt. Quasi
ille sedit? Vestimentum eius quasi nix, candidum, & capit-
li capitis eius quasi lana munda. Gloriosa hæc regni eius in-
signia sunt, nix quippe remissionem peccatorum, lana nud-
tatis nostre operimentum significat. Vnde Dauid Psalm. quin-
quagesimo, Lauabis me & super niuem dealbabor: & nem
 Psalm D

Vna Ecclesia
 & plures San-
 cti.

- A** Psalmo trigesimo primo. Beati quorum remissa sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Fluvius igneus, rapidusq; egrediebatur à facie eius. Licet ignis ira, & flammæ hic possit intelligi vindictæ futuræ, tamen hic fluvius igneus, dulcori adhuc dignior est intellectu, maxime quia sic dictum est. Egrediebatur à facie eius. Quid enim non dulce, quid non amabile procedit à facie eius? Ergo fluvium igneum, dicimus esse Spiritum sanctum, de quo in Psalmo quadragesimo quinto, Fluminis impetus letificat civitatem Dei: & apud Isaiam capite sexagesimo sexto, idem Spiritus sanctus dicit, Ecce ego declino in eos, ut flumen pacis, & ut torrens inundans gloria gentium. Qui propterea dicitur egredi à facie Dei, quia substantialiter procedit ex filio, qui est velut facies & imago patris. Igneus & rapidus erat, quia mentes igneas reddit & linguas disertas, & viuidas facit, quod ipso effectu probavit, super discipulos descendens sub specie ignis, quo incensi illi, protinus loqui ceperunt linguis variis, & rapidis, ita ut silentium illis nulla posset seculi potestas indicere. Extunc thronus eius, id est, Ecclesia facta est flamma ignis, & rota Evangeliorum.
- C** eius ignis accensus. Millia millium ministrabant ei, & decies milles centena millia assistebant ei. Dato Spiritu Sancto, qui ab ipso procedit, innumerabiles homines, qui prius non erant eius, per aquam, & per eundem renati Spiritum, distributis ordinibus, diversisque muneribus servire ceperunt maiestati eius: alij per actiuam vitam ministrantes ei, alij per contemplatiuam ipsi assistentes. Plures autem in actiuam vitam ministrant, pauciores in contemplatiua ei assistunt. Bene ergo indefinita quantitate dictum est, millia millium ministrabant ei: definita verò, & decies milles centena assistebant ei. Iudicium sedet, & libri aperti sunt. Hoc utriusque iudicij, quasi consinium est: nam recta utrumque iudicium loan. 12. significatione contingit. Etenim, iudicium iam sedet, ut princeps huius mundi eiceretur foras: sedebit adhuc, ut idem princeps cum angelis suis tanquam caput cum omni corpore, meritas recipiat pœnas. Vnde sequitur, quod interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset igni ad comburendum. Item libri iam aperti sunt, aperiente Agno librum magnum septem sigillis signatum, aperiente, inquam, illo, sensum discipulis suis, ut intelligerent scripturas. Aperti sunt autem libri per primū iudicium, ita tamen, ut qui non videbant viderent, & qui videbant cæci fierent. Aperiendi sunt deinde

Fluvius igneus
Spiritum Sanctū significat.

Act. 2.

Matt. 25.

Apo. 5.

Luc. 2. 4.

Ioan. 9.

Cur filius potius iudicare debeat, quam Pater.

de libri conscientiarum, ut iudicentur singuli ex iis, quae ibi scripta sunt. Manifeste haec tenus descriptum est iudicium diuini, sed non est dictum, qualem per manum, vel personam, sit agendum. Non enim iudicabit per semetipsum ille antiquus dierum: (Pater enim non iudicat quemquam.) Ideo sequitur, Et ecce in nubibus caeli quasi filius hominis veniebat ad antiquum dierum; & accepit ab eo potestatem, honorem, & regnum; &c. Igitur quod Dominus de se dixit Ioannis capite quinto: (Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio) haec prophetica visio, lucido satis defenditur testimonio. Sed cur filius debeat potius iudicare, subdit ipse, (quoniam filius hominis est) ac si diceret, quia persona filij sese operosius impendit ad reparationem mundi, in tantum ut fieret filius hominis, sola enim ipsa incarnata est; & passa pro salute mundi, propterea merito ei debetur potestas iudicandi, ut sola spectetur persona filij secundum formam visibilem hominis, in qua semetipsum solam exinanuit. Haec tenus pertinet Ruperti explanatio, quam hoc loco commemorandam duximus.

BENED

ecce
vni
ubi
O
neg
O
pra
non
ter
que
petu
effe
C
cor
siffe
de n
mis
qua
ante
gra
titu
O
qu

BENEDICTI PERERII SOCIE- TATIS IESV,

Commentariorum in Daniele,

LIBER IX.

CAPVT OCTAVVM.



A NNO tertio regni Balthasar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel post id, quod videram in principio, vidi in visione mea, cum essem in Susamcastro, quod est in Aethi* re-
gione. Vidi autē in visione esse me super por-
tā Vlai. Et leuavi oculos meos, & vidi, &

* Ciuitate
MS. legunt. vi-
de notationes.

ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, &
vnum excelsius altero atque succrescens. Postea vidi arietē cor-
nibus ventilantem * contra Occidentē, & contra Aquilonem,
& contra Meridiem: & omnes bestiae non poterant resistere ei,
neq; liberari de manu eius, fecitque secundum voluntatē suam,
& magnificatus est. Et ego intelligebam: Ecce autem hircus ca-
prarum venebat ab Occidente super faciem totius terrae, &
non tangebatur terram, porro hircus habebat cornu insigne in-
ter oculos suos. Et venit vsque ad arietem illum cornutum,
quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in im-
petu fortitudinis suae. Cūque appropinquasset prope arietem,
efferatus est in eum: & percussit arietem: & comminuit illu

* Contra Oriē
tem & addunt
quædam MS.

C cornua eius: & non poterat aries resistere ei: cūque eum mi-
sisset in terram, conculcavit, & nemo quibat liberare arietem
de manu eius. Hircus autem caprarum, magnus factus est ni-
mis: cūque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt
quatuor cornua subter illud, per quatuor ventos caeli. De vno
autem ex iis, egressum est cornu vnum modicum: & factum est
grande contra Meridiem, & contra Orientem & contra for-
titudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem caeli:
& deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcavit eas. Et
sque ad principē fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit

* Et addunt
quædam MS.
& Hier.

* Dies addunt
MS. R. Hier. 6.
vide anno,
Fraticisci Lucæ
* Infr. 9. f. 21.

inge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur
autem datum est * contra inge sacrificium propter peccata: & V
prosterneatur veritas in terra, & facti & prosperabuntur. Et au-
diui unum de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri
nescio cui loquenti, vsque quo visio, & inge sacrificium, & pec-
catum desolationis, que facta est, & sanctuarium, & fortuna-
do conculcabitur? Et dixit ei: Vsque ad vesperam & mane *
duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium. Factum est
autem cum viderem ego Daniel visionem, & quærerem intel-
ligentiam: Ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et au-
diui vocem viri inter Niai: & clamauit: & ait: * Gabriel, fac
intelligere istam visionem. Et venit, & stetit iuxta, vbi ego sta- B
bam: cumque venisset, pauens corrui in faciem meam, & ait ad
me: intellige fili hominis, & quoniam in tempore finis com-
plebitur visio. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pro-
nus in terram, & tetigit me, & statuit me in gradu meo, dixit-
que mihi: Ego ostendam tibi, que futura sunt in nouissimo ma-
ledictionis: quoniam habet tempus finem suum. Aries, quem
vidisti habere cornua, rex Medorum est, atque Persarum: Porro
hircus caprarum, rex Græcorum est: & cornu grande, quod erat
inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo C
surrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius consur-
gent, sed non in fortitudine eius. Est post regnum eorum cum
creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intel-
ligans proposuiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in
viribus suis: & supra quam credi potest, vniuersa vastabit, &
prosperabitur & faciet. Et interficiet robustos, & populū san-
ctorū secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu
eius: & cor suum magnificabit, & in copia rerū omnium occi-
det plurimos: & contra principem principum consurget, & sine
manu conteretur. Et visio vespere & mane, que dicta est: vera D
est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et
ego Daniel languui, & egrotavi per dies: cumque
surrexissim faciebam opera regis, & stupebam
ad visionem, & non erat, qui
interpretatur.

* * *

EXPII

- A** **E**XPLICATUR hoc capite altera quædam visio, quæ Danieli diuinitus contigit, duobus annis post eam, quæ septimo capite commemorata est. In qua visione, Daniel vidit regem Persarum, & regem Græcorum, sub figura arietis, & hirci, inter se maxima contentione pugnantes: sed regem Græcorum præualuisse, victo contritoque Persarum rege. Verum, regis Græcorum imperium non fuit diuturnum: mox namque eo rege defuncto, diuisum est in quatuor reges. Ex quorum vno quodam, nasciturus erat Antiochus, sanctissimus Iudæorum hostis: cuius Daniel prævidit, & incredibilem aduersus Iudæos crudelitatem, & sceleratissimum, ac miserrimum interitum. Est itaque hæc visio similis priori, & quia de regnis huius mundi agit, & quia persecutionem Antiochi contra Iudæos præmonstrat. Differt autem, quòd prior visio continebat quatuor regna, hæc duo tantum, & sub imaginibus diuersorum animalium. In illa, luculenter exprimebatur regnum Christi, de quo nullum in hac fit verbum. Præterea proprium est huius visionis, quòd in ea representatur inter Darium regem Persarum, & Alexandrum regem Græcorum, futura olim post quinquaginta, & ducentos annos dimicatio. Multæ item circumstantiæ illius persecutionis Antiochi exprimuntur in hac visione, quæ non fuerant in superiori expositæ. Itaque licet dicere, visionem hanc fuisse maiorem quondam prioris visionis explicationem: sicut hæc enucleatius declarata, & distinctius expressa est in altera visione facta Danieli tertio anno Cyri, quæ infra, capite vndecimo, describitur. Sciendum est autem, ab exordio huius capitis, vsque ad finem capitis 12. & Scripturam, & Sermonem esse Hebraicum, cum, quæ à secundo capite, vsque ad finem septimi, scripta sunt, sermone constet Chaldaico.

Summa capituli octaui.

Differentia inter priorem visionem, & hæc.

Ego Daniel, post id, quod videram in principio, vidi in visione mea, cum essem in Susan castro, quod est in Elam regione: vidi autem in visione, esse me super portam Vlai.

Qualis fuerit hæc visio Danielis, & an in somno, an in vigilia ipsi acciderit.

IN Exordio prænotauit Daniel, & tempus, & locum, A
 In quo hæc sibi visio diuinitus contingerat, quod
 eadem fecisse alios Prophetas, libri eorum declarant. Et ipse quidem Daniel manifestè dicit, hæc fuisse visionem: sed an fuerit imaginaria, an intellectualis, vel sensibilis, non indicauit. Fuisse tamen imaginariam, non est dubitandum: quippè, similitudines arietis, & hirci pugnantium inter se suprâ paludem Vlai, demonstratæ Danieli, sine dubitatione vlla pertinent ad visionem imaginariam. Verùm hoc bifariam potest fieri, vel in vigilia, sed mente ab externis sensibus abstracta, sicut in raptu, & ecstasi accidere solet, quales fuere visiones Ezechielis, & Ioannis in Apocalypsi: vel in somno, sicut fuit visio Nabuchodonosor, & Pharaonis. Dubium igitur est, vtro modo hæc visio Danieli obtigerit. Sed credibilis est accidisse in somno, sicut Theodoretus sentit. Nam cum prior visio, præcedenti capite exposita, in somno facta sit, & hæc dicat, initio huius capituli Daniel, se habuisse post illam visionem, nec diuersum fuisse eius modum significet, videtur eo ipso insinuari, & eiusdem generis, & rationis fuisse visionem. Illud quoque hæc opinionem iuuat, quod extremis verbis huius capituli, Daniel inquit, se finita hac visione, languido, & ægro corpore surrexisset, videlicet ex lecto, in quo, somni causa, decubuerat. Cæterum, verba illa Danielis: *Cum essem in Susan castro Ælamitice regionis, vidi me esse super portam Vlai*, quinque complicatas habent quæstiones. Primam quæstionem excitauit Dionysius Carthusianus in extremo commentario suo super hoc octauo capite, quam ipse confessus est fuisse sibi inexplicabilem: hæc autem est, qua ratione dicat Daniel, se cum hac visionem habuit, fuisse in ciuitate Susan regionis Ælamitice: siquidem Susana ciuitas, & regio Ælamitica, non ad dominationem Babyloniorum, sed ad diuisionem Persarum, vt tradunt omnes Cosmographi, & Historici pertinebat: Daniel autem tempore huius visionis, sub imperio erat regum Babylonis, nec ante eandem huius Balthazaris, quatuordecim post hanc visionem annis factam: in potestatem, & regionem Persarum deuenit. Sed responderi potest ad hanc quæstionem

Prima quæstio: qua ratione potuit Daniel, quo tempore hæc visio contigit verari in ciuitate sua.

A qu
 dor
 fan
 pu
 ma
 tate
 per
 dic
 Da
 B inq
 Per
 Sul
 eor
 Ale
 bat
 tate
 &
 reu
 seu
 C id,
 ten
 rij
 ne,
 nia
 qu
 per
 tu
 nar
 bid
 Ch
 D me
 san
 Ser
 se
 bil
 to
 ter
 de
 ne
 St

A quaestione dupliciter: primò, sicut respondet Theodoretus, quod dicitur fuisse Danielem in ciuitate Susan, non esse intelligendum, fuisse eum ibi secundum praesentiam corporalem, sed tantummodò visionem imaginariam, vt sensus sit, videbar mihi esse in ciuitate Susan, quomodò Ezechiel, & Ioannes, in spiritu, & per visiones imaginarias, in remotissimis locis fuisse dicuntur. Nec tunc causa visio hæc representata est

Danieli, quasi ipse esset in ciuitate Susan, sed quia, vt **B** inquit Theodoretus, visio hæc præmonstrauit regnum Persarum, euersum iri à rege Græcorum, vrbs autem Susorum, erat sedes regum Persarum, ibique præcipue eorum gaza erat condita, quam urbem expugnauit Alexander, omni gaza potitus: propterea satis congruebat visioni, quæ erat de regno Persarum, vt representaretur quasi facta Susis, quæ erat vrbs Persarum regia,

Solutio quaestio-
nis du-
plex, & prima
ex sententia
Theodoreti.

& gazophylatium. Illud præterea responderi potest: reuera Danielem eo tempore fuisse Susis: hanc enim sententiam reddere videtur nostra translatio Latina: & **C** id, quod obiicitur, Susianam regionem non fuisse eo tempore Babylonicæ ditiois, sed Persicæ, nihil negotij est diluere: fuit enim Susiana regio, auctore Strabone, libro decimoquinto, in confinio Persidis, & Babylonia: quocirca simillimum veri est, tempore Danielis, quo longè, lateque prolatum fuerat Chaldæorum imperium, eam regionem sub regum Babylonis dominatu fuisse. Cosmographi autem, & Historici, qui Susianam prouinciam Persarum regno assignant, haud dubiè loquuntur de regno Persarum, postquam subactis Chaldæis, multisque aliis gentibus, in amplissimam monarchiam euasit.

Secunda ex
sententia au-
ctoris.

QUÆSTIO ALTERA. Quanam fuerit ciuitas Susan, cuius, & hoc loco, & alias sæpè meminit Scriptura. Strabo libro decimoquinto, scribit: eam urbem fuisse conditam à Tithono patre Memnonis: sed probabilius est, quod ait Diodorus libro tertio, capite sexto, eam præcipua ex parte ab ipso Memnone fuisse, tempore belli Troiani, fabricatam. Cui opintoni fidentem facit, quod ea vrbs diu cognominata est Memnonia, vt tradit Herodotus libro quinto; nec abnuit Strabo, qui ait, ambitum eius vrbs fuisse, centum

Secunda quaestio, quæ fuerit ciuitas Susan, & à quo condita.

viginti

Locus Plinij
de conditore
urbis Susorum
explicatus.

viginti stadiorum, quibus tamen Polycleetus, eodem A
referente Strabone, alia octuaginta stadia addidit,
Plinius libro sexto, capite vigesimo septimo, à prædic-
tis auctoribus discordans, eam urbem inquit, à Dario
Hystaspis esse conditam. *Infra est, inquit, Susiana, in qua
vetus regia Persarum, Susa à Dario Hystaspis filio condita.*
Quæ sententia, nisi eam, ut planè fallam reicere ve-
limus, interpretatione adiuuanda est, & intelligendum,
Susorum urbem, non quidem ab imis fundamentis ex-
tractam esse à Dario, sed maiorem in modum ab eo
communitam, amplificatam, exornatam, & condendis B
in ea Persicis thesauris nobilitatam. Strabo libro deci-
mo quinto affirmat, Susa, factam esse regiam Persarum
à Primo Cyro, duas ob causas: tum quòd Persis ab aliis
regionibus longissimè remota, incommodissima tanti
imperij administrationi, visa est: Susa verò, quòd inter
Persidem, & Babylonem medio essent loco, ut commo-
dissimè ex aliis imperio Persarum subiectis prouinciis,
illuc conueniri posset, opportunissima ad sedem regum
inibi collocandam, iudicata sunt. Tum etiam hunc ho-
norem reges Persarum tribuere voluerunt constan-
tissimæ fidei, atque obedientiæ Susianorum aduersus C
Persas: quippè, qui soli externatum gentium, quæ Per-
sarum parebant imperio, nunquam à Persis defectio-
nem aliquam tentauerint.

Tertia quæ-
stio, cum Su-
san fuerit urbs
amplissima,
cur hic à Da-
niele appella-
tur castrum.

TERTIA quæstio. Cum Susa urbs fuerit amplif-
sima, & potentissima, cur eam Daniel hoc loco ap-
pellat castrum, dicens: *cum essem in Susan castris.* Diuus
Hieronymus hanc reddidit causam, *Propterea, inquit,
appellatur castrum, quòd ea urbs validissimis cincta me-
nibus, & in modum castris tota undique munita.* Illud etiam
dici posset, illis verbis significari, Danielem fuisse D
in ciuitate Susan, sed in præcipua tamen eius parte,
hoc est, in castris, seu arce ciuitatis: quæ arx olim à con-
ditore cognominata est Memnonia, & tam munimen-
ti causa, quàm conditoris, & antiquitatis laude, admo-
dum nobilis, & celebris fuit. Narrat Polybius libro
quinto, Molonem, cum multas ciuitates regi Antiocho
Magno abstulisset, venisse Susa: & urbem quidem non
difficiliter cepisse, arcem verò, diu, multumque tentata
expugna

A expugnatione, capere nunquam potuisse. Quidam pro vocabulo illo, *castrum*, verterunt ex Hebræo, *regiam*, seu *metropolim*, ut habent in suis versionibus Pagninus, & Vatablus. Quamquam tempore Danielis, necdum Susa, regum sedes constituta fuerat. Nec desunt, qui tradant, quo tempore Daniel vixit, fuisse Susorum ciuitatem eo tempore per exiguam, & ignobilem, omnemque eius claritatem fuisse in castro, seu arce, atque ob eam causam Danielem, ut refert Iosephus, turrem quandam extruxisse mirabili structura, tantæque dignitatis, & magnificentiæ, ut in ea postea reges Persarum, Medorum, & Parthorum sepeliri voluerint, eiusque turris custodia (scilicet ob Danielis memoriam) vni alicui gentis Iudæorum Sacerdoti, semper demandabatur. Sed profecto, in historia eius turris lapsum esse memoria hoc loco Diuum Hieronymum, manifestum est legenti Iosephum, apud quem in libro 10. antiq. perspicuis verbis expressum est, eam turrim fuisse ædificaram à Daniele, non in Susan, sed in Ecbatanis: quæ erat metropolis Medorum. Nam, quod auctor historiæ Scholasticæ super Danielem, cap. 7. tradit eandem ciuitatem fuisse olim appellatam Ecbatana, & Susan, satis apparet, ab ipso, qui chorographiæ non esset valde peritus, fuisse confectum.

QUARTA quæstio. Daniel ait Susan castrum fuisse in regione Ælam, & Diuus Hieronymus hoc loco affirmat, Susan fuisse metropolim Ælamiticæ regionis. Sed contra sentiunt Strabo, Iosephus, & Theodoretus, qui Susan in Persidem includunt, eiusque partem faciunt. Plinius autem libro sexto, capite 27. regionem Susianam, & Ælamiticam in duas distinguit prouincias, easque inter fluo Eulæo flumine determinat. Mihi fit admodum verisimile antiquitus omnem illam regionem, quæ est infra, & supra Eulæum, dictam esse Ælamiticam. Postea crescente Susianorum claritate factas esse duas prouincias, & intermedio Eulæo distinctas. Denique, Persis imperium obtinentibus, & vrbe Susorum facta Persarum regia, fuisse tunc ciuitatem Susorum, & Susianam regionem, quasi partem quandam Persidis habitam. Ex hac nostra interpretatione apparet, tempore Danielis, Susan pertinuisse

D, Hieronymi lapsus.

Historiæ Scholasticæ error.

Quarta quæstio, an Susan fuerit in regione Ælam.

ad prouinciam Ælamiticam: postea contigisse quod A
 tradit Plinius, vt Susiana regio distingueretur ab Æla-
 mitica: ad extremum euenisse, vt Susa tanquam pars,
 & metropolis ipsius Persidis haberetur, quemadmo-
 dum Strabo, Iosephus & Theodoretus prouiderunt.
 Illud præterea hoc loco intelligendum est, pro eo, quod
 in nostra versione Latina legitur, *in regione Ælam*, an-
 tiquos codices Latinos, & vt quidam putant, etiam
 emendatiores, habere, *in ciuitate Ælâ*, sic vertisse Sym-
 machum, testis hoc loco est D. Hieronymus, qui ait,
 ciuitatem Ælam fuisse, à qua tota regio nominata est B
 Ælamitica, sicut à Babylone Babylonia. Certè, vocabu-
 lum Hebræum, & ciuitatem significat, & regionem, li-
 cèt hoc frequentius. Si legamus, *in ciuitate Ælam*, ne-
 cesse erit per Susan castrum, non ipsam Susorum vr-
 bem, neque enim vrbs Susorum in ciuitate Ælam esse
 poterat, sed castrum seu arcem appellatam Susan, quæ
 erat in ciuitate Ælam, intelligere.

Varia lectio
 notata in tex-
 tu explicatur.

Quinta quæ-
 stio, de varie-
 tate lectionis.

QVINTA quæstio super illis verbis, *vidi me esse*
super portam Vlai. Multiplex est loci huius lectio. C
 Prima est, quam habet vulgata versio Latina, quæ item
 Hieronymi est. Cuius lectionis hæc est sententia, por-
 ta Vlai est nomen cuiusdam portæ illius ciuitatis,
 sicut Troia, & Roma multas habebant portas, diuersis
 nominibus appellatas. Aquila vertit, *super Vbal Vlai*
esse. Theodotio, tantum, *super Vbal*, quam lectionem
 habet Theodoretus, licèt in commentario dicat ver-
 tisse quosdam, *super portam*. Symmachus translulit, *super*
paludem Vlai: Pagninus (*super flumen Vlai*) noua transla-
 tio Vatabli (*super flumen Euleum*). Quæ lectio satis con-
 grua videtur cum loco, & sito ciuitatis Susan, cuius
 arcem, & templum Dianæ, illis regionibus augustis-
 simum, circumfluit Eulæus, cuius fluminis aquam vs-
 que adeo Persarum regibus fuisse in deliciis accepi-
 mus, vt non aliam biberent, & quocumque irent,
 etiam in longinqua portari iuberent. Sic enim libro
 sexto, capite 27. scribit Plinius: *Susianen ab Ely-*
maide determinat annis Eulæus, ortus in Iteedis, modicoque
spatio, cuniculo conditus, rursusque exortus, & per Itefobate-
nem lapsus, circuit arcem Susorum, ac Diane templum augu-
stissimum illis gentibus, & ipse annis in magna est caremonia,
 siqui

Annis Eu-
 læus in Persi-
 de quis.

A siquidem reges non ex alio bibunt, & ob id in longinqua portant.

Et ecce aries vnus stabat ante paludem, habēs cornua excelsa, & vnum cornu excelsius altero, atque succrescens.

ARIETEM significasse regnum Medorū & Persarum, ipsemet Angelus infra declarat. Cur autem regnum Persicum arietem comparatum fuerit, non est in promptu explicare. Solus interpretum Theodoretus eam reddidit rationem: quod sicut aries sua lana grauatur, & tam propter carnes, quam propter lanam neci datur, ita regnum Persarum, nimia opum abundantia, & imperij magnitudine, quasi grauatum, pressumque, tandem corruerit. Posset etiam illud addi, quod scribit Rupertus libro octauo de victoria verbi Dei, cap. 30. *Quaesito* (inquit) dignum est, cur in visione prior, regnum Persarum per similitudinem vrsi: in hac autem visione, per similitudinem arietis signatum fuerit. Ad quod congrue responderi potest: quia cause diuersae, immo contrariae regni illius fuerunt erga Dei populum. Causas illas, tam longè diuersas dicere non dubitauerim, quàm diuersae sunt naturae horum animalium, vrsi & arietis, quorum alterum raptum, & cruore viuunt: alterum innocuum, neque sanguinem sinit, neque raptum viuunt. Promptum est hoc discerni, si respicias regnum illud, secundum Aman, quàm crudele fuerit: secundum reges, quàm clementer illi populo se impederit. Aman quippe moribus veraciter vrsus, truci furore, immani rabie Iudeorum genus vniuersum ore aperto hians deuorare voluit. Reges autem, maximè Assuerus, more arietis, lanis suis, id est, opibus multis, quibus regnum illud abundauit, eundem populum fouit & ditauit, nullumque dentem malignitatis infixit, sicut aries dente neminem petit, immò vitam gentis illius letificauit, gratia reginae Esther, & Mardochei. Sic Rupertus.

QUOD autem significant duo cornua arietis, vnum excelsius altero, tres sunt interpretationes. Prima est dñi Hieronymi, qui ait significari duos reges, huius imperii & Monarchiae Medorum, ac Persarum conditores, Darium Medum, & Cyrum. Hic autem, quia potentior illo fuit, multoque latius imperium am-

Cur Persarum regnum arietem comparatum. Rupertus.

Esth. 3.

Esth. 8.

Quid significant duo cornua arietis, D. Hieronymi interpretatio, cui subscribit Rupertus.

plificauit propterea celsiori cornu significatur. Quam
interpretationem & probat Rupertus, & plurimis
verbis in libro octauo de victoria verbi Dei, cap. 31.
hunc in modum pertractat: Si *queras*, inquit, *cur hircus*
unum tantummodo cornu habere visus est, aries autem duo cor-
nuu, facilis patet responsio. Corpora quidem horum anima-
lium singula regna signare: cornua vero eorundem regnorum
reges significare. Constat autem solum Alexandrū, & ante, &
post victos Persas, regnum Græcorum nullo imperij socio &
consorte tenuisse. Regnum autem Persarum & Medorum, duo
reges victis Babylonis ad tantam magnitudinem & potentia
extulerunt. Cyrus & Darius Medus auunculus eius & A-
styagis filius, quem Græci Cyaxarem appellant: Cyrus autem,
licet ætate iunior Dario, victorius tamen & potentia, atque opi-
bus maior est effectus: ideoque unum cornu arietis dicitur alti-
us fuisse sublimius.

Theodoretī
interpretatio.

ALTERA interpretatio est Theodoretī, qui duo
cornua arietis significare ait, duas familias regum
Persidū, penes quas fuit hoc imperium à Cyro vs-
que ad Alexandrum Magnum. Prior familia fuit Cy-
ri, qui hoc imperium fundauit: quæ mox in filio eius
Cambysē extincta est. Posterior familia fuit Darij
Hystaspis, in cuius successoribus vsque ad Alexan-
driū, Persicum imperium permansit: qui quidem
fuerunt potentissimi, atque opulentissimi, atque ob eam
causam familia hæc præstantior fuit priore. Libet
hic ponere verba Theodoretī. Persicum regnum, inquit,
arieti simile inducitur, tanquam diuitiis suis laborans, multa-
rumque facultatum obtinens abundantiam. Duo cornua in a-
riete contemplantur: quia primus regno potitus est Cyrus, quod vs-
que ad filium suum tantummodo Cambysē transmisit. Hoc
deinde excepit Darius Hystaspis, cuius posteri, regno Persico
vsque ad Alexandrū Magnum potiti sunt. Duo itaque genera
regum per duo cornua significantur, & ambo quidem videntur
excelsa, sed excelsius tamē priore posterius: amplius enim, Da-
rio & Xerxe sceptrā tenuitibus, regnum hoc fuit, quam superio-
ribus. Et enim Cyrus Pontum Euxinum, & Asiam subegit: his
Darius adiecit, Scythas Nomadas, cum alijs multis gentibus:
Xerxes eius filius, Europæ quoque regni sui iugum imponere co-
natus est. Nam quam latè patēs fuerit hoc imperiū sub Assuero
marito Esther, ex primo eius libri & decimo capite, liquido co-
gnosca-

A *gnoscitur.* Hactenus ex Theodoro.

TERTIA interpretatio nostra est, quæ sententiæ verborum Danielis magis videtur inhaerere, magisque cum iis, quæ Angelus infra, visionem hanc interpretatus, dixit, congruere. Arbitramur nos duo illa cornua arietis, significasse duo huius imperii, prima, propria, & præcipua regna, Medorum videlicet, & Persarum, quorum duorum dumtaxat appellatione, tam ipsum imperium, quàm reges, licet plurimis aliis regnis dominarentur, nominabantur. Nam, & ipsi se, & alii eos, non nisi reges Persarum & Medorum appellabant. Hoc indicavit Angelus, cum visionem bicornis arietis expouens, *Aries*, inquit, *est rex Medorum & Persarum.* Et sic intelligitur, hircus cum arietem congestis, fregisse eius cornua: quoniam Alexander cum ultimo rege Dario præliatus, vicit eum, & imperium Medorum ac Persarum ad Græcos transtulit. Neque enim videtur commodè intelligi posse, Alexandrum destruxisse duo cornua, id est, Darium Medum, & Cyrum: ut diuus Hieronymus intellexit: quippè qui plus ducentis annis ante ipsum Alexandrum decesserant: neque duas illas familias Cyri, & Darii Hystaspis, in quibus imperium hoc resederat, quemadmodum interpretatus est Theodoretus: siquidem vltimus rex Persarum Darius, qui victus ab Alexandro perdidit imperium, ex neutra familia fuit: non enim quia regio esset genere, sed causa virtutis & fortitudinis, cuius præclara ediderat exempla, Persarum suffragio ad regnum assumptus est, ut in extremo libro decimo tradit Iustinus. Licet Diodorus libro decimosextimo,

C
D scribat, hunc Darium fuisse filium Artaxi, qui regi Ocho frater fuerat. Eum tamen Darium Strabo extremo libro 16. regni stirpis fuisse negat.

SEQUITUR, *Vidit arietem cornibus vtilantem contra Occidentem, Aquilonem & Meridiem.* Significatur his verbis, quas partes orbis, Persæ bello appetierint, & deuicerint, videlicet Australem, in qua est Ægyptus, Æthiopia, & Libya: Aquilonarem, vbi sunt Ponticæ gentes: & occidentalem, hoc est, insulas maris mediterranei, quod Persis est occidentale: vnde pro illo, *(contra occidentem)* Græcè est *(contra mare)*: maris

Auctoris de hoc loco sententia.

Quas orbis partes sibi Persæ subegerant.

namque mediterranei ferme insulas omnes, vel voluntaria deditio, vel bellica potentia, Persæ obtinuerunt: præsertim verò Assuerus maritus Esther, sicut in decimo capite eius libri scriptum est. Huic expositioni consona scribit Theodoretus explanando hunc locum. Omnia, inquit, Persa sibi subiecerunt, quæ ad Austrum, & ad Aquilonem pertinent, etiam quæ ad Occidentem, usque ad ipsum mare, & plurimas item insulas in servitutem redegerunt. Statim namque cum Xerxe bellum Græcis inferente simul contra Græcos pugnant Cypriū, Rhodiū, Samiū, Lesbū, Chū & Cyclades omnes. Verūm quod subdit Daniel (& ego intelligebam) significat se tunc eam visionem intellexisse, quæstionem habet, quomodo visionē tunc intellexerit Daniel, cuius paulō post ab Angelo intelligētiā petierit: & in extremo huius capituli ait, se finita visione surrexisse, neque inuenisse quemquam, qui eam sibi visionem interpretaretur. Verūm, hoc soluitur bifariam. Vel enim illud (intelligebam) idem valet, quod attentē visionem contemplans, avidē, sollicitē, & anxie quærebam eam intelligere. Atque hæc est Theodoreti explanatio. Hæc, inquit, contemplans mecum ipse reputabam, quæ per hæc significarentur, ea cupiens inuenire. Vel cum duo Hieronymo dicendum est, Danielem partim intellexisse visionem, crassa nimirum, & generali quadam cognitione: intellexit enim significari commutationē regnōrum: id enim ex superiori visione quodammodo conicere poterat: partim verò non intellexisse: non enim visionem hæc intellexit proprie, subtiliter, distinctē, & enucleatē, ac secundum omnes circumstantias eorum, quæ in ea visione continebantur.

Ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, non tangens terram, habens cornu insigne inter oculos suos: & cōcurrit ad ariē: & in impetu fortitudinis suæ, & percussit eum, & comminuit duo cornua eius.

Quæ de hircō dicuntur, Alexandro apianur,

HÆ C similitudo hirci congregantis cum ariete, eumque vincentis, manifestam habet significationem

A tionem victoriarum Alexandri Magni de Persis: quibus triplici praelio victis, eorum ad Græcos transulit imperium. Comparatur hirco Alexander: quia sicut hircus ardentior, velocior, & potentior est ariete, ita fuit Alexander, Persarum regibus. Vocatur hircus caprarum, id est, princeps & dux Græcorum, quia ut aries ouium, sic hircus caprarum princeps & dux est. Nec malè capris comparantur Græci, propter mobilitatem animi, & sagacitatem, atque acumen ingenij: Etenim docet Plinius capras sagacioris esse ingenij, acutioris visus, & ad motum agiliores, quàm oues: nec dubium est quin hisce rebus Persis Græci præstiterint. Dicitur hircus venisse ab Occidente: Alexander enim è Macedonia, quæ Persis est Occidentalis, profectus est in Asiam ad debellandos Persas. Græcè est, (*venientem à Libya*) quæ verba hanc habent sententiam, postquam Alexander primo praelio ad Granicum flumen, duces Persarum vicerat, & secundo praelio in angustiis Ciliciæ ipsum Darium cum omni exercitu profligauerat, in Ægyptum & Libyam venit: quibus, aliisque finimitis regionibus sub potestatem suam reductis, rursus aduersus Darium reduxit exercitum, eoque deuicto, & paulò post à suis occiso, omnem Persarum monarchiam obtinuit. Sublime cornu inter oculos hirci prominens significauit singularitatem Alexandri solertiam ingenij, & sagacitatem, cum pari prudentia rei militaris, & animi magnitudine coniunctum. Illud autè, & non tangebât terram, denotat incredibilem Alexandri in conficiendis bellis & victoriis consequendis celeritatem. Verùm, quia hæc, quæ docuimus, magnâ ex parte excerpta sunt ex Theodoretò, libet eius commentarium, vt breuiem, ita eruditum hoc loco adscribere. *Macedonicum regnum, inquit, sub ænigmate significatum est in hac visione Danielis, quod propter celeritatem, agilitatisinque, hircum appellauit: ariete enim velocior est hircus; & à Libyco, ipsum venisse dixit, quia cum in Ægyptum subegisset Alexander, deinde in Persarum regiones concessit. Vicit enim Darium in Ciliciâ, & deinde percussa Assyria, Phœnicia, & Palestina, & vribus partim deditione, partim vi captis, in Ægyptum venit. De*

Cur Alexâdet
 Magnus comparatus sit hircu caprarum

Græcorum mores per capras indicati. Plin. lib. 8 cap. 50. hoc indicat.

inde illo quoque regno potitus, Perside occupata, maximū Persarum cuertit regnum, Cornu illud insigne inter hirci oculos natum ipsum vocat Alexandrum, propter ipsius ingenium, prudentiam, & sagacitatem, Primi autem, cum Darij duci bus congressus, omne illis Asia regnum adimit. Deinde, cum Dario in Cilicia, ingenti cum exercitu occurrente, alterum praelium commisit, Dario in fugam verso, maxima parte exercitus caesa, & matre, uxore, ac filijs Darij captis, postea ex Aegypto reuersus ad Babylonem, ipsum Darium occidit, & regnum eius obtinuit. Duo cornua arietis, gentes sunt, penes quas erat hoc imperium, duplici nomine, Medorum, & Persarum ab omnibus appellatae, propter Cyrum huius imperij fundatorem, patre Medo, matreque Persa generatum. Externi quoque scriptores, has ipsas gentes, promiscue nunc Medos, nunc Persas appellant. Sic Theodoretus. Qui lapsus tamē in eo est, quod dixit patrem Cyri fuisse Medum, matrem verò Persam: cum planē contrā se res habeat: pater enim fuit Cambyfes Persa, mater, autem Mandanes filia Astyagis regis Medorum.

Circa illud (cum misisset in terram arietem, conculcavit Ruperti sententia, quā instabilis, & fluxa sit humana felicitas.) nemo quibat liberare eum de manibus eius, Rupertus libro octauo de victoria verbi Dei, capit. 28. ita scribit: De illo rege Dario dicere libet, quā fuerit infelix eius felicitas, & miserabilis exitus, ita ut grande spectaculum factus sit omnibus, & experimentum magnū, quā instabilis sit status huius seculi, & quā infida fiducia mundi. Tribus praelijs ab Alexandro victus à cognatis suis, aureis compedibus, & catenis in gratiam victori vincitur, & sordido vehiculo exportatus, multisque vulneribus confossus, ab Alexandri militibus inuenitur, & perlatus ad Alexandrum, saliculus te, inquit, hostem, quā cognatos, propinquosque meos sortitus sum: matri quippē, & liberis meis à te hoste data vita est, mihi à cognatis erepta, quibus, & vitam dedisti, & regna. Hec, propter incertam, & ludicram mundanae felicitatis aleam commemorata sunt, quia regna mundi semper fallacia fuerunt, & sunt: verum est verbum, quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Hec Rupertus. Sed Curtius libro quinto, & Iustinus extremo libro vndecimo, negant Darium venisse viuum in conspectum Alexandri, & nouissima illa verba, non Alexandro, sed cuidam eius militi dixisse. Idem Rupertus

Rupertus eiusdem libri capite 29. ponit questionem cur in priori visione, regnum Græcorum simili dicitur pardi: in hac verò, sub imagine hirci signatum fuerit. Non enim sine causa tam diuersa vnus, & eiusdem regni figura est præmonstrata: sed ob res diuersas, & visionum species, diuersa est. Nam Spiritus sanctus sicut præsciuit res venturas, ita rerum venturarum seruit congruè præcuntes accommodare figuras: Futurum quippè erat vt regnum Græcorum & ferream nam pardi ferocitatem, & effæminatam hirci habens libidinem sua vibraret cornua contra Altissimum, suam obstineret seueritiam contra firmum diuine promissionis verbum. Ex sacris libris constat, quàm fuerit hoc regnum ferreum, quàm libidinosum: ferreum, secundum pardi seueritiam: libidinosum, secundum hirci semper in libidinem proni petulantiam: astutum, atque versutum, secundum pardi varietatem: fluxum, atque incontinens, secundum immoderatum hircini sanguinis calorem. Vitu istis tam diuersis, ferocitate, & libidine regnum Græcorum contra populum Dei laborauit: & ideo priori visione per pardum, & hac per hircum præmonstrari dignum fuit. Hactenus Rupertus.

Cur regnum
Græcorum,
suprà per pardi-
dum, & hic per
hircum in h-
guratam.

Hircus caprarum magnus factus est nimis, cumque creuisset, fractum est cornu magnum.

Ad quantam impetij magnitudinem, nominis terrorem, & rerum gestarum gloriam, atque claritatem peruenerit Alexander, & quemadmodum breui post occiderit: in exordio prioris libri Machabæorum paucis quidem, sed admodum significantibus verbis, ita narratur. Alexander, qui primus regnauit in Græcia, percussit Darium regem Persarum, & Medorum, constituit prælia multa, obtinuit omnium munitiones, interfecit reges terræ, pertransiit vsque ad fines terræ. accepit spolia multitudinè gentium: & siluit terra in conspectu eius: & congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis, & exaltatum est, & eleuatum cor eius. Post hæc decidit in lectum, & cognouit, quia moreretur. Plinius item libro decimo-octauo. cap. 7. affirmat, regnante Alexandro, summam fuisse Græciæ in toto orbe potentiam, & gloriam. Dicitur cornu illud significans alexandrum, fuisse

Maxima,
breuissima A-
lexandri Ma-
gni gloria &
potentia.

fractum, quo non intelligitur Alexandrum in bello occubuisse, vel ferro cælum perisse: siquidem is obiit, vel ex intemperie ebrietatis, quam mortis causam, amici eius inuulgauerunt: vel, quod persuasum multis est; mixto in potu veneno, necatus est: propterea igitur cornu dicitur fractum, quod Alexander robustissimo corpore, validissimis animi viribus, media iuuentute, florentissimaque ætate, præter suam, omniumque opinionem, quasi violentissimo quodam telo percussus, interit.

Qualiter sit mortuus.

Brevis chronographia vitæ, rerû gestarû, & mortis Alexandri Magni.

Sed non erit hoc loco alienum, nec legentibus hæc, non gratum, si omnem Alexandri, & vitæ, & nobiliorum rerum chronologiam, in præsentia, quasi parua in tabula adumbratam, ante oculos legentium exponantur. Natus est Alexander primo anno Olympiadis centesimæ sextæ, & anno vrbs conditæ trecentesimo nonagesimo quinto, die sexto mensis Hecatombæonis, quo die deflagrauit Ephesi templum Dianæ, varicinantibus Magis magnum eò die natum Asiæ incendium. Non igitur rectè Solinus capite 43. auctore Cornelio Nepote, Alexandri ortum in annum trecentessimum octogesimum quintû vrbs conditæ retulit. Lapsus etiam est Orosius, qui libro 3. capite 7. Alexandrum anno vrbs conditæ quadringentesimo secundo natum esse dixit. Sed miror Eusebium in chronicis: nam qui Alexandrum anno primo Olympiadis centesimæ decimæ quartæ, ætatis quoque suæ trigésimo tertio decessisse annotauerat, consentaneum fuerat, vt non in secundo anno, sed in primo Olympiadis centesimæ sextæ, ortum ipsius signaret. Annos natus Alexander quindecim à patre in disciplinam Aristotele traditur: Quo doctore totum quinquennium, literis & doctrinis rege dignis perdiscendis consumpsit: Ita scribunt Iustinus lib. 12. & Laërtius in Aristotele. Patre occiso, ageas vigésimum annum, principatum iniuit, quem a diuodum libr. vndecimo tradit Iustinus. Quocirca falsò putauit Orosius libro tertio cap. 16. exoritur regnare Alexandrum anno ætatis suæ vigésimo quarto. Anno primo regni sui, populos Illyrici, Thraciæ, & Græciæ partim metu partim solutos, partim contemptu ætatis e ius elato

Quâdo regnare incæpit.

aim

A armis compescuit ac perdomuit : sic est apud Iustinum
 libr. II. Anno secundo primum prælium cum ducibus
 Darij ad Granicum flumen intuit, victor que, Asiæ rap-
 puit imperium : sic Diodorus scribit lib. 17. Anno ter-
 tio, cum ipso Dario in angustiis Ciliciæ congressus,
 victorege, magna que cum strage prostrato exercitu:
 victor fuit. Anno quarto venit in Phœniciam, Ægy-
 prum, & Iudæam, quo tempore & Tyrum expugnauit,
 & Alexandriam condidit. Atque Hierosolymam ve-
B niens Pontificem adorauit, templum que veneratus,
 sacrificauit Deo, & vaticinium Danielis, quod in hoc
 capite continetur, de rege Græcorum euersuro im-
 perium regis Persarum ac Medorum, tanquam ad se
 propriè pertinèret, lætus, gaudens que audiuit, sicut
 in libro vndecimo Antiquitatum testificatur Iose-
 phus. Fuerat autem vaticinium hoc Danielis de vi-
 ctoria Alexandri ante ortum ipsius plus ducentis an-
 nis editum. Anno quinto, vel, vt magis placet aliis,
 sexto, tertio prælio conflixit cum Dario, calendis
C Octobris, quo penitus debellato, & paulò post à suis
 interempto, & Asiæ imperator à suis salutus est, &
 omni Persarum imperio potitus. Reliquos sex regni,
 vitæ que annos, plurimas gentes & prouincias O-
 rientis vsque ad Gangem fluuium, & Indicum Ocea-
 num, in suam potestatem redegit. Anno primo O-
 lympiadis centesimæ decimæ quartæ, Babylone de-
 cessit. Hoc tradere de tempore obitus Alexandri om-
 nes rerum eius scriptores, in priori libro contra Ap-
 pionem Iosephus confirmat. Malè igitur apud Cle-
D mentem in primo libro Stromatum, Eratosthenes
 notauit Alexandri obitum, in Olympiade centesima
 duodecima, Eusebius in chronicis nobiscum sentit:
 sed in octauo libro de demonstratione Euangelica,
 vno anno antè, id est, in quarto anno Olympiadis de-
 cimæ tertie obitum Alexandri signauit. Omne igitur
 regni Alexandri tempus duodecim annis indefi-
 nitum est, super que aliquot mensibus, qui secundum
 Eusebium fuere sex, secundum Diodorum, septem,
 secundum Arrianum diligentissimum, & subtilissi-
 mum historiæ Alexandri scriptorem, octo. Et hoc mi-
 tè congruit cum sacra chronologia, quæ initio libri

Hierosolymam
 venit, Deoque
 sacrificauit.

Quot annos
 regnauerit.

prioris Machabæorum, duodecim annos regno Ale-
 xandri assignat, videlicet plenos tantum annos memo-
 rans, tacitus, qui superfuere, mensibus. Similiter
 Theodoretus super undecimum caput Danielis, ait
 regnasse eum duodecim annis solidis. Titus Livius,
 partem decimi tertii anni pro anno numerans in libro
 45. scripsit, Alexandrum tredecim annis regnasse. Ex
 his palam est, deceptum esse Tertullianum, qui in li-
 bro contra Iudæos, regnasse scripsit Alexandrum de-
 cem annis: & Strabonem libro 15. atque Aulium Gellium
 libro 17. cap. 21. tribuentes ei undecim annos, Nec
 minori in errore versatur Iustinus lib. 12. qui reg-
 num Alexandri extendit vsque ad 14. annu: Clemens
 verò Alexandrinus in primo libro Stromatum, etiam
 vsque ad decimooctauum. Vixit Alexander tres &
 triginta annos, vt Eusebius in chronicis, & Cicero Phi-
 lippica quinta prodiderunt; non tamen plenos & soli-
 dos: nam auctore Ariano, trigessim tertij anni men-
 sem octauum non excessit. Liquet igitur errasse Iusti-
 num, qui Alexandrum quatuor & triginta nau' annos,
 humanis rebus excessisse putauit. Iustinu sequutus Ru-
 pertus in libro nono de Victoria verbi Dei, capite 14.
 ait, Alexandrum annos natum tres & triginta, sup'eo-
 mensum vnum, occidisse. D. Hieronymus super caput
 undecimum Danielis scribit, Alexandrum veneno peri-
 riisse, trigesimo secundo ætatis, regni autem duode-
 cimo anno: haud dubiè intelligens annum trigessimum
 secundum plenum & solidum, & trigessimum tertium
 tacens, vt imperfectum. Verùm de chronologia vitæ,
 atque imperij regis Alexandri, ita dictum sit.

Quot annos
vixerit.

*Et orta sunt quatuor cornua subter illud, per
 quatuor ventos cæli.*

MORTVO Alexandro Babylone, trigesimo
 secundo ætatis suæ anno, vt hoc loco, inquit
 Hieronymus, surrexerunt pro eo quatuor duces eius,
 qui sibi imperium diuiserunt. Ægyptum Ptolemæus
 Lagi filius tenuit. Macedoniam Philippus, qui &
 Antiochus, frater Alexandri: Syriam & Babylonem,
 & omnia regna Orientis Seleucus Nicanor: in Asia
 reg

Alexandri
 ut cælores
 f

A regnavit Antigonus : Sed isti non repugnauerunt in fortitudinæ eius, id est, Alexandri: nullus enim magnitudinæ Alexandri potuit coæquari. Similia Hieronymo scribit Theodoretus. Verùm obici potest, quæ ratione verum sit, quod ait Daniel, & hoc capite octavo, & superiori capite septimo, quatuor futuros Alexandri in regno successores: siquidem aut loquitur Daniel de proximis Alexandri successoribus post eius obiitum, sed hos plures fuisse decem, manifestum est legenti Iustinum, lib. 13. Curtium, lib. 10. Diodorum, lib. 18. etiam Orosium, lib. 3. Aut Daniel loquitur de iis successoribus Alexandri, quorum in posteris imperium ab ipsis susceptum multa secula permansit: at enim, hos patet, non nisi tres fuisse, Antigonum, cuius posteri regnarunt in Macedonia, Ptolemæum Lagi, cuius posteri regnum Ægypti tenuerunt, & Seleucum Nicanorem, in cuius familia, & posteritate, multos annos Asiæ, Syriæ, & Orientis imperium resedit. Sed huic obiectioni facilè occurrit, si dicamus, Danielem loqui de iis, qui proximè Alexandro successerunt, qui licet plures decem, vel duodecim fuerint, eorum tamen quatuor supradicti, quasi principes erant, scilicet, quibus cæteri omnes adhærebant, & cum inter illos quatuor de imperio æmulatio, & dimicatio orta est, cæteri ad alium aliquem eorum quatuor, sese adiunxerunt.

An quatuor fuerint Alexandri in regno successores.

CAETERVM illud grauiorem habet difficultatem, & arduam explicatu questionem, an isti successores Alexandri, possessionem eorum regnorum acceperint ab ipso Alexandro, qui dum viueret, despecta tamen salute imperium suum in præcipuos amicorum, & principum dispertuerit: an verò ea diuisio imperij post mortem Alexandri, ab ipsismet, sortitione, vel plurium suffragiis, vel vnus alicuius iudicio, ac sententia, facta sit. In hac enim questione, sacra historia discordare videtur ab externis scriptoribus, quippe quæ in exordio prioris libri Machabæorum tradit Alexandrū, dū adhuc viueret, regna sua diuisisse pueris suis. At diuersum, imò contrarium externi scriptores rerum Alexandri, Iustinus, Diodorus, Curtius, Arrianus, Iosephus, quin etiā Orosius prodiderunt. Atque hæc fuisse

An diuisio imperij Alexandri in duces eius, eo viueret, an post eius mortem facta sit.

fuisse confirmant causam tantæ æmulationis, tam ef-
 feratæ discopdiæ, & tam atrocium bellorum, quæ in-
 ter principes Alexandri, gesta sunt, quod nemine ab
 Alexandro imperij hæredæ nominato, omnes in eius
 cupiditatem exarserunt, nullo alij cuiuslibet suorum
 commilitonum subiici, & parere sustinente. Audi Iu-
 stinum in extremo libro 12. *Cum deficere, inquit, Ale-*
xandrum amici eius viderent, quæsierunt, quem imperij face-
ret hæredem. respondit, dignissimum. Hac voce veluti bellicum
inter amicos cecinisset, aut malum discordia misisset, ita omnes
in æmulationem consurgunt, & ambitionis vulgi, tacitum fa-
uorem militum quarunt. Orolius autem lib. 3. c. 23. hûc in
 modum scribit: *Mortuo Alexandro, Principes eius per qua-*
tuordecim annos imperium ipsius dilatauerunt, & veluti opti-
mam prædam à magno leone prostratam, auidi discerpere ca-
tuli: seque ipsos inuicem in rixam irritatos præde æmulatione,
fregerunt. Videor mihi dupliciter hanc difficultatem
 posse dissoluere. Dicam enim, veram esse eam senten-
 tiam, quam sequutus est scriptor prioris libri Macha-
 bæorum, & reuera distributionem imperij in duces,
 & amicos Alexandri, etiamnum viuente eo, esse fa-
 ctam. Nam fuisse eam opinionem, & antiquam, & à
 multis proditam, non negant, etiam qui ei contradi-
 cunt. Vnum de istis audiamus Q. Curtium in libro 10.
 ita scribentem: *Credidere quidam, testamento Alexandri*
distributas esse prouincias, sed famam eius rei, quamquam ab
auctoribus tradita est, vanam esse comperimus. At enim, de-
 buerat Curtius rationes afferre, cur inanem, & falsam
 esse eam opinionem arbitraretur. Adiciam alterum
 responsum. Dici potest, Alexandrum regna ducibus,
 & amicis suis partim diuississe ante obitum, partim
 autem non diuississe. Quo planius hoc intelligatur,
 sciendum est, sexto die, quàm laborare Alexander cœ-
 perat, circumstantibus amicis, cùm præclusa voce
 loqui non posset, exemptum digito annulum dedisse
 Perdicæ, quo satis declarauit, se in illum omnem
 suam auctoritatem, & potestatem transtulisse. Verùm
 commodius hæc, verbis Iustini enartata intelligen-
 tur. *Sexto die, inquit Iustinus extremo libro duodecimo,*
præclusa voce, detractum digito annulum Perdicæ tradi-
dit. Quæ res gliscientem amicorum eius dissensionem sedauit.

Nam,

Alexandri de
 successore di-
 ctum.

Orolius.

Q. Curtius.

Iustinus.

A. Na
 Au
 con
 cess
 nu
 dru
 pra
 Qu
 defe
 B. tero
 acqu
 mil
 Ar
 quer
 opti
 eum
 ami
 per
 ret.
 C. ann
 test
 eius
 uifi
 & n
 con
 rita
 lata
 que
 fact
 D. cla
 auc
 ho
 nus

A Nam, esse non voce nuncupatus hæres, indicio tamen electus esse videbatur. Addit Curtius, libro decimo, in illo concilio ducum Alexandri, ad deliberandum de successore eius coacto, dixisse quendam nomine Aristonum, videri sibi manifesto indicio declarasse Alexandrum, quem vellet post mortem suam imperio suo præesse, scilicet, cui ipse anulum suum tradidisset. Quocircà videri sibi summam imperij ad Perdiccam deferri oportere. Subdit Curtius non dubitauisse cæteros, quin vera ille dixisset, simulabant tamen, non æquo animo ferentes quemquam sibi ipsorum commilitonum præponi. Curtij verba ita se habent: *Tum Aristonus orsus est dicere, Alexandrum consultum, cui relinqueret regnum, voluisse optimum deligi. Iudicatum ab ipso optimum Perdiccam, cui anulum tradidisset. Nec enim unum eum assedisse morienti, sed circumferentem oculos, ex turba amicorum delegisse, cui traderet. Placere igitur, summam imperij ad Perdiccam deferri. Nec dubitauerit, quin vera censeret. Itaque vniuersi procedere in medium Perdiccam, & regni annulum tollere iubebant.* Hæc Curtius. Tanta igitur potestate delata sibi ab Alexandro, prouincias, quæ sub eius erant imperio, Perdicca, ducibus, & principibus diuisit: simul, vt remoueret æmulos, sic ait Iustinus lib. 13. & munus imperij, beneficij sui faceret. Ex his autem concluditur, quod intendimus. Nam si cõstat, & auctoritatem Alexandri in Perdiccam dato annulo esse collatam, & ab ipso diuisa esse regna ducibus Alexandri, liquet profectò, eam diuisionem dici posse quodãmodo factam ab Alexandro, qui dando annulũ Perdiccæ, declarauit, quod ab ipso fieret, tamquàm sua potestate, & auctoritate, voluntateque factũ, haberi oportere. Atque hoc ipsum, nisi ego fallor, videtur intellexisse Rabanus, & significasse, cum explanans locum illum suprã allatum ex priori libro Machabæorum. *Alexander cum adhuc viueret, diuisit regna sua pueris suis: diuisit, inquit Rabanus, hoc est diuidenda reliquit.*

* * *

De viro

De vno autem ex eis egressum est cornu unum A modicum, & factum est grande contra Meridiam, & contra Orientem, & contra fortitudinem.

Antiochus Epiphanes vnde de originem duxit.

Seleucus Alexandri. successor, Asiatici, atque Syriaci imperij fundator.

Vnde initium regni Seleuci, quod in libris Machabæorum appellatur regnum Græcorum, sumendum sit.

Vnde computandi sunt anni regni Græcorum, qui in Machabæorum libris nominantur.

EX vno successorum Alexandri, genus, & originem duxit Antiochus Epiphanes, quem hoc loco significauit Spiritus Sanctus per cornu modicum. ille auctor generis, & imperij Asiatici, atque Syriaci, quod ex ipso generatus, octauo loco tenuit Epiphanes, fuit Seleucus Nicator, seu Nicanor: qui post Alexandri mortem, primò quidem creatus est lumen castrostrorum tribanus, vt Iulianus ait libro decimo tertio, seu dux socialis, & equestris agminis, vt in Syriaco tradit Appianus: deinde, eiecto Laomedonte satrapa Syriae, victoque Antigono, totius Syriae, & Asiae usque ad Indum flumen, obtinuit impetium, & tunc regis nomen, atque insignia assumpsit nono anno post mortem Alexandri, si credimus Sulpicio in libro secundo, sacrae historiae: vel anno duodecimo, vt notauit Eusebius in chronicis. Aliis placuit, initium regni huius Seleuci signari in anno primo decimæ septimæ Olympiadis, scilicet, quo tempore recuperata Babylone, regium nomen, & diadema sibi imposuit. atque hinc plerique existimant regnum eius computandum. Eusebius in chronicis, duos & triginta annos regnasse eum annotauit: Appianus vero, ex quo post mortem Alexandri imperium habere cepit, annos principatus eius desinens, duos & quadraginta constituit.

As initio regni huius Seleuci, annis duodecim, vel quatuordecim post mortem Alexandri, anni regni Græcorum, quorum in libris Machabæorum frequens est commemoratio, non autem à morte ipsius Alexandri, vt multi falso putauerunt, computari debent. Hoc autem conceptis verbis docet Eusebius in chronicis, idemque confirmat in libro octauo, de demonstratione Euangelica; quo loco, à primo Cyri anno, ad initium vsque imperij Seleuci, vel regni Græcorum, numerat annos ducentos quadraginta octo,

A octo, cum ad mortem usque Alexandri, triginta sex, & ducentos putasset annos. Ponam hic verba Eusebii, prout ea Diuus Hieronymus Latine conuersa memorat in suo commentatio, super nono capite Danielis: *Seleucus*, inquit, *diadema totius Syriae, & Asiae capiti suo imposuit, anno duodecimo mortis Alexandri, in quadringenta octo: ad mortem vero Alexandri, ducenti triginta sex numerantur. Ab hoc exordio imperij Seleuci, Scriptura*

B *Machabæorum, regnum Græcorum enumerat. Sic Eusebius, ad hoc, Iosephus libri duodecimi Antiquitatum capite septimo, aperte ostendit annos regni Græcorum, à principatu Seleuci esse inchoandos: ait enim, templum Hierosolymitanum fuisse ab Antiocho Epiphane pollutum, anno postquam Seleucus in Asia, & Syria regnare cepit, centesimo quadragesimo quinto. In primo autem capite prioris libri Machabæorum hoc ipsum euenisse traditur, anno regni Græcorum centesimo quadragesimo quinto: ex quo apparet, idem annorum*

Eusebius.
Iosephus.

C regni Græcorum, & imperij Seleucidarum fuisse exordium. Eadem fuit sententia Seueri Sulpitij libro secundo sacrae historiarum, & Rabani super primo capite prioris libri Machabæorum, nec non, & nostræ ætatis diligentiorum, atque doctiorum chronologorum. Quid? quod eam ipsam sententiam duobus, nec oblectis, nec inuaidis argumentis, confirmare possim? Etenim, si annos regni Græcorum ordiamur à principio regni Seleuci, eoque per censemus per eius posteros usque ad octauum annum Antiochi Epiphaniis, quo templum Hierosolymitanum ab ipso violatum, & pollutum est,

D ex annis, quibus quisque eorum regum regnauit, conficiemus summam annorum ceterum quadragesinta quinque, tot nempe, quot anni regni Græcorum ponuntur in prioris libri Machabæorum capite primo. Sin autem annos regni Græcorum putemus à morte Alexandri, ex eo tempore ad octauum annum regni Antiochi, non centum quadragesinta quinque, sed centum quinquaginta septem, vel centum quinquaginta novem annos interfluxisse reperiemus. Deinde, Iosephus libro duodecimo Antiquitatum, capite septimo, annum

Alexāder quā-
do sit mor-
tuus.

Nicolai de
Lyra lapsus.

Falsa & teme-
raria sententia
Ioannis Annij
de libris Ma-
chabæorū re-
darguitur.

annū centesimū quadragesimū quintū regni
Græcorum, quo templum, vi diximus, profanatum est
ab Antiocho, incidisse aut in Olympiadem centesimam
quingagesimam tertiam: quod sanè verum esse non
possit, si annos regni Græcorum à morte Alexandri
putaremus. Mors enim Alexandri competit in annum
primum Olympiadis centesimæ decimæ quartæ: vnde
ad Olympiade centesimā quinquagesimā tertiam, fluxe-
runt Olympiades triginta nouem, hoc est, anni centum
quinquaginta sex. Computatio igitur annorum regni
Græcorum, non à morte Alexandri, sed ab initio regni
Seleucidarum, cepit exordium.

Ex his palàm est, aberrasse à vero Nicolaum de Ly-
ra, qui in suis commentariis super primo capite prioris
libri Machabæorum, contendit, annos regni Græco-
rum, qui sæpiùs in illis libris recensentur, ab Alexan-
dro Magno putari oportere. Verùm, ferenda non est
impudens temeritas, & temeraria impudentia Ioannis
Annij, qui in suis commentariis super Philonis libro,
qui inscribitur, *Breuiarium temporum*, ausus est dicere, li-
bros Machabæorum olim fuisse sine vlla notione tem-
porum, sed eos postea, adiecta temporum distinctio-
ne, à Iosepho esse corruptos, atque apocryphos red-
ditos. Traditur enim, inquit ipse, in primo capite prio-
ris libri, Antiochum regnare cœpisse anno regni Græ-
corum centesimo trigesimo septimo, cùm tamen luce
clarius sit, primum annum Antiochi, fuisse ab Alexan-
dro Magno, vnde regnum Græcorum proculdubio
initium habuit, centesimū quinquagesimū tertium.
Ecce tibi, quàm arroganter fecerit Annium veræ hi-
storiæ, & chronologiæ ignoratio. Si enim is legisset
Iosephum, si Eusebium, si Hieronymum, si rationem
temporum ab optimis auctoribus verè descriptam, &
explicatam cognouisset, non tam temerè libros Ma-
chabæorum, sicuti eos nunc habet, & publicè legit
Ecclesia, mendosos, & apocryphos esse pronuncialet.
Nec solus in eo errore versatur Annij: etiam Ioannes
Lucidus, Driedo, atque alij complures, ducem eum,
in chronologia sanè fallacem, & planè cæcum, se-
quuti sunt.

A SED enim, quærat de nobis fortasse quispiam, cum diuina Scriptura in libris Machabæorum, primum regem Græcorum appellet Alexandrum Magnum, cur non ab eo potius, quam à Seleuco, chronologiam regni Græcorum arcessere voluerit: cur item potius à Seleuco, quam ab Antigono, vel Ptolemæo, qui & ipsi Græci, & successores Alexandri, & clarissimi reges fuerunt, originem & rationem regni Græcorum repetendam esse duxerit: denique cur regnum Seleucidarum, qui non in Græcia, sed in Asia & Syria regnauerunt, Græcorum regnum appellauerit. Verum ad hæc, ita responderi potest, Et si Alexander primus in Græcia regnauit, quinetiam regni Græcorum ipse conditor fuit: at tamen regnum eius ad posteros ipsius non peruenit. Seleucus autem, & ipse multos annos regnauit, & regnum eius, longa regum successione, in familia ipsius diu permansit. Cur autem historia Machabæorum non ab Antigono, vel Ptolemæo, sed à Seleuco regnū Græcorum deducit, in præoptu ratio est. Seleucidæ namque, cum Asiæ & Syriæ imperarēt, etiā in Iudæos habuere imperiū, & quæ narratur in libris Machabæorum, ea Omnia, & ipsis Seleucidis Iudææ dominantibus, & ferè cum Iudæis gesta sunt. Regnum porrò Seleucidarum, licet non in Græcia, sed in Asia, & Syria contineretur, quia tamen ipsi, Græci erant genere, lingua, religione, legibus, institutis, moribusque, & doctrinis, propterea imperium ipsorum appellabatur regnum Græcorum.

SED reuertamur ad Antiochum Epiphanem, cuius causa, superiora à nobis explicata sunt. Hic à primo illo Seleuco genus & originem ducens, octauus fuit Rex Syriæ. Etenim, primus rex fuit Seleucus Nicanor, qui regnauit triginta duobus annis: secundus rex fuit Antiochus Soter, qui Eusebio, regnauit annis decem & nouem, Sulpitio viginti & vnum: tertius, Antiochus Theos, annis quindecim: quartus Seleucus Callinicus secundum Eusebium, annis viginti, secundum Sulpitium vnum & viginti: quintus, Seleucus Ceraunus, secundum Eusebium & Sulpitium, annis tribus, secundum Appianum, duobus: sextus, Antiochus Magnus, qui Eusebio & Appiano, triginta

Tres quæstiones: prima, cur chronologia regni Græcorum, in Scriptura non sumat initium potius ab Alexandro quam à Seleuco.
2. Cur potius à Seleuco, quam ab Antigono, Ptolemæo ducatur.
3. Cur regnum Seleucidarum appelletur regnum Græcorum, & earum solutio.

sex: Sulpitio, triginta septem regnavit annis: septi- A
 mus, Seleucus Philopater, cui Iosephus libro 12. An-
 tiquit. tribuit annos septem: Eusebius autem, Appia-
 nus, & Sulpitius, annos duodecim: alibi placet eum re-
 gnasse annis vudecim: octavus Antiochus Epiphanes,
 hoc est, nobilis seu illustris, ob res plurimas prospere
 gestas eo cognomento appellatus. Hic filius fuit
 Antiochi Magni, & Seleuci Philopattos frater mi-
 nor natu. Nam quodd hoc loco scripsit D. Hierony-
 mus, fuisse eum Seleuci Philopattos filium, haud du- B
 bие hoc ipsi per obliuionem, vel per incogitantiam
 excidit. Dicitur hic rex in hac visione Danielis, *cornu*
modicum, qui erat secundus natu filiorum Antiochi, ad
 quem regni hæreditas non pertinebat, & diu Romæ
 priuatus vixit, pro patre Romanis datus obses, vt
 traditur initio prioris libri Machabæorum, & à Iu-
 stino libro trigesimo quarto, cæpit regnare anno re-
 gni Græcorum, id est, Seleucidarum centesimo se-
 primo, & ab obitu Alexandri, circiter centesimo
 quinquagesimo, eiecto filio fratris, legitimo regni C
 hærede, per fraudem & per vim regnum inuadens.
 Multa gessit bella, vt inquit hoc capite Daniel: ad
 Orientem, cum Artaxam regem Armeniæ deuicit,
 & res nouas in Perfide molientes compressit ad Me-
 ridiem, quia profligato rege Ægypti cum exerci-
 tu, captæque regni magna parte Alexandriam ob-
 sedit, & sine dubio obtinuisset regnum, nisi iussu
 Romanorum soluere obsidionem, & Ægypto de-
 eedere coactus esset. Tunc ardens ira, omnem
 vim indignationis & furoris, in iudæos conuertit, D
 atque effudit.

Anno igitur regni Græcorum centesimo quadra-
 gesimo tertio, veniens Hierosolyma, omnibus diui-
 tiis, ornamentis, bonisque eam urbem spoliavit.
 Biennio post iterum direpta vrbe, omnibusque tem-
 pli ornamentis, & instrumentis ablatis, omnium sa-
 crificiorum & cæremoniarum legis Mosaicæ vsu lu-
 dæis interdixit, statuit in templo simulachrum Iouis
 Olympij, & ab eo templum illud in posterum nomi-
 nari iussit: Super altari holocaustorum carnes suillas
 mactari præcepit: prohibuit circuncisionem, sacros
 libros

A libros combussit, Iudæos ad vnam Græcorum religionem amplectendam, colendamque compulit. Quapropter dicitur hoc capite, *præualuisse contra fortitudinem cæli, & principem fortitudinis*: id est, vsque ad filios Israël, inquit Hieronymus, qui Angelorum vallabantur auxilio, vel vt interpretatur Theodoretus, contra ipsum rerum omnium auctorem Deum, cui & populus Israël & ipsum templum erat dicatum, incredibili furore & insania concitatus & erectus est. *Deiecit de stellis cæli, cæque conculcauit*, id est, secundum Hieronymum & Theodoretum, plurimos Iudæorum nobilitate, doctrina, & pietate illustres terrore minarum, & tormentorum, de obseruatione legis Mosaicæ deiecit, & idololatriæ subiecit: stellas ipsas vocat Daniel, propter claritatem generis, & splendorem pietatis, vel quia semen Abrahæ stellis à Deo in libro Geneseos capite decimoquinto fuerat comparatum. Vel aliter possunt hæc intelligi, de viris sanctis, quos Antiochus, non spiritualiter, sed corporaliter deiecit, & conculcauit, acerbissimis cruciatibus eos necando, sicut de venerabili sene Eleazaro, septemque pueris, & eorum matre posterioris libri Machabæorum narrat historia.

C Nec verò suis viribus, sed propter Iudæorum peccata in tantum præualuit Antiochus, sicut in eodem libro secundo traditur. Omne huius persecutionis tempus durauit ab anno regni Græcorum centesimo quadragesimo tertio, vsque ad centesimum quadragesimum octauum. Profanatio tamen, & pollutio templi, ab anno centesimo quadragesimo quinto mansit, vsque ad 148. Tunc à Iuda Machabæo templum repurgatum & ritè renouatum est, posita lege, vt in posterum eius rei memoria, mense nono per singulos annos celebraretur, qui dies festi, appellabantur, *Enceniorum*, quorum mentionem fecit Ioannes in septimo capite historię Euangelicæ. Regnavit Antiochus, secundum Eusebium, & Sulpitium, & Hieronymum, su- per cap. 11, Danielis, annis vndecim: sed videtur re- gnasse tredecim; siquidem inuit regnum anno 137. regni Græcorum, obiit verò, anno 149. Vtrūque pro- ditum & testatum est in primo & sexto cap. prioris libri Machabæorum. Verum, vndecim fuere anni solidi &

Quandiu re- gnauerit An- tiochus Epi- phanes.

integri, exclusis duobus, primo & ultimo, imperfectis, nec omnino completis. Mendosè legitur apud Appianum, regnasse eum duobus annis. in posteriori libro Machabæorum capit. 11. reperitur Antiochus in anno regni Græcorum centesimo quadragesimo octauo, iam è viuis excessisse. Sed vel prior liber Machabæorum notare voluit quadragesimum nonum, etiam si non esset completus: posterior autem liber, annum quadragesimum octauum, quia erat iam exactus, tantummodo signare voluit: vel in priori libro numerantur anni regni Græcorum, more Iudaico, annos incipiendo, à mense *Nisan*: in posteriori autè, libro putentur iidem anni more Chaldaico & Syriaco, hoc est sumpto eorum principio, à mense *Elul*.

Iosephus de
persecutione
Antiochi, lib.
11. Antiq. c. 7.

Appellatus mē-
sis, is est, quem
Kasleu He-
bræi vocant,
teste Iosepho:
& responderet
nostro Nouē-
bri.

S E D quæ docuimus de rebus gestis Antiochi, & de malis, quibus ab eo Iudæi vehementer sunt afflicti, ea, quò planius & vberius cognoscantur, visum est lectori hoc loco representare, quæ Iosephus earundem rerum historiam scribens, in lib. 11. Antiquitatum, prodidit. Sic autem est apud Iosephum. *Reuersus ab Aegypto, quam metu Romanorum reliquerat Antiochus, Hierosolyma mouit exercitum, ingressus in eam centesimo quadragesimo tertio anno, ex quo primum ad Seleuci familiam Syria regnum deuenerat. Deinde commemoratis malis, & calamitatibus, quibus tunc Iudæi à rege percussi & contriti sunt, capite undecimo ita scribit. Integro triennio desertum fuit templum, post factam ab Antiocho profanationem. Ea enim incidit in annum centesimum quadragesimum quintum, & diem Appellai mensis vicesimum quintum: in Olympiadem vero, centesimam quinquagesimam tertiam. Renouatum est autem eadem die, anno centesimo quadragesimo octauo, & Olympiade centesima quinquagesima quarta. Prædixerat autem eam desolationem Daniel ante annos quadringentos octo, diserte dicens, à Macedonibus profanandum. Hæc autem prædictio Danielis continetur in hoc octauo capite libri eius: ab anno autem tertio Balthasaris, quo ea visio contigit Danieli, qui annus competit quinquagesimæ primæ Olympiadi, vsque ad centesimam quinquagesimam tertiam Olympiadem, quadringenti octo anni numerantur. Pergit Iosephus. Celebravit autem Iudas renouati templi festiuitatē, per dies octo sacrificians, tantæque lætitiæ obrenouatos*

Antiquos ritus patrios, priscamque religionem, Iudeorum animos compleuit, maxime quod ea felicitas insperato illis obtigerat: ut lex lata sit ad posteros, que tuberi quotannis hoc festum reparati cum caremonis templi per octo dies celebrari. Et ex eo tempore, mos hic apud nostros obtinuit, vocamusque hanc festiuitatem, Luminum: opinor ideo, quod ex insperato nobis illuxerit tanta felicitas. Hactenus ex Iosepho pauca hæc commemorata sunt, quæ non nihil lucis huic Danielis vaticinio de rege Antiocho, afferre posse videbantur.

B

Et audiui unum de sanctis loquentem, & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquens, &c. Et paulo infra, Audiui vocem viri inter Vlai, & clamauit, & ait, Gabriel fac intelligere istam visionem.

C

Hunc locum explanans diuus Hieronymus ita tribuit. Pro altero nescio quo, quod Symmachus interpretatus est τῶν ἁγίων, quæ nos secuti sumus, Aquila & Theodotius, & septuaginta ἄγγελοι, ipsum verbum Hebraicum posuerunt. Nomen ergo Angeli tacens, vñ quemlibet de Angelis indicauit. Theodoretus hunc ipsum locum tractans, quod est, inquit, Hebraicè phelmoni; Græcè significat quendam, idque testatur Syrorum lingua Hebrææ affinis: perspicuum igitur est Daniele vidisse Angelos inter se colloquentes, ac discere cupientes, quantum futurum esset defolationis templi, ac tyrannicæ illius persecutionis tempus.

Quis sit ille, nescio quis.

D

Ex hoc loco Danielis intelligitur, veram esse, & factis conuenientem Dionysij doctrinam, de mutua Angelorum locutione, & quod Angelorum alij multa discant ab alijs, & inferiores purgentur, illuminentur, & perficiantur à superioribus, & quod Angelorum dispar sit auctoritas, & potentia, sicut docet hic locus. Nam vnus Angelus, quem Hebræi, teste Hieronymo, putant fuisse Michaëlem, mandat Gabrieli, ut hanc Danieli visionem exponat. Et quia superiores Angeli non solent mitti ad obeunda externa mini-

Angeli mutuo colloquuntur, & alij ab alijs discunt.

steria (propria verò angelorum nomina auctore A
D. Gregorio, ab externo aliquo munere & officio,
quo funguntur angeli, sumuntur) ideò nomen illius
angeli superioris, non est expressum, & Danieli fuit
incognitum. Gregorius quidem certè homilia in E-
uangelia, trigesima quarta, hunc in modum scribit. Pri-

De causa No- uatis etiam nominibus angeli censentur, ut per ea vocabula
minù, quibus signetur in operatione quid ipsi valeant. Nò enim in illa beato-
angeli in scri rum ciuitate, quam de visione omnipotentis Dei, plena scien-
ptura appellã- tia perficit, propterea propria nomina sortiuntur angeli, quia
tur, D. Gregor. sine propriis nominibus eorù persone sciri non possent, sed cum
sententia. ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina à

Isa. 14.

Luc. 1.

Ioan. c. 11.

D. Hier. idem
docet.

Luc. 1.

Tob. 1.

ministerium trahit. Michaël namque significat, quis ut Deus.
Diabolus enim, qui Deo per superbiam similis esse concupuit,
dum in fine mundi in sua virtute relinquetur, cum Michaële
Archangelo, per Ioannem in Apocalypsi capite duodecimo,
preliaturus perhibetur: ut qui se ad Dei similitudinem super-
bus extulerat, per Michaëlem peremptus, discat quia ad Dei
similitudinem per superbiam nullus ascendebat. Gabriel signi-
ficat fortitudinem Dei: ideòque ad Mariam mittitur, illum
nunciaturus, qui ad debellandas àereas potestates humilis ap-
parere dignatus est. Raphaël quoque interpretatur medicina
Dei, quia videlicet, dum Tobia oculos quasi per officium cu-
rationis tetigit, cecitatis eius tenebras terpsit. Qui ergo ad
curandum mittitur, dignum fuit, ut Dei medicina vocetur.
Horum similia, cum in commentario huius loci,
ante Gregorium scripserit diuus Hieronymus, sa-
tis credibile est ex Hieronymo totum hunc locum
accepisse Gregorium. Quoniam de preliis, regumque cer-
taminibus, & regnorum successionibus, ait Hieronymus, D
hec erat visio, Gabriel, qui prepositus est preliis, officio inter-
pretandi visionem destinatur: Gabriel enim in linguam no-
stram vertitur, fortitudo, vel robustus Dei. Unde quo tēpo-
re nasciturus erat Dominus, & indicturus bellum demonibus,
& de mundo triumphaturus, mittitur Gabriel ad Zachariam,
& Mariã. Vbi cumq; verò medicina, & sanatio necessaria est,
Raphaël mittitur, qui interpretatur curatio, vel medicina
Dei, hoc videlicet, nominis interpretatione significante, quod
in Deo vera sit medicina. Porro ubi populo prospera promit-
tuntur, & propitiatio, & expiatio necessaria est, Michaël diri-
gitur, qui interpretatur, quis sicut Deus: ut scilicet, intelliga-
tur,

A tur, quia propitiatiōe vel expiatiōe nullus possit afferre, nisi Deus. Hæc diuus Hieronymus. Liquet ex hoc loco Danielis, & illo altero Zachariæ capite 2. in quo sic est, *Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius Angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit, curre, & loquere ad puerum istum: liquet, inquam, ex his, atque aliis similibus scripturæ locis, & verissimam esse doctrinam Dionysij, de hierarchiis & ordinibus Angelorum, & falsos esse, qui ei doctrinæ non consentientes, omnes Angelos & beatos, à solo Deo proximè omnia doceri, & illuminati censuerunt.*

Angelorum
in Hierarchias
& ordines ve-
ra est distin-
ctio.

C Et dixit ei, vsque ad vesperam & mane, dies
duo millia trecenti, & mundabitur
sanctuarium.

H I s verbis declaratur tempus, quo duratura erat vexatio, & afflictio iudæorum ab Antiocho perfecta: durauit nempe, ab initio, postquam Antiochus, veniens in iudæam cœpit affligere iudæos, vsque ad id temperis, quo Iudas Machabæus profligatis ducibus & exercitibus Antiochi, & suos ciues in libertatem vindicauit, & templum, quod sacrilegè spoliatum, profanatum, & pollutum fuerat, ritè purgauit, renouauit, atque exornauit: durauit, inquam, dies duo millia & trecentos, hoc est sex annos & tres menses, præterque viginti dies. Prior tamen liber Machabæorum, tempus totius huius calamitatis sex duntaxat annis definiuit, ab anno videlicet regni Græcorum centesimo quadragesimo tertio, vsque ad centesimum quadragesimum octauum. Quanquam tempus profanationis templi, vsque ad eius renouationem, tribus integris annis præcisè circumscriptum fuit. Atque hæc ex primo & quarto capite prioris libri Machabæorum plenius, planiusque cognosci possunt.

Illorum autem verborum *Vsque ad vesperam & mane, duo millia trecenti dies*, est duplex interpretatio. Vna est Theodoretii, per *vesperam* intelligentis initium calamitatis: per *mane*, eiusdem calamitatis finem: quem admodum Dauid quodam loco dixit, *Ad vesperam de-*

Psalm. 29.

morabitur fectus, & ad matutinū latitia. Solet enim plei uis

Scriptura, restristes & calamitosas, nomine vesperæ, **A**
 noctis, & tenebrarum exprimere: contra verò res læ-
 tas & prosperas, vocabulis mane, diu, & lucis effere-
 re. Altera interpretatio simplicior, ob idque mihi qui-
 dem probabilior eorum est, qui per vesperam & ma-
 ne, designari putant integrum diem naturalem, cuius
 partes sunt nox & dies artificialis. Moses enim in
 exordio libri Geneseos dixit, factum est vespere & ma-
 ne dies vnus: per vesperam, quæ est terminus diei artifi-
 cialis, denotatur dies ipsa artificialis, tanquàm ex suo
 termino: per mane autem, quod noctem finit, designa-
 tur ipsa nox. Voluit igitur significare Daniel, per
 vesperam & mane, dies, qui numerantur in hac com-
 putatione, non artificiales exclusis noctibus: sed na-
 turales, qui diem simul & noctem continent intelligi
 oportere. Sed profectò, quotiescunq; tam sacra,
 quàm profana historia, in computatione temporum
 numerat vel computat dies simpliciter, & præcisè,
 semper loquitur de diebus naturalibus. Quapropter
 superuacaneum videbatur ad naturalis diei deter-
 minationem præmittere illud, vsque ad vesperam, & ma-
 ne, duo milia trecenti dies. Est igitur admodum verisimile,
 illud vocabulum, dies, superuacaneè ab aliquo
 esse adiectum; & Daniëlem præcisè ita scripsisse, vs-
 que ad vesperam, & mane, duo milia trecenti: vt illud ves-
 pera, & mane, sit periphrasis diei naturalis; subobscu-
 ra quidem, nec vulgò vsitata, sed consuetudini Pro-
 phetarum non aliena, & ex Mosis doctrina non dif-
 ficilis intellectu. Nimirum, Louanienses in annota-
 tionibus, quas in editionem vulgatam totius Scri-
 pturæ ediderunt, hoc loco admonent, in multis & anti-
 quis codicibus, illud vocabulum, dies, nequaquam
 reperiri.

Dies nomē
 hic abundat.

Excūtitur, &
 emendatur lo-
 cus in com-
 mentario D.
 Hieronymi
 mendosus.

L I B E T hīc adscribere commentariū D. Hieronymi
 super his verbis, quippè nonnihil super eo lecto-
 rem monere habeo. Ita scribit Hieronymus. Lega-
 mus Machabæorum libros, & Iosephi historiam,
 ibique scriptum reperiemus, centesimo quadragesimo
 tercio anno à Seleuco, qui primus regnavit in
 Syria post Alexandrū, ingressum Antiochum Hie-
 rosolymam, & vniuersa vastasse: reuersumque anno
 tercio

A tert
 lud
 mur
 Hi
 duo
 ple
 pro
 legu
 tur.
B tise
 quin
 dum
 & tr
 falla
 temp
 tis ta
 mens
 dum
 eo, q
C vt ita
 tres n
 milit
 plum
 nym
 gisse
 est, si
 plure
 lis co
 tum
D ralle
 gefini
 octa
 A
 vt nu
 hic h
 perfe
 bæor
 que a
 non
 mod
 le, &

A tertio in templo posuisse statuam Iouis, & vsque ad
Iudam Machabæum, id est, vsque ad annum centesi-
mum quadragesimum octauum; per annos vastitatis
Hierusalem sex, contaminationis autem templi tres,
duo millia trecentos dies, & tres menses esse com-
pletos; post quos templum purgatum est. Quidam
pro duobus millibus trecentis, duo millia ducentos
legunt, ne sex anni & tres menses superesse videan-
tur. Vespere autem; & mane successionem diei no-
ctisq; significat. Sic diuus Hieronymus. Sed profecto,
B quin mēdosè legatur hic locus, nequaquam dubitan-
dum est. Nam in illis verbis; duo millia trecentos dies
& tres menses esse completos, illud; & tres menses,
falsam reddit sententiam; cum Daniel totum illud
tempus Antiochiæ persecutionis, bis mille; & trecen-
tis tantum diebus definiat. Quocircà illud; & tres
menses, vel tanquam omninò vacans inde extruden-
dum est: vel loco mouendū, iungendūque cum
eo, quod antecessit de sex annis vastitatis Hierusalem,
C vt ita legamus, per annos vastitatis Hierusalem sex; &
tres menses, contaminationis vero templi; tres annos; duo
millia & trecentos dies esse completos, post quos tem-
plum purgatum est. Quod autem postea subdit Hiero-
nymus; quosdam; pro bis mille trecentis diebus le-
gisse bis mille & ducentos, propterea existimandum
est; sic eos legere maluisse, vt his verbis Danielis non
plures sex annis significarentur, & sententia Danie-
lis conueniret cum historia prioris libri Machabæo-
rum, quæ docet tempus illius persecutionis, du-
D rante ab anno regni Græcorum centesimo quadra-
gesimo tertio, vsque ad centesimum quadragesimum
octauum.

At enimvero siue legatur, vt illi voluerunt, siue
vt nunc est in omnibus libris, difficillimum sanè locus
hic habet explicatum. At enimvero tempus huius
persecutionis determinatum in priori libro Macha-
bæorum ab anno centesimo quadragesimo tertio, vs-
que ad annum centesimum quadragesimum octauum,
non potuit esse longius sex annis integris, nullòque
modo sex annos solidos excedere potuit. At bis mil-
le, & trecenti dies, quibus hoc loco Daniel spatium

Quæstio, An
hæc Daniela
sententia de
duratione An-
tiochiæ perse-
cutionis Iu-
dæorum, pu-
gnet cum alio
loco scripturæ,
qui est in prio-
ri lib. Macha-
bæorum.

illius persecutionis circumscribit, continent sex annos tres menses, diésque viginti. Quid ergò dicendum est? Equidem nihil adhuc inuenire potui ad hunc nodum exoluendum, quod mihi animum expleret. Dicam tamen, ne nihil dicam: fortasse Daniele hoc numero *bis mille trecentorum dierum*, ita designasse tempus Antiochiæ persecutionis, ut eius terminum non poneret in purgatione & renouatione templi, sed eam extenderet vsque ad mortem Antiochi, quæ, ut narratur in priori libro Machabæorum, competit anno regni Græcorum centesimo quadragesimo nono. Nam etsi post renouationem templi, nihil passos ab Antiocho Iudæos legamus, dum tamen ille sæuissimus Iudæorum hostis vixit, stetit persecutionem eius aduersus Iudæos, verè dici potest. Præsertim vero, cum ex nono capite posterioris libri Machabæorum constet, quo tempore Antiochus mortuus est, eo tempore fuisse eum ferocissimo & sæuissimo animo aduersus Iudæos: nec nisi extrema mala, atque immanem crudelitatem contra ipsos anhelasse. Verùm, officit huic intelligentiæ, quòd Daniel videtur terminasse hoc tempus in mundatione templi: ait enim, *Vsque ad vesperam & mane duo millia trecenti, & mundabitur sanctuarium*, quasi dicat, Transactis bis mille, trecentisque diebus, mundatum iri sanctuarium, id est, templum, quod fuerat ab Antiocho violatum & pollutum. Sed non cogimur sic interpretari, aut intelligere ea verba: non enim significat Daniel mundationem templi terminum fore eius temporis, sed in decursu eius temporis, ac sanè prope finem, futuram templi renouationem: quam ideò præcipuè commemorare voluit, quòd ea res futura erat Iudæis maximè fausta, lætabilis, & gloriofa, & quòd post eam, nihil mali essent Iudæi ab Antiocho perpessuri.

Et sine manu conteretur.

HIS verbis denotatur mors Antiochi. illud autem *sine manu conteretur*, significat, eum sine homine, hæc est, non ab homine vulneratum, & cæsum, sed inuisibili manu Dei, scelera eius vindicantis, partim

Mors Antiochi, ut præuisa.

A partim lethali quondam animi mœrore, & languore, partim acerbissimo, & fœdissimo corporis morbo percussam, impuram, & scelestam animam exhalaturam.

V E R V M mors Antiochi, magnam habet in diuinis literis difficultatem. Etenim in tribus locis historiae Machabæorum, hoc est, in sexto capite prioris libri, & in primo capite libri posterioris, atque in eiusdem libri capite nono, ita narratur mors Antiochi, vt de ea non modò diuersa, sed etiam contraria dici

B videantur. Agè igitur, primò narrationem mortis Antiochi, quæ describitur in sexto capite prioris libri, eum ea, quæ traditur in capite nono, libri posterioris, componamus, atque conferamus. Principiò, similiter dicitur in vtroque loco, Antiochum spoliare voluisse urbem quandam Persidis, & quod in ea erat templum argento, auro, aliisque multis rebus pretiosissimis inibi relictis ab Alexandro Magno, refertissimum. Quod fuerit illud templum, neutro in loco exprimitur. Sed

C fuisse templum Dianæ confirmat Iosephus libro duodecimo Antiquitatum, auctoritate Polybij: & Hieronymus super vndecimo capite Danielis, præter Polybium, etiam Diodorum Siculum, & Porphyrium testes adducit. Non igitur audiendus est Appianus, qui in Syriaco, Antiochum scribit, spoliauisse templum Elymæ Veneris: nam, nec templum spoliavit, sed spoliare voluit, & incassum tentauit, nec Veneris fuit templum, sed Dianæ: indicat enim Plinius libro sexto, capite vigesimo septimo, in illis regionibus templum Dianæ fuisse augustissimum. De nomine

D ciuitatis, videtur nonnihil differre in vtroque loco: nam in sexto capite prioris libri, nominatur Elymais vrbis Persidis, in posteriori autem libro, dicitur Persepolis, vrbis quondam clarissima, & Persidis caput. Verùm, nisi me fallit animus, credo equidem vocabulo illo, *Persepolis*, non significari vnã illam urbem, quæ propriè dicta est, Persepolis, sed generatim significari Urbem quandam Persidis. Non tum nescius, fuisse quandam Persepolim, stante Persarum imperio, ditissimam, & florentissimam: sed eãdem urbem scio, non modò non esse conseruatam ab Alexandro, aut etiam

Disputatio de morte regis Antiochi Epiphanis.

Quod fuerit templum, quod Antiochi spoliare voluit, & in qua vrbe fuit illud templum.

Ioseph. li. 12. cap. 13.

Elymais, & Persepolis sũt vna vrbis.

Persepolis ab Alexandro deastruã.

Quomodo
scorti suggestione
Vrbis
magnifica ab
Alexandro in-
censa fuerit.

pretiosis muneribus, & ornamentis completam, sed
penitus ab eo spoliatam, ablati inde centum, & vi-
ginti millibus talentorum: nec tantum fuisse direptam,
sed etiam concrematam. Audiat lector, quid **Q. Curtius**
libro quinto, de miserabili eius vrbis incendio,
scriptum reliquerit. *Ex pellicibus, inquit, una, Thas, &*
ipsa temulenta, maximam apud omnes Græcos initurum gra-
tiam Alexandrum affirmat, si regiam Persarum iussisset in-
tendi: expectare hoc eos, quorum vrbes Barbari deleuissent. Ebrio
scorto, de tanta re ferente sententiam, vnus, & alter, & ipsi me-
ro onerati, assentiunt. Rex quoque fuit audior, quā patientior.
Quin igitur vlciscimur Græciam? & vrbi faces subdimus? om-
nes incaluerant mero. Itaque surgunt temulenti ad incenden-
dam urbem, cui armati pepercant. Primus rex ignem regia
iniecit, tum cōhuiuæ, & ministri, pellicēsque. Nil ultra cedro ali-
ficata erat regia, quā celeriter ignē concepto, latē fudit incen-
dium. Hunc exitum habuit regia totius Orientis, vnde tot gen-
tes ante iura petebant, patria tot regum, vnicus quondam Gra-
ciæ terror, molita decem millium classem, & exercitus, quibus
Europa inundata est, contabulato mari molibus, perfosisque
montibus, in quorū specus fretū immisissū est. At, ne longa qui-
dem etate, quæ excidium eius sequuta est, surrexit. Alias vr-
bes habere Macedonum reges, quas nunc habent Parthi, huius
vestigium non inueniretur, nisi Araxes amnis ostenderet: haud
procul mœnibus fluxerat: inde urbem fuisse viginti stadys di-
stantem, credunt magis, quā sciunt Accola. Pudebat Mace-
dones, tam claram urbem à comessabundo rege deletam
esse. Hactenus Curtius. Liqueat igitur, urbem; quam
Antiochus spoliare voluit, non fuisse eam, quæ olim
proprie dicta est Persēpolis. Illam enim Alexander, vt
sacra historia tradit, plurimis, & quantis pretij donis
impleuerat: hanc penitus despoliatam, sic incendio de-
leuit, vt vix vllum tantæ vrbis apud posteros, vsque ad
Curtij ætatem, vestigium extaret. Æqua igitur fuit
vrbs? Prior liber Machabæorum, capite sexto, nominat
Elymada. Equidem opinor fuisse Susā: nam urbem
Suforum fuisse apud Persas nobilissimam, à cosmogra-
phis patiter, atque historicis pròditum est. Hanc fuisse
antiquitus habitam prouinciæ Ælymaticæ ostendit
Daniel in exordio huius capituli octaui, cum dixit, se
fuisse in Susa, quæ est in regione Elam: qua de re multa
dixerat

A differuimus supra, cum eum locum interpretati sumus. Ut putem fuisse Susa, ducor ea coniectura, quod templum Dianæ, quod Antiochus despoliare voluit, inibi fuisse testatur Plinius lib. 6. c. 27. *Euleus*, inquit, *fluuius*, *circuit arcem Susorum, & templum Diana, quod est illis regionibus augustissimum.*

CAETERA, in vtriusque loci narratione planiora sunt. Nam, etsi videantur quædam in speciem diuersa, possunt ea tamen ad eandem sententiam facillimè reduci. In priori libro Machabæorum, scriptum est: Nuntium cladis acceptæ in Iudæa perlatum esse ad Antiochum in Persidem: in posteriori autem libro proditum est, eiusmodi nuntium accepisse Antiochum, cum esset circa Ecbatana. Verùm, ita se res habuit, nuntius recta iuit in Persidè, publica enim fama erat, in Perside versari Antiochum: sed eum inde præcipiti, turpique fuga elapsum, & in Mediam digressum, offendit nuntius circa Ecbatana: quæ vrbs caput erat Mediæ, cum haberet in animo Antiochus, sicut priori libro significatur, re-

Cuerti Babylonem. Nomen loci, in quo mortem obiuit Antiochus, siletur vtroque in loco. Porphyrius, ut refert Hieronymus super 11. cap. Danielis, affirmat eum in Iabes oppido Persidis esse mortuum. Atqui, perspicuis verbis historia Machabæorum docet eum, cum fugisset ex Perside, incidisse in morbum, ex quo breui post interiit. Sed Porphyrium in historia regis Antiochi, multa, vel malitiosè, vel inscienter esse mentitum, D. Hieronymus super 7. & 11. capite Danielis, manifestis conuincit argumentis. De loco mortis Antiochi,

D hoc tantum in posterioris libri Machabæorum, cap. 9. legitur: *Igitur homicida, & blasphemus, pestimè percussus, & ut ipse alios tractauerat, peregre in montibus miserabili obitu sua functus est.* Ex quo loco coniecturam capio, eum ex morbo interiisse in montibus Mediæ, vicinioribus vrbi Ecbatanorum, videlicet eo loco, vel non inde procul, vbi cladis, & stragis ducum, atque exercituum suorum, quos reliquerat aduersus Iudæos, nuntium accepit. Nec verò illud, negotium lectori facescere debet, quod in priori libro dicitur, Antiochum per magna tristitia & mœrore animi, scilicet ob du-

Susorum vrbs Antiochus spoliare voluit.

Locus, in quo Antiochus mortuus est.

Porphyrius in historia regis Antiochi multa est mentitus.

De genere mortis Antiochi Epiphani.

plex

plex infortunium, quod sibi tam in Perside, quam in A
 Iudæa contigerat, incidisse in morbum, ex quo is mox
 periit: in posteriori autem libro traditur, percussum
 esse à Deo insanabili, & inuisibili plaga, eoque de cur-
 ru lapso grauissima corporis collisione membra esse
 vexata: corceptum præterea esse diro viscerum dolo-
 re, ita vt de corpore eius, vermes scaturirent, ac vi-
 uentis in doloribus, carnes eius effluerent, tantisque
 fœtor è corpore eius efflaret, vt nec alij, nec ipsemet
 eum fœtorem ampliùs ferre posset. Hęc igitur de cau-
 sa mortis eius variè quidem, sed non contrariè nar-
 rantur in vtroque loco. Etenim primùm ingenti ani-
 mi mœrore affectus est, qui magna fuit etiam causa
 consequentis morbi. Et vtrumque quidem illi pro-
 pter scelera eius, & mala, quibus Iudæos afflixerat, à
 Deo inflictum est. Itaque, quod prior liber breuiter,
 & inuolutè dixit, hoc ipsum in posteriori libro di-
 stinctiùs, & enucleatiùs exponitur, & simul occasio,
 atque genus morbi, quo periit, discretè explicatur.
 Nulla igitur inter narrationem mortis Antiochi, quæ
 ponitur in nono capite posterioris libri, & quæ tra-
 ditur in cap. 6. prioris libri, repugnantia est, si vtrum-
 que locum subtiliter, & diligenter expendamus.

Quis fuerit
 rex Antio-
 chus, cuius
 mors in pri-
 mo capite po-
 sterioris libri
 Machabæorũ
 describitur.

SEQUITUR, vt tertium de Antiochi morte lo-
 cum, qui est in principio posterioris libri Macha-
 bæorum, deinceps explicemus: spissum sanè opus.
 Tanta enim inter hunc locum, & duos alios, quos
 modò tractauimus, videtur esse narrationis diapho-
 nia, vt, aut non de eodem rege scribi, aut si de eodem,
 quædam certè non modò diuersa, sed etiam planè
 contraria de eo tradi videantur. Itaque locus hic ma-
 iorem in modum ingenia doctorum hominum exer-
 cuit, & vexauit, aliis aliud, quò tam implicatum no-
 dum exoluerent, commentantibus. Nec quispiam
 opinor, fuit, qui, vel aliis omninò, vel etiam sibi ipse
 satisfecerit. Sed videamus quid alij ad hanc difficul-
 tatem expediendam attulerint. Est autem in eo diffi-
 cultas, vel maxima, quòd Antiochum, quem in sexto
 capite prioris libri Machabæorum, & in nono capi-
 te posterioris libri proditum est, frustra tentata vrbis
 cuiusdam, & templi direptione, magno quidem cum
 periculo

A periculo, sed saluum rament fugisse ex Perfide, & postea ex morbo interiisse: hunc ipsum dico Antiochum, traditur in primo capite posterioris libri Machabæorum, cum templum Nanææ spoliare voluisset, per dolum, à Sacerdotibus ibi conclusum, lapidibusque percussum cecidisse. Videtur igitur manifesta esse inter hunc, & alios locos de Antiochi morte repugnantia. Nicolaus de Lyra, & Dionysius Carthusianus explanando hunc locum posterioris libri Machabæorum, opinantur diuersos fuisse Antiochos, quorum mors tam diuerso modo narratur: & in sexto quidem capite prioris libri, nonoque posterioris commemorari mortem Antiochi Epiphaniis: in hoc autem loco, Antiochi Magni, qui pater illius fuit, interitum describit. Voluit autem Antiochus Magnus compilare templum Beli, vt scribit Strabo lib. 16. vel, vt refert Iustinus libr. 32. Dyndimæi, siue, vt habet alia lectio, Dodonæi Iouis. Qua re prodita, concursu incolarum, Antiochus cum omni exercitu interficitur. In hanc Lyrani & Carthusiani sententiam, manibus, pedibusque iuit Melchior Canus in libro secundo, de locis Theologicis, cap. 11. in solutione quintæ obiectionis. Verùm quod isti dicunt de Antiocho Magno, nullo modo est probabile. Etenim, nūquam Antiochus Magnus, Iudæos odit, aut insectatus est, nunquam inhumanè tractauit, nulla clade, vel calamitate afflixit. Nulla igitur causa erat, cur eius mors, quasi hostis Iudæicæ gentis crudelissimi, tanta omnium Iudæorum læticia, & gratulatione acciperetur, ac celebraretur. Euoluat lector librum duodecimum Antiquitatum Iosephi, reperiet eum regem singulari beneuolentia, gratia, & beneficentia Iudæos esse complexum, & vicissim Iudæos illi maximè beneuolos, & fideles fuisse. Narrat Iosephus, cum Antiochus Magnus, victo Scopæ Ptolemæi Philometoros duce, redegisset in potestatem suam Cœlesyriam, & Samariam, Iudæos vltro dedicationem fecisse, receptumque intra mœnia, eius exercitum, e' ephantosque liberaliter aluisse, & oppugnanti præsidium in arcè à Scopæ relictum, impigrè auxilium tulisse. Quamobrem Antiochus æquum ducens, aliquam Iudæis pro studio suarum partium referre gratiam, scripsit ad amicos, & duces suos literas, testes bene

Nicolai Lyrani & Carthusiani sententia, quis fuerit Antiochus ille.

Refellitur horum sententia.

Antiochi Magni in Iudæos beneficentia.

Ioseph. lib. 11. antiq. c. 3.

beneficiorū, quæ in ipsum Iudæi contulerant: in quibus etiam significabat, quomodo remunerari eos decreuerat: quarum literarum exemplar eo loci memorat Iosephus; multa item subdit eiusdem regis edita in Iudæorum gratiam, honorem, & patriæ libertatis, ac religionis conseruationem ab eo edita. Itaque quoad vixit Antiochus, Iudæis beneuolus, & beneficus fuit.

Secunda opinio, Michaëlis Medina, Ruperti & Caroli Sigonij.

Ioseph. libr. 13. cap. 16.

Antiochus Pius, quis fuerit.

Refellitur horum sententia.

Ioseph. libr. 13. cap. 16.

Ioseph. ibid.

MICHAEL Medina, libro 6. de recta in Deum fide, cap. 13. alia ratione eundem nodum explicare voluit. Arbitratur, Antiochum, cuius mors eo loco narratur, non fuisse Epiphane, nec patrem eius cognomento Magnum, sed huius pronepotem appellatum etiam Antiochum, & cognominatum, ut refert Iosephus libro decimotertio Antiq. Pium; cuius in duobus extremis capitibus prioris libri Machabæorum fit mentio. Hic filius fuit Demetrii, qui Seleuci Philopatoros filius fuerat, ab Antiocho Epiphane regno priuatus. Hic Antiochus Pius, principio beneuolus, ac liberaliter tractauit Iudæos: postea mutato animo, fideque violata, misso exercitu Iudæam vastauit. Huius igitur mortem putat Medina hoc loco describi. Nec princeps ipse fuit huius opinionis: eam namque septingentis ante ipsum annis, Rupertus libro decimo de victoria verbi Dei, capite sexto, scriptam reliquerat, his verbis: *His ita se habentibus, claret, quis ille Antiochus fuerit, de cuius interitu gratulantur Iudæi, narrantes qualiter in Perside ceciderit: fuit enim Antiochus filius Demetrii. Hic persecutus est Tryphonem impium, qui regnum eius usurpauerat, & vicit: sed, & Iudæos in multis afflixit, & Simonem adhuc viuente, & post Simonem filio eius Hyrcano principatum habente.* Hæc Rupertus. Eandemque opinionem approbavit Carolus Sigonius in commentariis super libro secundo Seueri Sulpitij de Sacra historia. Verum hanc sententiam duæ res planè refellunt. Nam hunc Antiochum, tali exitu, qualis hoc loco describitur, periisse, à nullo proditum est, quin Iustinus extremo libro trigesimo octauo affirmat, cum strenuè præliantem cum Parthis, virtute hostium superatum, & à suis desertum, in eo prælio occidisse: idemque confirmat Iosephus libro decimotertio Antiquitatum

A rum. Deinde, licet hic Antiochus hostis primò fuerit
Iudæorum, postea tamen illis reconciliatus & pacifi- Ioseph. ibi,
catus est. Ponam hic quod memorat Iosephus libro
decimotertio. Nam loquens de hoc rege, cum is Hie-
rosolymam arctissimè obsideret, ait cum rogarum à
Iudæis, ut gratia festi, inducias septem dierum conce-
deret, misisse præterea victimas magnificas, hoc est
tauros auratis cornibus, & pocula tam argentea, quam
aurea, plena omni genere aromatu, & exercitui præ-
buisse illis diebus festis epulum, in tantum diverso in-
genio ab Antiocho Epiphane, qui capta vrbe, porcos
super altare macltauit, & indignis modis templum
profanauit & polluit. At hic Antiochus, propter re-
ligionem, Pius cognominatus est ab omnibus. Post
hæc, Iosephus narrat, quemadmodum pacificatus sit cum Ioseph. ibi,
Iudæis, adeo ut Hyrcanus, qui eo tempore principatum
Iudæorum tenebat, inito cum Antiocho fœdere, ex-
ceptum in urbem cum exercitu tractauerit liberalissi-
mè. Quin & ipsum in Parthicam expeditionem pro-
ficiscentem, ynà cum auxiliaribus copiis sequutus
est.

Est aliud quorundam, mihi quidem, quod proba- 3. opinio, au-
bilius non inueneto satis probabile responsum, ctori plus, cæ-
Agi eo loco crediderim de Antiocho Epiphane: non teris probata.
tamen mortem eius describi, sed narrati horribilem Antiochus té-
quendam casum, qui ei in Perside contigit. Cum enim plum Nanæ
templum Nanæ ditissimum expoliare cuperet, per expolians per-
dolum à sacerdotibus in templum receptus, conclu- cussus, sed nõ
susque, & amicis eius, comitibusque non tantum cæ- occisus est.

D sed obruncatis, membratimque dissectis, vix ipse
per occultum quemdam templi aditum elapsus, lapi-
dibus quidem percussus, pessimèque tractatus, sed
vixus tamen euasit. Hoc autem ideò narratur, ut in-
telligatur, eam calamitatem fuisse particulam, quan-
dam diuinæ vindictæ tot, raptorumque scelerum, quæ
ipse in Iudæos admiserat, & quasi prænuncium supre-
mæ calamitatis mox consequutæ, id est, pestilentis
morbi, qui ei acerbissimam pariter, atque fœdissimam
mortem attulit. In ea narratione nominatur dux &
rex Antiochus. Quidam putant nomine, ducis, non
K signifi

significari regem Antiocham, sed principem militiæ eius, & ducem exercitus, & hunc fuisse in templo percussum atque occisum. Alij existimant eo nomine intelligendum esse Antiochum, neque tamen, quia percussus cecidisse dicitur, propterea concludi, eum fuisse tunc occisum. Cadere enim dicitur imperator, non modo cum in pugna occumbit, sed etiam si prælio victus, prostrato cæloque exercitu, vix ipse grauer saucius mortem effugit. Percussus autem dicitur, quia lapidibus petitus & ictus est, magnaque cum ignominia & vitæ discrimine fugatus. Nam Daniel capite vndecimo prædicens, quod multis post seculis euenit, Antiochum Epiphanem, cum propemodum omne regnum Ægypti occupasset, ipsumque regem Philometorem arctissimè obessum teneret, iussu Romanorum coactum soluere obsidionem, tanta eius spe frustrata, & ad nihilum omni conatu redacto, hoc dico prædicens Daniel, dicit eum percussum iri à Romanis, *Venient, inquit, super eum trieres, & Romani, & percussietur.* Quem locum explanans Diuus Hieronymus, *Percussus, inquit, dicitur à Romanis Antiochus, non quod tunc interierit, sed quod omnem arrogantie perdidit magnitudinem.* Ergo quod in principio libri posterioris Machabæorum legitur, *Mittentes lapides percusserunt ducem, & eos, qui cum eo erant, & diuiserunt membra eum, & amputatis capitibus foras proiecerunt,* significat, ipsum quidem ducem fuisse percussam lapidibus, eos verò, qui erant eum ipso, etiam crudeliter occisos: vt illud, *membra eum diuiserunt,* non ad ducem, sed ad eius comites referatur. Et lectio quidem eius loci planior esset, omnique vacans difficultate, si posterior illa coniunctio, *Et, tolleretur,* quam, non desunt qui vitio librarium adiectam putent: vt ita legatur, *Mittentes lapides, ducem percusserunt, & eos, qui cum eo erant, diuiserunt membra eum, & amputatis foras proiecerunt.* Hæc mihi in præsens occurrerunt, quæ ad tam perplexam questionis enodationem, non ineptè, nec incommodè dici posse videantur.

Dan. II.

LIBET hoc loco ponere, quæ scribit Diuus Gregorius in libro trigesimo moralium, capite duodecimo, superiora omnia verba Danielis, quæ nos de re-
gc An

Age Antiocho explanauimus, de ipso Antichristo, cuius rex ille multis rebus figuram insigniter prætulit, interpretatus. Nam super illis verbis iob, quæ sunt in quadragelimo capite libri eius, *Stringit caudam suam quasi cedrum*, scribit hunc in modum: *De hac cauda Bembot, sub draconis specie, per Ioannem dicitur in Apocalypsi, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum celi, & misit eas in terram. Calum namque, est Ecclesia, que in hac nocte vitæ presentis: dum se innumeras sanctorum virtutes continet, quasi radiantibus desuper syderibus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas deiecit, quia illa satanæ extremas, per audaciam assumpti hominis erecta, quosdam, quos velut electos Dei in Ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque de celo in terram cadere, est relicta nonnullos spe celestium, illo duce, ad ambitum gloriæ secularis inhiare. Hinc Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur, dicens: Deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcavit eas, & usque ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo abstulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis.*

B Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium, propter peccata, & prosterneretur veritas in terra, & faciet & prosperabitur. De fortitudine quippe, & de stellis deiecit, cum nonnullos, & luce iustitiæ resplendentes, & virtute operis robustos frangit. Quis usque ad principem fortitudinis magnificatur: quia contra ipsum auctorem virtutis extollitur. Iuge verò sacrificium tollit, quia studium sanctæ conuersationis Ecclesiæ, in eis, quos ceperit, interrumpit. Robur verò ei propter peccata datur, quia nisi perueniret merita exigerent, eos, qui recti credebantur, obtinere aduersarius nequaquam posset. Veritas in terra prosterneretur, quia fides tunc rerum celestium, ad desiderium vitæ temporalis inclinabitur. Et faciet, & prosperabitur, quia tunc non solum in reproborum mentibus, sed etiam in electorum corporibus, crudelitate inestimabili, sine qualibet obiectione grassabitur. Hinc rursus per eundem Danielem dicitur, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in suis viribus. Illius namque hominis fortitudo, non in suis viribus roborabitur, quia satanæ virtute, in gloriam perditionis attolletur. Hinc rursus Daniel subdit, interficiet robustos, & populum sanctorum secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius. Robustos namque interficiet, cum eos, qui mente inuicti sunt, corporaliter

Expofitio loci. i. cap.

Quæ Daniel hoc loco vaticinatus est de rege Antiocho, ea interprete D. Gregorio mirifice competunt Antichristo.

Apoc. 12. cap. locus exponitur.

Iuge sacrificium tollere moraliter quid sit,

vincit. Vel certe, robustos & sanctos secundum voluntatē suam
interficiet, cum, qui robusti, ac sancti credebantur, ad nutum
sue voluntatis trahit: in cuius manu dolus dirigitur, quia in il-
lo fraus per opus adiuuabitur. Quod enim fallēdo dicit, hoc mi-
ra faciendo afferet: nam quicquid mēdax lingua simulabit, hoc
quasi verum esse, manus operis ostentabit. Hinc rursus idem Pro-
pheta ait. Contra principem principum consurget, & sine manu
conteretur. Hoc ipsum alijs verbis Paulus edocet in secundo ca-
posteroris epistole ad Thessalōncēses, cum inquit de Antichri-
sto: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus:
quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet il-
lustratione aduentus sui, quod enim per Danielem dictum est,
contra principem principum consurget, idem per Paulum di-
citur, ita vt sedeat in templo Dei, ostendens se tanquam sit
Deus: & quod Daniel subiunxit, sine manu conteretur, idem
ipsum dixit Paulus, illi verbis, quem Dominus Iesus interficiet
spiritu oris sui. Sine manu quippe conteretur, quia non Angelo-
rum bello, non Sanctorum certamine, sed per aduentum iudicis,
solo spiritu oris eius, eterna morte ferietur. Et hactenus
quidem verba fuerunt beati Gregorij, quæ
sanè ad hunc locum Danielis illu-
strandum, non minimum
lucis afferre posse
videbantur.

* * *

BENEDI

D

BENEDICTI PERERII SOCIE- TATIS IESV,

Commentariorum in Daniele,

LIBER X.

CAPVT NONVM.

IN anno primo a Darij filij Assueri de semine Medorum, a *Supr. 6. a. 1.*
 qui imperauit super regnum Chaldeorum: anno vno regni
 eius, ego Daniel intellexi in libris b numerū annorum, de quo
 factus est sermo Domini ad Ieremiam Prophetam, vt comple- b. *1er. 25. c. 11.*
 rentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Et posui sa- c. *29. c. 10.*
 ciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in
 ieiunijs, sacco & cinere. Et orauī Dominum Deum meum, & 4 *MS. Hier.*
 confessus sum, & dixi: c *Obsecro, Domine Deus magne & ter-*
 ribilis custodiens pactum & misericordiā diligētibus te, & cu- habent. *MS.*
 stodientibus mandata tua. Peccauimus, & iniquitatem fecimus, c. *2. Esd. 1. b.*
 impiē egimus, & recessimus, & declinauimus a mandatis tuis, s
 ac iudicis. Non obediuimus seruis tuis, prophetis, qui locuti sunt d *Baruc. 1. d.*
 in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, omniq̄e po- 17.
 pulo terra. Tibi, Domine, iustitia: nobis autem confusio faciei,
 sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalē & omni Is-
 rael, & his, qui prope sunt, & his, qui procul in vniuersis terris,
 Dad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccave-
 rūt in te. Domine, nobis confusio faciei: regibus nostris, principi-
 bus nostris, & patribus nostris, qui peccauerūt. Tibi autē Domi-
 no Deo nostro misericordia & propiciatio, quia recessimus a te,
 & nō audiuius vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus
 in lege eius quam posuit nobis per seruos suos Prophetas. Et om-
 nis Israel prauaricati sunt legē tuam, & declinauerūt, nec au-
 dierūt vocē tuā: & stillauit super nos maledictio & detestatio, e *Deut. 27. c.*
 e qua scripta est in libro Moysis serui Dei, quia peccauimus. Et 14.
 statuit sermones suos, quos locutus est super nos, & super princi-
 pes nostros, qui iudicauerunt nos, vt super induceret in nos mag-

nū malū, quale nūquā fuit sub omni celo secundū quod factū est in Hierusalem: sicut scriptum est in lege Moſis, omne malū hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuā, Domine Deus noſter, vt reuerteremur ab iniquitatibus noſtris, & cogitaremſ veritatem tuam. Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis, que fecit: non enim audiuimus vocem eius. Et nunc, Domine Deus noſter, qui eduxiſti popu-

Bar. 2. b. 11. lum tuum de terra Aegypti in manu forti, & feciſti tibi no-

Exo. 15. b. 14 men secundū diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus.

Domine, in omnem iuſtitiam tuam auertatur obſecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem, & à monte ſancto tuo. Propter peccata enim noſtra, & iniquitates patrum noſtrorum, Hierusalem, & populus tuus in opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum. Nunc ergo exaudi Deus noſter orationem ſerui tui, & preces eius, & oſtende faciem tuam super ſanctuarium tuum, quod deſertum eſt, propter temetiſpſum. Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram, & ciuitatem, super quam inuocatum eſt nomen tuum. Neque enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi, Domine, placare, Domine: attende & fac, ne moreris, propter temetiſpſum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum eſt super ciuitatem, & super populum tuum. Cūque adhuc loquerer, & orarem, & conſiderer peccata mea, & peccata populi mei Iſraël, & proſternerem preces meas in conſpectu Dei mei, pro monte ſancto Dei mei.

Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio, citò volans tetigit me in tempore ſacrificij reſperſiui. Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitque Daniel, nunc egreſſus ſum, vt docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo. Ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum eſt: tu * autem animaduerte ſermonem, & intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreviate ſunt super populum tuum, & super urbem ſanctam tuam, vt conſummetur prauaricatio, & ſinem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & * prophetia: & iugatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo, & animaduerte: ab exitu ſermonis, vt iterum aedificetur Hierusalem, & ſque ad Chriſtum

* Ergo legunt

2. MS. Hier.

Matth. 24.

b. 15.

Ioan. 1. g. 46.

* Prophetes

legunt 6. MS.

hic.

Exo. 37.

sum ducent hebdomades septem, & hebdomades sexaginta
 dua erunt: & rursum adificabitur platea, & muri in an-
 gustia temporum & post hebdomadas sexaginta duas occi-
 detur Christus: & non erit eius populus, qui eum negaturus
 est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum du-
 ce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli, sta-
 tuta desolatio. Confirmauit autem pactum multis hebdoma-
 da una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia,
 & sacrificium: & erit in templo abomina-
 tio desolationis: & usque ad consumma-
 tionem, & finem perseuera-
 bit desolatio.

Matth. 24.
 b. 15.



NOBILISSIMUM illud, & omnium
 scriptis, ac sermonibus celebratum Danie-
 liti varicinium, de tempore aduentus
 Messiae septuaginta hebdomadibus de-
 signato & definito, in hoc nono capi-
 te continetur. Narratur enim visio, quam ea de re
 diuinitus habuit Daniel. Primum quidem notatur
 tempus huius visionis in vno, seu primo anno Darij
 Medi, postquam imperio Chaldaeorum potitus est.
 Tum, indicatur, qua occasione ea visio Danieli
 contingerit. Etenim nouerat Daniel ex Hieremiae va-
 ticinio, iam appropinquare, & instare tempus libera-
 tionis Iudaeorum. Tunc igitur maiori studio & ar-
 dore animi, se totum dedit ad supplicandum Deo, vt
 promissa sua, & vatum suorum oracula impletet:
 Deinde ostenditur, à quo Daniel mysteria huius
 visionis didicerit. Missus namque à Deo Gabriel,
 vt Daniele, quae scire cupiebat, aliaque etiam
 maiora edoceret: quorum quaedam fuere Iudaes
 valde fausta & laeta: alia verò maximè luctuo-
 sa & funesta. Prædixit etenim Gabriel non modo
 ciuitatem Hierusalem esse reficiendam, verum etiam
 ab eius verbis refectione & instauratione, priusquam
 septuaginta hebdomades annorum præterirent, ven-
 turum

Suntima cap-
 titis noni.

turum in hunc mundum tot seculis expectatum, op-
 tatumque Messiam, plura, maioraque omnium exi-
 stimatione, mortalibus bona allaturum. Sed Iudæos,
 quibus solis promissus fuerat, & quorum præcipue cau-
 sa venturus erat, tanta fore prænuntiavit animorum
 cæcitate, ut eum recepturi non sint, quin etiam cru-
 delissimè simul, atque ignominiosissimè necaturi.
 Quod ob scelus, & patricidium, eos regno, & sacer-
 dotio in omne tempus priuatum iri affirmat: perpe-
 tuoque exilio, & per omnem terrarum orbem misera
 captiuitate, tanti criminis impietatem, atque
 immanitatem esse vindicandam.

In anno primo Darij Assueri, anno uno regni eius.



Prima quæ-
 stio.

Quis fuerit il-
 le Assuerus, se-
 tentia Me-
 chioris à Ca-
 no.

Refellitur eius
 sententia.

VI s fuerit hic Darius Medus, & quemad-
 modum Chaldæorum imperium consequu-
 tus fuerit, superiori libro septimo satis lon-
 ga quæstione explicata, declaratum est: nunc
 doceamur, quid significet vocabulum Assueri, ut cur
 is dictus sit à Daniele filius Assueri intelligamus. Mel-
 chior Canus, libro vndecimo de locis Theologicis,
 capite tertio, in solutione noni argumenti, arbitratur,
 qui dicitur hoc loco Assuerus, eum fuisse maritum
 reginæ Esther: & fuisse eum, vel Astyagem auum
 Cyri, vel patrem Astyagis Cyaxarem, valdè lauda-
 tum ab Herodoto in primo libro. Ductus est Canus
 in eam opinionem, ratus nomen Assueri esse nomen
 proprium, & quia maritum Esther diuina Scriptu-
 ra nominat Assuerum, putauit eum ipsum regem, fuisse
 patrem Darij Medi, quem hoc loco Assuerum Da-
 niel appellat. Verùm falsus est Canus: quippè Assue-
 rus maritus Esther, appellatur eodem in libro Artaxer-
 zes Persarum rex, quod nomen non habuere nisi
 reges Persarum post Cyrum, quem non modò pater
 Darij, sed ipse Darius in regno antecessit. Deinde, ille
 Assuerus regnabat Susis, ut eo libro traditur, eratque
 tunc vrbs Susorum regia Persarum: hæc autem ciui-
 tas

A tas facta erat regia Persarum post hunc Darium Medum, siquidem eam constituit regiam, vel Darius Hystaspis, ut affirmat Plinius libro sexto, capite vigesimo primo, vel Cyrus, ut Strabo in libro decimo quinto auctor est. Ad iace, quod maritus Esther dicitur omnes maris intulas sub imperium suum habuisse subiectas: Persæ autem primùm regnante Xerxe, intulas maris mediterranei sub ditionem & potestatem suam redigere cœperunt: omnium autem insularum Artaxerxes Memnon, vñdecimus Persarum rex, dominatum tenuisse memoratur. Dicamus nos, quod verius dictu est, vocabulum Assueri apud Hebræos significare *magnum caput*, seu, *magnum principem*. Et sanè, ut docet Pagninus in libro de interpretatione nominum Hebraicorum, pro *Assuerus*, scribi, & pronunciari debet *Achaserus*, ab *Achas*, quod est *magnum*, & *res*, quod est *caput*. Ergò filius Assueri dictus est, quasi filius magni principis, seu regis: sicut Turcæ, imperatorem suum appellant *magnum Dominum*: reges item Persarum, & ipsi se magnos reges appellabant, & ab aliis identidem appellabantur. Pater autem huius Darij Medi fuit, ut suprâ ostendimus in ea disputatione, quæ libro septimo tractata est, vel *Astyages*, vel *Cyaxares*: uterque maximi, ac potentissimi omnium, qui ante se fuerant, Medorum reges. Historia scholastica, Lyranus, & Chართանյան, & ante ipsos Iosephus, Hieronymus, Theodoretus, & Beda, hunc Assuerum non alium, quàm *Astyagem* intellexerunt. Tres porrò in sacra historia reperimus hoc vocabulo Assueri esse appellatos: patrem huius Darij Medi, & regem illum maritum Esther, illum quoque regem, qui apud Esdram prioris libri capite 4. dicitur prohibuisse templi ædificationem, cum verò multi, & graues viri existimant fuisse *Cambysem* Cyri filium. Palàm igitur est vocabulum *Assueri*, non esse proprium nomen vnius alicuius regis, ea ratione, ut putauit Canus: sed esse nomen, quo solebant Hebræi externos, & magnos principes, præsertim verò præpotentes Medorum, & Persarum reges, non enim aliis hoc nomen scriptura tribuit, appellate.

Auctoris sententia
Assueri nomē
apud Hebræos
quid significet.

Tres in diuina
scriptura Assueri.

Secunda opinio, quot annis regnaverit Dari⁹ Medus.

Prima opinio Anni Lucij, & Driedonis.

Secunda opinio Lyrari, Vatabli, & Galatini.

Tertia opinio Cyrilli Hierosolymitani.

Quarta opinio Seberi Sulpitij.

Quinta opinio auctoris.

VERBA illa, quæ sequuntur, *In anno vno, vel in primo Darij Medi*, denotant tempus, quo visio hæc Danieli contigit. Quod tempus, ut planè cognitum habeatur, disquirendum est, quot annis hic Darius Medus regnaverit, præcipuè postquam Chaldæorum regnum adeptus est. Ioânes annus, Merasthenem & Philonem suum sequutus, Driedo etiam & Lucidus, alique non pauci, non ausi extra vestigia anni pedem ponere, tradunt, Darium Medum post victos, & subactos imperio suo Chaldæos, regnasse duos annos simul cum Cyro, videlicet, à quo in debellandis Chaldæis plurimum adiurus fuerat. At Nicolaus de Lyra, & Vatablus super hoc nono capite Danielis, Petrus quoque Galatinus in libro quarto de arcanis Catholice veritatis, capite decimoquinto, affirmant, hunc Darium post victos Chaldæos, & ante regnum Cyri duos annos regnasse. Cyrillus Hierosolymitanus catecheseos duodecima, nominat octauum annum huius Darij Medi. Quo fieret ipsum regnasse minimum, octo annos. Verum Cyrillus ita confusè loquitur de Darij Medo, ut si nomen spectes, de hoc nostro Darij loqui: si autem, quæ de eo tradit de Darij Hystaspis, qui quartus fuit Persarum rex, potius, quam de hoc Darij Medo, qui regnavit ante monarchiam Persarum, agere videatur. Seuerus Sulpitius libro secundo sacre historie scribit, hunc Darium Medum regnasse decem & octo annos, qua tempestate regnabat apud Medos Astyages. Miror equidem Sulpitium, cetero qui in obseruatione temporum minimè indiligentem, non animaduertisse, hunc ipsum Darium Medum, supra capite sexto, regem Persarum & Medorum à Daniele nominari: quomodò igitur eo regnante alius Medorum imperium regebat? Sed neque ex opinione Sulpitij liquet, an Darius Medus illos decem & octo annos, ante, an post subiugatos sibi Chaldæos regnaverit. Nos ita existimamus. Vel quæritur de annis, quibus Darius Medus simpliciter & absolute regnavit: vel de iis, quibus præfuit imperio Chaldæorum. Ad priorem quæstionem respondendum est, Si hic Darius Medus fuit Astyages, nã de hoc à nobis in libro septimo variè disputatum est, regnasse eum secundum

A cur
sec
Sin
ali
no
qui
ne
ne
mu
B Ch
mo
po
stra
I
Iun
zun
fest
pit
ra
C ista
sept
tem
Cha
adu
sum
run
den
etia
est
D Do
visi
red
reg
gel
ris
run
fili
ferr
bat
thu
tem

A eundem Herodotum libro i. triginta quinque annos, secundum Eusebium verò in chronicis, triginta octo. Sin autem hic Darius Medus fuit Astyagis filius, quem alio nomine Xenophon Cyaxarem appellat, quot annos is regnauerit, incòpertum est. Etenim Xenophon, qui solus Cyaxaris historiam scripsit, annos regni eius nequaquam prodidit. Ad posteriorem autem quæstionem, quæ ad rem præsentem maximè facit, respondeamus, Darium Medum, postquam imperium habuit in **B** Chaldæos, non plus vno anno regnasse. Ad hoc demonstrandum, & confirmandum, nonnullas subiiciam propositiones, quibus explicatis probatisque, veritas nostræ sententiæ necessariò, manifesteque concluditur.

PRIMA propositio. Regnum Chaldæorum euersum est à Medis, & Persis, anno Babylonicæ Iudæorum captiuitatis septuagesimo, & vltimo. Hoc manifestum, certumque facit Hieremias, in cuius libri capite vigesimo quinto, ita scriptum est. *Erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & stuporem: & seruient omnes gentes* **C** *istæ regi Babyloni, septuaginta annis: cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babyloni, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum, & ponam illam in solitudines sempiternas: & adducam super terram illam omnia verba mea, que loquutus sum contra eam.* Secunda propositio. Soluta est Iudæorum captiuitas, ipsique reuersi sunt in patriam, eodem ipso anno septuagesimo captiuitatis suæ. Hoc etiam probatur ex alio vaticinio Hieremiæ, quod est in vigesimo nono capite eiusdem libri. *Hæc dicit Dominus: cū ceperint impleri in Babylone septuaginta anni,*

D *visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum.* Tertia propositio. Cyrus regnare cepit anno Babylonicæ captiuitatis septuagesimo. Confirmatur hoc extremis verbis posterioris libri Paralipomenon, quæ sic habent: *Siquis Iudæorum euaserat gladium, ductus in Babylonem, seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarum: ut compleretur sermo Domini ex ore Hieremiæ, & celebraret terra Sabbatham suam: cunctis enim diebus desolationis egit Sabbathum usque complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini*

Septuagesimo, & vltimo anno Babylonicæ Iudæorum captiuitatis, euersum est regnum Chaldæorum, & Cyrus regnare cepit, Iudæique libertate donati sunt.

Cyrus regnare cepit septuagesimo captiuitatis anno.

Domini, quem loquutus fuerat per os Hieremiae, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, &c. Similibus verbis Eldras orsus est historiam suam. Ex utroque autem loco liquidò perspicitur, septuagenariam seruitutem Iudæorum, durasse vsquè ad regnum Cyri: & vltimum eius annum, regni Cyri fuisse primum. Quarta propositio. Statim post cædem Balthasaris regis Babylonie, Darius Medus regnum Chaldæorum obtinuit. Disertis verbis id suprâ quinto capite docuit Daniel, *Eadem, inquit, nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus: & Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.* Ex quo intelligitur, Darium Medum regnare cœpisse apud Chaldæos, anno septuagesimo Iudæicæ captiuitatis: eo enim ipso anno subuersum esse Chaldæorum imperium, in prima propositione demonstratum est. Quinta propositio. Proximè post Darium Medum, regnauit apud Chaldæos Cyrus. Fuisse Cyrum proximum Darij successorem in regnum, non obscure indicauit Daniel vltimis verbis capitis sexti, cum dixit: *Porro Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ: & verò, ita senserunt Iosephus, Hieronymus, Theodoretus, & Beda: nec aliter dici potest, siue Darium Medum faciamus Astyagem, siue Astyagis filium Cyaxarem.* Sexta propositio. Darius Medus non plus vno anno regnauit apud Chaldæos. Si enim regnare cœpit anno septuagesimo Iudæicæ captiuitatis, vt ostensum est in quarta propositione, & Cyrus, qui ei proximè in regnum successit, vt in quinta propositione dictum est, regnare cœpit eodem ipso anno septuagesimo, vt patet ex tertia propositione, necessariò concluditur, Darium Medum illo ipso anno septuagesimo & cœpisse, & desisse regnare apud Chaldæos. Ergò initio illius septuagesimi anni, Darius Medus subiugauit sibi Chaldæos, & magna parte illius anni super eos regnauit. Exeunte illo ipso anno, mortuo Dario, regnum accepit Cyrus, soluitque Iudæorum captiuitatem. Et quia Daniel in principio huius capitis ait, se visionem hanc habuisse in anno vno, seu primo regni Darij super Chaldæos, liquet, eam visionem instante iam sine captiuitatis, & initio libertatis Iudæorum, contigisse Danieli.

Darius Medus non plus vno anno post cædem Balthasaris Chaldæis imperauit.

A SED cur Daniel annum illum regni Darij appellat, & vnum, & primum? Dupliciter id potest intelligi: vel, vt idem vocabulo vnus, & primi significetur. Solet namque Scriptura dicere vnū pro primo: quem admodum in exordio libri Geneseos dixit Moses: *Factum est vespere, & mane dies vnus.* Id est, primus: & in Euangelica historia scriptum est, Dominum nostrum resurrexisse vna Sabbathi, id est, prima die post sabbatum. Vel fortasse Daniel dicens vnum, & primum annum, insinuare voluit, quod nos modò docuimus, Darium Medum, capta Babylone, victisq̄ue Chaldæis, non plus vno anno imperium illud Babylonicum rexisse: itaque fuit annus ille primus, idemq̄ue tantum vnus. Si autem vltimus annus Darij Medi, primus fuit regni Cyri: Cyrus autem regnare cœpit secundum omnes, primo anno Olympiadis quinquagesimæ quintæ, palam est, Danielem hanc visionem, & reuelationem septuaginta hebdomadam, quæ ei accidit vltimo anno Darij, circa primum annum quinquagesimæ quintæ Olympiadis habuisse: quod vsui nobis erit in disputatione de septuaginta hebdomadibus.

B **C** SED ex his, quæ dicta sunt, duæ difficultates existunt. Vna oritur ex eo, quod paulò suprâ diximus, in ipso septuagesimo anno Iudaicæ captiuitatis euersum esse Chaldæorum imperium: contrarium enim videtur dixisse Dominus per Hieremiam, capite vigesimo quinto, prædicens, postquam completi fuissent septuaginta anni captiuitatis visitaturum se terram Babylonis, & in solitudinem redacturum. Non igitur incurrente anno septuagesimo, sed iam expleto, transactoq̄ue imperium Babylonis impletum est.

D Verum, nullius negotij est eam difficultatem expedire. Etenim secundum phrasim Scripturæ peculiariter, nec infrequentem, illud, quod est in prædicto loco Hieremiæ: *Cum completi fuerint septuaginta anni,* idem valet, & significat, atque in ipso septuagesimo anno. Cui rei fidem facit similis modus loquendi, qui est in capite secundo Euangelij D. Lucæ: *Postquam, inquit, consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, &c.* id est, postquam aduenit dies octauus, circumcissioni

Cur vocetur
annus vnus,
& primus.

Genes. 1.
Marc. 16.

An regnum
Chaldæorum
euersum sit
ipso septuagesimo
anno Babylonicæ
captiuitatis
currente, an iam
expleto, &c.
transacto.

Locus D. Luc.
cap. 2. ex ponitur.

circumcisioni puerorum à lege indictus. Non enim significat Lucas, completis, exactisque diebus octo, circumcissum esse Dominum: fuisset namque circumcissus die nono, quod erat contra legem Mosis. Sic autem intelligendum esse illum Hieremias locum, non tantum ex hoc manifestum est, sed etiam, quia, nisi ea ratione intelligatur, pugnaret secum Hieremias: quippe, qui postea in eius libri capite 29. his verbis facit Deum loquentem: *Cum impleri ceperint septuaginta anni, visitabo vos, & reducam vos in terram vestram.* Quibus verbis denuntiatur, in ipso septuagesimo anno captiuitatis, futuram Iudæorum liberationem, eorumque in patriam suam reuersionem. Certum autem est, Iudæorum liberationem, & in Iudæam reuersionem post imperij Chaldaici excidium esse factam.

Discutitur qua
druplex Iosephi
Scaligeri
sententia, &
primò ea, quæ
asserit euertho-
nem Chaldaici
imperij septuagesimo
captiuitatis
anno non ac-
cidisse.

ALTERAM difficultatem exsuscitauit, & iniecit nobis Iosephus Scaliger in libro sexto, de emendatione temporum. Quatuor enim ponit, & probare contendit Scaliger, quatuor nostris superioribus sententiis planè contraria. Primò ait, regnum Chaldæorum non fuisse anno septuagesimo captiuitatis Iudææ à Cyro euersum, Id autem, hunc in modum argumentatur, septuaginta annorum captiuitatis, initium à captiuitate regis Iechoniæ, sumendum est; etenim apertis verbis Hieremias cap. 29. inde orsus septuagenariam illam captiuitatem, verbis Dei promissit Iudæis cum Iechonia Babylonem abductis, reditum in patriam, post septuaginta annos. Est autem captus Iechonias anno octauo regni Nabuchodonosor, sic enim proditum est in libro quarto Regum, capit. 24. Ab hoc anno regni Nabuchodonosor octauo vsque ad finem regni Babylonicum, fluxerunt sexaginta anni, qui colliguntur ex annis, quibus regnasse Nabuchodonosor, & successores eius vsque ad finem imperij Chaldaici. tradit apud Iosephum priori libro contra Appionem Berofus, diligens, & laudatus ab antiquis rerum Chaldaicarum scriptoribus. Siquidem regnasse affirmat Nabuchodonosor annos tres, & quadraginta, quo fit, ut post captum Iechoniam, triginta sex annos regnauerit. Secundum Nabuchodonosor, regnauit Euimerodach annos duos: post hunc Niglisarus, annos

imperium habuit in Iudæos, simul enim Babyloniam, A
& Iudæorum dominus exiit. Nec tamen statim post
occupatum impetium Babylonis, Iudæorum rebus
prospicere potuit, in ordinandis tanti imperij pro-
uinciis occupatus. Annus igitur secundus sexagesi-
mæ secundæ Olympiadis, fuit septuagesimus captiui-
tatis, tum primum data Iudæis libertas est, factaque
potestas reuertendi in patriam, & reficiendi templum.
Non enim hoc fieri potuit in exordio regni Cyri, sed
cum profligatis iam bellis omnibus, subactisque plu- B
rimis gentibus in summa pace amplissimum teneret
imperium. Hoc Cyrus aperte declarauit, ita præfatus
in edicto suo, in gratiam Iudæorum scripto, quod in
extremo posterioris libri Paralipomenon, & princi-
pio prioris libri Esdræ his verbis refertur. *Hæc edicit
Cyrus rex Persarum: Deus, Dominus caeli, dedit mihi regna
terre.* Hoc non potuit Cyrus dicere, nisi ultimis tempo-

Obiicit sibi-
Scaliger, & ab India ad Nilum, latitudo ab Oceano ad Caspium
respondet. mare pertinebat. Sed occurrit Scaliger cuidam obie- C
ctioni: Scriptura enim extremis verbis posterioris li-
bri Paralipomenon: primisque prioris libri Esdræ, di-
feret narrat, anno primo Cyri, solutam esse Iudæo-
rum captiuitatem. Respondet, Scripturam vocare an-
num illum primum Cyri, non quod ille cepit regna-
re: sed primum solutæ captiuitatis. Iudæi enim tanto
bono & beneficio affecti, tempora putare ceperunt
ab anno, qui princeps fuit eorum libertatis. Simi-
liter etiam Daniel cap. II. tertium annum Cyri nomi-
nauit, qui eius tamen fuit ultimus. Sic hodie Syro- D
chaldæi iam ab antiquis vsque temporibus, annum
primum Alexandri vocant, qui tamen fuit primus
Seleuci, non Alexandri. Hactenus sententiam Scaligeri,
fideliter commemorauimus. Singulas igitur eius
sententias excutiamus.

Refellitur pri-
ma sententia
Scaligeri. A c prima quidem eius sententia imperium Ba-
bylonicum non septuagesimo, sed sexagesimo capti-
uitatis anno à Cyro euersum esse, videretur manifesto
Hieremice testimonio refelli: prædixit enim Hiere-
mias cap. 25. Iudæos seruitures Chaldæis per septua-
ginta annos, quibus completis, Deum terram Baby-
lonis

A Ionis visitaturum, & in solitudinem redacturum: ergo, qui Babylonici imperij, idem septuagenariæ captiuitatis Iudæorum finis erat futurus. Deinde, si exordium septuaginta annorum capiat, non à capto Iechonia, vt placet Scaligero: sed à capto rege Sedechia, ratio temporum non constat Scaligero: atqui septuaginta illos annos ordiri sacram Scripturam, non à transmigracione Iechonia, sed à captiuitate Sedechiæ, paulò infrà ostendemus. Nec me mouet descriptio annorum, quibus post captum Iechoniam vsque ad expugnationem Babylonis regnasse Chaldæorum reges, Berofus prodidit. Non enim dubitabo dicere, eam chronologiam, vel falsò traditam à Beroso, vel librariorum culpa deinde vitiatam. Sanè Iosephus, qui in referenda sententia Berosi tam diligens fuit, eam postea non est sequutus: nam & annos illorum regum multò aliter descripsit & vltimum annum captiuitatis, atque imperij Babylonici, cum primo anno Cyri comparauit. Secunda Scaligeri sententia, regnum Babylonis non esse destructum anno primo, sed anno decimoquarto Cyri, minimè congruit cum eo, quod scriptum est apud Hieremiã capite 25. in posteriori libro Paralipomenon, capite vltimo. Illic enim traditur Iudæos mansuros in captiuitate vsque ad euersionem regni Babylonis: hic autem dicitur eam seruitutem & captiuitatem perduraturam vsque ad imperium regis Persarum, hoc est, vt proximè subiicitur, vsque ad primum annum Cyri. Idem igitur annus fuit, qui Chaldæis finem regni, Iudæisque captiuitatis terminum, atque Cyro principium imperij attulit. Sed Herodotum opponit nobis Scaliger, scilicet, veracissimum & religiosissimum historiæ scriptorem: qui confecto Lydiæ bello, captoque Croeso, post id temporis, bellum aduersus Babylonios susceptum à Cyro, captamque Babylonem esse narrat. Narrat sanè: sed in ordine & descriptione temporum, errat Herodotus. Nec mirum: non enim in hoc tantum lapsus est: quàm multa in illis libris contra veritatem historiæ, & chronologiæ peccauit: quin, ipsomet Scaliger, in illa ipsa historia, mendacii arguit Herodotum: quòd is Labynithum, vltimum Babylo-

Septuaginta
anni captiuitatis
vnde iachonadi.

Refellit se-
cunda senten-
tia Scaligeri.

Multa in hi-
storia peccat
se Herodo-
tum.

nis regem filium faciat prioris Labynithi, quem ipse putat fuisse Nabuchodonosor. Posteriorem enim Labynithum, quo regnante capta est Babylon, existimat Scaliger, fuisse eum ipsum, quem Daniel capite 5. Darium Medum appellauit, non modò non genere, & cognatione coniunctum ipsi Nabuchodonosor, sed etiam gente, nationeque diuersum. Ego alterum deprehendi in contextu eiusdem narrationis insignius & ferdius Herodoti erratum. Scribit enim Nitocridem reginam Babylonis, & matrem eius Labynithi, qui victus à Cyro, Babylonis perdidit imperium, posteriorem fuisse regina Semiramide quinque aetatibus, hoc est annis centum quindecim, vel centum sexaginta quinque. Siquidem aetatem, Græcè *πεντήκοντα*, vel viginti tribus, vel tribus & triginta annis definiuit Herodotus. At, quid obtusius, aut inscitius dici potuit in historia & chronologia, quàm earum reginarum tempora, ne duobus quidem seculis inter se diuidere, quæ plus tredecim seculis disincta fuisse constat? Nam si Eusebium, Hieronymum, Orosium, Augustinum, Cyrillum, Bedam, aliisque complures meliòris notæ chronologos, verum prodidisse credimus, Semiramis, ampliùs trecentos & mille annos ante Nitocridem, Assyriorum & Babyloniorum rexit imperium. Tertia & quarta sententia, eodem argumento confutantur. Nam vltimum annum septuagenariæ captiuitatis, fuisse etiam primum regni Cyri, nec nouissimis Cyri annis solutam esse captiuitatem, vt censet Scaliger, adeò disertè, apertèque scriptum, testatùmque est, extremis verbis posterioris libri Paralipomenon, primisque libri Esdræ; vt omnem eius rei dubitationem diuina Scriptura præcidisse videatur. Anno, inquit, primo Cyri regis, vt completeretur vaticinium Hieremiæ de futura Iudæorum liberatione, post septuaginta annos captiuitatis, non modò soluta est captiuitas, sed publico & regali edicto facta potestas est Iudæis reuertendi in patriam suam, templumque reficiendi. Nam quod Scaliger ait, vocari eo loco primum annum Cyri, non quo Cyrus regnare cœpit, sed quo primum Iudæis libertas data

Ætas quot annos complectitur ex Herodoto li. 1.

Refelluntur tertia & quarta Scaligeri sententiæ.

A data fugi pro rud ab rep reco pro quo tati reg bili pro co riu dur rar inf

C pro dit fin ho Cl M or in C D de di M fe q si d ip e fl A

A data est, id fidem non habet, nec satis firmum ei per-
fugium est, cum nec graui cuiusquam auctoritate, nec
probabili aliqua ratione firmetur. Si diceret Scaliger,
Iudæos Babylone reuersos, putare voluisse tempora sua
ab exordio datæ sibi libertatis, equidẽ non magno perẽ
repugnarem, quippẽ in more fuisse olim apud Iudæos
recensere annos etiam ab egressione ipsorum ex Ægy-
pto, & in Sacris literis, & apud Iosephum reperio: Sed
quod dicit Scaliger, Iudæos à tempore datæ sibi liber-
tatis, putare consueuisse non annos suos, sed annos
regni Cyri, id profecto eiusmodi est, vt nullam proba-
bilitatis vmbra, & speciem habere videatur. Illud
procliuus creditu fuisse, persas putasse annos Cyri ab
eo tempore, quo Babylon ab ipso capta est, & impe-
rium Chaldæorum ad persas translatum: quemadmo-
dum multi, Augusti annos ab Actiaca victoria nume-
rarunt, Atqui, ne hoc quidem à persis seruatum, aut
institutum fuisse legimus.

CAETERVM, vrget nos Scaliger verbis, quæ
C præfatus est Cyrus in suo edicto, *Omnia regna terre de-
dit mihi Deus: Hoc enim negat, verẽ Cyrum, nisi neuif-
simis imperii sui annis, dicere potuisse. Verũ, etiam
hoc facile est expedire. Nam statim, vt Cyrus victis
Chaldæis imperium Babylonis, suo regno, quod erat
Medorum & persarum, adiunxit, verẽ potuit dicere,
omnia regna terræ sibi data, nẽpẽ eo modo loquendi
in Sacris literis frequentissimo, quo, vocabula, omnes,
& omnia, pro plurimi & plurima ponuntur. Etenim, si
Daniel cap. 2. verẽ dixit, regem Babylonis Nubucho-
donosor fuisse dominum omnis terræ: cur non idem
dicere potuit Cyrus, qui regnum illius cum imperio
Medorum & persarum coniunctum possidebat? Vel
fortasse Cyrus dixit omnia regna terræ sibi data, non
quod ea iam tunc possideret: sed quod eorum posses-
sionem sibi à Deo destinatam fuisse cognouisset ex
diuino oraculo, quod Isaias ante ducentos annos de
ipso nominatim ediderat, & literis, in capite 45.
consignauerat. Hoc autem Isaiæ vaticinium demon-
stratum esse Cyro à Iudæis, grauis auctor in libro 11. Ioseph. lib. 11.
Antiquitatum, testatur Iosephus. Illud præterea con-
D & opinionem Scaligeri facere videtur, quod Iudæi
apud*

Quomodo
Cyrus in prin-
cipio regni suã
verẽ dixerit,
omnia regna
terræ sibi esse
data,

Ioseph. lib. 11.
Antiq. cap. 11.

apud Ioannem capit. 2. dixerunt, secundum illud tem-
 A templum Hierosolymitanum sex & quadraginta annis
 fuisse ædificatum. Quod equidem verissimam esse
 comperio, si principium ædificandi templum sumatur
 à primo anno Cyri, quo Iudæis potestas reficiendi tem-
 plum facta est: finis autem ponatur in anno nono Darij
 Hystaspis, quo anno, ut tradit Iosephus, ex ædificatio te-
 pli omnibus partibus absoluta & cõsummata est. Quod
 si audiamus Scaligerum, nullo modo procedit ratio il-
 la Iudæotû. Siquidem, ab vltimis Cyri annis, quibus au-
 bitratur Scaliger solutam esse captiuitatẽ, vsque ad no-
 B num annũ Darij Hystaspis, vix annos viginti reperies.
 Verũ hæc, quæ non tam contra Scaligerũ, quàm pro
 po, quod nobis aut verum, aut simillimum veri videba-
 tur, breuiter disputata sunt, hunc habeant terminum.

Templum, quo
 anno consum-
 matum. Iosep.
 lib. 11. Antiq. c.
 14.

*Ego Daniel intellexi in libris, numerũ annorum,
 de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam
 Prophetam, ut compleretur desolationis Hieru-
 C salem septuaginta anni.*

De septuagin-
 ta annis capti-
 uitatis disputa-
 tio.

LO C V S hic Danielis de septuaginta annis Baby-
 lonicæ captiuitatis Iudæorum, & arduus expli-
 catus est, & eum bene, explicatẽque cognitum haberi,
 permagni refert ad explicationem disputationis de
 septuaginta hebdomadibus. Ego tres, super his se-
 ptuaginta annis captiuitatis, quæstiones enodandas
 suscepi.

PRIMA quæstio. Cũ tempus Babylonicæ ca-
 ptiuatatis, manifestè in Sacris literis definiatur septua-
 ginta annis, ut videre lice: apud Hieremiam cap. 25.
 & 29. & hoc loco Danielis, necnon & in extremis ver-
 bis posterioris libri Paralipomenon, cur Baruch Pro-
 pheta tempus eiusdem captiuitatis, vsque ad septem
 generationes extenderit. Sic enim est apud ipsum Ba-
 ruch, in capite sexto; *Eritis Babyloni annis plurimis, vsq;
 ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde in pa-
 ce.* Etenim, siue nomen generationis sumatur pro æ-
 tate, quam possunt homines viuendo attingere, quæ
 definita

A de fi-
 nis
 uo
 pr
 fer
 dec
 tur
 liqu
 gin
 men
 B tem
 ob
 col
 cum
 C
 tur
 dic
 reti
 cep
 vol
 C quo
 adm
 tur
 ante
 apu
 vnd
 cim
 gen
 bit
 tran
 D gen
 ni,
 Her
 le M
 ac
 trig
 vire
 cul
 gin
 cen

A definita est à Dauid septuaginta, vel octoginta annis: in libro autem Ecclesiastici, capite decimo octavo extenditur vsque ad centum annos: siue sumatur pro ætate matura & idonea generanda proli, quæ ferè solet esse viginti annorum: certè minor quatuordecim annis aut nunquam est, aut rarissime: siue igitur hoc, siue illo modo sumatur nomen generationis: liquet, in septem generationibus, plusquam septuaginta annos contineri. Viderur igitur Baruch, qui tamen discipulus & scriba fuit Hieremix, in definiendo tempore captiuitatis, à magistro suo dissentire. Quin ob eam causam putarunt nonnulli, vt refert Nicolaus de Lyra, librum Baruch non esse canonicum.

Qvo plenior huius difficultatis explicatio tradatur sciendum est, quàm Græci vocant γενεα; Latinos dicere vel ætatem, vel progeniem, in Sacris autem literis nominari generationem: quo vocabulo deinceps nos utemur: sed eo idem significari & intelligi volumus, quod Græcis significat vox, γενεα. Verùm quor annos denotet vocabulum generationis, variè admodum definitur ab auctoribus. Quidam videntur sumpsisse pro septem annis, vt cum medici vetant ante duas generationes venam puero incidi: & cum apud Suidam Orpheus vixisse dicitur nouem, vel vndecim generationes. Apud Eusebium libro decimo de præparatione Euangelica, capite vltimo, nomen generationis ponitur pro spatio viginti annorum: scribit enim, à rege Inacho, vsque ad bellum Troianum, transisse viginti generationes, hoc est annos quadringentos. Herodorus primo libro, cuique generationi, seu ætati tres & viginti annos assignat, cum ait, Heraclidas tenuisse Lydiæ regnum vsque ad Candaulè Myrsi, per quingentos & quinque annos, seu per duas æt viginti ætates. Idem postea libro secundo, tribus & triginta annis vnã ætatem definiuit: ait enim, tres virorum progenies, centum contineri. Diodorus Siculus libro tertio, capite 13. generationem facit triginta annorum, siquidem triginta generationes, sexcentis annis definiuit: Plutarchus item in libro, qui in

Tertia quæstio, Cur Baruch septuaginta annos captiuitatis, appellauerit septem generationes. Excusatur locus Baruch.

a Psal. 80.
Vocabulum γενεα, seu Latine generatio quantum temporis spatium denotet.

Iliad. lib. 2.

scribitur, *Cur oracula defecerunt, & Cēlorinus* in li. de die A
natali Romanorū, ad eundē planē modū loquuntur de
generatione. Quo modo videtur intelligi debere,
quod Homerus dixit, & vulgò fertur, tres ætates vixisse
Nestorem, videlicet nonaginta annos. At verò Dio-
nysius Halycarnassæus libro primo Romanarum an-
tiquitatum, ad centum annos extendit nomen gene-
rationis, scribens stetisse Medorum imperium, pro-
pè quatuor generationes, hoc est ad quadringentos an-
nos. Qua significatione poni etiam videtur id nomi-
nis, in libro Geneseos capite decimoquinto: nam cum B
dixisset Deus Abrahæ, futurum semen ipsius pere-
grinum quadringentis annis: mox subiicit, *Quarta*
autem generatione reuertetur in terram hanc. Denique D.
Augustinus explanando Psalmum centesimum quart-
tum, scribit generationem esse ætatem, qua quis po-
rens est generandi alium: hanc verò, minimum esse
quindecim annorum.

Solutio quæ-
stionis, & pri-
mò sententia
Carthusiani
ponitur.

H i s præmissis, ad propositæ quæstionis solutio-
nem accedamus. Dionysius Carthusianus, locum il-
lum Baruch exponens, nec ignorans, aut dissimulans C
hanc difficultatem, dupliciter tamen eam soluere co-
natus est. Primò ait, vocabulum generationis eo lo-
co poni pro ætate hominis, quæ idonea est generan-
dæ proli: eam autem quatuordecim annorum, etiam
naturaliter esse posse: itaque singulis quinque gene-
rationibus tribuendo annos quatuordecim, impletur
per illas tempus septuaginta annorum. Duæ autem
aliæ generationes, hoc est, prima & vltima compu-
tantur à Baruch, non tanquàm intrinsicè pertinentes D
ad tempus captiuitatis, sed tanquàm extrinsecùs il-
lud ipsum tempus determinantes, prima quidem, in-
choando, vltima verò, terminando: scilicet, ea ratio-
ne putandi tempora, quæ vulgò dicitur exclusiua. Hu-
ius manifestum habemus exemplum apud Mathæum
& Lucam, cum de tempore transfigurationis Domini
vterque scribit: Ille dixit factam post sex dies, hic au-
tatem post octo dies: sed hic vsus est computatione in-
clusiua, ille verò exclusiua. Duriuscula videtur hæc
interpretatio, nec mihi est, atque, vt opinor, nec viris
doctis

Matth. 17.

Luc. 9.

Relicitur.

A doctis erit probabilis. Sed altera eiusdem, durior, minusque probanda. At vocabulum, *septem*, non semper in Scriptura significare certum illum numerum, sed interdum denotare complementum & perfectiorem. Censet igitur Dionysius, per septem generationes, significari eo loco perfectam vitæ hominis periodum, quæ est ferè septuaginta annorum, ut definiuit David Psalmo octogesimo nono: nam quod amplius est, labor & dolor est.

B M I H I tres in præsentia rationes occurrerunt huic nodum explicandi. Primum dicerem, illud vocabulum, *septem*, positum pro numero indefinito, ut *Leuit. 26.* idem significet, quod multa: sic in *Leuitico* dixit Deus, *Septem plagis corripiam vos*, id est, multis, & *Salomon* in *Prouerbis*, *Septies in die cadit iustus*, id est, sæpe numero. Similiter igitur *Baruch* dixit, Iudæos soluta captiuitate reuersuros in patriam post septem generationes, id est, post multas. Deinde, responderi potest, poni eo loco nomen generationis pro ætate, quæ naturaliter valet ad generandam: hæc autem potest esse quindecim annorum. Tribuamus igitur singulis generationibus quindecim annos, dummodo quinque generationes intermedias, fuisse plenas & integras intelligamus: reliquas autem duas, primam & ultimam, inchoatas tantum fuisse cogitemus. Ad hoc ponamus *Baruch* non loqui de captiuitate Iudæorum vltima sub rege *Sedechia*, sed de ea, quæ facta est in transmigratione *Iechonia*, vndecim annis ante captiuitatem *Sedechia*. Cum enim *Baruch* eo loco referat epistolam *Hieremias* scriptam ad *Iechoniam* & Iudæos, qui cum ipso erant *Babylone*, satis credibile fit, ipsum loqui de captiuitate Iudæorum, qui simul cum *Iechonia* *Babylone* adducti sunt. Ab hac autem captiuitate, vsque ad primum annum *Cyri*, quo soluta est captiuitas, vnus & octoginta anni putantur. Atque hac ratione computatio *Baruch*, non pugnat cum computatione *Hieremias*: hic enim loquitur de captiuitate Iudæorum sub rege *Sedechia*, ille verò sub *Iechonia*. Denique illud quoque tertio loco responderi posset, *Baruch* loqui eo loco de captiuitate Iudæorum sub rege *Sedechia*, sed

Interpretatio auctoris.

Leuit. 26.

Prouerb. 24.

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

Interpretatio

eius tamen tempus non terminasse in primo anno A
Cyrī, cum magna pars populi Hebræi, duce Zoro-
babel reuerſa est in Iudæam, sed finiuisse id temporis
in septimo anno regis Artaxerxis, quem nos, sequuti
grates auctores, Artaxerxem Longimanum fuisse ar-
bitramur. Eo anno reliqua pars Iudæorum, qui cum
Zorobabel redire noluerant, aut postea nati fuerant,
principe ac duce Esdra, rediit in patriam, sicut libri
sui capit. 7. & 8. narrat Esdras. Iam vero, à captiuitate
regis Sedechiæ vsque ad reuersionem Esdræ, nu-
merantur anni centum septuaginta, quos in illas se-
ptem generationes Baruch, commodissimè dispertiri
possumus. B

De septuagin-
ta annis capti-
uitatis,

S E D propius veniendum est ad septuaginta annos
captiuitatis: de quibus duplex in præsens quæstio
tractanda est. Altera de eorum annorum initio: altera
de eorum exitu & fine. Sed antea prænotandum, ac
prænoscendum est, Hieremiam cœpisse vaticinari
impedentes Iudæis captiuitates, anno decimo tertio
regis Iosæ: id enim perspicuis verbis testificatus est C

Hieremias præ-
notandum est
quando vatici-
nari cœperit.

Hieremias ipse c. 25. Sic enim eo loci est. *A decimo ter-
tio anno Iosæ filij Anon regis Iudæ, vsque ad diem hanc, iste
annus est vigesimus tertius, factum est verbum Domini ad me,
& loquutus sum ad vos de nocte conſurgens, & non audistis,
&c.* Illud præterea sciendum, tres fuisse regum Iudæ,
& Iudæorum captiuitates Babylonicas, eaque om-
nes sub eodem Chaldæorum rege Nabuchodonosor
factas: primam regis Ioacim, Danielis, & sociorum
eius factam tertio vel quarto anno regni Ioacim, &
primo anno regis Nabuchodonosor, de qua satis di-
sputatam à nobis est, in primo lib. huius operis, super D
primis verbis primi capituli. Altera fuit regis Ioacim
seu Iechomiæ, octo annis post primam, in qua captus
est etiam Ezechiel Propheta. Tertia fuit omnium gra-
uissima & calamitosissima, regis Sedechiæ, qua tem-
plum incensum, euerſa vrbs, cuncta regio vastata, Iu-
dæi, au ferro flammisque perempti, aut Babylonem in
acerbissimam seruitutem abstracti sunt. De prima ca-
ptiuitate scriptum est in principio libri Danielis, & in
posteriori libro Paralipomenon, capite vigesimo sexto.
De secunda, in quarto libro Regum, cap. 24. De tertia,

Triplex Baby-
lonica Iudæo-
rum captiui-
tas sub rege
Nabuchodo-
nosor.

A In eiusdem libri capit. 25. & apud Hieremiam capite 39. & 52.

Hic prænarratis, præceptisque, disquirendum est unde oporteat illorum septuaginta annorum captiuitatis sumere initium. Hac in questione quatuor inuenio opiniones. Prima opinio est benè vetus, vt ipse cuius in chronicis meminit Eusebius, tacitis tamen eius opinionis auctoribus, principium illorum septuaginta annorum fuisse in decimotertio anno regis Iosia, quo anno aggressus est vaticinari Hieremias, & imminentes populo Iudæorum calamitates denuntiare. Sed falsam esse eam opinionem liquidò indicatur ex ipsa sacra scriptura: quippè quæ docet, nec illo decimotertio anno, nec toto tempore regis Iosia, ullam grauem Iudæis contigisse calamitatem, nedum captiuitatem, hoc, Deo, singulari Iosia pietati indulgente, videlicet ne is, quoad viueret, cerneret mala, quæ Iudæos, propter eorum scelera, manebant. Lege librum quartum Regum, cap. 22. eo loco ita Deum Iosia loquentem reperies: *Colligam te apud patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ne videant oculi tui mala, quæ introducturus sum super locum istum.* Altera opinio est Nicolai de Lyra, etiam eam memorans in Chronicis Eusebius multò antiquiorem fuisse ostendit eam certè probauit maximè Seuerus Sulpitius in lib. 2. sacre historie, qui hos 70. annos orditur à primo anno imperij Nabuchodonosor, quo anno primùm captus est rex Ioacim, cuius sententiæ in annotationibus super nono capite Danielis subscripsit Vatablus. Lyranus igitur in commentariis suis super primo capite libri Esdra, orditur septuaginta annos à captiuitate regis Ioacim,

D quam sequutus historiã scholasticã, octauo anno regis Ioacim accidisse putat. Sed miror Lyranum minime hebetem & ineruditum in Sacris literis, non vidisse captiuitatem eius regis, euenisse tertio anno regis Ioacim, vt conceptis verbis scribit Daniel in exordio huius libri, quo loco etiam à nobis hoc discussum est.

TERTIA opinio est Rabbi Salomonis, vt prædicto loco refert Lyranus, quam sequutus est Caeteranus in cõmentario super vltimo capite posterioris libri Pa-

L 5 ralipo

4 Questio de initio septuaginta annorum captiuitatis Babilonicæ.

Prima opinio eorum, qui dicunt eam incepisse tempore Iosia, refellitur.

Secunda opinio eorum, qui dicunt eam incepisse tempore Ioacim, refellitur.

Refellitur 3 opinio eorum, qui dicunt eam incepisse sub Iechonia.

ralipomenon, eandemque solam veram censet Iosephus Scaliger libro sexto de emendatione temporum. Isti computant septuaginta annos captiuitatis, à transmigracione seu captiuitate regis Iechoniae. Atque eius rei argumentum, Caietanus & Scaliger afferunt, ductum ex verbis Hieremias, quae sunt in capite vigesimo nono, vbi Iudaeis cum Iechonia Babylonem adductis, verbis Dei spondet Hieremias, completis septuaginta annis captiuitatis, excusso seruitutis iugo, liberum fore ipsis in patriam reditum. Ex quo liquet, septuaginta annos captiuitatis, à transmigracione Iechoniae coepisse principium. Sed infirma ea ratio est. Non enim eo loco Hieremias iubet illos expectare, donec in ipsis compleantur septuaginta annorum transmigracionis: sed ait simpliciter & praecise donec compleantur in Babylone septuaginta anni solitudinis, vastitatis, ac desolationis, quos idem Propheta antè memorauerat capite vigesimo quinto. Ex quo capite sumere oportet intelligentiam eorum, quae postea breuissimè repetuntur in ca. vigesimo nono. Solitudo autem, atque desolatio terrae Iudaeorum, non accidit in transmigracione Iechoniae, sed in Sedechiae captiuitate, vt ex fine lib. quarti Regum, licet intelligere. Si quis autem ex me percontetur, cur Hieremias ad eos, qui cum Iechonia transmigrauerant, de his septuaginta annis scribat, respondebo hos septuaginta annos captiuitatis, fuisse illis notissimos: vt potè quos Hieremias, vt traditur in lib. Hieremias, capi. vigesimo quinto, quarto anno Ioachim, & septem annis ante Iechoniae transmigracionem disertis verbis praenunciauerat. Deinde promissio liberationis septuagenariae captiuitatis, non pertinebat ad Sedechiam & posteros eius: sed ad posteros Iechoniae, eorumque, qui cum ipso transmigrauerant. Non enim illos, sed hos tantum, soluta captiuitate reuersos esse in Iudaeam, prior liber Eisdrae manifestis verbis declarat. Hoc autem ob eam causam factum est, quod Iechonias consilium Hieremias sequutus, vltro se suosque, quò ciuitati & templo parceretur, regi Chaldaeorum dedit. Quod vt itidem faceret Sedechias, nulla ratione ab Hieremia persuaderi, & adduci potuit. Huc nempe spectat

Cur Hieremias de septuaginta annorum captiuitate ad eos scripserit, qui cum Iechonia transmigrauerant.

A spe
qu
hi
T
pri
du
m
est
gu
m
B cal
ero
sic
reg
ser
eos
in
eie
ne
H
C
tu
C
qu
no
ru
rò
ru
da
D
pr
li
ti
ti
do
ti
m
in
c
ro
A
te

A spectauit uisum illud diuinitus Hieremix obiectum, quod in ca. 24. libri eius, ita describitur: *Ostendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor Iechoniam, & principes eius, & fabrum, & inclusore de Hierusalem, & adduxit eos in Babylonem. Calathus vnus ficus habebat bonas nims, & calathus vnus ficus habebat malas nims. Et factum est uerbum Domini ad me, dicens, Sicut ficus hæ bona, sic cognoscam in bonu transmigrationem Iuda, quã emisi è loco isto in terram Chaldaeorum. Reducam eos in terram hanc, & edificabo eos, & non destruam; & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessima, quæ comedi non possunt, sic dabo Sedechiam regem, & principes eius, & reliquos de Hierusalem, qui remanserunt in urbe hac, & qui habitant in terra Aegypti: & dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terre, & in opprobrium, & maledictionem in uniuersis locis, ad quæ eieci eos. Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.*

C Hastenùs Hieremias.

RESTAT quarta sententia, mihi quidẽ non tantum probabilior prioribus, sed sola uera, certaque. Certum enim habeo, si conuenienter Sacris literis loqui & sentire uolumus, non aliunde septuaginta annos captiuitatis, quam ab vltima captiuitate Iudæorum sub rege Sedechia ordini nos debere. Neque uerò, ut ita sentiam, sola me plurimorum, & grauissimorum uirorum mouet auctoritas Iosephi, in lib. 11. Iudaicarum Antiquitatum, Clementis Alexandrini in primo libro Stromatum, Iulii Africani in lib. 5. Annalium, Eusebii in chronicis, & in libro 10. de preparatione Euangelica, capite vlt. & in lib. 8. de demonstratione Euangelica, in disputatione de septuaginta hebdomadibus, Lactantii in libro 4. Diuinarum institutionum, c. 5. Hieronymi super 4. c. Ezech. & in proemio super libro Aggæi Prophetæ, Cythilli Alexandrini in li. 8. aduersus Iulianu, Isidori in li. 5. Etymologiaru, c. vlt. & Bedæ in li. de sex ætatibus mundi: ut non memorem hoc loco complures recentiorum, & sanè doctos, & diligentes chronologos, qui eandẽ ueteru sententiã magno assensu conprobarunt: non, inquam, sam horum

Quarta sententia; quæ probatur auctori eorum, qui eos aiunt cepisse cum Sedechias captus est.

horum me mouet auctoritas, quamquam, vt pat est, mouet sanè plurimum: quàm quòd hanc sententiam in diuinis literis planissimè, & explicatissimè consignatam; testatamque video. Etenim, quotiescumque diuina Scriptura horum septuaginta annorum meminit: meminit autem sæpenumerò, velut in extremo libro posteriori Paralip. apud Hieremiam, capite 25. & 29. & apud Danielem hoc nono capite, semper vocat eos annos desolationis, solitudinis, & vastitatis, in quibus nimirum terra Iudeorum futura erat inhabitata, inculta, & penitus deserta: & actura erat sabbatum, hoc est, inculta, & horrida futura: nam neque septimo die, neque septimo anno terram colere, per legem Moïsis licitum erat Iudæis. Hæc, qui reputat secum, simul & illud considerat, quo primùm tempore eiusmodi vastitas, solitudo, & desolatio terræ Iudeorum contigerit, ex ipsa Scriptura liquidò cognosceret, eam minimè accidisse in transmigratione Iechoniæ: siquidem per vndecim annos postea, videlicet regnante Sedechia, & vrbs, templumque steris, & regio ipsa, ac terra Iudeorum culta, & habitata fuit. Si autem hoc non accidit tempore Iechoniæ, profectò manifestum est, id multò minùs in captiuitate regis Ioachim; aut regnante Iosia, contigisse. At verò in captiuitate Sedechiæ, Scriptura docet, templum fuisse incensum, vrbs direptam, & desolatam, regnum Iuda destructum, Iudæos omnes, aut ferro, igneque consumptos, aut captiuos Babylonem miserimè abductos, etiam qui ab hoste relicti fuerant in Iudæa, paulò post in Ægyptum profugisse: denique omnem Iudeorum regionem, in vastitatem, solitudinem, ac desolationem esse redactam. Quis igitur hæc in sacra historia legens, non clarissimè videat, illos septuaginta annos captiuitatis, quos diuina Scriptura vocat annos solitudinis, vastitatis, & desolationis, non ab alio temporis initio, quàm à tempore captiuitatis Sedechiæ, ordiri oportere?

SEQUITUR altera quæstio de eorum septuaginta annorum exitu, & fine. De qua non minor est, quàm de superiori; inter doctos viros controuersia, & sententiarum diuersitas. Ego tres, quæ nobiliores sunt, sententias

Quinta quæstio. Quando finiti fuerint 70 anni captiuitatis.

A sententias hoc loco percensebo. Tuit opinio quorundam, qui septuaginta annos calamitatis Iudæorum, dupliciter distinguerent, ut alios dicerent fuisse annos captiuitatis Iudæorum, alios verò desolationis templi, & vrbs. atque illos quidem ordiuntur à transmigracione Iechoniæ, terminant autem in primo anno regis Cyri: hos autem incipiunt à captiuitate Sedechiæ, cum vrbs, templumque incensa, euerfaque sunt, & finiunt in secundo Darij Hystaspis anno. Existimant autem isti

Prima opinio eorū, qui duplicem faciūt septuaginta annorum captiuitatem resellitur.

B hac se vna distinctione, omnem diremisse controuersiam, & discrepantes scriptorum opiniones ad concordiam posse reuocare. Verum de istiusmodi hominibus verissimè dici potest, quod de priscis quibusdam Philosophis scitè dixit Aristoteles. *Ad pauca, inquit, respicientes, de facili enunciant.* Etenim, illi non aduerterunt, suam illam distinctionem pugnare secum, & seipsam euertere. Namque duo illa inter se pugnant: vnum est à transmigracione Iechoniæ, vsque ad primum annum Cyri fluxisse septuaginta annos captiuitatis: alterum

Arist. in 1. de generat.

C est ab euerfione vrbs, & templi, ad secundum vsque annum Darij Hystaspis, præterisse septuaginta desolationis annos. Et horum quidem alterum tollitur ab altero. Nam cum à transmigracione Iechoniæ, vsque ad euerfionem vrbs, & templi, vndecim tantum anni transferint, ut in quarto libro Regum, capite 24. & 25. apertissimè traditur: à primo autem anno Cyri, vsque ad secundum annum Darij Hystaspis, ut probatissima regum Persidis docet chronologia, quadraginta anni numerentur, fieri non potest, ut cum initium septuaginta annorum captiuitatis sit prius annis vndecim,

D quam principium septuaginta annorum desolationis; horum tamen finis quadraginta annis posterior sit, quam finis illorum. Nam, si ab euerfione vrbs, & templi, anni sunt dumtaxat septuaginta vsque ad secundum annum Darij: ergò vsque ad primum annum Cyri, erunt tantummodo triginta, siquidem à primo Cyri anno, vsque ad secundum Darij Hystaspis, esse quadraginta annos, in confesso est apud omnes. Sed transmigratio Iechoniæ præcessit desolationem vrbs, & templi annis tantum vndecim: ergò ab illa, vsque ad primum

ad primum annum Cyri, non possunt esse septuaginta anni, sed dumtaxat vnus, & quadraginta. Quod si hic computare volumus septuaginta annos, necesse erit, à desolatione vrbs, vsque ad annum secundum Darij Hystaspis, non septuaginta annos, sed propè centum numerare. His accedit, quòd nusquam Scriptura duplices facit hos annos septuaginta, alios captiuitatis, & alios desolationis, sed vnus tantū modi appellans eos, nunc annos seruitutis, & captiuitatis, interdum solitudinis, & vastitatis: aliquando sabbathism, & quietis terre: denique, nonnunquam desolationis, & stuporis. Ab hac opinione, vel nullatenus, vel proximè abest sententia Theodoretī, qui in suis commentariis super nono capite Danielis, similiter distinguit annos captiuitatis, & desolationis, illos incipiens à prima captiuitate Iudæorum, quæ facta est anno tertio regis Ioachim, terminans autē in primo anno regis Cyri: hos verò iuchos à desolatione vrbs, & templi, & finiens in secundo anno Darij Hystaspis. Sed præstat sententiā Theodoretī, propriis eius verbis expressam, hic adscribere: *Tempus, inquit, captiuitatis omnes idem posuere, & Hieremias, & Esdras, & Zacharias: in septuagesimo enim numero omnes consensere, sed non ab eisdem temporibus omnes numerare eos annos exorsi, alij in Cyrum, alij in Darium hunc ipsum numerū desinere dixerūt. Etenim, Hieremias, & Esdras à primæ captiuitatis initio numerantes, iure vsque ad Cyrum septuaginta desinunt annos: sed Zacharias, à desolatione vrbs, & templi numerans septuaginta annorum numerum, regnante Dario compleri asseruit. Nam, quia ter populus Iudaicus captiuus fuit. Primo sub rege Ioachim: tum sub filio eius Iechonia: tertio sub Sedechia: ter quoque quodammodo liberatus, & in patriam reuersus fuisse dici potest: primo, sub Cyro: deinde, sub Darij: ad extremum, sub Artaxerxe: qui misit Esdras, & Nehemiam, vt muros Hierusalem reficiendo curarent. Eorum igitur, qui primo capti sunt, septuaginta anni Cyro regnante complentur: anni verò septuaginta desolationis templi, & vrbs, non ante secundum Darij annum completi sunt: ita vt tam prophetia Hieremie, & Esdrae, quam Zacharia de suis septuaginta annorum, mendacio careat, & omnino verā sit. Hæc Theodoretus. At, enimuerò simili argumento, vt superior*

Theodoretus
de fine septua
ginta annorū
desolationis
quid scripse
rit,

Refellitur
Theodoretus.

A ut superior opinio, hæc Theodoretæ sententia refel-
 lectur. Nam si captiuitas regis Ioacim præcessit deso-
 lationem Hierusalem, & templi, annis dumtaxat de-
 cem, & octo, ut ex vigesimo tertio, vigesimo quarto,
 & vigesimo quinto capite libri quarti Regum, mani-
 festum est: à desolatione autem Hierusalem, vsque
 ad Cyrum ipse putat annos non amplius triginta, ef-
 ficitur profectò, à captiuitate regis Ioacim, vsque ad
 primum annum Cyri, non esse plus octo, & quadra-
B ginta annos, cum ipse tamen septuaginta annos re-
 censeat.

S E C V N D A opinio multorum, & in primis no-
 bilium auctorum, est Cimentis Alexandrini in pri-
 mo libro Stromatum, Eusebij in Chronicis, & in libro
 decimo, de præparatione Euangelica, cap. ultimo, atque
 in libro octauo, de Demonstratione Euangelica: Dni
 Hieronym. in præmio Aggæi, & super primo capite
 Zachariæ, in quartum item caput Ezechielis, D. Augu-
 stini in libro decimo octauo, de ciuitate Dei, cap. 26.

C Denique, Isidori in libro quinto Etymologiarum, capi-
 te ultimo. Hi censuerunt, prædictos septuaginta annos
 captiuitatis, in secundo anno Darij Hystaspis, qui ter-
 tius post Cyrum apud Persas regnauit, esse completos:
 scilicet, eo anno, quo intermissa templi ædificatio, re-
 petita, & sexto anno eiusdem regis, ut scribit Eldras,
 cap. 5. & 6. consummata est. Firmatur hæc sententia
 tribus argumentis. Primò, manifestum est illos septua-
 ginta annos vocari à sacra Scripta annos desolationis,
 templi videlicet: sed vsque ad secundum annum Darij,
D templum fuit desolatum: ergò vsque ad eum annum
 tempus illius captiuitatis excurrit. Alterum argumen-
 tum ducitur ex primo capite Zachariæ: etenim Zacha-
 rias narras visionem quandam, quam ipse habuit in secun-
 do anno regis Darij, scribit vidisse se Angelum, ita cum
 Deo loquentem: *Domine exercituum, vsque quò non mise-
 reberis Hierusalem, & urbem Iuda, quibus iratus es. iste iam
 septuagesimus annus est.* Quibus verbis apertissimè si-
 gnificari videtur, secundum annum Darij, fuisse an-
 num septuagesimum captiuitatis, post quem promisse-
 rat Deus Iudæis per Hieremiam, non modò solutionem
 captiuita

Secunda opi-
 nio eorù, qui
 dicunt septua-
 ginta annos in
 secundo Darij
 Hystaspis an-
 no finiri.

captiuitatis, & reditum in patriam, sed ingentem bonorum omnium copiam. Præterea, in capite septimo eiusdem Prophetæ scriptum est, anno quarto Darii obiurgasse Deum Iudæos per Zachariam hisce verbis: *Cum ieiunaueritis in quinto & septimo mense per hos septuaginta annos, nunquid ieiunio ieiunastis mihi?* Ergo secundo & quarto anno Darii, vel complebantur, vel non ita pridem completi fuerant septuaginta anni. Tertium argumentum petitum est ex historia Esther, & Mardochei: in cuius libri capite secundo & vndecimo proditum est, Mardocheum fuisse de numero captiuorum, quos Nabuchodonosor cum rege Iechonia Babylonem abduxerat: si igitur Mardocheus, qui vixit tempore Assueri seu Artaxerxis mariti Esther, quem nos cum Eusebio, a iisque censemus fuisse Artaxerxem Memnonem, captus est cum Iechonia, non potuerunt septuaginta anni captiuitatis compleri in primo anno regis Cyri, sed multis annis post. Siquidem a captiuitate Iechoniae vsque ad desolationem Hierusalem, fluxerunt anni vndecim: hinc, si vsque ad Cyrum effluxissent anni septuaginta, cum à primo anno Cyri, vsque ad regnum Artaxerxis Memnonis præterierint anni plures, quàm centum quinquaginta, sequeretur, Mardocheum tempore illius Assueri, ducentos triginta annos fuisse transgressum: sed neque tam auiosam ætatem ferebant ea tempora, nec si tulissent, ea fuissent satis firma & idonea ad res eas gerendas, quas gessisse Mardocheum accepimus. Ne igitur in hoc tam graue incommodum incurramus, septuaginta anni captiuitatis, vltra Cyrum extendendi, & in regno Darij terminandi sunt.

Hæc isti pro suæ opinionis confirmatione, vel afferunt, vel afferre possent. Secundum quos necesse est, à desolatione Hierusalem, vsque ad primum Cyri annum, non plus triginta annos esse. Siquidem à primo anno Cyri, vsque ad secundum Darij, quadraginta annos, & ipsi numerant, & verissimè numerant. Atque hinc nos argumentum capiemus refutandi istam opinionem. Fuisse namque plus quadraginta, nedum plus triginta annos, à desolatione Hierusalem, vsque ad Cyrum, manifesta constat ratione. Tenim

-igo abbas
 sup. in
 -sup. in
 in
 -ne
 -ne

Referitur se-
 cunda opinio.

A tenim, per desolationem Hierusalem, quæ anno decimo octauo regis Nabuchodonosor facta est, vt traditur in libro quarto Regum, cap. 2. 5. regnauit Nabuchodonosor viginti sex annos, vt ex vltimis verbis libri quarti Regum, & libri Hieremiæ colligitur, & hoc loco, si id nũc ageretur, faciliè probari posset: nimirum, omnes auctores regi Nabuchodonosor quadraginta tres annos imperij assignarunt. Habemus igitur à desolatione Hierusalem vsque ad mortem Nabuchodonosor, viginti sex annos. Post Nabuchodonosor vsque ad Cyrum, regnarunt quatuor reges Chaldæorum, hoc ordine, Euilmerodachus, Niglifarum, Labosardachus, Nabonidus: sicut Iosephus, Hieronymus, & ipsemet Eusebius ex sententia multorum veterum, in suis scriptis prodiderunt. Et quidem secundum omnes, Nabonidus regnauit septem & decem annos: quos si iunges cum prædictis viginti sex Nabuchodonosor, habebis quadraginta tres annos à desolatione Hierusalem vsque ad Cyrum, etiam omissis annis, quibus alij tres reges priores Nabonido, post Nabuchodonosor, Chaldæorum imperiũ tenuerunt. Liqueat igitur, à desolatione Hierusalem vsque ad Cyrum, multo plures fuisse annos, quàm triginta: & quod huic necessario consequens est, vsque ad secundum regis Darij annum, multo plures fuisse, quàm septuaginta.

C SEQUITUR nunc, vt tria illius sententiæ firmamenta demoliamur. Prima ratio ita soluitur. Licet templum non est resectum ante regnum Darij Hystaspis: attamen, quia primo Cyri anno soluta captiuitate, data Iudæis potestas est redeundi in patriam, templumque reficiendi: cuius ædificationis proximè sequenti anno, vt narrat Esdras, iacta sunt fundamenta, & terra Iudæorum ab ipsis habitari & coli cœpit: idcirco septuaginta anni captiuitatis, solitudinis, & desolationis, meritò dicuntur eo tempore fuisse completi. Quod si nos ea ratione vtgere insistant, eandem nos profectò vehementius in ipsos retorquebimus. Siquidem, desolatio vrbis Hierusalem non videretur perfectè sublata, vsque ad vigesimum annum Artaxerxis Longimani, quo anno Nehemias, permisso, auxilioque re-

Soluuntur rationes secundæ opinionis.

gis, profectus in Iudæam, urbem Hierusalem extru- A
xit, mœnibus eam cingens, portis instructis, ædibus
complens, vicis & plateis distinguens, denique com-
modè turôque habitabilem faciens. Quare, si ratio-
nem istorum sequi volumus, similiter conficiemus,
septuaginta annos desolationis, non ante vigesi-
mum annum Artaxerxis Longimani esse finitos. Se-
quitur secunda ratio petita ex quodam loco Zacha-
ria: sed is locus, si benè perpendatur, parùm illorum
iuuat sententiam. Non enim Angelus affirmatè, & as-
seueranter dixit, secundum annum Darij, esse septua- B
gesimum captiuitatis: sed id enuntiauit per interro-
gationem, quæ exprimit affectum animi dolentis, &
quasi queribundi: ita vt verba illa angeli, eam red-
dant sententiam, *Num iste est annus septuagesimus?* quasi
dicat, non est: sed iam pridem ille quidem transactus
est. Vbi sunt igitur, Domine, tua illa tam ampla &
magnifica promissa, in nobis post septuagesimum
annum explenda? Vbi tot tantaque bona à nobis
diu, multumque optata & expectata? Vei fortasse,
quod ante nos prodidit Scaliger, septuaginta anni,
quos memorat Zacharias, longè alij fuere, quam sep- C
tuaginta anni captiuitatis, de quibus nunc agitur, &
aliunde cœperunt exordium. Sed vndenam? Mihi
quidem certè non liquet. Nam quod dixit Scaliger,
cœpisse à trigésimo quarto anno Darij Hystaspis, id
nobis, qui nec putamus Xerxem fuisse maritum Es-
ther, eumque, qui templi ædificationem impediuit;
nec censemus Darium, quo regnante ædificatio tem-
pli absoluta est, fuisse Darium Nothum, quæ duo ta-
men vera ducit Scaliger, nullo modo probari potest.
Restat tertium argumentum ex historia & chronolo-
gia Mardochei ductum: cuius tamen perfacilis expli- D
catio est. Nam quod in capite vndecimo libri Esther
scriptum est, Mardocheum fuisse de numero eorum
captiuorum, quos transfulerat Nabuchodonosor
cum Iechonia, non significat, cum fuisse vnum de il-
lis, & qui simul cum illis, & Iechonia transmigraverit
Babylonem: sed fuisse ex eorum captiuorum stirpe,
genere, ac semine. Hoc autem in laudem Mardochei
posi-

Duo loci libri
Esther de tem-
pore Mardo-
chei explican-
tur.

A po
le
da
di
cl
Si
M
tra
reg
qu
do
lat
fin

run
cep
pu
no
An
C bro
rus
con
di.
biu
cap
ge
ron
Pri
ster
Cha
D im
qui
rum
Hie
sept
cum
stru
dem

A positum est: quòd is fuisset ex genere eorum, qui cum Iechonia Dei iussis obtemperantes, vltro se regi Chaldaeorum dederant: non autem ex eorum stirpe, qui cum impio Sedechia Dei monita contemnentes, deditionem facere recusarant. Iam verò locus ille, qui est in capite secundo libri Esther, minimè fauet istis. Sic enim habet: *Erat vir Iudeus in Susan ciuitate, vocabulo Mardocheus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemim, qui translatus fuerat de Hierusalem eo tempore, quo Iechoniam regem Iuda Nabuchodonosor trāstulerat.* In his verbis, illud, qui trāstatus fuerat de Hierusalē, non debet referri ad Mardocheum, sed ad proauum eius Cis, licet alterū illud relatiuum, qui fuit nutritius Esther, ad ipsum Mardocheum sine dubitatione referatur.

QV ID alij senserint de fine septuaginta annorum, adhuc disseruimus: quid nos existimemus, deinceps breuissimè declarandum est. Arbitramur, septuaginta annos captiuitatis esse finitos in primo anno Cyri. Etenim ita sentit Iosephus libro vndecimo Antiquitatum, & libro vigesimo: Iulius Africanus libro quinto Annalium: Lactantius libro 4. capit. 5. Seuerus Sulpitius libr. 2. sacræ historiæ: Cyrillus libro octauo contra Iulianum, & Beda in libro de sex ætatibus mundi. Quinetiam veritatis euidencia conuictus Eusebius, in libro decimo de præparatione Euangelica, capite vltimo, hoc ipsum affirmat. Idemque super vigesimo nono capite Hieremiæ confessus est D. Hieronymus. Probatum id ex quatuor locis Scripturæ. Primo quidem id concluditur ex vltimis verbis posterioris libri Paralipomenon, quibus traditur, seruisse Chaldaeis Iudæos per septuaginta annos vsque ad imperium regis Persarum, hoc est, vsque ad Cyrum, qui, vt ibidem subiicitur, primo anno soluit Iudæorum captiuitatem. Deinde, probatur hoc ex vaticinio Hieremiæ, quod est in c. 25. Prædixit enim Hieremias septuaginta annos captiuitatis, tunc esse complendos, cum Babylonis imperium esset destructū. Est autem destructum à Dario Medo & Cyro, vt supra docuimus, eodemque ipso anno Cyrus regnare cepit, vt supra di-

3. opinio vera, est septuaginta annos primo Cyri anno terminari, Ioseph. lib. 11. anti. c. 1. & 20. c. 7.

Etum est in secunda quæstione huius capituli, & in A
 propositione tertia. Idem præterea confirmatur eiusdem
 Hieremias testimonio, qui in vigesimo nono ca-
 pite vaticinatus est, Iudæos, compeletis septuaginta
 annis captiuitatis, & liberandos seruitute, & in pa-
 triam suam reuersuros: sed vtrumque primo anno
 Cyri Iudæis accidisse, docet Eldras in exordio libri
 sui. Ad hæc, confirmatio eiusdem sententiæ sumi po-
 test ex vaticinio Isaia, quod est apud ipsum cap. 44. &
 45. hisce verbis expressum. *Qui dico Cyro, pastor meus es,
 & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Hierusalem,
 edificaberis, & templo fundaberis. Hæc dicit Dominus Christo
 meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiuciam ante fa-
 ciam eius gentes, & arcana secretorum. Et dabo illi thesauros
 absconditos, & arcana secretorum. Ego suscitabo eum ad ius-
 titiam, & vias eius dirigam. Ipse ciuitatem meam edifica-
 bit, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neque in mu-
 neribus, dicit Dominus. Hactenus Isaias. Quid potuit di-
 ci luculentius ad ostendendum, septuagenariæ illi Iu-
 dæorum captiuitati finem in exordio regni sui Cy-
 rum posuisse? Atque hæc locum Isaia legens Cyrus
 sibi à Iudæis indicatum, obstupuit: videas tor se an-
 nis antè, de proprio nomine appellarum, suamque
 felicitatem tantò antè promissam ac prænunciatam.
 Quocirca admirans Vatis diuinitatem, incredibili,
 quæ scripta legerat, exequendi cupiditate diuinius
 est incensus. Et sanè hoc ipse visus est indicasse in
 suo illo edicto, in quo fatetur, omnia regna terræ si-
 bi esse à Deo tradita, mandatùmque, vt ædificaret do-
 mum Domini in Hierusalem. Verùm, disceptatio de
 fine, atque initio septuagenariæ Iudæorum captiuitatis
 hoc loco terminetur.*

Joseph. lib. 11.
 ant. c. 1. Cyrus
 vnde habuerit
 omnia regna
 terræ sibi esse
 à Deo tradita.

Quæstio 6.
 Cur Daniel
 tam anxie Deo
 supplicet pro
 eo, quod alio-
 qui Deus fa-
 cturum se pro
 miserat.

*Et orauit Dominum Deum meum, & con-
 fessus sum, & dixi.*

PONITVR hoc loco grauis admodum, & pia, ac
 religiosa precatio, qua Daniel pro liberatione
 populi Hebræi Deo supplicauit. Sed cum ea liberatio
 promissa esset à Deo, transactis septuaginta annis
 Baby

A Babylonica captiuitatis, futura; & bis ab Hieremia prædicta esset, & quo tempore Daniel hac precatione usus est, iam septuagesimus captiuitatis annus ageretur, vt supra ostendimus, instaretque promissa Iudæis liberatio: posset fortasse quispiam mirari, & de nobis querere, cur Daniel pro liberatione Iudæorū, quæ omnino, & proximè futura erat, tam sollicitè & anxie Deo supplicauerit. Num dubitabat, ne non fuisset illud à Deo promissum, vel ab Hieremia prædictum? At ipse met paulò antè dixit, se intellexisse illud Dei promissum, & illam Hieremiæ de septuaginta annis desolationis Hierusalem prædictionem. An forte Dei promissis diffidit: veritus nec promissorum suorum Deum poenituisset? Atqui bene noverat Daniel, eam inconstantiam in Deum, vsquequaque immutabilem, non posse cadere. Quippe in libro Numerorum capite vigesimo tertio legerat, *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur.* & in primo libr. Reg. c. 15. *Triumphator in Israël, non flectetur poenitudine: neque enim homo est, vt agat poenitentiam.*

Ad hanc quæstionem, tacitè ita respondet Theodoretus: *Etramsi Deus millies aliquid nobis promiserit, si tamen nos promissis eius indignos exhibeamus, effectum beneficentia eius impediemus. Timens igitur Daniel, ne peccata Iudæorum diuinis promissis obstarent, preces apud Deum multiplicauit.* D. Hieronymus ita respondet: *Postulat à Deo Daniel promissam populi liberationem, non quod incredulus sit futurorum, sed vt, quod Deus per suam promiserat clementiam, per ipsius preces impleret, vel ne nimia securitas negligentiam, negligentia verò pareret offensam.* In prædictis verbis Theodoreti & Diui Hieronymi, duplex continetur propositæ quæstionis solutio. Prior solutio est, Deum ita nonnunquam prædestinare aliquem finem, vt simul etiã prædestinet certa quædam, vt vocantur in scholis, media, per quæ vult ad eum finem perueniri. Vel, quod recidit eodem, ita Deum prædestinare effectum aliquem, vt simul quoque prædestinet certum quendam modum, per quem tantum modò decreuit effectum illum præstare. Exempli causa, Statuerat quidem Deus, Paulum conuertere

Solutio quæstionis.

Deus prædestinat ita finem, vt media etiã ad eum prædestinet.

D

ad fidem Christi, sed per operationem tamen beati Ste-
 phani: Prædestinauerat etiam Iacob patriarcham ad
 principatum populi Hebræi, & ad vitam æternam: sed
 eius tamen generationem, cum mater eius Rebecca
 sterilis esset, patris Isaac precibus donauit. Lege vi-
 gesimum quintum caput Geneseos. Simili igitur ra-
 tione decreuerat Deus exactis septuaginta annis li-
 berare Iudæos seruiture Babylonica: sed id tamen non
 aliter facere decreuerat, nisi multis ante prophetarum,
 sanctorumque virorum precibus, & lachrymis roga-
 tus, ac sollicitatus. Cum igitur tempus illius promissæ
 libertatis appropinquaret, vehementius Danie-
 lis animum Deus commouebat, & incitabat, vt fu-
 sis precibus, sparsis lachrymis, adhibitis etiam variis
 corporis macerationibus, eam liberationem à Deo
 expeteret, atque flagitaret. Posterior eiusdem quæ-
 stionis solutio est: Duplex esse genus diuinorum pro-
 missorum: vnum omninò absolutum, & nullatenus
 pendens ex hominum voluntate, & quod nulla ho-
 minum prauitate, quò minus impleatur impediri po-
 test. Huius generis fuit Dei promissum de missione
 filij sui in mundum ad seruandum genus humanum.
 Alterum genus Dei promissorum, est conditionale,
 quod ita datur hominibus, vt non sit implendum, nisi
 ea conditio adsit, quæ ab ipsis exigitur. Huiusmodi
 fuisse reor illud Dei promissum datum Iudæis de æter-
 na terræ Chanaan possessione: id namque ita pro-
 missum illis fuit, si tamen ipsi Dei iussis & præceptis
 obtemperarent, quod quia non fecerunt, propterea
 Dei promissis frustrati sunt. Lege cap. 21. libri quarti
 Regum: præcipuè autem caput secundum libri pri-
 mi Regum. Atque harum prædictionum conditiona-
 lium, siue quæ ad comminationes, siue quæ ad pro-
 missiones pertinent, luculentam reperiet lector do-
 ctrinam apud Hieremiam capit. 18. Clarissimum item
 exemplum apud Ionã de Niniuitis. Potuit igitur fieri
 vt Daniel vereretur: ne illud Dei promissum de solu-
 tione captiuitatis Iudæorum post septuaginta annos,
 non fuisset absolutum: sed tantum conditionale, ea
 dumtaxat ratione præstandum, siquidem Iudæi suo-
 rum scelerum poenitentes, vitam deinceps honestam,
 ac di-

Duplex genus
 diuinorū pro-
 missō rūt: vñ
 absolutum,
 conditionale
 alterum.

A ac diuinæ legi congruentem agerent. Cùm autem Daniel videret, Iudæos tot malis & calamitatibus à Deo castigatos, nihilo meliores, quin etiam peiores esse factos: meritò dubitare poterat, ne Iudæi diuinis promissis facti essent indigni. Ergo non frustra, & sine ratione, Daniel tam obnixè, ac religiosè pro Iudæorum liberatione Deo supplicauit.

B *Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super ciuitatem sanctam Hierusalem.*

C **D**ANIEL sua precatone, tantùm supplicauerat Deo pro solutione captiuitatis Babylonicæ, & Iudæorum liberatione. Quorsum igitur docet hoc loco Daniele angelus, certum tempus aduentus Messie? Quid enim ad vota & postulata Danielis de liberatione populi, & refectione vrbis & templi, hoc de aduentu Messie pertinebat? Non igitur desiderio, & petitioni Danielis, ab angelo in hac visione videtur esse satisfactum. Ad hanc quæstionem trifariam responderi potest. Sit primum responsum: Daniele, tum ex visione illius statux, quæ regi Nabuchodonosor in quiete visa fuerat: tum ex ea visione, quam ipse primo anno regni Balthasaris habuerat, apertissimè cognouisse, filium Dei humana indutum carne, descensurum in terras, & conditurum quoddam regnum amplissimum & æternum, cui omnia mundi regna subiicienda essent: & in eo regno populum Dei florētissimè ac fœlicissimè regnaturum. Est igitur admodum credibile, Daniele summo exarsisse desiderio noscendi certum tempus, quo filius Dei venturus esset in mundum, & tot tantaque bona mortalibus allaturus. Itaque Deus in hac visione, voluit & præsentis Danielis petitioni de liberatione populi, ac de Hierusalem, templique reparatione, & prioribus eius optatis ac postulatis de aduentu Messie, simul satisfacere. Alterum responsum: Tanta est Dei erga homines, præsertim verò seruos suos benignitas, & bonitatis redundantia, vt non modò quæ optant, Deus plus dat quam ei à suis seruis petunt.

petuntque ab ipso: sed etiam plura, & maiora eorum votis ac postulatis largiatur. Legimus, Achaz regi Iuda metuenti euerfionem regni Davidis, contra quod duo potentes reges, Israël, & Syriæ, coniuerauerant, Deum per Isaiam capite septimo, prædixisse, non modo se regnum illud terrenum Davidis defensurum ac seruaturum, sed etiam misso in terras filio suo, & ex purissima virgine nato, omne genus hominum ex Dæmonis potestate ac seruitute peccati erepturum, & spirituale Davidis regnum, hoc est Ecclesiam suam, per vniuersum terrarum orbem propagaturum, & contra omnes humanas & diabolicas vires defensurum. Similiter hoc loco, non tantum promittere voluit, Danieli relaxationem captiuitatis Babylonicæ, & reparationem Hierusalem, ac templi: sed præterea, hinc sumpta occasione, patefecit certum tempus venturi Messæ, qui teterrimam animorum seruitutem depelleret, & aditum nobis ad cælum, atque ad immortalem & beatam vitam aperiret.

Scripturæ consuetudo est de re figurata, multa immiscere cum de figura agitur.

Tertium responsum est, consuetudinem esse diuinæ scripturæ, cum de re quapiam agit, quæ alterius rei figura est, in eius rei tractatione multa, quæ ad rem illam figuratam pertinent, immiscere. David & Salomon, quia multifariam præfigurarunt Christum, propterea, in Psalmis, & apud Prophetas, cum de illis agitur, interdum nonnulla inseruntur, quæ illis, aut vix, aut nullo modo, Christo autem Domino, propriè, perfectè, manifestèque conueniunt. Idem posset dici de terrena illa Hierusalem, & ciuitate Syon, quæ similitudinem gesserunt Ecclesiæ Euangelicæ, D vel triumphantis: Similiter igitur, quoniam Babylonica illa Iudæorum captiuitas, eiusque solutio imaginem quandam præferebat captiuitatis omnium hominum sub diabolo, & peccato, & eius liberationis, quam Christus perfecturus erat: necnon & illi septuaginta anni captiuitatis, similitudinem quandam, & conuenientiam habebant cum septuaginta annorum hebdomadibus, quibus decursis, Christus in mundum veniens, auctor, effectorque salutis ac felicitatis humani generis futurus erat, sapientissimè Deus in hac

A in hac visione, simul cum liberatione populi, & terrenæ Hierusalem refectione, præfinitum aduentus Messiae tempus coniungere voluit. Rupertus quidem certè in eo libro, quem scripsit in Daniele, capite decimosexto, affirmat, Danielem diuinitus eruditum, intellexisse captiuitatem illam Babylonicam, & eius liberationem, figuram fuisse alterius spiritualis captiuitatis, quæ vniuersum genus humanum complectebatur: ideoque more prophetico, sub vocabulis illius captiuitatis, & reparationis Hierusalem, præcipuè animo intendisse certum tempus, quo captiuitas humani generis per Messiam dissoluenda, & Ecclesia Dei esset reparanda.

B Ruperti verba ita se habent: *Si solam literam spectes, numquid ea responsa, quæ dedit angelus, Danielis oratio flagitauerat? ille enim pro solutione captiuitatis, & urbis, ac templi reparatione Deo supplicauerat. Itaque si solam literam spectes, nihil inuenies, præter illam septuaginta annorum Babylonicam captiuitatem, nihil præter ciuitatis, & templi mansæcti cineres, quod deploret, aut quod recuperari desideret. Verum si ita erat, si hoc tantum in votis habebat: numquid pro ea re opportunam consolationem accepit? Nonne potius contraria votis audiuit? Non enim dictum est illi, edificabitur Hierusalem, & templum, atque omnis caeremoniarum cultus renouabitur: sed, quod his valde contrarium est, occidetur Christus, non erit eius populus, qui eum negaturus est, ciuitatem, & sanctuarium desolabitur, & post finem belli statuta desolatio: & deficiet hostia & sacrificium, & in templo erit abominatio desolationis, & vsque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio. Igitur cum dicit Daniel, Intellexi in libris numerum annorum, quem prædixit Hieremias, ut complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni: vigilanti lectori, illud se spiritu prophetico intellexisse insinuat, quod hodie reuelata facie videt. Christi Ecclesia: scilicet captiuitatem illam vniuersi populi Iudæi fuisse imaginem alterius magne captiuitatis, qua vno peccante Adam, vniuerso generi humano accidit: & illos septuaginta captiuitatis annos, tempus omne significasse, quo populus Dei peregrinatur in hoc seculo. Quid enim magnū erat intel-*

Rupertus quo modo Angelū Danielis petitioni respondisse astruit.

C

lexisse, quod palam omnibus verba sonabant Hieremie propheta? Ergo cum orat hoc loco Daniel pro captivitate populi, & pro refectioe Hierusalem ac templi, sub istis vocibus, res maiores intendit, & sic illam captivitatem solui optat, ut pro maiori sollicitus sit, leviter laturus illud maius templi, & civitatis excidium, defectum quoque hostia ac sacrificij perpetuamque desolationem templi abominabilis, dummodo fiat quod erat necessariū: scilicet, ut consummetur praevaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna & impleatur visio, & vngatur Sanctus sanctorum. Haec tenus Ruperti sententiam & verba commemoravimus.

Septuaginta hebdomades.

Quaestio.
Quomodo accipiendum sit hoc loco vocabulum hebdomadis.

Q V A M variè sumatur in sacris literis vocabulum hebdomadis, eruditè docet Beda in libro de ratione temporum, cap. 6. 7. & 8. Sed in praesens satis erit monere lectorem, hanc vocem Graecam, *ἑβδομας*, Latine significare septenarium praecise: cum adiunctione autem vel dierum, vel annorum, vel aliarum quarumlibet rerum significare earum ipsarum rerum septenarium, etsi iam vsu receptum & tritum est, ut etiam cum praecise dicitur hebdomada, intelligatur dierum: ut autem hebdomada praecise sumpta intelligatur annorum, nisi hoc vno in loco Danielis, nusquam alibi reperitur in Sacris literis. Quoniam igitur Daniel praecise dixit septuaginta hebdomades, propterea locum dedit varias earum hebdomadum interpretationes excogitandi. Origenes tract. 29. in Matthaeum, de his hebdomadibus verba faciens, eas interpretatur, non dierum, nec annorum: sed decenniorum: ita ut quaeque hebdomada constet septuaginta annis: & tempus septuaginta hebdomadum contineat quatuor millia & nongentos annos. Quam opinionem aliquatenus securus est Eusebius in libr. 8. de demonstratione Evangelica. Is namque in disputatione de septuaginta hebdomadibus, in tertia sua expositione: cum priores sexaginta novem hebdomadas fecisset singulas septem annorum: extremam fecit decenniorum, vsque ad septuaginta annos eam extendens.

Nicol

Origenes quomodo, has hebdomadas sit interpretatus.

A Nic
Gal
m:
reit
al:
qua
Iob
& c
tiqu
heb
B ann
gin
faci
Sac
nar
nar
nes
den
fict
exp
cto
C han
pre
nus
cos,
cas
& se
heb
pra
vide
vrb
D nis
fera
euer
à T
lym
R
vel
ra
bus

A Nicolaus de Lyra super hoc nono capite, & Petrus Galatinus in libro 4. de arcanis Catholicæ veritatis, memorant opinionem quorundam Rabbiorum, quorum aliqui faciebant has hebdomadas Iobilarum: alij vero centenariorum. Iobilarum erat tempus quinquaginta annorum: quare vnaquæque hebdomada Iobilarum, constat trecentis quinquaginta annis: & omnes septuaginta hebdomades continent viginquatuor millia, & quingentos annos. At verò, vna hebdomada centenariorum, continet septingentos annos: septingentæ verò hebdomades, annos quadraginta nouem millia. Verùm, earum interpretationum facilis est confutatio. Etenim nusquam in Sacris literis vocabulum hebdomadis poni pro septenario, vel decenniorum, vel Iobilarum, vel centenariorum, vt satis appareat, eiusmodi interpretationes, tenendæ sententiæ causa, vel, quominus impudenter veritati possent contradicere, ab istis esse confictas. Deinde, si vocabulum hebdomadis, vt isti exposuerunt, ita sumeretur hoc loco, nondum profectò tempus illud septuaginta hebdomadam exactum, & completum esset. Nam, ab eo tempore, quo Daniel hanc reuelationem habuit, vsque ad hodiernum diem præterierunt annorum dumtaxat duo millia, & minus præterea ducentis annis. Quapropter secundum eos, qui has hebdomadas fecerunt decenniorum, ad eas complendas, etiamnum restaret, vltra duo millia, & septingentos annos. At verò, iam pridem finitas esse hebdomadas Danielis, eo patet, quòd, quæ Gabriel prædixit euentura ex his septuaginta hebdomadis, videlicet, cessatura Iudæorum sacrificia, desolanda vrbem, & templum sine vlla refectionis, & reparationis eorum spe: denique, ipsos Iudæos calamitosam miseramque seruitutem perpetuò seruituros: hæc inquam euenerunt, & completa sunt ex eo tempore, quo Iudæi à Tito Romanorum Imperatore debellati, & Hierosolyma capta, incensa, dirutaque sunt.

RESTAT igitur, vt has hebdomadas, vel dierum, vel annorum intelligi necesse sit. Siquidem in Scriptura nomen hebdomadis, aliquando ponitur in diebus, & aliquando in annis: prioris exemplum habes in Leu

Galat. lib. 4.
cap. 14. Rabbi
ni de his hebdomadibus,
quid delirant.

Cessarunt ex,
quæ Gabriel
in his hebdomadibus cessatura prædixit.

in Leuitico, capite vigesimo tertio, vbi à Festo Pasche, A
 vsque ad Festum Pentecostes, numerantur septem heb-
 domades dierum: & proximè sequenti capite huius li-
 bri, scribitur ieiunasse Danielem tres dierum hebdo-
 mades: Posterioris verò exemplum reperies in Leuiti-
 co, c. 25. quo loco præcipit Deus numerari septem heb-
 domades annorum: & sequenti anno, qui erat quin-
 quagesimus, celebrari Iubilæum. Cum igitur hoc loco
 non possint intelligi hebdomades dierum: etenim se-
 ptuaginta hebdomades non includerent, nisi quadrin-
 gentos nonaginta dies, quo temporis spatio, nihil con-
 tigit eorum, quæ prædixit Angelus, intra septuaginta
 hebdomades euentura: necessariò concluditur, signifi-
 ficari hoc loco hebdomades annorum, & sic denotare
 tempus quadringentorum, & nonaginta annorum. Di-
 cet aliquis, Cur Angelus non clarè dixit, septuaginta
 hebdomades annorum: sed præcisè dicens, septuaginta
 hebdomades, obscurum facit, atque intellectu diffi-
 cilem sermonem suum? Verùm in eo seruauit Angelus
 morem prophetarum, consultò loquentium obscure. C
 Hoc enim differt sermo propheticus, à sermone histo-
 rico, quòd hic vulgaris, & apertus est: ille reclusus, inuol-
 lutus, & à communi loquendi consuetudine, atque homi-
 num intelligentia remotus. Quin, vt scribit Irenæus:
 Omnis prophetia, priusquam impleatur, ænigma est.

*Abbreniata sunt super populum tuum, & super
 Ciuitatem sanctam tuam Hierusalem.*

Summa eorū,
 quæ in his se-
 ptuaginta heb-
 domadibus e-
 rant euentura.
 Iudæos, cur
 Deus populū
 tuum nomi-
 nei.

DIXIT Angelus Danieli, *Super populum tuum, & D
 Super ciuitatem tuam:* significans, quæ euentura
 erant in his septuaginta hebdomadibus, ea præcipuè
 ad populū Hebræorum pertinere. In eo namque la-
 psu temporis, vrbis Hierusalem reficienda erat. Mes-
 sias item Iudæis promissus, veniens in hunc mun-
 dum ex Iudæis nasciturus erat: ipsosque suorum mi-
 raculorum, doctrinæ, & consuetudinis participes fa-
 cturus: denique ab ipsis repudiandus, & necandus
 erat: atque ob eam causam, Dei protectione, religio-
 nis gloria, regno, libertateque spoliandi erant, &
 grauissi

Christus veni-
ret prius, quā
ipse constitue-
ret.

Refellitur pri-
ma opinio.

Genes. 6.

Secunda opi-
nio eorū, qui
dicunt abbrevi-
atā idē esse,
quod definitā.

morat Augustinus, eo, quem proximè dixi loco, quo-
rundam, qui censuerunt, Deum quidem primò consti-
tuisse, vt tempus aduentus Messiaē in mundum, longius
propagaretur, & tardius esset, postea tamen propter la-
chrymas, preces, & vota Prophetarū, ac seruorum suo-
rum, breuiasse illud tempus, & statuisse, vt maturius
Christus veniret, quā a primò constitutum fuerat.
Atque huc applicant illud, quod est in Psalm. 111. *Propter
misericordiam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit
Dominus.* Illud item, quod est apud Aggæum, cap. 2. *Ad-
huc modicum, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Quoniā B
igitur Deus, citius primo suo decreto acceleravit tem-
pus aduentus Messiaē, idē Gabriel dixit, abbreviarias
fuisse hebdomadas. Sed inutilis est interpretatio. Omitto
nunc oppugnare illud, quod inscienter, & obtusē di-
cunt, de mutatione decreti, & voluntatis Dei: Vrgebo
tantum istos argumento illo Augustini: si tempus ad-
uentus Messiaē, inquit Augustinus, ita abbreviatum est,
vt factum sit breuius, quam fore ab initio constitutum
erat, quæro secundum quam veritatem breuius factum
fuerit, quam esse debebat? Cuius argumentationis ea C
est sententia, & vis: quærendum ex istis est, vnde isti
cognouerint eam veritatem, quam prædicant, id est,
vnde compertum habuerint, futurum fuisse longius
tempus Messiaē aduentus? Oportuit enim id eos co-
gnouisse, & probare, vel ex antiqua, & certa tradi-
tione: vel ex doctrina, & sententia Patrum. At, nihil
horum afferre possunt: nullam igitur, vel speciem
probabilitatis, suæ opinioni prætexere possunt. Legi-
mus, inquit Augustinus, in libro Geneseos, Deum primò
statuisse hominibus ad respiscendum, & agendam D
penitentiam, centum viginti annos, vsque ad di-
luium: postea tamen breuiasse id temporis, recisis ex
eo numero viginti annis: verum id colligi videtur ex
ipsa scriptura: quod autem isti finxerunt de breuiato
tempore aduentus Messiaē, nullam ex Scriptura, nec san-
nē aliunde, fidem habet.

ALTERA est interpretatio: peruulgata illa qui-
dem, multisque probata, illud vocabulum, abbreviatā,
idem significare hoc loco, quod constitutā, definitā,
determinatā. Nam verbum Hebraicum *Nechtach*,
ram

A ran
ling
den
stuc
pra
inte
ber
quo
rian
ta. I
gin
ign
tit h
uiar
quic
tull
ctar
mus
aliqu
non
C ctur
ctur
do f
cun
Lati
Tric
ctar
test:
stiu
uen
terce
D liae
ris, q
vsqu
rum
des a
ratic
tura
pau
gine
ris, q

A tam Rabini, quos citat Galatinus, quam Christiani linguæ Hebrææ periti, quique verbum de verbo reddentes, sacra Biblia in Latinum sermonem conuerrere studuerunt, idem valere affirmant, quod decifum, vel præcifum, vel præfinitum, seu determinatum. Huic interpretationi congruit etiam lectio Græca, quæ habet verbum *συμπεπυκνωται*, id est, concisæ, vel decisæ, quod interprete Theodoro, eandem vim, & sententiam habet, atque vocabulum constitutæ, seu definitæ. Latinus quidem interpres, ferè vbiicumque septuaginta interpretes posuerunt verbum illud Græcum, significans concidere, concisum, vel concidens, vertit his vocibus, abbreviare, abbreviatum, vel abbrevians. Sed lectionem huius loci Danielis, longè antiquiorem fuisse Hieronymi translatione, declarat Tertullianus in libro aduersus Iudæos: qui citans, tractansque locum hunc Danielis, sic legit, vt nos habeamus: *Septuaginta hebdomades abbreviate sunt.* Sed dicit aliquis, apud Latinos, breuiatum, vel abbreviatum, non significat constitutum, vel definitum: sed contractum, vel decurtatum, & quod ex longiori, breue factum sit: si igitur septuaginta hebdomades nullo modo factæ sunt breuiiores, nec secundum dies, nec secundum annos, quomodo tueri possumus hoc loco Latinam translationem? quam tamen Patres concilij Tridentini ab omnibus defendi, & quasi sartam tectam custodiri iusserunt? Sed ad hoc responderi potest: Cogitandum esse, Deum ex omni æternitate constituisse, vt ab exordio mundi, vsque ad Messiam aduentum, certum quoddam, ac definitum tempus intercederet, verbi causa, circiter quatuor annorum millia: eundem præterea decreuisse, vt pars huius temporis, quæ post refectionem vrbs Hierusalem futura erat, vsque ad Messiam, breuis esset, nec septuaginta annorum hebdomadas excederet. Ergo dicuntur hebdomades abbreviare à Deo, quia post vrbs Hierusalem reparationem, vsque ad Messiam, pauca hebdomades futura erant, vt idem sit abbreviare hebdomades, quòd paucas constituere. Pauca autem dicuntur septuaginta hebdomades, in comparatione prioris temporis, quod effluerat, ex quo datû fuerat hominibus promissum

Galat. libr. 4.
de arc. cath.
vers. c. 14.

Quomodo he
hebdomades
abbreviate di
cantur.

Genes. 3.
Genes. 22.

Locus Matt.
cap. 24.

missum de aduentu Messiae, hoc est vel in ipso mun- A
di exordio, eum dictum est serpenti, fore ut semen mu-
lieris contereret caput eius: vel potius cum Deus pro-
miserit Abraham, daturum se illi semen, in quo semine be-
nedicendae essent omnes gentes. Nec verò suspicetur
quispiam, quòd supra diximus, idem significare, bre-
uiare hebdomades, quòd pauca constituisse, id confi-
ctum esse à nobis, quo difficultatem subterfugeremus:
Eadem namque significatione eiusdem verbi, vsus est
Dominus noster, qui apud Matthaeum capite 24. lo-
quens de Antichristi persecutione sic ait: *Nisi breuiati B*
fuerint dies illi, non fieret salua omnis caro. verumtamen bre-
uiabuntur dies illi propter electos. Non enim hisce verbis
significauit, futuros illos dies breuiore, quàm sint dies
naturales: sed docere voluit, paucos futuros dies
illos: quasi diceret, ni breue futurum esset tempus il-
lius persecutionis, etiam electi defecturi & casuri
fuissent.

TERTIA interpretatio, multorum & nobilium
auctorum est: Iulij Africani in quinto libro Annalium,
(vt refert hoc loco Hieronymus) Theodoreti, Glossæ, C
Alberti, & Carthusiani super hoc nono capite Danie-
lis: præterea Bedæ in libro tertio expositionis Esdræ
cap. 16. & in libro de ratione temporum, cap. 7. Ruper-
ti super libro Danielis cap. 16. historiae Scholasticæ in
Historia Danielis cap. 10. & Ioannis Zonaræ in primo
tomo Annalium. Horum sententia est, propterea dictas
esse abbreviatas hebdomades: quia intelligi debebant
non annorum solarium, sed lunarium. Annus autem
lunaris continet dies trecentos quinquaginta qua-
tuor: est igitur vndecim diebus minor solari. Quo-
circà quadringenti nonaginta anni lunares: quot sci-
licet continentur in septuaginta hebdomadibus, quæ D
valent, atque quadringenti septuaginta quinque so-
lares. Confirmatur hæc opinio. Primum, ipso vsu, &
more Hebræorum, qui vtebantur mensibus lunari-
bus: ex his autem lunares anni consueuntur. Gabriel
itaque loquens cum Daniele Hebræo, atque Hebrai-
carum consuetudinum scientissimo, vti voluit com-
putatione annorum lunarium, Hebræis visitata. Dein-
de, hoc ipsum confirmat vocabulum abbreviatae.
Nam

3. Opinio, quæ
auctori vide-
tur maximè
probabilis,
quæ est eorū,
qui dicunt de
annis lunari-
bus locū hunc
intelligendum
esse.

ANam si fuissent annorum solarium, longius tempus denotarent: quoniam verò sunt annorum lunarium, ob eam causam dicuntur abbreviata. Verùm hæc opinio à multis improbat & abiicitur. Refellunt eam, Lyranus hoc loco, Calatinus libro quarto, Ioannes Drieda in libro 3. de sacris Scripturis, cap. 5. parte 4. & Ioannes Lucidus in libro 7. de emendatione temporum. Licet enim Hebræi vterentur mensibus lunaribus, è quibus anni lunares existunt, eos tamen annos, per intercalationem, quam ferè tertio quoque anno interponebant, intercalantes vnum mensem, redigebant ad rationem & mensuram cursus solis: atque hunc in modum annos lunares cum solaribus adequatos in chronologiam asciscabant: Censorinus quidem in lib. de die natali Romanorum, scribit, pro diversitate gentium, annos ciuiles, & origine & magnitudine fuisse differentes: cunctis tamen studio & curæ fuisse, annos suos, ad æqualitatem cursus solis reuocatos correctosque, in descriptione temporum adhibere. Deinde certum est, Hebræos secundum legem Mosis, Pascha quolibet anno, decima quarta luna primi mensis, post æquinoctium vernum celebrare debuisse. Hoc autem ipsi nullo modo potuissent seruare si vsi essent annis lunariibus. Nam cum lunaris annus sit vndecim diebus minor solari, si vno anno celebrassent Pascha decima quarta luna primi mensis, proximè sequenti anno, celebrassent vndecim diebus ante, hoc est tertia luna primi mensis, & alio sequenti anno celebratio Paschatis non in primū, sed in vltimum anni mensem incidisset. Quo fieret, vt quolibet anni mense Pascha perageretur. Ad hoc cum in Scriptura traditur Adā vixisse nonages triginta annos, Hebræos, quadringentos triginta annos peregrinos esse in Ægypto, ab egressu Hebræorum ex Ægypto, vsque ad ædificationem templi Salominis, octoginta & quadringentos annos intercessisse: in his atque aliis similibus chronologiis diuinæ Scripturæ, non essent intelligendū tot anni, quot significantur, sed longè pauciores, vdiclicet ad rationem annorum lunarium restricti contractique. Quid multa? in sacris libris enumeratio annorum, cū profana chronologia sæpe consentit. In exordio

Rationes contra tertiam opinionem.

Quomodo Hebræi redigerent suos annos lunares ad cursum solis.

Gen. 5.
Exod. 12.
3. Reg. 6.

dio prioris libri Machabeorum scriptum est, Alexan- ^A
 drum Magnum regnasse duodecim annos, iudem ex-
 ternis scriptoribus tam Græcis quàm Latinis proden-
 tibus: apud quos tamen nullus est annorum lunarium
 in chronologia usus. Commemoratio præterea anno-
 rum regni Græcorum, toties eodem libro inculcata
 mirè concordat cum annis regni Seleucidarum (idem
 enim fuit regnum, quod dicitur in Scriptura Græco-
 rum) quos externi auctores descripserunt. Hæc isti,
 Nihilominus tamen, opinio illa de annis lunaribus,
 quæ multis & magnis auctoribus placuit, est profecto ^B
 valdè probabilis, eaque nobis postea magno vsui fu-
 tura est ad explicationem septuaginta hebdomadam.
 Nec valida sunt, quibus oppugnata ab istis est, argu-
 menta. Non enim ex ea concluditur, futurum fuisse
 vt Hebræi quolibet mense agerent Pascha: id enim
 sequutum esset, si Hebræi, vt nos immobiles menses
 habuissent: habebant autem mobiles cum ipsa luna,
 sicut igitur semper egissent Pascha in prima luna,
 ita & in primo mense. Quanquam, nisi per intercala-
 tionem redegissent annum lunarem ad æqualitatem ^C
 solaris, non semper Pascha potuissent agere vero
 tempore, quod tamen lege Mosis præcipiebatur. Iam
 verò, quod isti argumentantur, nec Hebræos, nec v-
 spiam sacras literas in descriptione temporum vti
 annis lunaribus, vltro concedimus, tantum abest vt
 negemus: dicimus tamen Gabrielem hoc loco, quo
 rector atque occultior sermo esset, præter cõmunem
 loquendi, scribendi, ac negotiandi consuetudinem,
 in designando tempore aduentus Messix, non sola-
 rium, sed lunarium annorum computatione vti vo-
 luisse. Nec mirum, multa prophetae præter commu-
 nem dicendi & intelligendi morem dixerunt & scri-
 pserunt. An cum Gabriel dixit septuaginta hebdoma-
 des præcisè significans hebdomades annorum, non id
 nouè & inusitatè loquutus est? cum sit in communi v-
 su loquendi positum, vt vocabulum hebdomadis præ-
 cisè dictum, nunquam de septenario annorum, sed ferè
 de septenario dierum dicatur & intelligatur? Quid,
 cum Daniel supra c. 4. dixit, septem tempora, significat
 ac septem annos; Et c. 7. dixit, tempus, & tempora, & di-
 uiduntur

solutio ratio-
 num.

Gabriel cur
 obscure locu-
 tus est.

A mid
 ne
 inte
 get
 Q
 loc
 He
 qu
 dep
 B bre
 du
 exi
 ar
 V

C H
 qu
 sta
 ph
 qu
 del
 cer
 val
 Se
 br
 ter
 D
 ex
 yn
 la
 de
 de
 A
 co
 Et
 lu
 an

- A** *midium temporis*, tres annos ac dimidiū insinuans, non-
ne præter communem atque vsitatam sermonis &
intelligentiæ rationem locutus est? Multa sunt huius
generis exempla in libris prophetarum passim obuia:
Quapropter nemini mirandum accidat, si Gabriel hoc
loco morem propheticum seruans, præter consuetam
Hebræis chronologiam, annis lunatibus vsus sit. At-
que hoc ipse non ita rexit & occultauit, vt non facile
deprehendi possit ex ipso vocabulo, quo est vsus *ab-*
B *breuitate sunt*, quo significatur, annos earum hebdoma-
dum, non esse ad longitudinem annorum solarium
exigendos, sed ad breuitatem lunarium annorum co-
arcandos.

*Vt consummetur prauaricatio, & sinem accipiat
peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur
iustitia sempiterna, & impleatur visio & pro-
phetia, & ungetur sanctus sanctorum.*

- C** **H** Is verbis apertè declarauit Angelus, se hoc lo-
co de Messia vaticinati. Nam neque tot tanta-
que bona, quæ hic memorantur, alius nisi Messias præ-
stare poterat: eumque talia præstaturum, omnes pro-
phetæ prædixerant. Quatuor enim hic memorantur,
quæ nulli præter Messiam, conueniunt. Primum est,
delere iniquitatē, & sinem imponere peccato: alterū est, *addu-
cere iustitiā sempiternam*: tertium est, *implere Dei promissā, &
vaticinia prophetarum*: quartū est, *ungi sanctum sanctorum*.
Sed hanc locum paulo secus legit Tertullianus in li-
bro aduersus Iudæos, sic enim habet. *Quoadusque inue-
teretur delictum, & signentur peccata, & exorentur iniustitia,
& inducatur iustitia eterna, & signetur visio & prophetia, &
ungetur sanctus sanctorum.* Verū huius sententiæ singu-
la verba, quoniam grauissima sunt, & disputationem
de septuaginta hebdomadis attingunt, diligenter pon-
derari à nobis debent.

Vt consummetur prauaricatio. Quid hoc loco significet, Quæstio 10.
consummari prauaricationem, dupliciter exponitur. Quid com-
Etenim Chrysostomus in secunda oratione aduersus summari præ-
Iudæos, Theodoretus in commentario huius loci, & uaricationem,
ante hos, Eusebius in libro octauo de demonstratione

Euangelica, consummari præuarcationem, interpretantur, augeri usque ad summum, & perduci usque ad extremum improbitatis, ut amplius augeri nequeat. Putant enim hoc verbo significari, licet Iudæi multa & magna scelera prius admisissent, attamen scelus necis Mellæ, ad summum impietatis peruenisse. Atque huius rei manifestum est argumentum, Iudæos pro sceleribus, quæ antea patrauerant, impetrasse à Deo culpæ pariter ac pœnæ remissionem: occisi autem Messisæ crimen, inexpiabile fuit: cuius pœnas usque adhuc pendunt, pendentque perpetuas. Hac eadem significatione, verbum implendi, Dominus noster & Paulus usurparunt. Nam Matthæi ca. 23, loquens Dominus Iudæis, quorum patres interfecerant prophetas, *Et vos inquit, implete mensuram patrum vestrorum. Quasi diceret, quod deerat improbitati, & crudelitati ipsorum, vos supplete: illi occiderunt prophetas, vnum deerat, quod vos præstabitis, ut Messiam etiam occiderent.* Et Paulus in cap. 2. prioris epistolæ ad Thessalonicenses, de Iudæis item loquens, sic ait, *ipsi Dominum occiderunt, & prophetas, & nos persecuti sunt, ut impleant peccata sua: quia peruenit super ipsos ira Dei usque in finem.* Consummari autem, seu quod idem est, compleri peccatum, idem valere, quod perduci usque ad summum & vltimum, ex duobus Scripturæ locis licet intelligere, prior locus est in libro Geneseos c. 15. *nondum* (inquit Dominus,) *completa sunt iniquitates Amorrhæorum usque in præsens tempus: posterior locus est in primo libro regum cap. 20.* David enim de Saule loquens ait, *Scito quia completa est malitia eius.* Non faciam, ut verba Chrysostomi & Theodoretæ, quæ ad prædictæ interpretationis confirmationem valent, hoc loco adscribere, prætermittam. Sic igitur Chrysostomus in secunda oratione aduersus Iudæos hæc ipsa Danielis verba interpretatus, scribit. *Quid est hoc donec consummentur peccata? Multa, inquit, Iudæi peccauerunt sed malorum finis tunc erit, cum Dominum suum occiderint. Et hoc dixit Christus, implete mensuram patrum vestrorum: seruos occidistis, addite & herilem sanguinem. Vide quomodo concordat sententia, Christus dixit, implete, propheta inquit, donec consummetur delictum.* Sic Chrysostomus, Cui simillima, sed expressius

D. Chrysostomus.

Matth. 23.

tamea

A tamen & vberius docet Theodoretus. *Quid est*, inquit, quoad antiquetur prauaricatio & consummetur peccatum? Non aliud sanè, quam quoad augeatur impius ipsorum conditus, & peccatum eorum ad exitum perducat. Peccatum autem consummatum, crucem vocat, quam ausi sunt Iudei contra Dominum parare, Nam ante hoc, infinita ausi facinora, poenas dederant, sed rursus impetrata venia, Dei clementia dignati sunt. At post infamiam, qua Dominum nostrum in crucem agere ausi sunt, nunquam assequuti sunt, vt pristinum in statum reuocarentur, sicut res ipse clamant. Verum, cum amplius quadringenti & quadraginta anni ad hanc diem effluerunt, postquam impio illo scelere se ipsi contaminarunt, atque obstrinxerunt, dispersi per orbem terrarum, ex alijs in alia loca migrantes, & exules vagantur. Altera horum verborum interpretatio est, illud consummari prauaricationem, eandem vim habere, atque consumi & deleri prauaricationem. Hac significatione ponitur apud Isaiam, compleri malitiam alicuius, pro eo quod est finiri ac tolli: sic enim est apud eum capite quadragesimo, consolamini popule meus, loquimini ad cor Hierusalem, quia completa est malitia eius, dimissa est iniquitas eius. Secundum haec expositionem, hanc habent praedicta verba sententiam: in excursu septuaginta hebdomadum venturum Messiam, qui tanquam agnus immaculatus in ara crucis Deo immolatus, omnia peccata hominum consumet & penitus delebit. Idem est intellectus lectionis Tertulliani, qui legit, quoad usque inueteratur prauaricatio: nã quod inueterascit & senescit, in dies magis ac magis debilitatur & deficit, atque, vt Paulus ait, prope interitum est.

D Et finem accipiat peccatum. Graecè legitur, *Vt signetur peccatum*: quam lectionem sequutus est Tertullianus in libro aduersus Iudaeos. Verum signari peccatum, exponit Theodoretus, non esse aliud, quam finiri & absumi peccatum: sed quomodo Christus finem imposuit peccato? An ita radicatus ipsum excidit, vt amplius reuiuiscere, aut renasci non possit? Nonne post Christi aduentum, viguit peccatum, hodieque nimio plusquam vellemus, in mundo viget? An qui Christi gratiam semel accepit, eam perdere nunquam potest, nec in peccatum relabit? Minimè verò. Sed ve-

Heb. 8.

Quaestio II.
Quomodo
Messias finem
imposuerit
peccato.

Christus perfectissime pro hominū peccatis Deo satisfecit.

Aperuit regnū cælorum.

Sustulit idololatram.

Diabolum superavit.
Ioan. 12.
Lucæ. 11.

Gratiæ Christi vis.

rum tamen est quod dixit Gabriel, finem peccato Messiam positurum. Multis enim de causis verissimè dici potest peccatum à Messia esse finitum. Principio, Christus pro debito peccati humani, perfectissimè soluit Deo. Quæ solutio aded perfecta, & omnibus numeris expleta, finitæque fuit, ut ea dicatur à Theologis satisfactio vel solutio secundum omnem rigorem iustitiæ. Ergo quia Christus vsque ad finem, & vltimum, & vsque ad minimum quadrantem pro debito peccati humani persoluit Deo, ided dicitur finem imposuisse peccato. Postea, sustulit Christus pœnalem effectum peccati primi hominis, quo vniuersum genus hominum etiam iusti sanctique tenebatur obstrictum: is autem erat interclusio aditus ad cælum, & detentio iustorum in inferno. Deinde, solet in Scriptura scelus idololatriæ simpliciter nominari peccatum. Quoniam igitur statim atque mundo affulsit vnus & veri Dei fides Evangelica prædicatione per totum orbem publicata, propemodum ex omni terrarum orbe discussæ sunt tenebræ idololatriæ, & vanissimus multorum Deorum cultus euanuit: ided non falso dixit Gabriel per Christum, finem accepturam præuocationem. Præterea, princeps & auctor peccati, perpetuusque incitator atque incensor hominis ad peccandum diabolus est, cuius potentiam in tantum debilitauit & fregit Christus, ut de eo tradatur in Evangelio, princeps huius mundi eicietur foras, & alio loco, cum fortis armatus custodit atrium suum, &c. a diaboli expugnata dicitur à Christo, detracta spolia, ablata arma, omnisque præda eius dicitur abacta. Et in Apocalypsi capit. 20. scriptum est, toto hoc tempore quod à passione Christi fuit vsque ad finem mundi, Satan esse ligatum, scilicet non permittendo ei potestatem nocendi hominibus, aut etiam quantum ipse vellet, incitandi eos ad peccandum. Ad hoc tanta est potentia, & efficacia gratiæ Christi, ut possit quantum in ipsa est præsentia peccata expellere, & pro præteritis dignè satisfacere Deo, atque aduersus imminetia, animum hominis præparare, ac præmunire: tantamque habet gratia hæc repugnantiam cum peccato, ut quamlibet parua, quant

- A** quantumuis peccatum expellere valeat, neque cum peccato mortali vllatenus, ne ad punctum quidem temporis misceri, & sociari queat: Nimirum hoc spectauit Ioannes cum in capite 3. primæ epistolæ suæ scripsit, *omni qui natus est ex Deo, non peccat, nec peccare potest, quia semen Dei manet in seipso.* Semen Dei, vocat gratiam, quæ & bona opera, & vitam æternam fructificat. Adhuc, quòd Christus, quo finem peccatis imponeret, septem reliquerit efficacissima remedia in septem sacramentis, & præterea verbum Dei, sunt duo illi denarij, quos Samaritanus dedit pro curando & sanando homine, qui Hierosolymis descendens Hierico, dispoliatus, & læthalibus percussus vulneribus, seminiuus relictus fuerat. Ne multa, lex Mo- sis cœperat quidem tollere peccatum, sed non potuit finire. Etenim, principium sanitatis, est cognitio morbi: hanc cognitionem tantum præbebat lex Mo- sis, indicans tantum, non sanans morbum. At Chri- stus curationem peccati omninò finitit & expleuit.
- C** Non enim tantum docuit nos, vt cognosceremus peccatum: sed etiam iuuat, vt vinceremus. Rectè igitur Ioannes, *lex per Mosem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Denique eiusmodi est gratia Christi, vt, si conferuetur à nobis, & in hac vita ab omni nos peccato mortali seruare possit, & in altera

Locus D. 102.
explicatur.

Sacramento-
rum & verbi
Dei efficaci-
tas.

Luc. 10.

Ioan. 7.

Et deleatur iniquitas. Tribus modis solet deleri a- liquid. Etenim vel lauando aut tergendo deletur, vt macula panni, vel radendo, vt mendum Scripturæ, vel dissipando & dissoluendo, vt nubes, quæ vi alicuius venti dissipatur, aut æstu & ardore solis dissoluitur, atque euanesct. His omnibus modis deleri à Deo iniquitates, legimus in sacris literis. Siquidem Da- uid Psalm. 50. dixit, *amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me:* & in Apocalypsi cap. 1. scri- ptum est de Christo, *lauit nos à peccatis nostris in sangui- ne suo.* Paulus autem in 2. capite epistolæ ad Colossen- ses ait, Christum deleuisse chirographum nostræ damnationis, quod erat contrarium nobis: denique apud Esaiã c. 44. ita loquitur Deus: *deleui vt nubem iniqui-*

Quæstio 22.
Quomodo
Christus dele-
uerit peccata.

tates tuas, & quasi nebulam peccata tua, reuertere ad me, quoniam
 A
 man redemi te. Atque hæc vna Gabriëlis sententia,
 manifestè coarguit falsitatis atque impietatis hære-
 ticos nostræ temporis, qui per insignem Christi gra-
 tiæ iniuriam facientes, negant peccata hominum, qui
 iustificantur per gratiam Christi, penitus auferri, sed
 remanere quidem in ipsis, attamen propter Christi fi-
 dem non imputari ipsis ad condemnationem. Atquæ
 Gabriel hoc loco ait, Christum venturum, non vt pec-
 cata non imputentur hominibus, sed vt ea deleantur.
 Quamquam omnis diuina Scriptura, clarissimis verbis B
 hoc ipsum testatur. Cum enim de remissione peccato-
 rum loquitur, iis verbis vtitur, quibus peccata homi-
 num, qui iustificantur à Deo, nulla ex parte reman-
 nere, sed penitus auferri declarat. At enim, peccata la-
 uari, & mundari, hominemque super lanam & niuem
 dealbari. In Psalm. 50. & Isaïæ cap. 1. ait, auferri iniqui-
 tates, & demergi in profundum maris: Micheæ, 7. ait,
 Christum fuisse agnum qui tollit peccata mundi, &
 oblatum esse in cruce, ad exhaurienda peccata homi-
 num: Ioannis 1. & ad Hebræos 9. ait Deum projecisse C
 post tergum suum peccata nostra, & quantum distat
 Ortus ab Occidente, longè fecisse à nobis iniquitates
 nostras: in Cantico Ezechie regis, & in Psalm. 102.
 ait deleri iniquitates: vt hoc loco, & Psalmo 50. &
 apud Esaiam 44. Paulus etiam in cap. 6. prioris epi-
 stolæ ad Corinth. prænaratis variis flagitiis subdit,
 & hæc quidem aliquando fuistis, sed abluti estis, sanctificati
 estis, iustificati estis: & in capite 6. epist. ad Romanos, af-
 firmat nos per Baptismum exuisse veterem homi-
 nem, esse mortuos peccatis, novam creaturam esse
 factos, & destructum in nobis esse corpus peccati. Quin D
 etiam idem Paulus in capite 15. prioris epistolæ ad Co-
 rinthios, tanquam maximè absurdum & impossibile
 ponit hominem etiam post iustificationem, manere
 in peccatis, si mortui, inquit, non resurgunt, ergo adhuc estis
 in peccatis vestris.

Explicatur lo-
 cus Davidis,
 in Ps. 31. quo-
 modo pecca-
 ta dicantur à
 Deo regi.

A T enim, si peccata nullo modo manent in homi-
 ne iustificato, cur igitur, dicit aliquis, David in Psal-
 mo 31. de peccatorum remissione loquens, hunc in
 modum scripsit: *Beati quorum remissa sunt iniquitates, &*
 quorum

A quorum teſta ſunt peccata, Beatus vir cui non imputantur Do-
 minus peccatum. Audis remitti quidem peccata, ſed ita,
 ut ea tegi, & non imputari dicantur? Videtur igitur
 hic locus ſatis Hæreticorum ſententiæ ſuffragari. Sed
 accipe reſponſum è commentario diui Thomæ in Quatuor eſſe
 quartum caput epiſtolæ ad Romanos concinnatum. in peccato,
 Quatuor in peccato inſunt diligenter animaduertenda, quæ per Chri-
 & diſtinguenda. Primum eſt, offenſa Dei, propter ſti' gratiæ tol-
 hanc dicitur Deus remittere homini peccatum: ſicut lantur.
 homo homini remittere ſolet offenſam ſibi ab eo fa-
 ctam. Alterum eſt, inordinatus peccati actus, qui ſemel
 factus, non poteſt non eſſe factus: is tamen dicitur tegi,
 B quatenus Deus non videt eum ad puniendum, ut mox
 dicemus, qua ratione charitas dicitur operire multi-
 tudinem peccatorum. Tertium eſt, reatus pœnæ, ſi-
 quidem propter peccatum mortale admiſſum, eſt ho-
 mo æternis inferni pœnis obnoxius, & addictus. Et
 quia cum Deus aufert homini peccatum, non amplius
 deſtinat illum ad pœnam æternam, propterea dicitur
 non imputari ipſi peccatum. Denique, quartum eſt,
 macula, qua ſublato nitore gratiæ, animus per
 peccatum fædarur, & inquinatur, & quia hæc tol-
 litur, cum quis iuſtificatur, ideò peccatum lauari, mun-
 C dari, & abſtergi dicitur. Ex his patet, ob diuerſa,
 quæ in peccatum inſunt, dici peccatum, nunc remit-
 ti, interdum tegi, aliàs non imputari, ſæpè etiam de-
 leri, mundari, lauari. Illud autem, peccata tegi, non al-
 iud ſignificat, quàm ea non videri à Deo ad pœnam,
 & vindictam: quemadmodum enim in Scriptura dicitur
 Deus cognoſcere aliquid, quia ipſum approbat, ſic.
 ut Pſalm. 1. nouit Dominus viam iuſtorum, & Prouer-
 biorum, 4. vias quæ à dextris ſunt, nouit Dominus, con-
 tra verò nescire dicitur, quod reprobatur: nam in E-
 uangelio traditur dicturum Dominum quibuſdam, ne-
 ſcio vos, & non noui vos, ita etiam Deus dicitur, vide-
 re peccata hominum, quæ ſtatuit punire: vnde petit
 à Deo Dauid, Pſalm. 50. Auerte faciem tuam, à pecca-
 tis meis, & 32. vultus Domini ſuper facientes mala, ut di-
 ſperdat de terra memoriam eorum. Attendat lector, quid D.
 Auguſtinus in explanando Pſalm. 31. ad confutati-
 onem huius erroris pertinens, ſcriptum reliquerit. Si

1. Petr. 4.

Peccata à
Deo tegi quid
ſit.Matt. 7. &
25.

Iusignis con-
 tra hæreticos,
 D. Augustini
 sententia.

textus Deus, inquit, peccata, noluit advertere: si noluit advertere, noluit animadvertere: si noluit animadvertere, noluit punire, si noluit agnoscere, voluit ignoscere. Nec sic intelligatis, quod dixit David peccata tecla sunt, quasi ibi sint, & videntur. Tecla ergo peccata, quare dixit? ut non viderentur. Quid enim erat Deum videre peccata, nisi punire peccata? Unde scriptum est, *averte faciem tuam à peccatis meis*. Sic ibi Augustinus. Sed illustrior & ad revincendos hæreticos valentior, est alter eiusdem Augustini locus in primo libro contra duas epistolas Pelagianorum, & in capite decimotertio eius libri. Nam eo loci depellens Augustinus calumniam, quam Pelagiani falsò affingebant Catholicis, quasi negantibus, per baptismum tolli radicibus peccata, sed tantum superficie tenus abradi, sicut raduntur capilli capitis, radicibus eorum, unde rursus ipsi renascantur, permanentibus, ita scribit: *Quis hoc nisi infidelis affirmat? Dicimus enim nos, baptisma omnium dare indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, neque peccatorum radices in mala carne teneri, quasi rasorum in capite capillorum: unde iterum crescant refecanda peccata*. Sic Augustinus. Et verò idem valet peccata esse tecla, atque esse subblata, & nulla penitus relicta. Nam si tecla sunt Deo, ergo non videntur à Deo: si non videntur à Deo, nulla igitur sunt. Nam neque potest esse quicquam in rebus, & id à Deo non videri, nec possunt peccata à Deo videri ad culpam, & non videri ad pœnam. Similiter, si Deus non imputat homini peccata, ergo nulla sunt in homine peccata: siquidem si peccata essent in homine, loquor non de quibuslibet, sed de peccatis mortalibus, odio haberet Deus ipsa peccata & hominem peccatis præditum abominaretur: testante Scriptura, odio esse impium Deo, & impietatem eius: & Dauide in Psalmo quinto, concinente, *odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium, virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus*. Præterea cum Deus sit maxime iustus, non potest peccata, si verè sunt in homine, non punire, debitis pœnis adducere. Nam æquè alienum est iustitiæ Dei, virtutes, & benefacta hominum sine remuneratione, ut flagitia, & maleficia eorum

Deus non videt peccata dimissa, quia non sunt.

Sap. 14.

A eorum sine animaduersione, dimittere. Ergo, si peccata reguntur, vel non imputantur homini à Deo, hinc necessario concluditur, ea nullatenus esse in homine. Atque hæc obiter aduersus hæreticos diximus, quo principale, ac pestiferum eorum dogma perstringeremus, ad id, nos hæc Gabrielis sententia inuitante.

B *Et adducatur iustitia sempiterna.*

HOC POTEST intelligi dupliciter: Vel de ipso Christo, quem Paulus primæ ad Corinthios capite primo, appellat iustitiam nostram: *Qui factus est, inquit, nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio.* Dicitur autem Christus iustitia nostra, non imputatiuè, vt nugantur hæretici, quasi nobis nullam habentibus propriam, & inhærentem iustitiam, sola Christi iustitia imputetur ad salutem, sed appellatur iustitia nostra quinque modis. Primum exemplariter: (equidem vocabulis in Scholis Theologorum tritis, cum res fert, libentissimè vtor.) Etenim iustitia Christi, vt perfectissimum exemplar, proposita est, ad quam omnis Christianorum iustitia, & sanctitas fingi, conformari, & dirigi debeat. Deinde, satisfactoriè: quoniam Christus pro debito humani generis iustissimum dedit pretium, & cumulativè Deo satisfecit. Postea, meritoriè: etenim Christus sua passione, ac morte, promeruit apud Deum, vt dignè credentes in ipsum, iustitia, & sanctitate ab eo donarentur. Ad hoc, efficienter: Christus enim auctor, & effector est iustitiæ nostræ: ipse est, qui gratiam in animos nostros infundit adhibitis sacramentis, ceu quibusdam instrumentis ad eam producendam. Denique finaliter: nimirum his demum est finis nostræ sanctitatis, & iustitiæ: *vt conformes simus*, quemadmodum ad Romanos c. 8. scripsit Paulus, *Imagini filij Dei.* Verumtamen commodius, & convenientius sententiæ horum verborum, intelligitur Gabrielem loqui de iustitia, quæ in homi

Questio 13.
Quæ sit iustitia sempiterna.
Christum ostendit esse nostram iustitiam, quod quinque modis fieri posse dicit.

1. Exemplariter.

2. Satisfactoriè.

3. Meritoriè.

4. Efficienter.

5. Finaliter.

Propriè de iustitia nostra
Propheta loquitur.

Triplex discrimen inter legalem & Evangelicam Iustitiam

Luc. 17.

Joan. 4.

homine inest, à Deo effecta, & gratis ipsi donata. Porro, inter iustitiam Christianam, & Mosaicam, seu legalem, qua differt hæc ab illa, triplex reperio discrimen. Etenim, iustitia legalis externa erat, & plurimum in exteriorum ceremoniarum obseruantia, cultuque posita: at, iustitia Christiana licet externas ceremonias minimè respuat, interioribus tamen, ac spiritualibus animi bonis, atque ornamentis potissimum continetur. Quapropter Christus Dominus dixit: *Regnum Dei intra vos est.* Quam sententiam enodans, magisque explicans Paulus in capite 14. Epistolæ, quæ scripta est ad Romanos: *Regnum Dei, inquit, non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.* Deinde, iustitia legalis Iudæis præscripta lege Mosis, magna parte erat humana, & politica, quæq; humano studio, & diligentia comparari, & conseruari posset: hominem faciens mundum, iustum, & innocentem coram hominibus, id est, hominum iudicio, & existimatione, sicut in Epistola ad Hebræos scripta disputat Diuus Paulus. Iustitia verò Evangelica, diuinam habet originem, vim, & effectus supernaturales, finem, ac mercedem cælestem, atque immortalem, ea namque à solo Deo effici, augeri, conseruari, ac dignè remunerari potest, bonum, & sanctum faciens hominem simpliciter, absolute, & coram Deo. Ad extremum, iustitia legalis, temporaria erat, ad certum quoddam tempus instituta, quoad, scilicet veniret perfectio iustitiæ Evangelicæ, tunc omninò cessatura: at iustitia Christiana sempiterna est. Hæc enim est aqua illa, de qua Christus dixit Samaritanæ: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam.* Et Isaias cap. 45. ita scribit: *Israel saluatus est in Domino, salute æterna: non confundemini, neque erubescetis vsque in seculum seculi, idem c. 51. Salus mea, ait Dominus, in sempiternum erit.* Et in primo capite libri Sapientiæ, sic est, *Iustitia perpetua est, & immortalis.* Huiusmodi iustitiam allaturum esse Messiam, constat vaticinio Davidis, quod est in Psal. 71. Orietur, inquit, in diebus eius iustitia & abundantia pacis donec auferatur Luna. Iam verò, si iustitia Christiana est sempiterna, fides autem non inadet post hanc vitam, sed charitas est, quæ

A quæ nunquam excidit, vt Paulus ait: magnum profectio hiuc ducitur argumentum aduersus hæreticos nostri temporis, quo euidenter probetur, potiores Christianæ iustitiæ partes, non fidem, sed charitatem sibi vendicare. Vnde Augustinus in libro de natura, & gratia contra Pelagianos, cap. 42. *Charitas, inquit, ipsa est verissima, plenissima, & perfectissima iustitia: & capite septuagesimo. Charitas, inquit, inchoata, iustitia est inchoata: charitas prouecta, iustitia est prouecta: charitas perfecta, iustitia est perfecta.*

1. Cor. 17.

Potiores Christianæ iustitiæ partes, non in fide, sed in charitate esse potius.

B *Et impleatur visio, & prophetia.*

TRIPPLICITER videtur Christus impleuisse omnes prophetias. Primò, quia terminauit eas. Lex enim, & prophetiæ, vsque ad Ioannem, Nec solum prophetiæ, sed omnia quoque legalia, erant tanquam umbra, & figuræ venturi Christi. Quare Christo veniente, ea finiri, ac desinere necesse fuit. Postea, impleuit Christus prophetias, quia quæcunque prænunciauerant prophetae Messiam dicturum, & passurum, ea omnia Dominus noster dixit, fecit, ac passus est. Ideò Dominus dixit, non veni soluere legem, sed adimplere. Qua item de causa sancti Euangelistæ, cum narrent dicta, facta, & passiones Domini, læpnumero illud annotant, vt adimpleretur quod dictum fuerat per Prophetam. Denique, lex, & prophetia, inanis erat, & fructu vacua, sine Christo: eam autem Christus gratia sua impleuit, cognitioni peccatorum, adiungens remedium curationis: & scientiæ bene agendi, addens robur, & facultatem operandi. Atque hoc est, quod Paulus docet, scribens ad Romanos in capite octauo. *Quod, inquit, impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Hanc gratiam petebat Dauid in Psalmo 118. Saluum me fac, vt custodiam sermones tuos: Et rursus, Virifica me, & custodiam testimonia oris tui.* Græca lectio pro impleatur, habet signetur, sic enim Græca Latine

Quæstio 14.
Quemadmodum Christus impleuerit Prophetias.

Matth. 11.

Matth. 5.

Quid sit signa-
ri visiones, &
prophetias.

Matth. II.

Tertullianus.

Latinè sonant: vt signetur visio, & prophetia. Hanc lectio-
nem secutus, & interpretatus est Tertullianus in libro
aduersus Iudæos. Verùm eandem vim, & sententiam
haber, signari prophetias, atque impleri eas, auctore, &
interprete Chrysoftomo: qui in oratione secunda ad-
uersus Iudæos, sic ait: *Sistere oportuit post Christum prophe-
tias: hoc enim est signare visionem, id est, sibi visionem, Vnde
Christus dixit: Lex, & Propheta vsque ad Ioannem.* Sed, quia
Tertullianus in hac ipsa interpretatione copiosior, &
luculentior fuit: verba eius, hoc loco adscribenda du-
xi: *Quid est, inquit Tertullianus, quod dicit Angelus signa-
ri visum, & prophetiam? Quoniam omnes Prophetae nuncia-
bant de illo, quod esset venturus, & patri haberet: igitur, quo-
niam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea si-
gnari visionem, & prophetiam, dicebat: ipse enim signaculum
fuit omnium prophetarum, adimpleus omnia, que retro de eo
prophetae nunciauerant. Post aduentum enim Christi, & passio-
nem ipsius, iam non visio, neque Propheta est, qui Christum
nunciet venturum. Denique, hoc, si non ita est, exhibeant
Iudæi prophetarum post Christum aliqua volumina, vel An-
gelorum aliquorum visibilia miracula, que retro Patriarcha
viderunt vsque ad aduentum Christi, qui iam venit ex quo si-
gnata est visio, & prophetia, id est, statuta. Et merito dixit
Euangelista: *Lex, & Propheta vsque ad Ioannem baptizato-
rem.* Baptizato enim Christo, id est, sanctificante aquas in suo
baptismate, omnis plenitudo spiritualium retro Charisma-
tum in Christo cessarunt, signante visionem, & prophetias
omnes, quas aduentu suo adimpleuit. Vnde firmissime dicit,
aduentum eius firmare visum, & Prophetias. Hæc Ter-
tullianus.*

An omnia va-
rum de Messia
oracula fue-
riat per Do-
minū nostrū
Iesum Chri-
stum impleta.

NON erit alienum, nec lectori opinor, iniu-
candum, si hoc loco doceamus, quod futurum præ-
dixit Gabriel, & nos iam factum cernimus, omnia,
scilicet, Prophetarum oracula in Christo, & per Chri-
stum esse impleta, id veritatis Fidei nostræ, ac reli-
gionis Christianæ, ad eò manifestum, firmumque
esse argumentum, vt nulla ratione iofringi, debili-
tari, eludi possit. Hoc enim argumento, & Iudæi
conuincuntur, Dominum Iesum, verum fuisse Mes-
siam: & Pagani coguntur fateri, fidem, religionem,
& disciplinam Christianorum, veram, à Deo profe-
ctam,

A Nam; cunctisque mortalibus ad delenda peccata, ad
 colendam iustitiam: denique ad vitam beatam, &
 immortalē consequendam, esse omnino necessaria.
 Fuere olim Prophetæ apud Iudæos, sapientiæ, sancti-
 tatis, & intimæ cum Deo familiaritatis existimatio-
 ne, clarissimi, ac nobilissimi. Hos enim illi, ut Dei con-
 siliiorum arcanorumque conscios, ut voluntatis Dei
 ad homines nuncios, ut doctores veritatis, magistros
 vitæ, formatores morum, vitiorum correctores, deni-
 que rerum diuinarum præcones, atque interpretes:
 singulari reuerentia, & honore prosequerentur: nec
B eorum dicta, quàm Dei oracula, minori fide, ac vene-
 ratione accipiebant. Horum igitur vatum, qualia
 fuerint de venturo Messia oracula pater, eorum scri-
 ptæ legentibus. Ea verò, tam propriè, tam apertè
 explicateque in Dominum nostrum conueniunt, ut
 non futurarum rerum prædictiones, sed præterita-
 rum narrationes, nec illi prouidisse res olim geren-
 das, sed rebus ipsis, cum gererentur interfuisse vi-
 deantur. Ausim dicere, quosdam eorum vatum, multa,
 quæ ad Christum pertinent, non minus distinctè,
 discretè, atque enucleatè, quàm ipsos Euangelistas
 descripsisse. Quo factum est, ut licet eorum vaticinia,
C ante Christi aduentum, propter futurarum rerum
 obscuritatem difficillima essent intellectu: eadem
 tamen post aduentum Domini nostri, per quem
 abundè impleta sunt, & promissa Dei, & propheta-
 rum vaticinia, facilem habent intelligentiam, & ex-
 plicationem. Iudæos autem, qui non credunt venisse
 adhuc Messiam, necesse est, cum Prophetarum li-
 bros legunt dubios, perplexos, & planè cæcos esse:
 & tamquam in labyrintho quodam oberrantes, nul-
 lum reperire exitum, ac similes esse eorum, qui nullo
D duce, nulloque lumine, per tenebrosa, & prærupta
 loca iter facientes, passim offendunt, nec rarè in
 profundum præcipientes aguntur, sic profectò est, ut
 præclarè dixit Irenæus in quadagesimotertio capite
 libri quarti aduersus hæreses. *Omnis, inquit, prophetia
 priusquàm habeat effectum, ambiguitas, & ænigma est hominibus,
 cum autem venerit tempus eius, & euenerit quod prophetatum
 est, tunc prophetie habent liquidam, & certam expositionem.* Pre-
 pter

Auctoritas
 Prophetarum

Præclarū dicitur
 Irenæus in
 libro quarto aduersus
 hæreses, capite
 quadagesimo tertio.

pter hoc Iudæis, cum nunc legitur lex & prophete, fabule simili-
 A
 A est: non enim habent expositionem omnium rerum pertinentem
 ad aduentum filij Dei, qui est secundum hominem. At
 Christianus, cum legitur propheta, thesaurus est absconditus in
 agro, cruce Christi reuelatus & explanatus, ditans sensum
 hominis, & ostendens Dei sapientiam. Sic Irenæus. Nulla
 igitur difficultas est, credenti prophetis, Euangelium
 persuadere: non sanè maior, quàm (si parua licet com-
 ponere magnis) tenenti scientiam aliquam subalternata-
 tam. Quapropter Irenæus in quadragesimo primo ca-
 pite libri quarti aduersus hæreses, propterea existimat B
 dixisse Paulum, se plus omnibus laborasse, quia cum
 ipse prædicator Apostolus, & doctor gèrium esset con-
 stitutus, magis laboriosum, & arduum sibi fuerit, gen-
 tibus quàm Iudæis Euangelium tradere. Gentes nam-
 que, nec legem à Deo scriptam, vt Iudæi, acceperant,
 nec prophetas nouerant, nec expectabant Messiam, &
 vnius veri Dei notitiam pauci, cultum verò, ac religio-
 nem ferè nulli tenebant: sed circa Dei omnipotentiam
 caligantes, circa prouidentiam vacillantes, de animo-
 ritum nostrorum immortalitate perplexi, de mundi ori-
 gine atque interitu dubij, de vltimo fine hominis in-
 certi, in densissimis errorum tenebris versabantur, &
 in altissimis nefandorum scelerum sordibus voluta-
 bantur, quantò pluribus flagitiis, & erroribus impli-
 cati, tantò longius à veritatis perceptione remoti. At
 Iudæis, quibus, vt Paulus inquit, credita erant eloquia
 Dei, quorum adoptio erat filiorum, & gloria, & testa-
 mentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, Iu-
 dæis, inquam, nisi voluntaria eos ignoratio, & mali-
 tia obæcasset, & nisi contumax aduersus veritatem, D
 atque obfirmatus animus, omnem ad eorum mentes
 illuminandas, aditum luci Diuinæ præclusisset, procli-
 uissimum fuisset Euangelicam doctrinam probari, ac
 persuaderi.

CAETERVM, quæ fuerint de Messia Prophe-
 tum oracula, & quemadmodum ea in Domino no-
 stro Iesu Christo perfectissimè completa sint, breuiter
 ostendamus. Nec verò dicturus sum noua, & abdita,
 aut non, nisi doctissimis explorata, sed ea, quæ sunt,
 his præsertim tam eruditis temporibus, etiam vulgo
 manife

Cur Paulus
 dixerit se plus
 omnibus la-
 borasse.

I. Cor. 15.

Rom. 3. & 9.

A manifesta, & plurimorum sermone celebrata: nimirum quæ omitti potuissent, nisi eorum commemorationem, & ratio ac series doctrinæ, atque ipse contextus orationis postulasset. Principiò, Deum in terris aspectabili & humana forma conuersaturum cum hominibus, grauiſſimis verbis vaticinatus est Baruch capite tertio: *Hic est, inquit, Deus noster, & non estimabitur alius aduersus eum, hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo: Post hæc, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Similiter Isaias, cap. trigesimo quinto: *Deus ipse veniet, & saluabit nos: atque alio loco: Vtina in disrumperes cælos, & descenderes. Generatum iri Messiam ex virgine incorrupta & intacta, prædixit Isaias capite 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* Hoc ipsum, similitudine lapidis, è monte sine manibus excisi, Daniel adumbravit capite 2. Nasciturum in oppido Bethleem, Micheas dixit cap. 5. *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum mentis Israël.* Venturum eo tempore Messiam, quo tempore deficeret sceptrum Iuda, id est, principatus Iudæorum, ad principes alienigenas transferretur, vaticinatus est Iacob libri Genes. cap. 49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Constat autem primum alienigenarum Herodem, paterno genere Idumæum, materno Arabæ, quo regnate, Dominus noster est natus, Iudaicum regnum sibi, suisque posteris vendicasse. De Ioanne Baptista præcurſore Christi dixit Isaias cap. 40. *Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, &c.* & Malachias cap. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabis viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Quid prædicaturus esset Christus, & quibus, præmonstravit Isaias, cap. 61. *Spiritus Domini super me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, &c.* De miraculis eius, sic est apud Isaiam cap. 35. *Deus ipse veniet, & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patibunt: tunc saliet, sicut cernus, claudus, & aperta erit lingua mutorum.*

Oracula Prophetarum de Messia, & primū de ipsius aduentu.

Isa. 64.

De conceptis ne & natiuitate.

De prædicatione & miraculis.

multorum. Ingressurum Messiam Hierosolimam, pau- A
 pere, humili que habitu & comitatu, asinóque inuchen-
 tem, sed exceptū iri lætissimis populi gratulationibus,
 atque honorificentissimis acclamationibus, significa-
 uerat Zacharias, cap. 9. *Exulta satu, filia Syon, iubila, fi-*
lia Hierusalem: ecce rex tuus ueniet tibi, iustus & saluator,
ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium
 De morte & asinae. Quid ego de passione & morte Christi dicam,
 P² sione. quam, tam distinctè, tam subtiliter & apertè David
 Psalm. 21. & 68. Esaias cap. 53. & auctor libri Sapientie
 cap. 2. expresserunt, ut non tot seculis Christum ante-
 cessisse, sed illi acerbo & luctuoso spectaculo interfuisse
 videantur? Iudas discipulus Domini nostri, magistrum
 suum prodidit, & triginta argenteis vendidit Iudæis:
 hoc nec ignorauerunt, nec tacuerunt propheta: Za-
 charias capite vndecimo. *Appendebunt, inquit, mercedem*
meam triginta argenteos. Et David Psalm. 40. *Homo pacis*
mea, qui edebat panes meos mecum, magnificauit super me sup-
plantationem. In quo Psalmo pro triginta argenteis, tri-
 ginta maledictiones in Iudam pronuntiari, Rupertus C
 adnotauit. Christum à suis necarum iri, & tempus necis
 eius, præsignauit Daniel cap. 9. docente ipsum Angelo,
 post sexaginta nouem hebdomades, hoc est in dimidio
 septuagesimæ hebdomadis, occisum iri Christum.
 Genus mortis, quo Christus in crucem sublatus, oc-
 cidendus erat, indicauit Hieremias capite vndecimo
 de se, ut similitudinem gerebat Messie, ita loquens:
Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam: cog-
itauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in D
panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & no-
men eius non memoretur amplius. Huc quoque Iusti-
 nus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Leo pon-
 tificex, & complures alij, pertinere putant, quod in
 De regno Chri- 28. cap. Deuteronomij scriptum est: *Erit uita tua pen-*
 si. *dens ante te, & non credes uita tua.* De regno autem
 Messie per crucem comparando, vaticinatus est Esaias
 capite nono: *Et principatus eius super humerum eius.* Et
 David cecit in Psalmo 94. *Et quia Dominus regnauit*
à ligno. Hanc enim lectionem fuisse quondam in trans-
 latione Septuaginta interpretum, postea uerò mali-
 giosè à Iudæis expunctam & sublata esse, grauissimus
 auctor

Auctor Iustinus Martyr, in eo sermone, quem habuit cum Tryphone Iudæo, ipso non contradicente, affirmat: idemque post Iustinum, in libro 3. aduersus Marcionem, confirmat Tertullianus. Quin ecclesia, Iustini auctoritatem sequuta, hoc ipsum in templis publicè cantat. Non attinet dicere de perfossione manuum, ac pedum: de diuisione, ac sortitione vestium: de potu fellis & aceti: de crucifixione inter duos latrones: denique de oratione Christi pro suis interfectoibus: quipè hæc partim à Dauide Psalmo 21. & 68. partim ab Esaiâ capite quinquagesimo tertio conceptis verbis prædicta fuerant. Moriente Domino, qui verus erat sol iustitiæ, sol ipse quasi tanti sceleris impietatem auersurus, ac velut atratus ob necem domini sui, mærorem, lucumque præ se ferēs, præter omnem naturæ ordinem, ad horam diei sextam, in totum obscuratus est, meridie in tetras mediæ noctis tenebras conuerso. Quo tempore, sicut quidam dixit,

Impiæque aternam timuerunt secula noxam.

Virg. 1. Georg.

Hoc autem ita euenturum, tot seculis antè prænuntiauerat Amos capite nono: *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet vobis Sol in meridie, & tenebescere faciam terram in die luminis.* Sepulchrum Christi fore gloriosum, scriptū reliquerat Esaiâ cap. 11. Quid autem sepulchro Domini nostri nobilius, atque gloriosius? quod etsi in potestate & custodia sit Turcarum, qui & animis, armisque infestissimi sunt Christiano nomini hostes, nec nisi magnis laboribus & periculis ad ipsum adire liceat, suscepti tamen ex omni orbis parte peregrinationibus, frequenti Christianorum concursu celebratur.

De Christi sepulchro.

D SANCTISSIMA porrò Domini nostri anima, sanctissimam cum primùm per mortem corpore soluta est, descendit in infernum, & inde sanctos patres secum extulit, descendisse ad inferos, demòstratur contra hæreticos. & in caelos euexit: id quod in libro Ecclesiastici, c. 24. testatum legimus: *Penetrabo, inquit, omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Simile & illud apud Zachariam capite nono, *Tu quoque in sanguine testamenti, educes vinclos de lacu, in quo non est aqua.* Verùm multò clarissimum &

grauissimum est illud Dauidis in Psalmo decimoquin- A
 to testimonium: *Non derelinques animam meam in infer-
 no, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Scio quid
 hoc loco Catholicis oblatrent hæretici: contendunt e-
 nim vocem Hebræam, *Seol*, quam Latinus interpre-
 s vertit *infernum*, nusquam in Sacris literis propriè signi-
 ficare *infernum*, sed tantummodo *sepulchrum*. Quo-
 circa, prædictum locum Dauidis, ad hunc modum
 conuertunt ipsi, *Non derelinques corpus meum in sepulchro*.
 Ex quo, siquidem id verum esset, planè conficeretur,
 nec locum inferni, in quo detinentur animæ, nec de- B
 scensum animæ Christi ad inferos, ex Sacris literis, o-
 stendi & probari posse, quod falsum, impium, & hære-
 ticum est. Equidem vix satis mirari queo istorum im-
 pudentiam & audaciam, qui dummodò rudioribus
 imponerent, non sunt veriti iudicia doctiorum, qui
 eos impudentissimi mendacij, facillimè arguere, &
 conuincere poterant. Quid enim expeditius est, quàm
 multis diuinæ Scripturæ locis ostendere vocabulum,
Seol, pro vero inferno sæpè in Diuinis literis vsurpari?
 Certè Septuaginta interpretes in Psalmo decimoquin- C
 to, & Lucas in Actis Apostolorum, cap. 2. Hebræam
 vocem, *Seol*, conuerterunt in Græcam vocem, *aduy*,
 quæ non *sepulchrum* significat, sed *infernum*. In Psalmo
 nono; vbi Latinè legitur, *Conuertantur peccatores in in-
 fernum*; Hebraicè est vox, *Seol*, quam David Kimhi, si-
 gnificare ait *gehennam*⁸, idque indicari litera *He*, quæ
 in fine redundat, videlicet secundam mortem signi-
 ficante: postea in decimosexto capite libri Numero-
 rum, scriptum est, *Dathan & Abiron, viuos descen-
 disse in infernum*, quo loco vox, *Seol*, non potest si-
 gnificare sepulchrum. Denique, hoc ipsum manifestè D
 concluditur ex illis verbis Iacob, quæ sunt in trigesi-
 mo septimo capite libri Geneseos: *Descendam ad filium
 meum Ioseph, iugens in infernum*. Quo loco vox, *Seol*, non
 potest accipi pro sepulchro: siquidem Iacob putabat
 filium suum Ioseph fuisse à feris deuoratum, nõ autem
 sepulchro conditum. iam verò, quis in Scriptura vs-
 quàm legit, animam poni pro corpore? vt cum Da-
 uid dixerit, *Non derelinques animam meam in inferno*, isti
 vertant, *Non derelinques corpus meum in sepulchro*. * Inter-
 pres

Infernum pro
 animarum lo-
 co in Scriptu-
 ra sumi proba-
 tur.

Apres Syriacæ versionis super nouum Testamentum, quæ est in Bibliis regiis, eodem errore infectus, deprauauit locum Petri, qui est in capite tertio prioris Epistolæ: vbi & Latine, & Græcè sic legitur, *In quo, & ipsi, qui in carcere erant spiritu veniens prædicauit.* Quo loco multi & cùm primis nobiles Catholici, ad probandum Christi descensum in infernum vsi sunt: per carcerem interpretantes infernum, in quo detinebantur animæ, etiam iustorum, ante Christi aduentum. Ille autem interpres, ita vertit: *Prædicauit animabus illis, quæ detinebantur in sepulchro: non falsè tantum, atque impie;*

* Error interpretis versionis Syriacæ, quæ in regiis Bibliis extat, quem errorem ipse interpres in editione noui Testamenti Lutetiæ Hebraicis literis edita, postea emendauit: sic enim habetur ibidem in Latina interpretatione: *Et prædicauit animabus illis, quæ detenta erant in inferno.*

sed etiam absurdè, ac ridiculè: quomodò enim animæ detinebantur in sepulchro? aut si animam eo loco dicat sumi pro corpore, quomodò corpora mortua quæ erant in sepulchro, prædicationem Christi audire poterant?

C SED missos faciamus hæreticos, vt Christianæ fidei, ac disciplinæ, ita Sacrarum literarum corruptores: & institutam de Messia orationem absoluamus. De resurrectione Christi, sic est apud Dauidem Psalmo tertio: *Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quoniam Dominus suscepit me.* Et Psal. 15. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me letitia cum vultu tuo.* Viam vitæ appellat eam viam, qua ex morte reditur ad vitam beatam & immortalem, nullius anteà pedetritam, primique omnium hominum Christi vestigio impressam, signatamque. Apud Esaïam quoque legimus, *Qui educit de terra pastorem magnum ouium.* De ascensu autem Domini in cœlos, habemus vaticinium illud Michæ c. 2. *Ascendet pandens iter ante eos.* Porro Dominus noster, post suam resurrectionem misit discipulos suos in vniuersum mundum, vt doctrinam Evangelicam per omnes gentes, quaquâ patet orbis terrarum, disseminarent: quod ab Esaïa nec ignoratum, nec tacitum est: is namque ca. 66. hæc loquentem in-

De Christi resurrectione & ascensione,

ducit Deum : Mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes, in ^A
 Africam & Lydiam, in Italiam & Greciam, ad insulas lō-
 gē, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam
 meam: & annuntiabunt gloriam meam gentibus, & de cūctis
 gentibus adducent donum Deo. Adhæc, Messix aduentum
 non Iudæis tantum fore vtilem, sed multo maximè
 Gentibus profuraturum, prædictum fuerat ab Isaia cap.
 49. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob,
 & facies Israël conuertendus : ecce dedi te in lucem gentiū vt
 sis salus mea vsque ad extremum terre. Eodem spectat lu-
 culentum illud in capite octauo Zachariæ oraculum: ^B
 In diebus illis apprehendent decem homines, ex omnibus linguis
 gentium, simbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus nos vobiscum:
 audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

SED finis esto. Namque omnia persequi & colligere,
 infinitum est, & verò, superuacaneum. Atque hæc qui-
 dem sunt de Messia Prophetarum oracula, quæ ad v-
 num omnia fuisse in Domino nostro completa sancti
 Euangelistæ vitam eius describentes clarissimè de-
 monstrarunt. Hoc ipsum postea Iustinus Martyr, ^C
 Tertullianus, Cyprianus, Chrysostomus, Augustinus, &
 alij complures nobilissimi auctores, editis aduersus
 Iudæos doctissimis libris comprobarunt: idemque nos
 hoc loco breuissimè ostendimus. Quid igitur ad hæc
 respondere possunt Iudæi? nonne tanta rerum eviden-
 tia conuicti, penitus obmutescunt? An tantam esse
 Prophetarum, & Euangelistarum, veteris ac noui Te-
 stamenti conuenientiam, concordiam, concentum,
 atque consensum non obstupescunt? Etenim verisimi-
 mè dictum est ab Irenæo, vnam esse legis & Euange- ^D
 lij substantiam: neque aliud esse vetus Testamentum,
 quam prædictionem & promissionem noui: nec nouum
 esse aliud, nisi veteris complementum. Lex enim &
 prophetia, est ipsummet Euangelium, conuolutum ta-
 men & complicatum: Euangelium verò legem, & pro-
 phetiam habet, enudatam & explicatam. An possunt
 Iudæi ostendere supradicta vatum oracula in vnum
 aliquem, præter Dominum Iesum conuenisse. An di-
 ceant casu & fortuito ea in Dominum nostrum simul
 concurrisse? At casus & fortuna, vt Irenæus, inquit,
 ordinem nesciunt, nec modum tenent vllum, nec
 habent

Euangelij, &
 lex sunt vnū
 in substantia.
 Irenæus 4. ca.
 21. & 27.

A habent constantiam: in vno; aut altero semel; atque iterum locum habere possunt: in omnibus autem, & semper, & eodem modo versari non possunt. Porro cum vatum oracula, quasi certa quædam sigaa, & indicia Messia, eò præmissa fuerint à Deo: vt his Messias, mortali & patibili carne indutus, rectusque, in mundum aliquando venturus, sine vilo errore, ac sine magna difficultate deprehendi, & cognosci posset: hæc autem signa, & tanquam insignia Messia, planè omnia in Domino iesu reperta fuerint, necesse est confiteri iudæos, aut Dominum iesum verum esse Messia, aut fuisse illa signa incerta & fallacia: videlicet quibus homines, etiam docti & acuti, citra ipsorum culpam in grauisimum errorem colendi pro Messia, non veram Messiam, inducerentur.

B **V**ERVM hæc dicit aliquis, valere quidem satis aduersus iudæos, qui Prophetarum libris & oraculis fidem habent: contra gentes verò, Prophetis Hebræorum minime credentes, infirma esse & inualida. Sed non ita est. Vaticinia enim Prophetarum multis seculis ante Dominum nostrum edita, literis que consignata, cum in Domino nostro perfectè impleta cernantur, veram esse ipsius fidem & doctrinam, apud omnes appetere demonstrant. Nec potest gentibus ea suspicio incidere, ne fortè libri Prophetarum à Christianis suo ipsorum arbitrio, ex vsu suo, fuerint conficti, quippe eos Christiani à iudæis, Christiani nominis infestissimis hostibus acceperunt: penes quos illi, hodiè que sunt, & fuere olim per annos plus mille & quingentos ante Christi aduentum. Quin ego cum Hieronymo super capite decimosexto isaia, eum Augustino in libro decimo octauo de Ciuitate Dei, cap. 46 cum Theodoro, in oratione decima de Providentia, ob eam maximè causam arbitror, iudæos per omnes gentes vsquequaque dispersos esse, vt quæ à Christianis prædicantibus Euangelium, Prophetarum vaticinia proferrentur, ea gentes in iudæorum libris legentes, non esse Christianorū signa intelligerent: quin, Euangelium tot, tamq; manifestis antiquorū vatu oraculis confirmatum, proniori assensu, studioque amplecterentur. Quapropter, mihi quidem vehementer

Etiã apud
Gentiles pro-
phetarum ora-
cula valere
debent.

D. August. præclarū de fide sacrorū librōrū testimoniū.

De translatione 70. interpretum, & an ea fuerit omnium scripturæ translationum prima,

probatat sententia illa diui Augustini, quæ est in 46. A capite libri II. de Ciuitate Dei. *Nihil est, inquit, firmitus ad conuincendos quoslibet alienos, si de Euangelii veritate contenderint, nostrosque fulciendos, si recte sapuerint, quàm vt diuina prædicta de Christo, ea proferantur, que in Iudeorum scripta sunt codicibus, quibus a multis de proprijs sedibus, & propter hoc testimonium toto orbe dispersis, Christi vsquequaque creuit Ecclesia. Nec verò solos Iudæos, testes huius rei habemus, sed habemus etiam gentes. Namque annis circiter trecentis ante ortum Domini nostri in terris, flagitante Philadelpho, secundo post Alexandrum Magnum Ægypti rege: (id quod in Iudeorum, & Gentium historijs proditum est) ex Hebræo sermone, sacri libri veteris Testamenti, per duos & sexaginta interpretes, Hebrææ gentis sapientissimos: in Græcum sermonem sunt conuersi: quorum librōrum, & fama & notitia, per omnes gentes peruagata est. Quinetiam apud Clementem Alexandrinum in primo libro Stromatum: & apud Eusebium in libro nono de præparatione Euangelica, legimus, Aristobulum, magistrum Ptolemæi Philometoris regis Ægypti, doctum sanè hominem, & æqualem sanctorum Machabæorum, in scriptis suis tradidisse, sacros libros etiam ante Alexandrum Magnum, & Persarum reges, fuisse in Græcam linguam translatos, & ex his Pythagoram, Platonem, Aristotelem, aliōsque veterum, tam Philosophorū, quàm Poëtarū; multa deriuasse in sua scripta, atque instituta. Sed percurtis Prophetarum oraculis, quæ in Domino nostro fuisse impleta docuimus, ad quam tractationē quasi de recto spatio paululum defleximus, ratio susceptæ scriptio- nis nos admonet, vt institutum explicationis verbo- rum Danielis cursum repetamus.*

Et ungetur sanctus sanctorum

Quæstio 15. **L**E E I M V S in libro 3. Regum, capite 19. Deum iussisse Helizæ, vt Prophetā ungeret Elisæum: *Vnde* (inquit Dominus) *& Elisæum unget Prophetam pro te.* Certè apud Hebræos solenne ac legitimum erat, & sacerdotes vnctione consecrari, regesque inaugurari, singulari autem modo ungetus erat Messias, quod nomen ab ipsa vnctione tractū est. Futurus enim erat **Messias**

An, & ungi & dici sanctum sanctorū, singulariter conueniat Messie.

A Messias eximius, & singularis Propheta, sicut Moses in Deuteronomio capite decimo octavo prædixerat, *Prophetam suscitabit Dominus de gente tua, & de fratribus tuis sicut me*: quæ verba, Petrus in actis Apostolorum capite tertio, de Christo dicta interpretatur. Futurum eum præterea regem plenissimè Dauid prædixit in Psalmo 2. 44. & 71. de sacerdotio eius, minimè dubitandum est. Etenim Dauid in Psalmo 109. qui est de Messia, sic cecinit, *Iuravit Dominus, & non penitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*. Omninò igitur decebat Christum spiritali, ac cælesti vñctione excellentissimè vngi. Nec tantùm vñctus est, sed plus cæteris omnibus vñctus, testificante hoc Dauide in Psalmo 44. *Propterea vixit te Deus oleo letitiæ præ participibus tuis*. Nec modò ipse vñctus est abundanter, sed etiam redundanter, videlicet, vt eius vñctio destillaret, ac redundaret, in omnia eius membra, qui sunt electi. Nam vt Ioannes dixit, *De plenitudine eius nos omnes accepimus*. Hoc per quandam similitudinem videtur quasi adumbrasse, ac præsignificasse Dauid in Psalmo 132. *Sicut unguentum, inquit, in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius*. Pro illo, *Sanctus sanctorum*, qui student Hebræa ad verbum reddere Latine, alij verterunt, *Sanctitas sanctitatum*, alij *sanctum sanctorum*, alij *Sanctificatus sanctificatorum*. Sed in his omnibus, geminatio eiusdem vocis, planè idem significat, scilicet maximam, summamque sanctitatem. Eusebius lib. 8. de Demonstr. Euangelica, nusquam, inquit, se legit in Sacris literis, vllum Prophetarum, aut Pontificum, regumque appellatum esse *Sanctum sanctorum*. Illi fortasse nonnunquam sancti fuerint dicti: at dici *Sanctum sanctorum*, propria est Messiaæ appellatio, qui sicut *rex regum & Dominus dominantium*, ita quoq; *Sanctus sanctorum*, meritò nominatur.

Hoc autem nomen *Sanctus sanctorum*, dupliciter ipsi competit: & vt est Deus, & vt homo est. Vt Deus est *Sanctus sanctorum* dicitur quatuor de causis: primò, quia sanctitatem non aliundè, sed ex se ipso habet: tum, quia sanctitas eius, substantialis ei est, non accidentalis: deinde quia non aliquatenus, sed omninò,

Ioan. 1.

Vocis geminatio quid significet.

Sanctus sanctorum dici, propria est Christi appellatio.

Apo. 19.

Duplici nomine, Christum verissimè dici Sanctum sanctorum, & vt Deus, & vt homo sit.

& infinitè sanctus est: ad extremum, quia prima, & principalis causa est omnis sanctitatis. Ea verò ratione, vt homo est, totidem de causis *Sanctus sanctorum*, iure appellari debet. Ac prima quidem causa cōsistit in vnione illa personali naturæ humanæ cum verbo diuino: si enim accidentalis vnio non totius hominis, sed animæ tantum, nec totius animæ, sed eius dumtaxat, quæ rationalis est: si hæc, inquam, vnio per donum gratiæ cum Deo, facit hominem sanctum, quid mirum, ex vnione personali totius naturæ humanæ cum Deo, Christum *Sanctum sanctorum* esse factum, atque nominatum? Præterea, talem appellationem promouit Christus, propter gratiam, quam Theologi vocant *capitis*: *Ipsam enim*, vt inquit Paulus, *Deus constituit caput super omnem Ecclesiam. Quamobrem* Christus non solum pro se sanctitatem accepit, sed etiam pro omnibus, quicumque fuere, sunt, & futuri sunt sancti. Est autem vera illa sententia Aristotelis in libro 2. *Metaphysicæ*, quod est causa, vt alia sint talia, ipsam est maximè tale: exempli causa ab igne calefcunt cætera, à sole lucem accipiunt: ideoque & ignem calidissimum, & solem lucentissimum esse constat. Christum itidem, quia ipse est causa omnis sanctitatis, quæ in cæteris inest: causa, inquam, exemplaris, meritoria, & quodammodo efficiens, *Sanctum sanctorum*, id est, sanctissimum esse necesse fuit. Adhuc, quòd etiam ipsa gratia Christi propria, & habitualis, summa fuit, & quodammodo infinita, continens omnem vim, rationem, atque efficacitatem gratiæ: non enim ad mensuram datus ei est spiritus, sicut in Euangelio suo cap. 3. affirmat Ioannes: vt propter eam Christus, meritò dicatur, *Sanctus sanctorum*. Denique sic appellatur Christus, quia non est factus sanctus ex non sancto: sed semper fuit sanctus, nec per gradus & incrementa ad perfectam sanctitatem peruenit, sed tantam ab initio sanctitatem habuit, quantum nunc habet. His accedit, quòd ipse conceptus ex Spiritu sancto, & sicut ex rege natus, vocatur regia proles: sic conceptus ex Spiritu sancto, singulariter dicitur sanctus. Quocirca cum Gabriel dixisset Beatæ Mariæ, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obubrabit tibi* subian

Ephes. 1.

*Arist. lib. 2.
Metaph. c. 1.
text. 4.*

A su
fil
re
sa
pr
fa
qu
sp
B in
ni
de
m
me
Po
or
no
ta
C
C
v
st
se
te
I
ac
D
ad
de
T
b
g
e
d
d
fi
tr
c

A Subianxit: Ideoque, quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei. Moſaici tabernaculi pars intima, summæ religionis, & venerationis apud Iudæos, vocabatur Sancta Sanctorum: Hæc autem, multis rebus, quas in præſens commemorare non attinet, illustrem Christi prætulit imaginem. Denique, non modò ipse Christus, sanctus dicitur, sed omnia etiam, quæ sunt ipsius, eumque quocumque modo attingunt, vocantur sancta. Nam spontam eius, quæ est Ecclesia, sanctam nominat Paulus

B in epistola ad Ephesios c. 5. quinetiam omnes Christiani, passim in epistolis Pauli vocantur sancti: lex eius, & doctrina, vasa, & vestimenta, & quicquid diuini cultus ministerio dicatum, sacratumque est, sanctitatis nomen induit. Quid plura? etiam vicarius Christi summus Pontifex Romanus, quia ipsum representat in terris, omnes mortales, dignitate, potestateque præcellens, non tantum sanctus, sed etiam sanctissimus, & sanctitas appellatur.

Omnia, quæ Christi sunt, sancta dicuntur.

Rom. Pôr. Cuius sanctissimus nominetur.

C Scito ergo, & animaduerte, ab exitu sermonis, ut iterum adificetur Hierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta dua erunt. Et rursus adificabitur platea, & muri, in angustia temporum.

PRO illo, ut iterum adificetur, Hebraicè est, ad reducendum, & adificandum; vel, ut vertit Pagninus, ad reuerti faciendum, & adificandum. Sed Vatablus illud, ad reducendum, positum ait, pro aduerbio rursus, iterum, demò, sicut transtulit Hieronymus. Pro hoc, Græcè est, ut respondeatur: quod, quid significet, non exposuit Theodoretus: sed eandem vim, atque sententiam habere putandum est. Hunc locum haud paulò secus legit Tertullianus hunc in modum: Et scies, & perspicies, & intelliges, à profectioe sermonis, integrando, & reedificando Hierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades sexaginta duas, & dimidiam, & conuertet, & adificabitur in letitiam, & conuallationem, & inuocabuntur tempora. Manifestum autem est, & per se, & conſellu omnium, declarasse Gabrielem his verbis, ex quo

Explicatur verborum contextus.

Vnde sumant
initium Danie-
lis hebdoma-
da.

quo tempore sumendum esset principium numeran-
di septuaginta hebdomades, intra quarum spacium,
venturus esset Messias. Ostendit enim, exordium earum
capiendum esse ab exitu sermonis, de reficienda
Hierusalem. Verum hic exitus sermonis, significare
potest, vel promissum aliquod ædificandi Hierusalem,
Dei ore editum, aut eius nomine, per Prophetam aliquem
enunciatum, vel edictum alicuius regis, quo data sit
Iudæis potestas, & facultas ædificandi Hierusalem. Quo
licet intelligere, malè Origenem in tractatu vigesimo
nono in Matthæum, fecisse initium numerandi septua-
ginta hebdomades, vsque ab Adamo, malè Hippoly-
tum, eandem orsum esse, quinquaginta annis ante so-
lutionem captiuitatis: malè Appollinarem, cœpisse eas
ab ortu Domini. Isti enim vno, & communi argumen-
to refellitur: Gabriel enim hoc loco docet, principium
hebdomadam, in eo tempore locandum, quo tempo-
re exiit sermo de ædificanda Hierusalem, quod profec-
tò ad ea tempora, vnde isti ducunt initium hebdoma-
dam, nullo modo quadrat.

Quæstio 16.
Vnde sumen-
dum sit initium
septuaginta
hebdomadũ.
1. Opinio Ly-
rani, Burgensis,
Vatabli, & Ga-
latini.

CAETERVM, quia hic exitus sermonis, vt ædifi-
cetur Hierusalem, variis modis intelligi, & explicari
potest, peperit ea res varias quoque doctorum senten-
tias, quas hoc loco excutere, & diiudicare conuenit.
Prima sententia est Nicolai de Lyra, Pauli Burgensis, &
Vatabli in suis annotationibus super hoc 9. capite Da-
nielis: quibus aggregandus est Petrus Galatinus in lib.
4. de arcanis fidei Catholicæ, cap. 15. Isti ordiuntur se-
ptuaginta hebdomades, à quarto anno regis Sedechiæ:
videlicet, septem annis ante magnam illam Iudæorum
captiuitatem, & templi, atque vrbs euerfionem. Tunc
enim aiunt, exisse sermonem Dei, per Hieremiam, pro-
mittentis Iudæis, post septuaginta annos captiuitatis,
liberationem ipsorum, & in Patriam reuerfionem, sicut
legitur apud Hieremiam capite vigesimo nono. Fuisse
autem tunc quartum annum regni Sedechiæ, patet ex
initio cap. 28. Hieremiæ, vbi nominatur quartus annus
Sedechiæ. Verum opinio istorum tribus refellitur ar-
gumentis. Etenim, si faciendum est initium numerandi
septuaginta hebdomades ab aliquo Dei promisso, cur
non

Refellitur
prior senten-
tia.

A non potius fiat ab alio priori promisso Dei, dato per Hieremiam vñdecim annis antè, quod etiam pertinebat ad Iudæorum liberationem: vt videre licet apud Hieremiam, capite vigesimoquinto. Vel, cur non potius fiat initium ex alio Dei promisso longè antiquiori, & illustriori, quo Deus per Isaiam, capite 45. pollicitus est, se per Cyrum regem, & iugum seruitutis ablatum Iudæis, & Hierusalem ædificaturum. Nullus tamen est aded imperitus chronologiæ, vt ab eo tempore exordiat hebdomades: cum à tempore illius promissi, vsque ad finem hebdomadū, anni circiter octingenti: hoc est, quatuordecim, & centum hebdomades numerētur. Deinde, in illo promisso Dei, quod est apud Hieremiam, capite 29. Fit quidem mentio de Iudæorum liberatione, & reuersione in patriam, nulla tamen mentio sit de ædificatione Hierusalem. At, Gabriel ab exitu sermonis de ædificanda Hierusalem, indicat hebdomades esse inchoandas. Denique, à quarto anno regni Sedechiæ, vñde illi exorsi sunt hebdomades, qui annus incidit in trigesimam quintam Olympiadem, vsque ad Olympiadem ducentesimam tertiam, in qua finitas esse hebdomades, infra ostendemus, effluxerunt anni plus sexcēti septuaginta: cum in septuaginta hebdomadis, anni tantum nonaginta, & quadringenti contineantur.

C **A**ETERA sententia est Tertulliani, in eo libro, quæ scripsit aduersus Iudæos, & item Origenis, in libro decimo Stromatum, vt in commentario huius noni capituli refert Hieronymus, qui eandem sententiã attribuit Hebræis. Secundum istos hebdomadæ cœperūt primo anno regni Darij Medi, eo videlicet tempore, quo Daniel hanc visionem habuit: vt initio huius noni capituli ab ipso Daniele prænotatum est. Tunc enim inquit, exisse sermonem Dei per Gabrielem, declaratum Danieli, de ædificanda Hierusalem, vt expressum est his verbis, in quorum nunc tractatione versamur. Sed tria huic sententiæ obstant. Gabriel enim nõ promittit hoc loco ædificandam esse Hierusalem, sed tantum denunciat, initium septuaginta hebdomadum ab exitu sermonis, vt ædificetur Hierusalem, esse sumendū. Neque

2. Opinio Tertulliani, Origenis, & Hebræorum.

Refellit hęc opinio.

verò

verò Gabriel ait, ex exitu sermonis mei, vel hoc tempore, quo tecum, ô Daniel, nunc loquor, sed absolute, simpliciter, & præcisè inquit, ab exitu sermonis, vt ædificetur Hierusalem. Nulla igitur ratio suadet, auspiciari hebdomades à primo anno Darij Medi. Verùm, ad confutandam istorum opinionem satis argumenti est, primum annum Darij Medi, concurrille cum fine Olympiadis quinquagesimæ quartæ, sicut ex supradictis in quæstione secunda, huius libri manifestum est: inde verò vsque ad Olympiadem ducentesimam tertiam, in quam desinunt hebdomades, propè sexcenti anni transierunt, id est, plures centum, quàm sint in septuaginta hebdomadis.

3. Opinio Clementis Alexandrini, recellit, Esdr. lib. 1. c. 5. & 6.

TERTIA sententia est Clementis Alexandrini in primo libro Stromatum, exoritur hebdomadas à primo anno regni Cyri. Tunc enim Cyrus, vt scriptum est extremis verbis posterioris libri Paralipomenon, & in principio libri Esdræ, ablato Hebræis iugo seruitutis, liberos dimisit in patriam, facta eis potestate ædificandi templum. Verùm, Clemens non animaduertit, à Cyro factam quidem esse potestatem extruendi templum, sed non urbem, vt indicat ipsius edictum, memoratum ab Esdra in 5. & 6. capite. Ab urbis autem ædificatione incipere hebdomadas, testatus est hoc loco Gabriel. Nec illud attendit Clemens à primo anno Cyri, qui fuit primus Olympiadis quinquagesimæ quintæ, vsque ad Olympiadem ducentesimam tertiam, vbi est terminus hebdomadum, propè sexcentos annos esse transactos.

4. Opinio Eusebij, Cyrilli, Driedonis, & Iansenij.

QUARTA sententia est Eusebij in libro octauo. De demonstratione Euangelica, Cyrilli in catechesi duodecima, Driedonis libr. 3. de sacra Scriptura, cap. 5. parte 4. & Cornelij Iansenij super 122. caput concordie Euangelicæ. Isti ordiuntur hebdomades à 2. anno Darij Hytaspis, qui 4. Persarum rex fuit: hoc enim anno, concessu regis, ædificatio templi, ad id temporis vsque à Cyro intermissa, ingenti Iudæorum lætitia, & alacritate reperita est, & quadriennio post consummata. Narratur hoc in libri Esdræ c. 6. Ab hac opinione non re ipsa, sed nomine regis, & ratione temporum, discrepat Seuerus Sulpitius in lib. 2. sacre historia.

Aria. Quippè, cœpisse putat hebdomades regnante Dario: quo tempore instauratio templi perfecta est: sed illum Darium, non existimat fuisse Darium Hytaspis, 4. regem Persarum, sed Darium Nothum, seu, ut vocat ipse, Ochum, nonum regem Persarum, qui post illius Darij obitum, plus sexaginta annis in-

Refellit hæc opinio.

B proxime sequetur, certè à tempore ædificationis templi sub Dario non possunt hebdomades inchoari: tum, quia secundus annus Darij Hytaspis cadit in Olympiadem sexagesimam quintam, unde vsque ad finem hebdomadam, quem attulit Olympias ducentesima

Esd. lib. 2.

tertia, præterierunt anni plures quinquaginta, supra quingentos: tñ, quia rex ille Darins, in suo edicto, quod referi Esdras, capit. 6. dedit facultatem Judæis reparandi templum, non tamen ædificandi urbem: neque id, quoad ille regnavit, facere aggressi sunt Judæi. Audi

C Sulpitium. Sexto, inquit, anno, quam Darius regnare cœperat, consummatum est templum. Idque satis Judæis visum est, & quia magne molis erat urbem restituere, diffisi viribus, opus multi laboris incipere non ausi, templo continebantur.

Sulpitius.

QVINTA opinio, exordium harum hebdomadam; cœpit à septimo anno regis Artaxerxis, qui Esdras misit in Judæam cum amplissimis muneribus, ad reformandum, ornandumque Dei cultum, & corrumpam: Iudæorum disciplinam. Extat historia hæc apud

Opinio in-nominatorum.

D Esdras, c. 7. Dicitur autem rex ille concessisse Esdræ omnem eius petitionem: præter eam vim pecuniæ, quam ad reficiendum, & decorandum Dei cultum, vel alios quoscunque vellet ipse vsus, conferret. Credibile autem est, Esdras in primis postulasse à rege potestatem ædificandi muros Hierusalem: nam sine firmis mœnibus, propter crebras vicinorum hostium incursiones, & infestationes, nec habitatio urbis tuta esse, nec in templo cultus Dei securè tractari, & exerceri potuisset. Tanta verò illa vis pecuniæ vtilius nulla in re, quam in extruendis mœnibus, muniendaque urbe impendi poterat. Est igitur simillimum veri Esdras esse aggressum extruere muros Hierusalem, sed

sed vel ipso aliis rebus occupato, vel ob assiduas molestasque finitimorum vexationes: vel negligentia Iudæorum, opus ipsum parum processit, quoad tredecim annis post, ab eodem rege missus Nehemias, inchoatum opus magna celeritate, felicitateque confecit. Denique, non modò Nehemiam, sed Esdram quoque operam suam nauasse, ad extruenda urbis mœnia, non obscure significat Theodoretus initio huius noni capituli, affirmas, Artaxerxem filium Xerxis, misisse Esdrâ & Nehemiam, ut muros Hierusalem iterum extruendos curarent. Posset autem hæc sententia eo probari argumento: quod à septimo anno regis Longimani, quo missus est in Iudæam Esdras, hoc est ab anno tertio octogessimæ Olympiadis, vsque ad Olympiadem ducentessimam tertiam, quæ terminauit hebdomadas, numerus septuaginta hebdomadum, hoc est annorum nonaginta quadringentorum, plenus atque integer reperitur. Si verò aliunde sumatur initium hebdomadum, numerus eorum annorum, aut maior, quàm opus est, aut minor inuenitur. Verùm, huic sententiæ ego non accedo. Nullus enim, aut veterum, aut recentiorum, qui hanc de septuaginta hebdomadis quæstionem adhuc tractarunt, ab eo tempore hebdomadas inchoauit: In tanta verò multitudine scriptorum, tantæque opinionum varietate, si ea sententia esset aliquo modo probabilis, non defuisset tot seculis, vnus aliquis, qui ei sententiæ suam auctoritatem & patrocinium commo-
 dasset. Deinde, nusquam legitur in Sacris literis, Esdrâ petiuisse à rege potestatem ædificandæ, muniendæque ciuitatis Hierusalem: aut hoc ei regem concessisse: aut ipsum Esdram, aliquando tale opus facere aggressum. Suffragatur mihi Seuerus Sulpitius libro secundo, sacre historię. Ego, inquit ille, *Esdram nihil super reficienda vrbe erisse comperio, credo potioem ei fuisse curam, plebem corruptis moribus reformandi.* Nec me mouet argumentum suprâ positum: siquidem, demonstraturus sum libro vndecimo, ducto initio hebdomadum ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani, qui Nehemiam misit ad reficiendam Hierusalem, summam annorum nonaginta, & quadringentorum, qui continentur in
 sept em

Hęc sententia
 refellitur.

Sulpitius.

A Septuaginta hebdomadis, plenè, perfectèque constare.

Sexto loco innumerari potest opinio Iosephi Scaligeri. Is libro sexto de emendatione temporum, caput septuaginta hebdomadum posuit in secundo anno regis Darij Nothi, quo regnante ædificationem templi esse absolutam putat ipse, Sulpirium in libro secundo sacræ historię sequutus. Idem, petit principium sexaginta duarum hebdomadum, post quas occisum iri Christum, videtur Gabriel hoc loco significasse, ab anno quinto Artaxerxis Mnemonis, à quo

6. opinio Sulpirij & Iosephi Scaligeri.

B rege missum fuisse Esdram & Nehemiam, neque in hoc à vestigijs Seueri Sulpirij discedens, arbitratur: contra hanc opinionem non valde nobis in præfens decertandum est. Etenim sequenti libro, nec templum sub Dario Notho exædificatum, nec à rege Mnemone Esdram & Nehemiam missos fuisse, ostendemus. Certè in regis Darij edicto, quod exposuit Esdras capite sexto, nulla mentio sit de potestate data Iudæis ædificandæ urbis: sed tantum instaurandi & reficiendi templi.

Refellitur:]

C SEPTIMAM opinionem, equidem censeo, quam superiores omnes propiorem vero, ac probabiliorem. Hæc initium capit hebdomadum, ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani, qui sextus fuit Persarum rex. Hic flexus precibus, pietatèque erga patriam Nehemiaz, ministerio pincernæ, & merito obsequiorum, sibi carissimi, anno imperij sui vigesimo, cum cum præsidio equitum dimisit in Iudæam, quò urbem Hierusalem reficeret, ac validis mœnibus communiret. Habes hanc historiam in libro Nehemiaz, qui secundus Esdræ vulgò dicitur, satis copiosè, distinctèque per-

D scriptam. Huius sententiæ probatores, & auditores habeo plurimos, atque grauissimos viros: eam namque defendit antiquissimus scriptor Iulius Africanus libro quinto Annalium, vt refert hoc loco D. Hieronymus, Chryostomus in secunda oratione aduersus Iudæos, Theodoretus, & Dionysius Carthusianus in commentarijs suis in hoc nonum caput Danielis, Beda in libro tertio expositionis Esdræ, c. 16. idèmq; Iacobs in libro de ratione temporum, cap. 7. Rupertus in lib. Danielis, cap. 15. Auctor historię scholasticæ in hi-

7. opinio eæteris probabilior, Africanus, Chryostomi, Theodoreti, Bedæ, Rupertii, & aliorum:

Probetur hæc
sententia.

si quis dicit
id est in
iudicio
iudicabitur
vixit
vixit

Magna celeri-
tate vrbs san-
cta extructa
est.

Historia Danielis, cap. decimo. Ioannes Zonaras in tomo A
primo Annalium, D. Antoninus in prima parte chro-
nica, titulo tertio, capite octauo, Petrus Galatinus li-
bro quarto de arcanis Catholica veritatis, cap. 16. &
Ioannes Lucidus libro septimo de emendatione tem-
porum, capite vltimo. Duo præterea sunt argumenta,
quæ hanc opinionem valdè confirmant. Etenim quæ-
cunque Gabriel hoc loco docet de initio septuaginta
hebdomadum, ea omnia præstat, & repræsentat nostra
sententia. Ait Gabriel, principium hebdomadum pe-
tendum ex eo tempore, quo exiit sermo, vt ædificetur B
Hierusalem, & plateæ, ac muri eius in angustia tempo-
rum. Atqui a solo Attaxerxe, qui misit Nehemiam, le-
gitur exisse mandatum, datamque potestatem repa-
randi, & reficiendi vrbs, vt narrat liber Nehemix. Il-
lud autem, *in angustia temporum*, bifariam intelligi po-
test: nam angustia temporum significare potest ma-
gnam aliquam vexationem & periculum, quo quis
premitur & vrgetur. Et hoc bellissime congruit nostræ
opinionis, sicut enim traditur in libro Nehemix cap. 4.
qui duce Nehemia muros Hierusalem extruebant, in C
tantum vexabantur & infestabantur à vicinis hostibus,
vt etiam, qui opus faciebant, cum armis esse, quasi pã-
rati ad pugnam, cogerentur. Sic enim inquit Nehemias,
*Media pars iuuenum faciebat opus, & media parata
erat ad bellum, lanceæ & scuta, & arcus & lorice penes eos e-
rant, qui edificabant in muro, vna manu suâ faciebat quisque
opus, & altera tenebat gladium.* Potest etiam illud, *in angu-
stia temporum*, significare ædificationem platearum, &
murorum Hierusalem: angustissimo breuissimoque
tempore esse absolutam. *Completus est murus*, inquit Ne-
hemias cap. 6. *vigesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta D*
diebus. Quod videri non debet incredibile: siquidem in
opere faciendo multa hominum millia laborabãt, dies
noctæque summo studio & diligentia. Aderant princi-
pes Iudæorum, qui opus præsentia sua, voce, etiam ma-
nu vrgebant: nec mœnia omni ex parte ab imis funda-
mentis excitata sunt: sed cum interrupta fuissent mul-
tis locis, continuata & redintegrata sunt. Neque hæc
de interruptione murorum, mea est coniectura, sed di-
uinx scripturæ sententia. In libro Nehemix capite pri-
mo

A mo & secundo, murus Hierusalem ante aduentum Nehemix dicitur fuisse dissipatus : & in capite quarto, Cum audissent, inquit, hostes Iudæorum, quod obducta esset cicatrix muri Hierusalem, & quod cepissent interrupta concludi, trati sunt nimis. In capite sexto, Cum audissent, ait Nehemias, inimici vestri, quod edificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio, &c. Alterum pro confirmatione huius sententix argumentum est: diuinam Scripturam, quemadmodum solum Artaxerxem memorat, à quo data fuerit potestas extruendi muros Hierusalé: B it a soli Nehemix ædificatæ urbis, extructorumque mœnium laudem attribuere. Namque auctor libri Ecclesiastici in capite quadragesimonono enarrans virtutes & laudes eorum, qui in populo Hebræo insignes, ac memorabiles fuere: sic de Nehemia scribit, & Nehemias in memoriam erit multi temporis, qui crexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui crexit domos nostras.

A r enim verò, dicit aliquis, urbem Hierusalem, C multis annis ante missionem Nehemix fuisse fabricatam: scriptum enim est ab Esdra cap. 4. hostes Iudæorum, in ea Epistola, quam scripserunt ad regem Artaxerxem, accusasse Iudæos: quod ciuitatem, quæ semper externis principibus fuerat rebellis, ædificassent, muniisque muniuissent. Verba ipsorum, eo loco hæc refert Esdras. Notum sit regi, quod quia Iudæi, qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Hierusalem ciuitatem rebellem, & pessimam, quam ædificant, extruentes muros, & pariter componentes. Si autem rex ille fuit Cambyses filius D Cyri, vt plerique putant, ædificatio illa ciuitatis & murorum plus septuaginta annis, Nehemix aduentum præcessit. Deinde Nehemias venit Hierusalem, ferè quindecim & centum annos post reuersionem Iudæorum ex captiuitate Babylonica: ponimus enim hoc loco, quod partim suprâ probauimus, partim infra probaturi sumus, Cyrum anno primo regni sui donasse Iudæis libertatem: & Artaxerxem Longimanum anno vigesimo, Nehemiam misisse in Iudæam cum amplissima facultate reficiendi, muniendique Hierusalem. Si igitur ante Nehemiam non esset ædificata Hierusalem, vbi nam tot millia Iudæorum per tot

Obiectio, An ante Nehemiam ædificata fuerit, seu refecta urbs Hierusalem.

Ædificata qui-
dem fuit vrbs
sancta ante Ne-
hemiam, sed
imperfecte.

Nehemias
qualiter vrbe
sanctam refe-
cerit.

Obiectio Pau-
li Burgenfis.

annos habitassent? vbi tot Leuitarum & Sacerdotum A
millia, quorum seruitium & ministerium in templo,
& ad Dei cultum administrandum necessarium erat
cōmemorata fuissent? Denique Nehemias ipse scribit,
inuenisse se dissipatum murum Hierusalem, eiusque
portas igni combustas. Ergo fuerat ante Nehemiam
ædificata ciuitas: fuerat mœnibus septa, & portis
clausa. Equidem non abnuo, fuisse ante Nehemiam
multas domos sparse dissipatęque circum ipsum tem-
plum, ad Iudæorum habitationem, quin etiam parietes,
instar mœnium, ad protectionem & defensionem B
habitantium, circumstructos, sed ea ædificatio, incon-
dite atque inordinate facta, nec ciuitatis formam, &
speciem habebat, nec admodum commoda erat ha-
bitationi, nec firma propugnationi. Quocirca, cum
vicinorum hostium incursiones, atque imperus susti-
nere non posset, sæpenumerò fuerat ab illis perrupta,
incensa, vastata, ob idque habitatoribus vacuata. Ad-
de illud, quod huius rei caput est, eam ædificationem
qualiscunque fuit, non ex voluntate, mandato, edictio- C
ve alicuius regis esse susceptam; sed propria Iudæorū
voluntate & auctoritate, vel potius summa eorum ne-
cessitate, esse factam. Ad eam enim faciendam Iudæi,
partim commoditate habitationis, partim defensionis
necessitate tracti sunt. At verò Nehemias ab ipso rege
missus, eiusque publico mandato & auctoritate instru-
ctus, ita refecit urbem Hierusalem, vt eam validissimis
mœnibus circummuniret, commodis, firmisque portis
instrueret, vicis dispertiret, ac dirigeret, plateis amplia-
ret, compleret domibus, frequentemque habitatoribus
faceret; denique variis propugnaculis & ornamentis D
ædificiorum, firmaret, pariter, atque decoraret, vt ob
hanc causam princeps & auctor ædificandę vrbs, ex-
trahendorumque mœnium, Nehemias meritisimò di-
catur, eiusque operis laus, atque gloria, soli Nehemię
in Sacris literis tribuatur.

CAETERVM Paulus Burgenfis in suis additioni-
bus ad postillas Nicolai de Lyra super nono hoc capi-
te Danielis, vehementer aduersatur nobis: nec tan-
tū nobis, sed æquę omnibus, quicunque post mor-
tem Danielis, septuaginta hebdomadas ordiuntur.

Sic

A Sic ille argumentatur. Si hebdomades cœptæ sunt vigesimo anno regis Longimani, Cum per Nehemiam reparari cœpit vrbs Hierusalem, cum id euenerit plus centum annis post mortem Danielis, efficeretur, Danielem ignorasse, quando futurum esset initium hebdomadam, utpotè quod amplius centum annis post mortem ipsius futurum erat. Si Daniel ignorauit initium, ergo non potuit certè, ac definitè scire, quo tempore venturus esset Messias: quod sanè de tanto Propheta, ex cuius prophetia iam venisse Messiam euidenter cognoscitur, & probatur aduersus Iudæos, sentire, per absurdum videretur. Sed hanc Burgenfis argumentationem, non magni negotij erit dissoluere, & quidem dupliciter. Primò responderi potest, non esse absurdum, si dicatur Daniel ignorasse definitè, ac propriè tempus aduentus Messia: neque enim omnia quæ in aliis visionibus ei dicta, vel ostensa sunt, plenè intellexit. Audi, quid ipse scripserit de extremis verbis capitis octauo. *Ego Daniel langui, & egrotavi per dies, cumque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, nec erat qui interpretaretur.* Audi quid idem naret de se in capite duodecimo. *Ego, inquit, audiui, & non intellexi, & dixi, Domine mi, quid erit post hæc? Et ait, vade Daniel: quia clausi sunt, signatique sermones.* Nonne Danieli patefactum est, quendam regem Græcorum, scilicet Antiochum Epiphaniem, vehementissimè infestaturum, vexaturumque Iudæos, eiusque persecutionis tabiem, bis mille & trecentos dies duraturam? At, quo tempore regnaturus esset Antiochus, tantisque malis populùm Dei afflictaturus, non est distinctè, ac propriè ostensum Danieli. Verùm, illud certius est argumentum. Præuidit Daniel, ut patet ex capite septimo, vndecimo, & duodecimo, persecutionem Antichristi aduersus electos, futuram in consummatione seculi: eamque ad tres annos & dimidium duraturam esse intellexit: ignorasse tamen ipsum, certū ac præfinitū tempus, quo venturus est Antichristus, ex ipso Euangelio manifestum, indubitatumque est. Similiter igitur, in hac visione Daniel doctus est à Gabriele, in-
 tra tempus septuaginta hebdomadam, quarum initium in refectione vrbs Hierusalem futurum erat, Messiam

Responsio præ
 ma Danieli dicitur
 distinctè, & definitè notū non
 fuisse à sua ætate, vsque ad
 Messia aduentum, quantum
 temporis superesset.

Math. 24.

Cur Danieli
tēpus Aduen-
tus Messiae di-
citur reuela-
tum fuerit.

Altera respon-
sio, fuisse ei re-
uelatum Mes-
siae tēpus, sed
illud in Sacris
litteris non ha-
berit.

esse venturum : non tamen aperuit ei Angelus, quanto **A**
tempore post hanc visionem, reparanda esset vrbs
Hierusalem. Neque enim hoc mysterium aduentus
Messiae, patefactum & literis proditum est, tam pro-
pter ipsum Danielelem, quam propter futurum Dei po-
pulum, tum Iudaicum, tum etiam Christianum. Iudaicū
quidem, vt qui venturi erant consequentibus tempori-
bus Iudaei, notato tempore, quo vidissent aut legissent
vrbs Hierusalem, extructis moenibus, aedibusque aedi-
ficatis esse resectam ac muinitam, inde principium fa-
cerent numerandi septuaginta hebdomades, & pro-
pe earum finem, Messiae aduentum expectarent. **B**
Propter Christianum autem populum, vt quod Christi-
ani credunt, iam venisse Messiam, id ipsum, ex hac pro-
phetia Danielis, verissimum esse intelligentes, vehemē-
tius in sua fide confirmarentur. Potest Burgenſi
etiam altero modo responderi, fuisse Danieli pate-
factum, quanto tempore post eam visionem aedifican-
da erat ciuitas Hierusalem, & dandum initium sep-
tuaginta hebdomadam : nam quamuis id neque ali-
cubi in Sacris litteris testatum sit, sit tamen credibile,
manifestum fuisse Danieli : siquidem erat Daniel vir
desideriorum, ac super omnia, tempus certum & de-
finitum aduentus Messiae noscendi cupiditate arde-
bat. Cū igitur Gabriel dixerit se à Deo missum, vt
doceret Danielelem, & intelligere faceret, scilicet ea,
quae potissimum ille scire cuperet, non est dubitan-
dum, quin tanto desiderio Danielis in primis An-
gelus satisfecerit. Ex huius igitur quaestionis con-
clusionem, illud, quod permagni interest ad tracta-
tionem disputationis de septuaginta hebdomadis
ante omnia notare, & in memoria habere debet le-
ctor, principium septuaginta hebdomadam, non
alibi esse locandum, quam in vigesimo anno regis
Artaxerxis Longimani : quo anno ab eo rege missus
est Nehemias ad aedificandam vrbs Hierusa-
lem. Hic autem annus, prout in chronicis
cum signauit Eusebius, cum anno
quarto Olympiadis octogesima
tertiae concurret.

Vsq̄ue

A *Vsq̄ue ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta due erunt.*

NESCITIO, unde Tertullianus in libro aduersus Iudæos, tam insignem errorem hauserit, ut hoc loco, pro septem, & sexaginta duabus hebdomadis, legat, hebdomadas sexaginta duas & dimidiam. Quæstio 17.
Quis fuerit ille Christus dux.

B sed illud inquirendum, quinam illi fuerit, quem hoc loco Gabriel Christum ducem nominat: Lyranus & Galatinus varias Rabbinorum interpretationes memorant: Quidam interpretati sunt, regem Cyrum, à quo donata est Iudæis libertas: eum namq; Deus per Isaiam quadragesimo quarto & quadragesimo quinto seruum, pastorem, & Christum appellat. Alij dixerunt, intelligendum esse, vel Iesum Pontificem, vel principem populi, Zorobabel, ambos duces populi ex Babylonica captiuitate in Iudæam reuertentis. Rabbinorum sententia.

C nulli, Christum ducem vocari putarunt hoc loco, Nehemiam, qui urbem Hierusalem refecit. Sed istorum omnium manifestus est in chronologia error, facillique ad confutandum. Etenim, Gabriel ait præterituras sexaginta nouem hebdomadas, vsq̄ue ad Christum ducem, at Cyrus, Iesus Pontifex, & Zorobabel, multis annis fuere ante initium hebdomadam: imple autem Nehemias circa principium hebdomadam floruit: quin ædificando Hierusalem, dedit ipse initium septuaginta hebdomadis. Eusebij opinio.

D octauo de demonstratione Euangelica, per Christum ducem, significari putat hoc loco Hyrcanum, vltimum Iudaicæ gentis pontificem, qui legitime electi fuerant. Nam post Hyrcanum, pontifices electi sunt contra legem: non enim eligebantur ab Herode, eiusq̄ue successoribus, ex familia Aaron: nec erat electio, sed venditio pontificatus: nec is tota vitâ durabat, sed erat annuus, vel prout principis libido ferebat. Nec nomen Christi & ducis, non est conueniens Hyrcano: rectè enim vocatur Christus, id est, vnctus, quia pontifices vnctione consecrabantur. Rectè item vocatur dux, quia postquam Iudæi Babylone

Refellitur Eusebij opinio.

Vera interpretatio per Christū ducē Dominū nostrū esse intelligendum.

Matth. 2.

Matth. 3.

Christus populi dux.

reuerſi sunt, præsertim verò post Machabæorum tempora, iidem fuere apud Iudæos, & pontifices, & populi duces ac principes. Verùm miror Eusebium, duplicem in hac opinione, nec sanè obſcurum, errorem, non animaduertiſſe. Nam, nec hebdomades à Cyro esse inchoandas, sed à vigesimo anno regis Longimani, præcedenti quæſtione manifestum fecimus: nec si à Cyro inciperent hebdomades, ratio temporum Eusebio constare posset. A Cyro namque, cuius primus annus regni, fuit etiam primus quinquagesimæ quintæ Olympiadis, ut ipſemet tradit, & apud bonos chronologos in cōfesso est, vsque ad Hyrcanum pontificem, hoc est, vsque ad Olympiadem centesimam septuagesimam nonam, cum, auctore Iosepho in libro decimo quarto Antiquitatum, Pompeius Magnus subacta Iudæa, comprehensoque Aristobulo, pontificatum Hyrcano confirmauit, præterierant, non ut hic docet Gabriel, sexaginta nouem hebdomades, id est, anni quadringenti octoginta tres, sed anni quingenti. Dicamus igitur, quem hic nominat angelus Christum ducem, non alium fuisse, quàm Dominum nostrum Iesum Christum, quem Dauid Psalmo secundo, Christum nominat, propter eam causam, quam supra exposui, cum explanarem illa verba, *ut iungatur sanctus sanctorum*: per Isaiā verò c. 55. Deus nominat eum ducem, cum inquit, *Eccc dedi eum testem gentibus, ducem ac præceptorem populis*, & Michæas cap. quinto, prout citatur à Matthæo, loquens de Bethlechem natali urbe ipsius Messie. *Ex te, inquit, exiet dux, qui regat populum meum Israël*. Debere autem per Christum ducem, hoc loco intelligi Messiam, patet ex antecedentibus illis verbis, *ut deleatur iniquitas, adducatur iustitia sempiterna, impleatur prophetia, iungatur Sanctus sanctorum*: quæ verba, ad alium, nisi ad Messiam, ut supra docuimus, referri nullo modo possunt. Patet idem ex consequentibus verbis: quæ mox ostendemus propriè ad Messiam pertinere. Fuit autem Dominus noster primum declaratus dux populi Dei in Baptismo suo, voce illa patris, de cælo missa, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite*. Nam ante id temporis, Dominus Iesus per viginti nouem annos, priuatam &

A tam & obscuram vitam exegerat. Tunc primùm cœpit fungi ducis munere. Fuit enim dux hominibus ad bene viuendum exemplo vitæ sanctissimæ: fuit dux ad cognoscendam veritatem, prædicatione Euangelicæ doctrinæ: denique, fuit dux ad colligendam & congregandam Ecclesiam, tunc enim sectatores & discipulos habere cœpit. Ergo sexaginta nouem hebdomades, terminantur in Christo duce, hoc est, in baptismo Domini nostri: quo tempore dux à Deo declaratus, etiam ducis officium facere orsus est. Quo fit ut finis sexaginta nouem hebdomadam, incidit in annum decimumquintum Tyberij Cæsaris, qui fuit primus ducentesimæ secundæ Olympiadis. Tunc enim Dominus ingressus trigessimum annū ætatis baptizatus est.

Septuaginta hebdomades desinunt in Christi baptismo.

D E illo, *Septem hebdomades, & sexaginta duæ hebdomades erunt*, quæri potest cur angelus, non simpliciter, & aperte dixerit sexaginta nouem hebdomades, sed paritè, ac præposterè summam eius numeri enuncians, obscure loquutus sit, dicens, *septem hebdomades, & sexaginta duæ hebdomades*. An ita loqui voluit, in hac prophetia seruando morem Prophetarum, consultò nouis & obscuris loquutionibus, propheticos sermones tegentium, atque obscurantium? D. Hieronymus super c. 45. Ezechielis, *Scriptura, inquit, difficultatem habet in numeris, ut intentum animum faciat auditoris, ideoque multa dicuntur in parabolis & enigmatibus, ut qui aures habet audiendi, audiat. Omnisque prophetia in obscuritate continet veritatem, ut discipuli intrinsecus audiant, ignobile vulgus, & foris positum nesciat quid dicatur*. Sic Hieronymus. Sed illud verius dictu est, eum loquendi modum esse phrasim Hebrææ linguæ, in Sacris literis non infrequentiem. Cùm enim Hebræi volunt exprimere summam alicuius numeri, eam per partes enunciant, præponendo minores numeros maioribus, sicut ex sententia Hebræorum refert hoc loco diuus Hieronymus, & ponit hoc exemplum. Nos dicemus vixisse Abraham centum septuaginta quinque annis: at Hebræi dicerent, vixisse eum quinque & septuaginta, & centum annis. Ponam ego aliud, sed illustrius exemplum, ex 45. cap. Ezechielis de prom-

Cur Gabriel sic loquutus sit, septem hebdomades, & sexaginta duæ hebdomades, & primò ad seruandū prophetiarū morem.

Secundò phrasim Hebrææ linguæ retinendo.

pium. Cum enim vellet Propheta docere, quot sicut A
 faciunt unam mnam, potuisset breuiter, ac dilucidè
 dicere sexaginta sicut faciunt mnam: seruans tamen
 proprietatem linguæ suæ, ita dixit, *Porro viginti sicut, &
 viginti quinque sicut, & quindecim sicut, mnam faciunt.* Nec
 Hebræi tantum, etiam elegantiores Latini scriptores,
 itidem loqui solent in putandis numeris, minorem ma-
 jori præponentes. Tertium responsum tangitur à Theo-
 doreto, sed non bene ab ipso exponitur, vt paulò post
 dicemus: nos igitur dicamus propterea Gabrielem ita B
 distinxisse hebdomadas, vt insinuaret in huiusmodi
 partitione aliquod subesse mysterium. Sed quòdnam
 hic latet mysterium? Dicam breuiter in primis septem
 hebdomadibus duæ res valde insignes, ac memorabi-
 les contigerunt. Namq; in exordio primarum septem
 hebdomadam: resecta, munitaq; est vrbs Hierusalem
 à Nehemia, quod, vt diu fuerat optatissimum Iudæis,
 sic fuit lætissimum: sub finem autem illarum septem
 hebdomadam, claruit regina Esther, & Mardocheus,
 qui gentem Iudæorum, supremo exitio, quod ei genti C
 machinatus fuerat Aman, liberarunt. In sequentibus
 porro sexaginta duabus hebdomadis, quatuor eue-
 nerunt apprimè memoranda: sed ea partim facta Iu-
 dæis, partim luctuosa & funesta. Primum enim Ale-
 xander Magnus veniens Hierosolymam, adorauit Pò-
 tificem, honorauit templum, sacrificauit Deo, Iudæos-
 que muneribus pariter, atque honoribus affecit, etiam
 multis in suam militiam aluitis. Deinde, in earum heb-
 domadam decursu extitit atrocissima illa persecutio
 Antiochi Epiphani aduersus Iudæos, & gloriosissi-
 mus, eque virtutibus, quam reb⁹ gestis, Machabeorum D
 principatus. Adhæc, ante finem horum sexaginta no-
 uem hebdomadam, defecit sceptrum de Iuda transla-
 to imperio Hebrææ gentis ad alienigenas, quorum
 primus Herodes Iudæis imperauit. Hoc regnante, vt
 impleretur prophetia Iacob, quæ est in libro Genesios
 cap. 49. venit, qui mittendus erat, hoc est, natus ex vir-
 gine in terris est Dominus Iesus, cuius Baptismus, in
 quo ipse, & Christus, & dux à Deo patre renunciatus
 & declaratus est, prædictas sexaginta nouem hebdo-
 madas terminauit.

Tertid pro-
pter mysteriū.

Quæ insignia
eucenerunt in
primis septem
hebdomadi-
bus.

Quæ item in
aliarum heb-
domadam de-
cursu.

Et

A
Et post sexaginta duas hebdomadas
occidetur Christus.

CIRCA lectionem huius loci, prænotandum est. Sicut habet nostra lectio Latina, ita esse ad verbum Hebraicè: itaque vertisse Pagninum. At Græcè, si verba spectes, diuersa lectio est: nam pro illo, occidetur Christus, habet, destruetur vnctio: quam lectionem, etiam de Latinis, sequuti sunt Tertullianus in libro aduersus Iudæos, & Augustinus in Concione ad Catechumenos, quæ est contra Paganos, Iudæos, & Hæreticos, cap. 12. Verùm hæc lectiones non differunt sententia, sed verbotenus dumtaxat. Cum enim Christus significet Latine vnctum, idem est dicere: Destruetur vnctio, vel vnctus, atque, occidetur Christus. Circa numerum autem sexaginta duarum hebdomadam, quem habent, & Latini, & Hebræi codices, corrigendum est erratum, quod in omnibus Bibliis Græcis, tam Complutensibus, quam regiis, nescio quomodo in hæc sit: nam pro sexaginta duabus hebdomadis, habent, sexaginta quatuor, sine dubio mendosè: non solum quia secus est in lectione Hebraica, & Latina: sed etiã quòd alij codices Græci habent sexaginta duas: sic etiam legit Theoderetus, atque Eusebius libro 8. de demonstratione Euangelica, nec aliter vertisse septuaginta interpretes, ea coniectura satis probabile est, quod id non tacuisset hoc loco D. Hieronymus, quippè qui eorum, quæ illi à veritate Hebraica discrepantes, vsquam, vel omiserunt, vel mutauerunt, diligens animaduersor, & censor esse soleat. Alterum, præterea erratum in chronologia, Chrysostomo in secunda oratione aduersus Iudæos, obrepit: nam tractans hunc ipsum Danielis locum, pro sexaginta duabus hebdomadis, legit, septuaginta: nec error fuit librarij, sed Chrysostomi existimantis, septuaginta hebdomadas, in euerfione Hierosolymæ à Romanis facta, fuisse terminandas.

VERVM, cuius Christi cædem post sexaginta duas hebdomadas futuram, Gabriel hoc loco prænunciet, deinceps tractandū est. Hebræi more suo, seria, & sacra

Conciliantur
Græca, & La-
tina editio.

Error editio-
nis Græcæ cor-
rigendus.

Quæstio 18.
Cuius Christi
Gabriel hæc.

prænuñciat sacra fabulosis; & commentitiis rebus miscentes; & A
 eadem post contaminantes, quem Angelus prædicat post sexaginta
 62. hebdomadas futuram. contaminantes, quem Angelus prædicat post sexaginta
 1. Opinio Hebræorum factua. tam minorem, vltimūti Iudæorum regem: quem aiunt
 tempore belli, quod Romani, Vespasiano, Titoque
 ducibus, cum Iudæis gesserunt, fuisse à Romanis inter-

fectum. Sed ad hanc eorum fabellam manifestè redar-
 guendam, non aliquem de nostris testem excitabo, sed
 vnum eius gentis, nec sanè quemlibet, sed omnium
 Iosephus. Hebræorum, tam in historia, quàm in chronologia
 doctissimum, & diligentissimum, Iosephum dico, qui B
 bello interfuit, ipsumque copiosissimè, ac fidelissimè
 septem libris perscripsit: nec non & regi Agrippæ
 carus, & familiaris fuit. Is libro secundo de bello Iu-
 daico, capite 16. scribit Agrippam, cum graui oratione
 conatus esset reuocare Iudæos à bello, quod aduersus
 Romanos susceperant, videretque nihil se verbis pro-
 ficere, Iudæis obstinatè ad arma ruentibus, relictis il-
 lis, adhæsisse Romanis. Verba extrema illius historiæ
 ex Iosepho hinc scribam: *Ad Agrippæ, inquit, regis ora-
 tionem, multitudo Iudæorum accensa, nec à verborum in regem C
 contumelijs temperarunt: sed protinus expulsam vrbe, ausi sunt
 etiam nonnulli saxa in eum iaciendo, prosequi. Rex autem vi-
 dens tumultuantium irreuocabilem impetum, conquerendo
 quòd contumelijs esset affectus, cõfestim decessit. Sic Iosephus.
 Qui etiam in eo libro, quo vitam suam descripsit, aper-
 tè docet, Agrippam ei bello, atque cladi Iudæorum,
 multis annis fuisse superstitem. Quia Cornelius Tacitus
 libro quinto historiarum, affirmat, Agrippam in eo
 bello sequutum esse partes Romanorum, ob idque D
 magno honore, & gratia fuisse apud Romanos. Sed,
 vt hunc errorem condonaremus incitiæ Hebræo-
 rum: at chronologiæ error nullo modo est tolerabi-
 lis: namque ab ædificatione Hierusalem sub Nehe-
 mia, quæ fieri cœpta est Olympiade octogesima ter-
 tia, vsque ad Olympiadem ducentissimam duodeci-
 mam, qua bellum illud gestum est, non sexaginta duæ
 hebdomades, vt hinc ait Gabriel, id est, anni quadrin-
 genti triginta quatuor, sed fermè septuaginta quatuor
 hebdomada, hoc est, anni circiter sexdecim, & quin-
 genti præterierunt.*

- A** ALTERA opinio est Theodoretus in commentario huius loci, qui per Christum, hoc loco, non alium intelligit, quam Hyrcanum, qui ultimus fuit Pontificum, qui legitime electi fuerant: nam ceteri Hyrcanum subsequuntur, contra legem, ut supra diximus, eligebantur. Hunc Hyrcanum, qui propterea dicitur Christus, qui Pontifex erat, unctioe consecratus, occidit Herodes. Supradictam porro sexaginta novem hebdomadam partitionem, in septem, & sexaginta duas hebdomadas, ad hunc modum Theodoretus interpretatur. Ab ædificatione Hierusalem, usque ad eandem Christi, id est, Hyrcani Pontificis computat sexaginta duas hebdomadas, quæ continent annos quadringentos triginta quatuor: ab interitu autem Hyrcani, usque ad id temporis, quo Saluator noster in Iordane baptizatus est, numerat septem hebdomadas, id est, annos quadraginta novem. Sed profecto dupliciter in chronologia lapsus est Theodoretus. Nam, neque à cæde Hyrcani, que facta est, ut narrat Iosephus in libro decimoquinto
- C** Antiquitatum, in Olympiade centesima octogesima septima, regredientes usque ad tempus ædificationis Hierusalem, id est, ad annum quartum Olympiadis octogesimæ tertiæ, unde incipiunt hebdomades, repetiemus sexaginta duas hebdomades, seu annos quadringentos triginta quatuor, sed hebdomadas tantum quinquaginta novem, seu annos quadringentos quatuordecim: & ab Olympiade centesima octogesima septima, qua occisus est Hyrcanus, usque ad Olympiadem ducentesimam secundam, in cuius principio Dominus
- D** noster baptizatus est, non tantum septem hebdomades, seu anni quadraginta novem, ut censet Theodoretus, sed prope novem hebdomades, siue anni sexaginta, intercesserunt. Tertia opinio est Driedonis in libro tertio, de sacris scripturis, capite quinto, parte quarta: cuius sententiam in eo quidem laudo, quod Christum occidendum, non alium fuisse arbitratur, quam Messiam, & Salvatorem nostrum: sed in eo non possum laudare, quod ab ædificatione Hierusalæ, usque ad necem Domini nostri, sexaginta duas tantum hebdomadas interfluxisse putat: cum longè plus temporis, sicut præ-

2. Opinio Theodoretus per Christum Hyrcanum interpretantis.

Reprobatur Theodoretus opinio.

3. Opinio Driedonis, quæ ex parte tenetur, ex parte reicitur.

dicta

dicta manifestum faciunt, transisse constet.

Vera sententia Christum occidendum fuisse verum Messiam saluatorem nostrum.

NOBIS igitur placet, quod etiam multis viris doctis visum est, Christum, cuius necem post sexaginta duas hebdomadas futuram prædixit Angelus, non fuisse alium, nisi Messiam, & Saluatorem nostrum. Nam, cum ea, quæ proximè antecesserunt de Christo dicta, nos de Messia esse intelligenda supra docuimus, conuenit, vt similiter etiam, quæ hic dicuntur de Christi nece, de Messia quoque intelligantur. Nisi putamus Gabrielem nomen, *Christi*, eodem ferme loco, & ad Messiam, & alium nescio quem, nimis ambigè retulisse. Quamquam, æquus alius Christus fingi potest, cuius eadem vaticinio Gabrielis præmonstrari conueniens fuerit, & ob cuius mortem, tot tantaque mala, quæ proximè subiiciuntur, genti Iudæorum contingerent, itaque Gabriel his verbis significat, fore, vt Messias ab his occidatur, ad quos potissimum seruandos, & viuificandos venturus erat. Messiam porro à suis acerbissima, & indignissima morte necatum iri, tam

Christus quomodo manet in æternum.

proprie, apertè, distinctèque vaticinati sunt, David Psalmo 21. & 68. & Isaias c. 53, vt non tamquam vates, quod futurum erat prædixisse, sed tamquam historici, quod gestum fuerat, narrasse videantur. Exat in libro Sapientiæ capite 2. Iudæorum in Christi necem conspirantium, præscripta oratio. Quod autem Iudæi, vt est in c. 12. Euangelij Ioannis, Domino nostro præsignificanti mortem suam, obiecerunt ex Psalmo 109.

Et sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech:

quasi his verbis significetur, Messiam fore omnino immortalem, id facile diluitur: namque illis verbis significatur, non quidem Messiam non moriturum, sed statim post mortem, ab ipso pro Dei gloria, & hominum salute vltro susceptam, ad vitam perpetuò immortalem rediturum. Vel potius declaratur, sacerdotium Messie futurum æternum, nimirum, hoc etiam nomine præstantius futurum sacerdotio Aaronico, quod erat ad certum modò tempus permanens.

Non pigebit ponere hoc loco, sententiam de morte Messie cuiusdam antiquissimi Rabbinum Ozeæ, quam Galatinus in libro 4. cap. 18. ex quodam libro Rabbinum Simeonis descriptam his verbis commemorat.

Rabbi.

A Rabbi Ozeas fletus dicebat, *ve illis, ve illis, ve illis iniquis, & impijs homicidis Israel, ob quorum amorem, vt peccatum eis dimittat Deus, mittet filium sanctum suum, & carne humana induet. Va illis, quia propter suas prauas actiones, rebelles erunt huic Messia: nec respicient dicta, quibus imperabit, vt mundificentur aqua mundificationis ad expianda peccata sua: nec incedent in vijs Deo gratis, nec facient eius voluntatem, sed ingenti iracundia perciti, illum occident. Hæc ille Rabbinus.*

Sententia cuiusdam antiqui Rabbinus de nece Messia.

B SED reuertamur ad sexaginta duas hebdomadas, post quas Christus dicitur occidendus. Non enim videtur hoc esse verum: si enim paulò antè dictum est, vsque ad Christum ducem, id est, vt nos interpretati sumus, vsque ad Saluatoris nostri baptismum præterituras sexaginta nouem hebdomadas, quæ potest esse verum, vsque ad eius mortem duas tantum, & sexaginta hebdomadas futuras: an potuit Christus, septè hebdomadis antequàm baptizaretur, occidi? Verùm, huic dubitationi facile occurritur. Dicendum enim est, hic sup-

Vnde oportet ordiri sexaginta duas hebdomadas, post quas Gabriel necem Christi futuram esse dixit.

C pleri debere primas septem hebdomadas, quas nunc omisit Gabriel, vel quo tectior, & obscurior esset propheta: vel breuitatis causa: quasi ex textu prophetia, & consequentia verborum, non difficile, doctis, & hanc scripturam intento animo legentibus, futurum esset eas intelligere. Potest aliter, & fortè commodius responderi, has sexaginta duas hebdomadas, non à principio hebdomadum, atque ædificatione Hierusalem, Gabriel numerasse, sed à fine septem hebdomadum, quas paulò antè primo loco memorauerat. Cùm enim se-

D xaginta nouem hebdomades vsque ad Christum ducem futuras, dispertiuisset in septem, & in sexaginta duas, & docuisset, quòsdam insigne, ac memorabile in illis septem prioribus hebdomadis gerendum esset, dicens: *Et rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporis: consequenter nunc declarat, quid post alias sexaginta duas hebdomadas euenturum esset, subdens: Post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus.* Nec illud paritipendendum est, sed obseruatione videtur dignissimum: quemadmodum quatuor fermè annis post finem primarum septem hebdomadum, hoc est, anno

Liberatio Iudzorum per Mardocheum, & Esther facta, vt responderit liberationi generis humani per Christum factam.

duodecimo regni Artaxerxis Mnemonis, vniuersa
gens Iudæorum, quæ sub eius regis imperio erat, à mi-
serissimo interitu, quem ei genti machinatus fuerat
Aman, per Esther, & Mardocheum vindicata est: ita
quatuor propè annis post finè sexaginta duarum heb-
domadam, quæ septem illas primas hebdomades pro-
ximè consequutæ sunt, omne genus hominum, per
passionem & mortem Domini nostri, terribissimo dia-
boli & peccati seruitio, & sempiterno corporis, ani-
miquè exitio liberatum est. Quod igitur Gabriel hoc B
loco dixit, post sexaginta duas hebdomadas occidendum
christum, hanc habet sententiam: post septem & sexa-
ginta duas hebdomadas ab ædificatione Hierusalem
numeratas, fore vt Messias occideretur. Et quia Ga-
briel supra non nisi septuaginta hebdomades consti-
tuerat, ex eo concluditur, Messias mortem in septuage-
sima & vltima hebdomade futuram.

*Et non erit eius populus, qui eum negaturus est: &
ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus C
cum duce venturo: & finis eius vastitas: & post
finem belli, statuta desolatio.*

Mala, que pro-
pter Christi
mortem tu-
æris contige-
runt.

HOC loco Latina lectio nonnihil diuersa est à
lectione Græca & Hebræa. Verùm nos primò
explicauimus lectionem Latinam: postea lectionem
Græcam & Hebræam expendemus. Gabriel igitur ver-
bis supra positis, tria prænunciat magna mala, quæ
Iudæis contingere deberent, propter immane scelus
necati ab ipsis Messias. Primùm malum indicatur ver-
bis illis: *Et non erit eius populus, qui eum negaturus est.* si-
gnificatur autem, propter indignissimam Messias ne-
cem, populum Hebræum, antea in modum filij pri-
mogeniti, Deo carissimum, ita esse à Deo deserendum,
repudiandum, atque omninò abiiciendum, vt nõ am-
plius populus Dei futurus sit. Illud autem, *qui eum ne-
gaturus est*, quasi digito indicat Iudæos, qui de Salua-
a Luc. 19. tore nostro dixerunt: a Nolumus hunc regnare super nos:
b Ioan. 9. b Regem vestrum crucifigam? responderunt: non habemus
regem, nisi Cesarem: tolle, tolle, & crucifige eum: & rursus:
sang

A e Sanguis eius super nos & super filios nostros. Hoc item Io- c Matth. 26.
 anoes in principio sui Euangelij declarauit illis ver-
 bis: d In propria venit, & sui eum non receperunt, Alterum d Ioan. 1.
 malum ob necem Messiae Iudæis euenturum, signifi-
 carur illis verbis, ciuitatem & sanctuarium dissipabit po-
 pulus cum duce venturo. Hoc est, exercitus Romanus, du-
 ce Vespasiano & Tito, ciuitatem Hierusalem, & san-
 ctum, quod in ea erat, templum, destruet, ac funditus
 euerter. Tertium malum, & omnium grauissimum erit,
 prædictas calamitates, non vt quas antea passi fue-
 rant, fore temporarias, sed planè sempiternas. Hoc tan-
 gitur, partim illis verbis, Et finis eius vastitas, & post fi-
 nem belli statuta desolatio: quo significatur illam desola-
 tionem, irreparabilem fore, quoniam à Deo tanti scē-
 leris eorum vindice, atque ultore, statuta, firmata, &
 in perpetuum stabilita sit: partim extremis illis verbis,
 quæ claudunt hoc nonum caput, & vsque ad consumma-
 tionem & finem perseuerabit desolatio: nam illud, in
 finem, vel vsque in finem, phrasis scripturæ frequens est,
 idem significans quòd sine fine, vel, in perpetuum, seu, in
 æternum. Atque veritatem huius uaticinij Gabrielis, exi-
 tus belli, quod, quadraginta circiter annos post
 Domini nostri mortem, Romani Vespasiano & Tito
 ducibus gessere cum Iudæis, manifestè comprobauit,
 Omitto nunc dicere multiplicem pestilentiam diu,
 multumque cum innumerabilium hominum interi-
 tu grassatam, natamque famem, vt etiam matres filio-
 rum suorum visceribus pascerentur. Taceo immanes
 ruinas, publicè priuatimque factas, vastissimæque in-
 cendia, & alia mala, longè maiora existimatione ho-
 minum, & vel memoratu horrenda. Dicam tantum
 breuiter de Iudæorum cæde eo bello facta, sanè in-
 credibili, nisi Iosephus, spectator, nec minima eius
 belli pars, eam memoriæ prodisset. Sic autem scri-
 bit capite decimo sexto, & decimo septimo libri se-
 primi de bello Iudaico. Captiuorum omnium, qui toto eo
 bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium notatus
 est numerus: Mortuorum verò omne tempus obsidionis, nu-
 merus vudecies centena millia comprehendit: Ex his verò, qui
 tanto exitio supersuere, qui proceri & formosi corporis erant
 triumpho seruati sunt: residua multitudinis, septemdecim an-

Calamitas Iu-
 dæorum sub
 Tito & Vespasiano.

eos transgressi, in Aegyptum missi sunt, operibus destinandi: A
 plurimos autem per prouincias Titus distribuit, in spectaculis,
 ferro & bestiis consumendos. Qui autem infra decimum & se-
 ptimum aetatis annum erant, diuenditi sunt. Hæc Iosephus.
 Hanc funestissimam Iudæis calamitatem, altera, quin-
 quaginta post annos, principatu Adriani imperatoris,
 conuoluta est, eò tantum minor, quòd ex priori cala-
 mitate minus in ea gente superfuerat, in quod sa-
 uiri posset. Narrat Eusebius libro 4. capite 6. historię
 Ecclesiasticę, innumerabilium Iudæorum tunc factam B
 esse eadem. Atque vniuersę genti Iudæorum, ex illo
 tempore, prorsus interdictum est, ne pedem in agrum
 Hierosolymitanum aliquando inferrent. Quinetiam
 legis decreto vetitum est, (nempe sic in mandatis de-
 dedit Adrianus) ne quisquam Iudæorum eò accederet,
 vnde vel prospicere urbem Hierusalem posset. Cũ-
 que Hierusalem fuisset tunc Iudæorum gente orbata,
 & exteris hominibus frequentata, ad honorem Alij
 Adriani victoris, veteri mutato nomine deinceps A-
 lia appellata est. Sic Eusebius. C

Alteræ Iudæo-
 rum calami-
 tas sub Adria-
 nu.

Quæstio 19.
 Cur Gabriel
 in expositione
 hebdomadũ,
 memores ma-
 la ob necem
 Messie Iudæis
 euentura, cùm
 ea multis post
 finem 70 heb-
 domadum an-
 nis futura ef-
 sent.

SED quæret aliquis, cùm prædicta mala, quibus
 Iudæi ob necem Messie puniendi erant, plus triginta
 annis post finem septuaginta hebdomadum eueniunt,
 cur Gabriel in tractatione septuaginta hebdomadum,
 eorum malorum commemorationem adhibere
 voluerit? Respondeo, id fecisse Gabrielem, vt sit
 coniectura probabile, tres ob causas. Etenim, Daniel
 cupidissimus erat noscendi futuros omnes populi sui
 casus & euentus: vt igitur desiderio eius satisfaceret
 Angelus, voluit ei patefacere ac præmonstrare, quæ D
 consequentibus seculis vsque ad finem euentura e-
 rant Iudæis. Quocirca primò indicauit iterum ædifi-
 candam esse Hierusalem: tum Messiam venturum, fe-
 rentem maxima bona Iudæis: ad hoc, non modò Iu-
 dæos non recepturos Messiam, sed etiam crudelissima
 morte eum necaturos: ad extremum, tanti sceleris
 vindicandi causa, populum Iudaicum maximis con-
 terendum malis, patriisque sedibus exterminan-
 dum, æternòque exilio cum innumerabilibus æ-
 rumnis, miserisque coniuncto, mulctandam. Altera
 causa

A causa est: dixerat Gabriel, Messiam occisum iri à iudæis: voluit igitur ostendere, quàm immane futurum esset hoc scelus: & quali, quantòque puniendum supplicio: vt saltem iudæi legentes in hac prophetia, mala, quæ, si Christum occiderent, ipsos manebant, perhorrescerent non modò scelus illud patrare: sed etiam animo concipere. Tertia causa fuit: vt iudæos, quòd Messiam non recepissent, prorsus inexcusabiles esse ostenderet. Poterant fortasse nonnulli excusare se, quòd Christum non cognouissent: quia non tam solerti & acuto ingenio essent, vt computum illum septuaginta hebdomadam subtiliter & exacte percipere possent. Ob eam tamen causam cuncti fuere inexcusabiles, quòd cum ipsi post eedem Saluatoris nostri experiretur, & sentirent ea omnia mala, quibus ob necem Messia: puniendos esse iudæos Gabriel prædixerat, nihilominus tamen voluntaria cæcitate in clarissima luce caligantes, Messiam venisse obstinatissimis animis pernegarent.

REFERT in extremo commentario huius noni capituli Dionysius Carthusianus, epistolam propè sexcentis abhinc annis scriptam à quodam Rabbinò Samuele, ad Rabbinum Isaac: in qua confirmat ille, ex hac prophetia Danielis euidenter probari à Christianis, iam venisse Messiam: responsa verò iudæorum, esse, inquit, admodum infirma & absurda. Quapropter non videre se, quomodò iudæi etiam nunc Messiam venturum expectent. Sed quia fortasse gratum est futurum nonnullis, qui nostra hæc legent, nec ad manum Carthusiani commentarios habebunt, ipsa verba nosse illius Rabbinii, propterea non piguit ea hic apponere: quæ ita se habent. *Videtur, domine mi, Danielis prophetia, quæ scribitur nono capite, iam completa esse: tibi sic dicitur: Post sexaginta duas hebdomadas occidetur Christus, & veniet populus cum principe venturo, destructæque ciuitatem & domum, & erit consummata destructio desolationis perpetuæ. Et non est, Domine mi, dubium, quin destructio perpetuæ desolationis sit hæc captiuitas, in qua iam sumus. Nã iam sunt mille anni, & aperte dicit Dominus per Prophetam, quod erit desolatio perpetua propter occisionem Christi,*

Senctia cuiusdam antiqui Rabbinii, quòd ex hac Danielis prophetia euidenter conlter, iã venisse Messiam.

sicut est desolatio nostrā post occisionem Christi. Non enim **A**
 comminatus est desolationem perpetuam, nisi post occisionem
 Christi. Et si voluerimus dicere, quod ante occisionem Christi
 fuerimus in desolatione, respondent nobis Christiani, quod ante
 illam mortem, non fuit desolatio nisi septuaginta annis, &
 post hoc, fuimus reuerti in terram promissionis, & sumus
 apud Deum in gratia & honore. Certè, Domine mi, non video
 euasione: de facto enim probatur nobis, quod postquam à
 reedificatione templi completa fuerunt septuaginta hebdo-
 mades annorum, tunc fuit Iesus occisus à patribus nostris: &
 postea venit dux, scilicet Titus, & populus, scilicet Romani, **B**
 fecerunt nobis secundum prophetiam istam. Hodie sunt mille
 anni, & nihilominus in ira Dei sumus, & tamen nos in ipso
 speramus, expectantes adhuc venturum Messiam, & reuer-
 suros nos in terram promissionis, & civitatem, atque templum
 instauraturos, futurosque in gratia & honore apud Deum: nec
 desolationem hanc fore perpetuā, sed temporalem. Heu mi Do-
 mine, non est ista excusatio, & euasio consona, & vana vide-
 tur talis expectatio. Hæc ille Rabbinus. Gabriel igitur
 ob tres prædictas causas, tractationi septuaginta heb- **C**
 domadum, immiscuit prædictionem malorum, quæ
 Iudæis euentura erant; licet ea mala non intra illas
 hebdomadas, sed non paucis annis post eas, deberent
 Iudæis contingere. Ex quo palam fit, non fuisse Tertul-
 liano, Clementi Alexandrino, Chrysostomo, Seuero Sul-
 pitio, aliisque, iustam causam, idoneamque rationem,
 terminandi septuaginta hebdomades in euerfione Hie-
 rusalem, quæ à Tito facta est, propterea quod Ga-
 briel exponendo septuaginta hebdomadas, illius ex- **D**
 cidij Hierosolymitani mentionem fecit,

Quæstio 20.
 An possit pro-
 bari mala, quæ
 vsque adhuc
 passi sunt Iu-
 dæi, semper in
 posterū dura-
 turā.

Si quis verò, de nobis percunctaretur, quibus ra-
 tionibus Iudæi possent conuinci, calamitates, quas tot
 annis adhuc passi sunt, deinceps quoque fore perpetuas,
 equidem sine cunctatione responderem, id posse multis,
 præcipue verò tribus validis argumentis confirmari.
 Primum argumentum nititur ipso rerum euentu & experientia.
 Nam cum præsens Iudæorum calamitas, per annos mille quingentos vsque adhuc
 perdurauerit, nulla profectò spes illis esse potest, fere,
 yt ea in posterum aliquando finiatur. Nam si in
 tantu

A tanto præteriti temporis spatio, quo Iudæi sæpe florentiores, ac potētiores fuere, nec præsentibus malis liberari, nec priora bona recuperare potuerūt, multò minùs verisimile est, id eos posthac facturos, cum in dies eorū vires magis, magisque minuatur, ac debelitentur. Nimirū, nisi Deus omninò abiecisset populū Hebræū, non esset passus tandiū, & templum suum à fundamentis euersum iacere, & populum suum miserimè vexari, atque in probro & derilu esse apud omnes gentes, & legis Mosaicæ obseruantiam prætermitti, cultumque, quem ipse præscriperat, sibi non adhiberi, Promiserat Deus per Aggæum Prophetam, se post breue tempus, missurum in terras Mesiam: sic enim est apud illum cap. secundo, *Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum.* Hoc vaticinatus est Aggæus, regnante Dario Hystaspis, quarto rege Perfarum, vt in principio eius prophetiæ prænotatum est. A quo tempore, ad hanc diem ampliùs, quàm duo annorum millia effluerunt, Hoc autem tempus, non potest verè dici, aut intelligi, *modicum.* At enim à tempore illius prophetiæ vsque ad Saluatoris nostri aduentum, paulò plus quingētis annis interfuit. Atque hoc ipsum, quod diximus, vehementiùs etiam confirmari potest ea ratione, quòd Iudæi superioribus seculis, sæpè tentarunt, maximisque studiis, opibus, & conatibus aggressi sunt reficere templum Hierosolymitanum, & pristinum imperium repetere, nec tamen quicquam potuerunt proficere: sed omnia eorum studia, conatùsque in cassum ceciderunt. Narrat Eusebius libr. 4. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 6. imperante Adriano, Iudæos, quinquaginta ferme annis post cladem à Tito acceptam, duce quodam Barchocheba sumptis armis aduersus Romanos sperasse libertatem se pristinam, & imperium esse consequuturos: sed armis Romanorum ita fuisse concisos contritòsque, vt innumerabilibus cæsis, reliqui Iudææ sedibus exterminarentur, lege imperiali vetiti, Hierosolymam regredi, aut etiam

Quoties Iudæi post Domini nostri mortem templum Hierosolymitanum reficere tentarunt, sed frustra. Eusebius. Chrysostomus quid de Iudæis scripserit.

tam propè accedere, vt eam aspicere possent. Chryso-
 stomus præterea in secunda oratione aduersus Iu-
 dæos refert, similiter tempore Constantini Magni, Iu-
 dæos ab imperio Romanorum deficere conatos: sed
 Constantinum amputatis eorum auriculis, tanquam
 impressa rebellionis nota, per omnes gentes dissipa-
 ri iussisse, vt cunctis perfidiam eorum notam, testa-
 tamque faceret. Nec hac vel pœna, vel ignominia ter-
 riti, idè tētare, & aggredi postea destiterūt: quin Iuliani
 apostatæ gratia, auctoritate, & auxilio adiuti, elati-
 que, maiori, quàm vnquam antea, studio, & con-
 tentione, ad id perficiendum aggressi sunt. Nam cum
 imperator, qui sacrificiis idolorum vehementer dele-
 ctabatur, Iudæos ad similia sacrificia more maiorum
 suorum facienda hortaretur, responderunt illi, sibi
 fas non esse, nec secundum legem suam licitum, ex-
 tra templum Hierosolymitanum, quod tunc dirutum
 erat, sacrificare. Continuo igitur Iulianus templum
 refici iuber, omnia Iudæis, ad id operis necessaria, lat-
 gissimè promittēs, & præbēs. Summa erat Iudæorū læ-
 titia, spēsque, pristinū statum ac felicitatem recuperandi:
 contra, ingens mœror, terrorque Christianorum, quo-
 rum animos confirmauit Cyrillus, qui tunc Hierosoly-
 mitanum episcopatum regebat, probans ex hoc Da-
 nielis vaticinio, & ex verbis Domini nostri, quæ sunt
 apud Matth. c. 24. fieri non posse, vt illud templum Iu-
 daicum repararetur.

Triprodigia,
 quibus Iudæi
 à refectione
 templi deter-
 riti sunt.

Atque hoc quidem ita euenit, vt ipse dixerat. Tribus
 namque magnis prodigiis diuinitus factis, coacti sunt
 Iudæi inchoatum opus relinquere: Nam cum effossa
 terra, cœpissent iacere fundamenta, & propè esset, vt
 structuram operis aggredierentur, noctu ingens terræ
 motus excitatus lapides veterum templi fundamen-
 torum concussit, omnesque vna cum ædificiis, quæ
 in proximo erant, disturbauit, cuius rei fama, multos,
 etiam è longinquo ad eius miraculi contemplantationem
 attraxit. Et tunc, cum frequentissimi adessent, aliud
 prodigium contigit: ignis namque cœlitus missus, om-
 nia opificum instrumenta, omnemque faciendi operi
 præparatam materiam absumpsit, totumque diem,
 quo manifestius testatusque miraculum esset, incen-
 dium

A dium illud perduravit. Ac ne locus esset enipiam sus-
picandi, ea vel casu accidisse, vel ex causis naturalibus
profecta esse, vel ab alio, quàm à Christo Domino fa-
cta, tertium miraculum accessit. Nocte enim sequenti
effigies crucis, radiorum lumine figurata, illorum ves-
timentis tanquàm impressæ videbantur: quas, cum
dies illucesceret, cernentes iudæi, & eluere, ac dele-
re cupientes, nullo modo poterant. Templum igitur

B nani passum est. Hanc historiam Ruffinus, & Socrates
in historia Ecclesiastica: ille quidem libro primo, ca.
37. hic autem lib. 3. cap. 17. prodiderunt, eandemque

C tempore contigerunt hæc, quo tempore res Christianorum vehe-
menter depresso & afflictæ erant: imperium Romanum regen-
te Iuliano calidissimo Christianorum hoste, cum omnes Chri-
stiani de vita periclitarentur, & alij se domi absconderent, alij
publicum fugientas, in remotas solitudines sese abderent: cum
floreret paganismus, & cultorem esse idolorum, aut oppugna-
torem Christianorum, magnam laudem, & gratiam haberet
apud imperatorem. Tunc igitur ea, quæ diximus, euenerunt: ne
qua iudæis, vel impudens fieret occasio tergiversandi. Illi ta-
men tam firmis rationibus, tam admirandis prodigijs, tam per-

D spicuis vatum oraculis, & vinci quidem possunt: secti tamen,
& ad veritatem amplectendam adduci non possunt. Sed nihil
mirum est. Etenim natio iudeorum, iam inde ab initio vsque
effrons, pernicax, & contumax fuit, semp̄ que rebus evidenti-
bus repugnare solita. Hæc Chryostomus.

Secundum argumentum, ex sacrarum litterarum
auctoritate fidem & robur capit. Fore namque extre-
mam iudeorum captiuitatem, & calamitatem per-
petuam, nullisque certis temporum finibus determi-
natam, clarissimis vatum oraculis prænunciatum fue-
rat. Nam præter hoc Danielis vaticinium, est aliud
insigne apud Hieremiam cap. decimono, qui hæc

Chryost. quid
de iudaici tem-
pli restauratio-
ne dixerit.

Testimonia
Scripturæ, quæ
hanc iu-
deorū calamita-
tē perpetuā
fore probatū.

vaticinatus est. *Hæc dicit Dominus exercituum sic conteram* A
populum istum, & civitatem istam, sicut conteritur vas figuli,
quod non potest vltra instaurari. Hoc vaticinium non po-
test referri ad villam priorum calamitatum, quas Iu-
dæi ante Christi aduentum perpessi sunt: siquidem,
post illas omnes captiuitates: & libertas, & ciuitas, ac
templum & imperium restituta sunt Iudæis. Veritas
igitur vaticinij, cogit fateri, hoc vaticinium Hie-
remiæ, de ea calamitate, quam Iudæi post mortem
Saluatoris nostri vsque ad hanc diem patiuntur, esse
intelligendum. Simile huius est illud Isaïæ c. 5. Abiecerunt
legem Domini, & eloquium sancti Israël blasphemauerunt. B
Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & percussit
eum: & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina
eorum quasi sterces in medio platearum. In his omnibus non est
auerfus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Hinc locum,
& diuus Hieronymus, aliique patres interpretati
sunt de clade & calamitate Iudæis illata à Vespasiano
& Tito imperatoribus, Deo illis vtente admini-
stris ad vindicandam Christi Domini necem, tam im-
piæ, & crudeliter à Iudæis factam. Quod autem extre-
mis verbis dicitur, In his omnibus non est auerfus furor C
eius, sed adhuc manus eius extenta: significatur Deum non
ad certum quoddam tempus puniendum Iudæos, sed
eius vindictam in posterum omni tempore perman-
suram. Illud autem, facta sunt morticina eorum quasi ster-
cus in medio platearum: spectat ad illam miserrimam ob-
sidionem, qua Iudæi à Romanis coarctati, incredibili-
bus ærumnis, malisque obruti sunt. Inter alia mul-
ta, & hoc narrat Iosephus, tantam fuisse obsessorum,
partim fame, & pestilentia, partim seditiosorum ferro
morientium multitudinem, vt viæ, plateæ, cloacæ, fos- D
sæque cadaueribus complerentur: nec aliter quàm lu-
tum, vel sterces, cadauera conculcarentur & proii-
cerentur. Et quamuis à primo institutum esset, sum-
ptu publico mortuos sepeliri, quod ex illis intolerabi-
lis, ac pestilens fetor efflaret: tamen quia nec ho-
mines, nec loca innumerabilibus sepeliendis suffi-
ciebant, in valles eos ex muro præcipitabant. Quas,
circumiens Titus imperator, vbi plenas cadaueribus
vidit, atramque sanie[m] tabefactis è corporibus de-
fluentem

Locus Hier.
cap. 19.

Locus Isaïæ c. 5.

Ioseph quid
de grauissima
Iudæorum cla-
de scripserit.

A fugientem, ingemuit, & extensis manibus Deum testabatur, factum illud suum non esse. Hæc Iosephus libro sexto de bello Iudaico ca. 14. Rectè porro monet D. Hieronymus, in prædicto Isaïæ vaticinio, causam tantæ calamitatis Iudæis euenturæ, non poni peccatum idololatriæ, vel cædis Prophetarum, quas duas res fuisse causam captiuitatis Babylonicæ, disertis verbis Scriptura demonstrat, sed illam tantum causam Isaïas memorat, quòd abiecerint legem Domini, & eloquium sancti Israël blasphemauerint: hoc est, quòd legem Euangelicam, & Saluatoris nostri doctrinam improbauerint, repudiauierint, abiecerint.

B Est aliud eiusdem rei vaticinium, & mea sententia secundum hoc Danielis, omnium, quæ legerim, luculentissimum, extat apud eundem Isaïam capite vigesimo quinto hisce verbis expressum, *Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas, fideles tamen. Quia posuisti ciuitatem in tumultum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum, vt non sit ciuitas, & in sempiternum non edificetur.*

C Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. Sic Isaïas. Nec eget hoc vaticinium interpretatione, adeò manifestum & validum est ad redarguendos Iudæos, & confirmandum id, quod probandum suscepimus: Laudat enim Isaïas iusticiam Dei ob Messie parricidium Iudæos sempiterna vrbis Hierusalè desolatione, vindicantis, qua etiã de re populum fortem, id est Ecclesiam Gentilium, Dei misericordiam celebraturum esse confirmat, quòd posthabitis Iudæis, suam ad gentes beneuolentiam, gratiam, & magnificentiam conuertisset, atque contulisset.

D Tertium argumentum demonstrat differentiã huius calamitatis, quæ à Tito imperatore Romanorum illata, vsque ad hanc diem perpetuò tenet, præmitteque Iudæos, atque aliarum priorum calamitatum, quas Iudæi ante Saluatoris nostri aduentum perpeffi sunt. Hinc enim apparebit, non sicut priores calamitates certum quendam exitum & terminum habuerunt: ita quoque hanc esse aliquando finiendam. Si quis igitur eiusmodi calamitatum differentias conquirat, nimirum quinque reperiet. Principiò antiquorum ca-

Q

lamita

Locus Isaia.
c. 25.

Quinque dif-
ferentē inter
hac vitimā lu-
dæorū calami-
tatē, quæ post
Domini no-
stri necē ipſis
accidit, & alias
priors & primò
quod a'ia-
rū finis prædi-
ctus ſit, huius
verò non.

Secūda, quòd
hec longè ſit
diuturnior
aliis.

lamitatum, quæ acciderunt Iudæis ante Domini no-
stri ortum, tres fuerunt omnium grauiffimæ, & ſuper
alias memorabiles: prima fuit Ægyptiaca: ſecunda
Babylonica: tertia, quam ſub rege Antiocho Epipha-
ne tempore Machabæorū Iudæi tulerunt. Inter quas,
& præſentem Iudæorum calamitatem, quinque, vt di-
xi, notari poſſunt discrimina. Nam primas illas Deus,
& venturas prædixit, & quanto tempore duraturæ
erant, præſignificauit: ſiquidem, vt eſt in lib. Gen. ca.
15. prædixit Deus Abraham, poſteros eius peregrina-
turos in Ægypto, ſeruiturosq; annis quadringentis: his
autem exactis, excuſſoq; ſeruitutis iugo terram Cha-
naan poſſeſſuros, Babyloniam captiuitatem prænu-
ciauis Deus per Heremiam, vt ab eo ſcriptum eſt, ca.
25. & 29. tempus quoque eius captiuitatis, annorum
dumtaxat ſeptuaginta futurum prædixit. Miſerabi-
lem eadem, & calamitatem, qua afflicti, contruque
ſunt ab Antiocho, & futuram, & tribus annis ac di-
midio manſuram, prædictum eſt à Daniele capite 8.
huius libri. Hanc verò calamitatem, qua iamdiu toto
orbe conſiſtantur Iudæi, prænuſciauit quidem hoc
loco Gabriel euenturam: ſed finem eius non indica-
uit: quo ſilentio, & durationis eius reticentia, ſatis o-
ſtendit nullo eam tempore terminandam. Quinimò,
non obſcurè id demonſtrauit, cū dixit: deſolatio-
nem vrbis, templi, & Iudaicæ gentis captiuitatem, vſ-
que ad conſummationem & finem permanſuram. Po-
ſtea, longiſſima priorum captiuitatum, fuit Ægyptia-
ca, quæ tamen centum quinquaginta annos non ex-
ceſſit: loquor enim de ſeruitute & afflictione, quam in
Ægypto Iudæi poſt mortem Ioseph pertulerunt: nam-
que habitatio ſeu peregrinatio Iudæorum in Ægypto
quadringentis triginta annis deſinitur à Moſe in ca-
pite duodecimo Exodi. Captiuitas autem Babylonica
longè breuior fuit: videlicet ſeptuaginta annos mi-
nimè ſupergreſſa. Athæc Iudæorum calamitas tranſ-
actis iam vſque adhuc mille quingentis annis, nihilo-
minùs tamen, ſicut fuit ab initio, eodem nunc ſtatu, aut
etiam peiori & miſerabiliori permanet. Deinde, in
captiuitate Babylonica habuere Iudæi Propheras, vt
Ezechielem, Baruch, & Danielelem, qui eos conſola-
bantur

- A bantur, & certa spe recuperandæ libertatis sustentabant. In præfenti verò calamitate, nullum habuerunt verum Prophetam. Propterea, aliis captiuitatibus, sepe facta sunt diuinitus miracula, quibus declarabatur populum Hebræum in Dei esse gratia, & tutela. Tale fuit nobilissimum illud miraculum trium iuuenum in fornace Babylonica, & Danielis in lacum leonum bis coniecti. In hac verò captiuitate, nullis à Deo miraculis honorati sunt: quia magnis contra ipsos à Deo edictis prodigijs, euidenter ostensum est, eum populum esse à Deo reprobatum, ac penitus abiectum. Postremo, in aliis captiuitatibus claruerunt intigues aliqui gentis Iudæicæ viri, qui cum summa gratia, honore, & auctoritate floreret apud eos reges, quorum imperio, & seruitute Iudæi tenebatur, magnas illis vicilitates attulerunt. Tales fuere apud Pharaonem Iosephus, Moses, & Aaron: apud reges Chaldæorum, Daniel, & tres eius socij: apud duos Artaxerxes Persarum reges, Esdras, & Nehemias, itémque Mardocheus, & Esther.
- C Horum similes, nullos in hac captiuitate habuerunt. Pater igitur, non vt illarum, sic huius, aliquem sperandum esse terminum.

CAETERVM quod à viris doctis obseruatum, & proditum est, etiam hoc loco videtur prodendum: Iudæos reuersos Babylone, tametsi libertatem, urbem, templum, regnūque recuperauerint, & in Dei benevolentiam, atque gratiam redierint, attamen sepe eximjis, ac singularibus Dei muneribus, & beneficijs, quibus ante captiuitatem Babylonicam decorati, nobilitatque fuerant, & in posterum captiuisse. Vnum fuit, arca fœderis à Mose fabricata, quam postea non habuerunt, prædicente id Hieremia capite tertio. *In diebus illis, inquit, non dicent vltra, arca testamenti Domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet vltra.* Alterum erat, oracula, & responsa Dei, ex ipso propitiatio frequenter Iudæis data. Tertium, fulgor ex lapidibus pretiosis, qui erant in rationali Pontificis, mirabiliter emicans, atque explendescens, & futuros euentus Iudæis præmonstrans, vt tradit Iosephus libro tertio antiquitatum Iudæicarum. Quartum, ignis

Tertia, quod in hac careat Prophe.is.

Quarta, quod in hac nulla eis fiant miracula.

Quinta, quod nullos intigues viros habuerint.

Septem singularem Dei beneficijs, Iudæos post captiuitatem Babylonicam caruisse,

Iosephus lib. 3. cap. 9.

cœlitus descendens, & consumens sacrificia. Quintum, A
 Spiritus Sancti gratia spectabili aliquo signo immi-
 ficens se sacræ vntioni, qua Reges, & Pontifices vge-
 bantur. Sextum, donum prophetiæ: nam Prophetarum
 omnium nouissimi fuerunt Aggæus & Zacharias, his-
 que posterior Malachias, quem plerique Esdras fuisse
 arbitrantur. Septimum, triplicatus terræ fructus quoli-
 bet sexto anno, in tres annos, alimentis hominum, pro-
 pter septimi anni quietem, suffecturus: hoc enim Deus
 promiserat Leuitici capite vigesimoquinto. Hæc le-
 ctor, vberius, atque enucleatius tractata reperiet apud B
 Diuum Chrysoftomum in oratione tertia aduersus lu-
 dæos, apud Nicolaum de Lyra super sextū caput prio-
 ris libri Machabæorum, & apud Petrum Galatinum li-
 bro quarto, capite decimo septimo. His igitur præcla-
 rissimis Dei beneficiis, atque ornamentis carere Iudæi,
 postquam discussa Babylionorum seruitute in patriam
 regressi sunt. Sed nihilominus tamen libertate, vrbe,
 templo, regnoque, & quod caput est, Dei gratia, & pro-
 tectione fruebantur. His autem rebus omnibus cerni-
 mus eos, post illam Vespasiani, & Titi cladem, videlicet C
 ob Messæ necem ab ipsis nefariè pattatam, vsque ad
 hanc diem fuisse priuatos;

Mala, que post
 Titum, & Vespasianū con-
 tigare Iudæis,
 propter Messæ
 necē ipsis
 accidisse probat.

Sap. 3.

A T enim respondent quidam Iudæi, se hanc cala-
 mitatem non pati propter cædem Messæ, quem ipsi
 etiānum venisse negant: sed virtutis explorandæ,
 probandæque causa, scilicet, vt eorum virtus rebus
 aduersis, sicut igne aurum, purior, atque illustrior exi-
 steret, quemadmodum Scriptura ait: *Tanquam aurum in
 fornace, probauit electos Dominus, & quasi holocaustum ac-*
 cepit eos. Sed hoc responsum, mendacij, atque impieta-
 tis conuincitur. Primò, quia hæc calamitas non profec-
 it illis ad emendationem vitæ, sed maioris impro-
 bitatis, atque impietatis occasio illis fuit. Deinde, hæc
 calamitas non modò est corporalis, sed etiam spiri-
 tualis, magnam bonorum spiritualium iacturam con-
 tinens: carent enim Prophetis, miraculis, cultu diuino,
 & Mosaicæ legis obseruatione. Pœnam autem spiri-
 tualem, non ad probandam virtutem, sed ad punien-
 da præterita scelera, Deus infligit. Denique, Iudæi
 sic respondentes, mendacem faciunt Deum. Quippè,
 amplissè

A amplissimis verbis Deus sæpenumerò promisit, ut videre est in Deuteronomio, capite vndecimo, & vigesimo octavo, se populum Hebræum, siquidem is bene, ac pie viveret, atque in legis, quam per Mosem ei dederat, obseruantia, obedientiaque permaneret, conferuaturum omni tempore in terra Chanæam, quam possidebat, à cunctis hostibus defensurum, cunctisque malis liberaturum, atque omni bonorum genere cumulaturum. Alij respondent, se non propter necem Messie, sed propter alia quamplurima, & grauissima flagitia, quæ admiserunt, iram Dei aduersum se irritasse: tantamque eius animaduersionem, & vindictam, quam nunc plectuntur promeruisse. Verumtamen, & hoc responsum falsitatis arguitur. Etenim, quærendum ex illis est, quænam fuerint scelera ab ipsis commissa, propter quæ tam grauius puniantur. Nimirum, duo reperiuntur in Sacris literis, omnium scelerum maxima, & grauissimis verbis à Deo reprehensa, & acerbissimis supplicii vindicata, scelus idololatriæ, & cædes Prophetarum. Hæc duo, super alia omnia, Deus exprobrat Iudæis: & propterea testatur, grauissimas quasque eorum captiuitates, & calamitates, præsertim verò Babylonicam, ipsis contigisse. Atqui, nec post dissolutam captiuitatem Babylonicam, nec post Saluatoris nostri aduentum, legimus Iudæos aut publicè idola coluisse, aut Prophetas occidisse. Iraque post id temporis, quòd ad ista duo scelera spectat, quodam modo melior fuit populus Hebræus, quàm antea fuerat. Non igitur magnitudo, & diuturnitas præsentis Iudæorum calamitatis: vel ad prædicta duo scelera, vel ad alia quæcumque præter cædem Messie, referri potest. Sed esto, fuerint idolorum cultores: Prophetas occiderint, non ideo tamen conueniens prædictis sceleribus erat præsens Iudæorum calamitas. Hæc namque scelera fuerant antea apud illos creberrima, quorum tamen, non nisi septuaginta annorum captiuitatis pœnas luerunt. Nullum igitur exitum habent, nullam latebram Iudæi: quocumque se verterint, tenentur constricti.

I V V A T hoc loco referre, quæ D. Hieronymus, ad hanc Iudæorum volūtariam cæcitatē, perfidiamque

Nulla scelera Iudæorum fuerunt, quæ eis hanc tam grauem calamitatem iniicerent præter Christi necem.

Eximia Diui Hieronymi in Iudæos sententia.

que redarguendam posuit in Epistola centesima vi-
 gesima nona, quam scripsit ad Dardanum: Multa, in-
 quit, Iudæa scelera commisisti, cunctis circa te seruisti nationi-
 bus: ob quod factum? utique propter idololatricam. Cùmque ser-
 uisses, crebrò tui miserus est Deus, & misit iudices, & saluato-
 res, qui te de seruitute Moabitaram, Ammonitarum, Philisti-
 norum, ac diuersarum gentium liberarent. Nonissimè sub regi-
 bus offendiisti Deum: & omnis tua prouincia, gente Babiloni-
 ca vastante, deleta est. Per septuaginta annos, templi solitudo
 permansit. A Cyro rege Persarum est laxata captiuitas: ex-
 tructum quoque est sub Dario templum. Quæ passi sitis à Me-
 dis, Aegyptiis, & Macedonibus, nò enuero: nec tibi adducã
 in memoriam Antiochum Epiphane, crudelissimum omnium
 Tyrannorum: nec Pompeium, Gabinium, Scaurum, Varium, Cas-
 sium, Sossiumque replicabo, qui tuis urbibus, & precipuè Hiero-
 solyma, insultauerunt. Ad extremum, sub Vespasiano, & Tito
 urbis capta, templumque subuersum est. Deinde, ciuitatis, usque
 ad Adrianum principem per quinquaginta annos mansere re-
 liquæ: post illam euerisionem, usque ad hanc diem, paulo minus,
 quam per quadringentos annos, & urbis, & templi ruina per-
 manent. Ob quod tantum facinus? Certe non colis idola: sed e-
 tiam seruiens Persis, & Romanis, & captiuitatis pressus iugo,
 Deos ignoras alienos. Quomodo clementissimus quondã Deus,
 qui nunquam tui antea oblitus fuerat, nunc per tanta spatia
 temporum non adducitur, ut soluat captiuitatem, & ut verius
 dicam, expectatum tibi mittat Antichristum? Ob quod, inquã,
 facinus, & tam execrabile scelus, auertit à te oculos suos?igno-
 ras? Memento vocis parentum tuorũ, sanguis eius super nos, &
 super filios nostros: Et hic est heres, venite occidamus eum, &
 nostra erit hereditas: Et non habemus regem, nisi Casarem. Ha-
 beres, quod elegisti, usque ad finem mundi seruiturus es Casari,
 donec gentium intret plenitudo, & omnis Israël saluus fiat, &
 qui quondam erat in capite, vertatur in caudam. Hactenus
 verba fieri D. Hieronymi. Eandem porrò sententiam
 Prudentius Christianorum Poëtarum facillè clarissimus
 in extrema apothefi his verbis exulit,

Prudentij ver-
sus.

Exilijs vagus, huc, illuc, fluctantibus errat
 Iudæus, postquam patria de sede reuulsus,
 Supplicium pro cade luit: Christi que negati,
 Sanguine respersus, commissa piacula soluit.

NIQVE

A NEQUE cuiquam mirandum accidat, Iudæos hanc tam manifestam, testatamque oraculis Prophetarum, atque suorum multorum experientia comprobaram, de Messia aduentu, & morte doctrinam, non videre, atque intelligere. Siquidem, hæc ipsa cæcitas, vna est de multis aliis, & quidem maximis Iudæorum pœnis, quibus illi propter necem Messia, à Deo puniti sunt. Duplici enim pœnarum genere multati sunt: Vnum fuit corporale: & hoc triplex, amissio regni, ac dignitatis: perpetua vrbs, ac templi desolatio, & sempiternum exilium; innumeris malis, miserisque referum. Alterum pœnæ genus fuit spirituale, tantò sanè grauius, & exitius priorè, quantò & potioribus bonis eos spoliavit, & acerbioribus malis affectit. Et hoc duplex: excæcatio mentis, & obduratio cordis, videlicet ad intelligenda, credendaque, atque amplectanda, quæ ad Messiam pertinebant. Hoc duplici pœnarum genere plectendos esse Iudæos, Isaias capite 6. illis verbis indicauit: *Excæca cor populi huius,*

B *& aures eius aggraua, & oculos eius clauda: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiatur, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum, & dixi: vsquequò Domine? & dixit, donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquatur deserta.* Hoc Isaiæ vaticinium, Saluator noster in Euangelio Ioannis, capite 12. ad se, & ad Iudæos, qui sibi credere recusabāt, pertinuisse declarauit. Illud quoque, quod in Deut. c. 28. dixit *Deut. 28.* Moyses de Iudæis: *Percutiat te Dominus amentia, & cecitate, ac furore mentis: & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas, omnique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, nec habebis, qui liberet te:* hoc, inquam, quod Moyses dixit, nunquam verius, quàm nunc, in Iudæos dici posse, intelligimus. David præterea in Psalmo 68. cum sub persona sua exposuisset, quàm indignis, & acerbis modis tractandus esset Messias à Iudæis, scilicet, propter certitudinem prophetiæ, in prædicendo futura, vsus verbis præteriti temporis, proximè varias pœnas partim corporales, partim spirituales, tam immani eorum scelere comparatas subiunxit: *Fiat, inquit, mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones,*

& in sc̄dulum. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dor- **A**
 sum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam, &
 furor ira tua comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deser-
 ta, & in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. Quoniam
 quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerū
 meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem
 eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Delcantur de libro
 viuentium, & cum iustis non scribantur. Dauidem autem
 hæc vaticinantem prophético spiritu, spectasse Iudæos,
 qui Dominum nostrum occiderunt, & doctrinam eius **B**
 oppugnant, non tantum accipere noluerunt: testem
 habemus, quo non grauior alter, Diuum Paulum in
 capite vndecimo epistolæ ad Romanos. Qui quidem
 Paulus in capite tertio posterioris epistolæ ad Corin-
 thios eleganter argumentatur, obtulos esse Iudæorum
 sensus ad diuina mysteria, præsertim ea, quæ Messiam
 attingunt, intelligenda: olim, inquit, non poterant Iu-
 dæi aspiceret faciem Moſis, nisi velatam. Nemp̄, in ho-
 diernam vsque diem, velamen manet Iudæis in le-
 ctione veteris testamenti: quod tamen per Christum **C**
 euacuatur. Itaque Iudæus sine fide Christi legens scri-
 pturam, reperit eam velatam, nec menti peruiam ad
 intelligendum. At cum primū fide Christi imbutus
 est, velamen ex ipsa Scriptura, & ex corde eius aufer-
 tur. Idem Paulus in 2. c. posterioris epistolæ ad Theſ-
 salonicenses, testatur Iudæos expositos esse omni se-
 ductioni & errori, eò quod claritatem veritatis non
 receperunt, vt salui fierent. Ideoque, inquit, mitte illis
 Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur
 omnes, qui non crediderunt veritati, sed conſenserunt **D**
 iniquitati.

Iudæi habent
 faciem velatā
 ad Scripturæ
 mysteria intel-
 ligenda.

Quæstio 21.
 An lectio Græ-
 ca, & Hebrai-
 ca huius loci,
 possit accom-
 modari ad le-
 ctionem Lati-
 nam.

VERVM ad Latinam lectionem huius loci Dani-
 elis interpretandam, atque illustrandam, quæ dicta
 sunt, satis esse debent: restat, vt quemadmodum supra
 promissimus, de lectione quoque Græca, & Hebraica
 huius loci, nonnihil dicamus. Græca verba huius lo-
 ci, si quis Latine fideliter exprimat, hanc reddunt sen-
 tentiam: *Post hebdomadas sexaginta duas destruetur vn-*
ctio, & iudicium non erit in eo, & ciuitatem, & sanctum dis-
ſipabit cum dace veniente: & succidentur, sicut in diluuiō, &
vsque ad finē belli cōcisi ordinabit desolationibus. Hæc verba
 Theo

- A Theodoretus hunc in modum exponit. *Post sexaginta duas hebdomadas, videlicet numeratas ab edificatione Hierusalem sub Nebemia, destruetur vnctio, quia in fine illarum hebdomadam, ab Herode occisus est Hyrcanus pontifex: post quem, non fuere pontifices legitimi, id est, creati ex prescripto legis Moisaica, & ideo dicitur destructa vnctio: nam vnctione pontifices consecrabantur. Et quamuis post Hyrcanum fuere Pontifices, & vncti, & stola pontificia induti, & pontificis muneribus fungentes: attamen, quia non secundum legem fuerunt electi, idcirco subditur, Et non erit iudicium in eo, hoc est, non erunt pontifices ex iudicio, sententia & prescripto legis. Alij sic exponunt: tolletur vnctio, id est, dignitas pontificalis: & non erit iudicium in eo, id est, non habebunt deinceps potestatem iudicandi, & gubernandi populum. Nam ferè post reditum Iudæorum ex captiuitate Babylonica, iidem fuere pontifices, atque iudices, & principes populi. Ego conuenienter Latinæ lectioni, quæ refert hæc ad Messiam, sic interpretaret hæc verba. *Post sexaginta duas hebdomadas, videlicet, suppledo priores septem ante nominatas, id est, post sexaginta nouem: in ipsa vltima & septuagesima hebdomada, destruetur vnctio, id est, occidetur Christus. Et non erit iudicium in eo: hoc est, in Christo iudicando & condemnando, atque occidendo, nullum ius, seu iudicium seruabitur à Iudæis: omnia illi iura humana & diuina violabunt: omnes leges ciuiles, diuinas, & naturales perfringent, vt quoquo modo Christum necando, odium suum ex- plere possint. Quæ sequuntur, facilia sunt intellectu: Et ciuitatem Hierusalem, & sanctum, quod in ea erat templum dissipabit, id est, vsquequaque vastabit, & funditus euer- tet: supple tu populus & exercitus Romanus, cum duce veniente seu venturo, id est, Tito & Vespasiano, Et succidentur sicut in diluuiio, hoc est, inquit Theodoretus, perniciem funditus sustinebunt, qualem olim sustinuerunt homines, cum omnem terram diluuium contexit. Solet enim Scriptura, ingentem aliquam vim malorum ingruentium, quæ oppressura sunt aliquos, vocabulo diluuij, seu inundationis explicare: sicut in Psalmo 13. *Veruntamen in diluuiio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.* Et apud Isaiam cap. 28. *Flagellum inundans, cum transierit, non veniet super***

Theodoretus
vt verba Græ-
ca exposuerit.

Auctoris expo-
sitiio verborū
Græcorum.

Indicium in eo
hoc est, in Christo
iudicando & condemnando

Diluuium &
inundatio in
Scriptura quid
significent.

2105. Apud Hieremiam quoque in lamentationibus, ca. A
 3. *Inundauerunt aqua super caput meum: dixi, perii.* Extre-
 ma autem illa verba, & vsque ad finem belli concisi desola-
 tionibus: secundum Theodoretum, declarant mala, quae
 hic praedicuntur, vbi semel venerint, nunquam esse
 reuocanda. Funditus enim, inquit, debentur bello
 illo, veluti quodam diluuiio oppressi, & in perpetuum
 his malis succumbent, neque vnquam, vt ex ipsis eri-
 piantur, veniam consequentur. Dicitur autem bellum
 illud Romanorum, gestum duce Tito cum Iudaeis, con- B
 cissum, seu decisum iri, hoc est, esse dirimendum, ac ter-
 minandum ingenti exitio Iudaeorum: hoc est, desolatio-
 nis ciuitatis & templi, non tamen, aut humano tan-
 tum consilio factae: sed ordinatae, & statuta a Deo,
 ad vindicandum scelus Messiae a Iudaeis occisi. D. Au-
 gustinus in epist. 80. sic legit: *Et non erit eius;* & inter-
 pretatur sic, non erit Messias eius ciuitatis, quia sic ab
 eo alienabatur Iudaei, vt eum illi, quasi non suum redempto-
 rem, sed vt alienissimum, sint occisuri.

lectio Hebraea
 huius loci
 qualis.

P R O R O Hebraica lectio huius loci, vt eam Latine Pagninus extulit, ita se habet. *Post hebdomadas sexaginta duas, excidetur Christus: & non erit ei: & sancluarium dyscipabit populus duci venturi; & finis eius in inundatione, & vsque ad finem belli decise sunt desolationes.* in qua lectione, omnia sunt clara, cum satis congruant cura lectione vel Latina, vel Graeca: praeter vnum illud, non erit ei. Haec enim oratio quia est praecisa, obscurum habet intellectum. Quidam ita exponunt. Et non erit ei, qui ferat opem, aut solatium aliquod. Saluator enim noster, tempore mortis suae, ab omnibus, etiam D
 notis & amicis derelictus est, omnisque solatio, etiam diuino, tunc est destitutus. Quam ob rem ipse pendens in cruce, dixit, *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Verum facile est etiam hunc locum applicare, & accomodare ad lectionem Latinam, quae habet: *non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Sic igitur intelligamus, *non erit ei*, id est, gens Iudaeorum, qui, negauit & occidit Messiam, non erit ei, id est, vel Messiae, vel Deo, supple tu, non erit, inquam, ei amplius in populum peculiarem, & dilectum: sed ab ipso repudiabitur, & penitus abiicietur. Eandem sententiam

Matth. 27.

A tiam habet vetus lectio Hebræorum in hoc loco, quam diuus Hieronymus: commemorans hic opinionem Hebræorum de computatione septuaginta hebdomadam, his verbis refert. *Non erit illius imperium, quod putabat se redempturum: hoc est, Messias regnum Iudæorū derelinquet, & omninò abiiciet, ad quod tamē spiritaliter reparandum, & reficiendū præcipuè venerat,*

B *Confirmavit autem pactum multis hebdomada: vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia: & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio.*

C **H**is verbis Gabriel septuagesimam & vltimam hebdomadam, quam ab aliis sexaginta nouem supra seiuixerat, nunc separatim, & solam explicat, docens, quid esset in ea olim euenturum, Dicit igitur, Messiam, post Baptismum, quem accepturus erat sub finem sexagesimæ nonæ hebdomadis, per reliquam septuagesimam hebdomadam confirmaturum pactum suum, hoc est, prædicaturum legem & doctrinam suam, partim quidem per semetipsum, partim verò post mortem suam, per discipulos suos. Etenim, Christum post Baptismum prædicasse Euangelium tribus annis integris, & aliquantò plus, ferè patrum sententia est. Hoc testatur Chrysostomus homilia 23. in Matthæum. Hoc ipsum sensisse Euodium discipulum Apostolorum, refert Nicephorus libro 2. historię Ecclesiasticæ, capite 3. Hoc fusè tractat in commentario huius capitis Theodoretus. **Q**uin Eusebius, quem multi sequuti sunt, id argumentatur ex historia Euangelica beati Ioannis, qui tres annos prædicationis Christi, manifestè distinxit. Nec hoc tantum in chronicis annotauit Eusebius, sed præterea in libro octauo de demonstratione Euangelica, affirmat, hanc esse veterem Ecclesiæ traditionem. Cui rei fidem facit vetustissimus auctor Ignatius Martyr in

Quomodò
Christus pactū
cōfirmauerit.

Christu tribus
annis & ali-
quanto plus
post Baptismū
prædicauit.
An post Dō-
mini nostri
mortem, om-
ninò defecer-
int Iudæo-
rum sacrificia.

epistola, quam scripsit ad Trallianos, prædicationem A
Christi post Baptismum, tribus annis definiens.

TRANSACTIS igitur tribus annis, & aliquot
mensibus, hoc est, in dimidio septuagesimæ hebdo-
madis, *defecit hostia & sacrificium.* Quibus verbis signi-
ficatur mors Messia. Nam & quarto anno post bap-
tismum suum, Dominus noster mortuus est: & post mor-
tem eius, omnia sacrificia veteris legis, cunctaque cæ-
rimonialia in totū abrogata & antiquata defecerunt.
Huius rei illud fuit admodum illustre argumentum,
quod moriente Christo, velum templi, à summo vs- B
que ad imum, est discissum: quo portendebatur, quæ
in eo templo peragebantur, dissoluta & sublata esse.
Atque his consonant, quæ scripta sunt in Psalmo 49.
prout ea D. Paulus in epistola ad Hebræos capit. 10. ci-
tat, atque interpretatur, *Christus, inquit, ingrediens in*
mundum dicit: hostiam & oblationem noluisti, corpus autē a-
daptasti mihi. Holocausta pro peccato non placuerunt ti-
bi: tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut fa-
ciam, Deus, voluntatē tuam. Hæc ex Dauide cum citasset C
Paulus, subtexuit eorum interpretationem. *Superius, in-*
quit, dicens, quia hostias & oblationes pro peccato noluisti, nec
placita sunt tibi, quæ secundum legē offeruntur: subdit, Ecce ve-
nio, ut faciām voluntatē tuam: & sic aufert primum, ut se-
quens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblatio-
nem corporis Iesu Christi semel. Sic Paulus. Nec mirum,
cessasse antiquæ legis sacrificia, postquam immacu-
latus agnus se in cruce Deo Patri obtulit hostiam
viuentem, scilicet omnium veterum sacrificiorum
finem atque consummationem, & Deo infinite gra- D
tiam, atque ad omnia omnium hominum peccata de-
lenda efficacem. De qua sic beatus Leo homilia octa-
ua de passione Domini, scribit. *Nunc carnalium sacrifici-*
orum varietate cessante: omnes differentias hostiarum, vna
corporis & sanguinis tui implet oblatio: quoniam tu es verus a-
gnus Dei, qui tollis peccata mundi: & ita in te vno vniuersa
perficis mysteria, ut sicut vnum est pro omni victima sacrificiū:
ita vnum de omni gente sit regnum. Verū enim uerō non
est intelligendum, statim post Christi mortem om-
nino defecisse Iudæorum sacrificia, quippè, quoad
templum illud stetit: stetit autem post Christi mor-
tem per

Oblatio cor-
poris & sangui-
nis Christi im-
plet omnia ve-
teris legis sa-
crificia.

A tem per annos ferme quadraginta, usque ad euer-
 sionem ipsius, & urbis à Romanis factam, non est inter-
 missa consuetudo, in eo templo sacrificandi. Ergò sta-
 tim post Christi interitum defecerunt illa sacrificia,
 non sanè secundum usum, & exercitium: sed secun-
 dum virtutem & efficaciam, &, ut nunc in scholis lo-
 quuntur Theologi, secundum valorem. Namque post
 id temporis, licet non statim fuerunt mortifera, quo-
 ad, promulgato Euangelio, veritas doctrinæ Christi
 mundo enotesceret: fuere tamen mortua: defierunt e-
 nim Deo esse grata & accepta, hominibusque saluta-
 ria. Atque hæc in priori septuagesimæ hebdomadis
 dimidio acta sunt. In posteriori autem dimidio eius-
 dem hebdomadis, Christus pactum suum per Aposto-
 los & discipulos confirmavit: qui cælirùs sancto Spi-
 ritu mirabiliter accepto, per illos quatuor annos ma-
 xima contentione, acerrimòque studio, atque ardore
 animi, Euangelium Christi in Iudæa, Galilæa, & Sa-
 maria prædicauerunt, multis prodigijs & miraculis
 prædicationem suam confirmantes.

Sacrificia Iu-
 dæorum sta-
 tim post Chri-
 sti mortem
 fuere mortua,
 sed non mor-
 tifera,

C S E D in suprascriptis Gabrielis verbis, tria sunt dili-
 genter ponderanda. Vnum est, illud, *pactum*: alterum,
 illud, *multis*, tertiù, illud, *abomnatio desolationis*. Ac pri-
 mò, vim & notionem illius vocabuli, *pactù*, prout in Sa-
 ctis literis crebrò usurpatur, aperiamus. Pactum He-
 braicè dicitur, *Berith*, quæ vox Latinè significat *fæ-
 dus & pactum*. Nec rarò ponitur pro ipsa lege: veluti in
 Deut. c. 29. apertissimè verò in cap. 24. Exordisic enim
 ibi scriptum est. *Assumens Moses volumen fæderis legit au-
 diète populo, qui dixerunt, omnia quæ loquutus est Dominus,
 faciemus, & erimus obediètes. Ille verò sumptù sanguinè resper-
 sit in populù, & dixit, Hic est sanguis fæderis, quod pepigit Do-
 minus vobiscum super cunctis sermonibus his. Vocem autè
 Hebræam, Berith, tres interpretes, Aquila, Symmachus,
 & Theodotio, Græcè verterunt *συνθήκη*, quæ vox etià
 significat fædus & pactù. Soli septuaginta interpretes
 ubique transtulerunt, *διαθήκη*, qua voce significatur
 testamentum, quod ab his, qui mox sunt morituri, fieti
 solet. Et quia aliud est fædus seu pactù, & aliud est te-
 stamentum, propterea D. Hieronym⁹ in cōmentarijs
 suis in epistolam ad Galatas super tertio capite, repre-*

Pactum quo-
 modò in Scri-
 ptura sumatur

Quæstio 11.
 Quid sit pactù
 hoc Metiaz.

Διαθήκη
apud Græcos
testamentū &
pactum signi-
ficat.

hendit septuaginta interpretes, quòd vocem illam **A**
Hebræam, quæ propriè significat pactum & fœdus,
expresserint Græca voce, testamentum significante.
Verùm pro defensione septuaginta interpretum, il-
lud facit, quod vox, *διαθήκη*, apud optimos scri-
ptores Græcos, non modò significat testamentum,
sed etiam pactum, fœdus, conuentum, pollicita-
tionem, vt Budæus in commentariis linguæ Græ-
cæ luculentissimis exemplis, ex Aristophane & De-
mosthene depromptis, confirmat, addens præte- **B**
rèa, eam vocem, cum pro testamento ponitur, fe-
rè plurali numero sumi: nec in singulari, nisi admo-
dum rarò. Quòd autem septuaginta interpretes vsi
sint ea voce, non ad significandum testamentum:
sed pactum, & fœdus, patet ex Psalmo octogesimo
secundo, *simul aduersam te, testamentū disposuerunt, &c.*
vbi pro testamento, Græcè est eadem illa vox: nou
aliud eo loco significans, nisi fœdus, vel pactum:
námque illorum verborum hæc est sententia: Om-
nes vicinæ gentes percussio inuicem fœdere, vnani- **C**
mes aduersum te conspirauerunt. Diuus quoque Lucas
eadem significatione vsus est ea voce, scilicet pro
pacto: cum in actis Apostolorum capite tertio, dixit,
Vos estis filij Prophetarum & testamenti. Et in Cantico
Zachariæ dixit, *Et memorare testamenti sui sancti, id est,*
fœderis, & pacti. Noster autem Latinus interpres,
eam vocem sæpè vertit vocabulo testamenti: sine du-
bio Latina voce testamenti abusus. Nec hoc laruit D.
Augustinum, quippè in libro locutionum de Genesi,
numero nonagesimo tertio, & nonagesimo quarto, **D**
super illis verbis, quæ sunt in vigesimo sexto capi-
te libri Geneseos secundum antiquam lectionem La-
tinam, quam tunc sequutus est Augustinus, *Viden-
tes vidimus, quia est Dominus tecum, & disponemus tecum
testamentum:* super is, inquam, verbis ita scribit Augu-
stinus, *Amant scriptura pro pacto, ponere testamentum,*
id est, *διαθήκη*.

Pactū hęc pro
priè legem E-
uangelicam
significat.

Hoc igitur loco tam vox Hebræa, quàm Græca,
& Latina, propriè significat legem nouam, & Euan-
gelicam, quam Christus & Apostoli mundo publica-
runt, & per quam, quasi per pactum quoddam, Deus
promi

A promisit hominibus, se, credentibus in filium suum,
 & legem eius obseruantibus, peccata omnia remis-
 surum, & vitam æternam esse daturum. Hanc le-
 gem appellare licet, *secundum vel nouum pactum,*
sedus, testamentum, quod Christus cum hominibus
 fecit in cruce pendens, idque sanguine suo aspersit,
 mortæque confirmavit. Hieremias porro clarissimis
 verbis in capite trigessimoprimo docet, duo esse Dei
 pacta: vnum antiquum illud datum Iudæis per Mo-
 sen in monte Syna, scriptum in tabulis lapideis,
 alterum verò, nouum, longè præstantius, vtilius,
 ac diuturnius priori, dandum per Messiam, & in ho-
 minum animis, mentibusque scribendum. Verùm
 non satis est indicasse locum Hieremiæ, verba quo-
 que eius, quæ planè aurea sunt, & nostra inter-
 pretatione, quo nihil in eis reliquum sit obscuri-
 tatis, illustrari debent, hoc loco adscribenda du-
 ximus: Sic igitur ait. *Ecce dies venient dicit Domi-
 nus, & feriam domui Israël, & domui Iuda sedus no-
 cum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus
 vestris, cum eduxi eos de Aegypto, pactum, quod irritum fe-
 cerunt. Sed hoc erit pactum, quod feriam domo Israël:
 Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceri-
 bus eorum, & in cordibus eorum scribam illem: & ero eis
 in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vltra
 vir proximum suum, dicens, cognosce Dominum: Omnes enim
 cognoscent me a minimo eorum vsque ad maximum, ait: Do-
 minus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum
 non memorabor amplius. Nõnne his verbis descripsit*
 D Hieremias præstantiam legis Euangelicæ, quæ potis-
 simùm viget, regnatque in animis hominum, eos
 illuminans clara Dei cognitione, & purgans pecca-
 torum omnium remissione? At enim, ne quis suscipia-
 retur hoc secundum pactum fore temporarium, sicut
 fuerat prius illud Mosaicum: & aliquando tandem, si-
 militer vt illud, fore antiquandum & abolendum, idè
 proximè subiecit, pactum legis Euangelicæ tam diu
 permanens, quoad stabit motus cæli, discursus
 siderum, noctis, & diei, cæterarumque tempesta-
 tum vicissitudines, hoc est, vsque ad consummatiõ-
 nem, & finem huius mundi: iuxta illud, quod Dominus

Explicatur Jo-
 cus Hieremiæ
 ex cap. 31.

Matth. 16.

Matth. 28.

Pactum secum
dū nuquam
irritandum.

Rom. 9.

Gal. 4.

dixit, *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam*: Et item illud: *Ego uobiscū sum usque ad consummationē seculi*, dixit. Sic igitur post praedicta scribit Hieremias: *Hac dicit Dominus, qui dat solem in lumine diei, ordinem lunae & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare & sonant fluctus eius: Dominus exercituum nomen illi*. Si defecerint leges istae coram me, dicit Dominus, tunc & semen Israël deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus. Loquitur autem hic Hieremias de semine Israël, non secundum carnem: sed, ut interpretatur Paulus, secundum promissionem & spiritum. Quod autem subdit Hieremias ciuitatem Hierusalem aedificatum iri, & instaurandum esse templum, ita ut non destruatür ultra in perpetuum, non debet intelligi de terrēna, & corporali Hierusalem, & templo, quippè hæc postea, nec semel destructa, nec per mille quingentos annos post ultimam eorum ceteronem usque ad hanc diem reparata esse cernimus. Sed intelligi debet hoc uaticinium Hieremias, de Christi Ecclesia, quam res ille corporales per quandam similitudinem præfigurant. Atque hæc de uocabulo illo, pactum, dicta sint.

Quæstio 13.

Quid sit Mes-
siam pactum
suum confir-
masse multis.

Ioan. 1.

Quib⁹ modis
prouerit Chri-
stus se Messiam
esse & doctri-
nā suā esse ve-
rā: & primò tes-
timoniis om-
ni exceptione
maioribus.

VERVM quid sibi uult illud, multis? nam hoc supra, secundo libro positum fuerat explicandum. Possumus id quidem dupliciter interpretari. Primò, ut referatur ad homines, uelut Iudæos, & intelligatur Christum confirmaturum pactum suum: id est, doctrinam Euangelicam probaturum, & persuasurum, non omnibus, sed multis. Et per se quidem, tantum abest, ut omnibus Iudæis Christus eam persuaserit, ut paucissimi fuerint, qui eam acceperint. Itaque Ioannes dixit, *In propria reuit, & sui eum non receperunt*. Per discipulos autem suos, multò plures de Iudæis sibi subiecit: de Gentilibus uero, multò plurimos: sed hi tamen fuere pauci in comparatione eorum, qui in uniuerso terrarum orbe Christi fidem & disciplinam accipere noluerunt. Deinde, illa uoce, multis, significati potest. Christum esse confirmaturum pactum suum multis & variis argumentorum, & probationum generibus: Quinque enim modis Dominus noster probauit se Messiam esse, suamque doctrinam à Deo esse

A se profectam, eamque cunctis hominibus ad percipiendam vitam æternam, esse omninò necessariam. Primum genus probationis constat multis, variis, & adeò grauib; testimoniis, vt ea nulla tergiversatione eludi possint. a Primum testimonium fuit angelorum, in ortu Christi annunciantium pastoribus, eo die natum esse Saluatorem mundi. b Secundum testimonium fuit Magorum, qui ex Oriente venientes, natum iam esse regem iudæorum, nouæ stellæ miraculo confirmarunt. c Tertium fuit eorum, qui illo ipso tempore, quo Christus natus est, iustitia, pietatēque, ac sanctitate insignes, & apud iudæos perquàm nobiles habebantur, vt Elizabeth, Zachariæ, Simeonis & Annæ. d Quartum fuit multiplex testimonium, & præconium Ioannis Baptistæ, cui iudæi non poterant contradicere. e Quintum fuit testimonium Dei patris, magnificè & gloriosè datum in Baptismo, & transfiguratione Christi. f Sextum fuit Moysi & Eliæ, qui apparuerunt in transfiguratione Christi, & testificati sunt, ipsum esse Messiam. Septimum fuit testimonium ipsorum Phariseorum, de quibus vnus, Nicodemus dixit, Scimus quia à Deo venisti magister. Octauum etiam ipsorum dæmonum, qui eiectione ab ipso ex humanis corporibus clamabant ipsum esse Christum, & filium Dei. Alterum genus probationis, constat vaticiniis Prophetarum de venturo Messia editis, & monumentis literarum consignatis, quæ ad vnum omnia, in Domino nostro fuisse completa, & ipse demonstravit, & Apostoli eius deinde probarunt, necnon & nos supra docuimus, cum explicarem; illa verba, *Vt impleatur visio, & prophetia*. Tertia probatio versatur in miraculis Christi, quæ fuerunt plurima, maximaque. Quapropter iudæi, vt refert Ioannes cap. 7. dicebant: *Numquid Christus cum veniet, plura signa faciet, quàm quæ hic facit?* Dupliciter autem ex hoc loco videntur iudæi. Siquidem Dominus noster & omnia miracula fecit, quæ facturum Messiam prædixerant Prophetæ: & fecit ea miracula, quò declararet, ac probaret se Dei filium esse, verumque Messiam. Quarta approbatio ducitur ex vita, & moribus, ex passione item, & morte Domini nostri. Eam enim vitam egit Domi-

a Luc. 2.

b Matth. 2.

c Luc. 1. & 2.

d Matth. 2.

Luc. 3.

Ioan. 1.

e Matt. 3. &

17.

f Matth. 17.

Matth. 7.

Secundo vaticinijs.

Tertio miraculis.

Quarto ex vita & morib;.

Matth. 27.

Quinto, ex
prædictioni-
bus.
Septem Chri-
sti Domini no-
stri prædictio-
nes.

a Luc. 10.

b Ioan. 14.

c Ioan. 16.

d Matth. 26.

Act. 1.

e Ioan. 10.

f Matth. 16.

g Matth. 20.

Questio 24.
Quid sit abo-
minatio deso-
lationis.

nus noster, iis moribus fuit, eam doctrinam prædica-
uit: denique tali vita, moribus, & doctrina fuit, qua-
lifururum Messiam vates præscriperant. Ea præterea
passus est à Iudæis, eoque mortis genere necatus est,
vt de ipso Isaiam capite 53. & Dauidem in Psalmo vi-
gesimoprimum, variatos esse dubitari nullo modo
possit. His adde prodigia, quæ Domino nostro mo-
riente contigerunt. Sol vsquequaque defecit, & sanè
præter naturalem rerum cursum, & ordinem horribi-
li motu terra contremuit: velum templi discissum est: **B**
sepulchra patuerunt, multique de mortuis ad vitam
reuocati, visi sunt multis, & testificati Iesum esse Mes-
siam. Quibus prodigiis permotus Centurio exclama-
uit, *Verè filius Dei erat hic.* Quintum & vltimum genus
probationis, consistit in prædictionibus Domini no-
stri, quarum omnium veritatem euentus comproba-
uit. Fuerunt autem prædictiones Christi, ferè huius-
modi. Prima fuit de suprema ruina, & exitio Iudæo-
rum: b secunda, de miraculis, quæ facturi erant ipsius
discipuli, & sectatores: c tertia de maximis & acer-
bissimis persecutionibus, quas erant passuri: d quarta,
de Euangelio suo per omnem terram prædicando: **C**
e quinta, de Ecclesia sua vsquequaque, & in vniuerso
orbe propaganda: f sexta, quòd eadem Ecclesia, licet
foret vbique terrarum, & gentium oppugnanda, diue-
xanda, & conficienda, nihilominus tamen, vsque
ad consummationem sæculi esset permanens, g deni-
que septima & vltima de genere mortis suæ, de resur-
rectione post triduum, de missione Spiritus sancti, de
nòmine suo apud omnes gentes, nobilitando, & **D**
clarificando.

RESTAT interpretandum illud, quod supra ter-
tio loco propositum fuerat: sunt autem verba illa
Gabrielis: *Et erit in templo abominatio desolationis.* Hanc
ipsam Gabrielis sententiam nominato eius scripto-
re Daniele, commemorauit Dominus, vt refert Mac-
thæus, capite 24. nam loquens cum discipulis suis ita
dixit: *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ
dicta est à Daniele, Propheta, stantem in loco sancto, qui legit
intelligat, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Est au-
tem obscura hæc verba Gabrielis, neque cuius ad
intelli*

A intelligendū exposita, & aperta, satis est significatū illis verbis Domini, qui legit, intelligat, quasi diceret, Non debent illa verba oscitanter legi, sed diligenti & attento lectore opus est ad ea intelligenda. Verūm quid sit *abominatio desolationis*, quæ futura erat in templo, variè admodum exponitur. Ponam hîc omnium interpretationes, eâque breuiter perpendam, & diiudicabo. Prima interpretatio est Irenæi in lib. 5. aduersus hæreses, qui hæc verba exponit de Antichristo, quem **B** putauit ipse, similiter vt alij complures antiquorum Patrum, Iesurum in templo Hierosolymitano, & tanquam Messiam, & Deum à multis adoratum iri. Qui quidem rectè nominatur abominatio desolationis, **C** abominatio quidem, propter infinita eius scelera planè abominanda, & execranda: desolationis autem, quoniam persecucione quantam maximam poterit vbique faciet eorum stragem, & religiosissima eorum templa profanabit, atque desolabit. At enim, non est hæc interpretatio conueniens sententiæ, aut Gabriëlis, qui hæc verba dixit, aut Christi Domini nostri, qui multò post, eadem retulit. Etenim Gabriel hoc loco, vt patet ex antecedentibus, & sequentibus, haud dubiè loquitur de nece Messix, & vindicta eius necis, non longè post septuaginta hebdomadas de Iudæis sumenda: Non igitur, quod de abominatione desolationis dicitur, ad Antichristum referri debet. Dominus autem noster apud Matthæum capit. 24. hæc ipsa verba, sine dubitatione retulit ad futuram Hierusalem vastationem, & **D** desolationem, vt ex contextu sermonis eius, liquidò cernitur.

SECUNDA interpretatio est, abominationem desolationis referri debere ad Antiochum Epiphane, qui in templo Hierosolymitano à se sacrilegè compilato, atque impiè profanato, abominandum idolum collocauit: de quo ita scripsit Iosephus lib. 12. Antiq. In templo quoque, ara posita, porcos mactauit, sacrificiū à Iudeorū religione alienissimū: & cogebat omnes abrogato veri Dei cultu ipsius venerari Numina: & oppidatim extructis tēplis, atque altariibus, porcinas in eis quotidie immolari victimas. Quin, & sanctissimum templū, vni, veròque sacratiū Deo, deinceps Iouis Olympij

1. Interpretatio Irenæi, qui per hæc verba Antichristum ipse intelligit.

2. Interpretatio, quæ hanc abominationē ad Antiochū Epiphane asserit spectare. Ioseph. libr. 12. cap. 7.

Olympij cognominari iussit. Sic Iosephus. Et scriptor qui- A
 dem prioris libri Machabæorum, existimari posset in
 hac fuisse sententia, vt qui in primo capite, quasi ad
 hoc vaticinium Gabrielis spectans, scripserit, Antio-
 chum super Altare Dei ædificasse idolum abomina-
 tionis, siue, vt Græcè est ad verbum, *abominationem*
desolationis. Illud autem idolum Antiochi vocatur
abominatio, more Scripturæ, quæ omne idolum vo-
 cat *abominationem*. Dicitur præterea, *desolationis*,
 quia idolum illud, vrbe, temploque profanatis, atque B
 vastatis, collocatum fuerat. Atqui verba hæc Gabrie-
 lis, non benè applicari ad illud Antiochi idolum, pa-
 ret tribus argumentis. Primò, quia Gabriel significat
 his verbis mala, & calamitates, quæ Iudæis propter
 Christi cædem, exactis iam septuaginta hebdomadis,
 contigerunt: illud autem idolum Antiochi, positum
 est in templo Iudæorum, circa quadragesimam pri-
 mam hebdomadam, scilicet, non minus centum sexa-
 ginta annis, ante Christi Domini nostri aduentum,
 Adiice, quod Gabriel affirmat, *abominationem deso-* C
lationis, vsque ad finem, hoc est, vt supra nos expo-
 suimus, in perpetuum, & in omne tempus mansuram:
 idolum autem illud Antiochi, non plus tribus annis
 stetit in templo, vt traditur in historia prioris libri
 Machabæorum, & prædictum à Daniele supra legi-
 mus in capite 8. Sed quid opus est argumentis? omnè
 enim sustulit dubitationem Saluator noster, qui hæc
 verba citans, manifestè significauit, *abominationem*
desolationis post sua tempora futuram, cum dixit:
 Cum videritis *abominationem desolationis, quæ dicta est per*
Danilem, tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Caieta- D
 nus super capite 24. Matthæi, arbitratus auctorem
 prioris libri Machabæorum, in eo loco, quem proxime
 memorauimus, citasse verba hæc Gabrielis de
 idolo Antiochi, tacitè eum reprehendit, tanquam per-
 uersè, & contra sententiam Gabrielis, & Saluatoris
 nostri, verba illa interpretatum. Atque hanc vnam de
 multis aliis affert ipse rationem ad probandum li-
 bros illos Machabæorum nequaquam esse canoni-
 cos. Sed profectò deceptus est Caietanus. Nam, nec
 scriptor

Refellitur hæc
 opinio.

Matth. 24.
 Defenditur au-
 thoritas libro-
 rum Macha-
 bæorum cõtra
 Caietanum.

A scriptor ille citauit testimonium Danielis, sed similibus verbis vsus est ad exprimendum scelus Antiochi, & si fortè spectauit ad sententiam Danielis, non tamen ad hanc, quæ est in hoc nono capite, sed ad alteram similem, quæ apud eundem est in vndecimo capite, vbi sunt illa verba: *Et brachia ex eo stabunt, & polluent Sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem.* Quo loco Daniele loqui de persecutione Antiochi Epiphaniis, confessio est omnium interpretum, & res ipsa loquitur.

TERTIA est interpretatio D. Hieronymi, Chryso-
stomi, Theodoret, & aliorum, qui abominationem desolationis interpretantur statuam aliquam, vel imagines Gentilium imperatorum, quarum cultum, & venerationem Iudæi abominabantur: & quia capta, vastataque Ciuitate, & desolato templo, eiusmodi imagines à victoribus positæ sunt in loco sancto, id est, intra urbem, vel templum: propterea dicitur, *abominatio desolationis stans in loco sancto.* Planiore faciam hanc interpretationem, positis hæc prædictorum auctorum verbis, Diuus Hieronymus in commentariis in Matthæum tractâs super vigesimo quarto capite, hanc ipsam sententiam. *Potest, inquit, quod dicitur, abominatio desolationis stans in loco sancto, simpliciter intelligi, aut de Antichristo, aut de imagine Cesaris, quam Pilatus posuit in templo: aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco, vsque in presentem diem stetit. Abominatio quoque secundum veterem Scripturam, idolum nuncupatur, & idcirco additur, desolationis, quod in desolato templo, atque destructo, idolum positum sit.* Hæc Hieronymus. Theodoretus verò hunc Danielis locum pertractans in suis commentariis, similiter exponit de imaginibus Cesaris, quas Pilatus in urbem, & templum intulit: *Signum, inquit, futurae desolationis in urbe, & templo, erunt imagines quedam legibus interdictæ in ipsum illatæ. Quod Pilatus fecit, qui noctu in sacrum Dei templum imperatorum, contra Diuinam legem intulit imagines.* At verò Chrysostomus super vigesimo quarto capite Matthæi, & in secunda oratione aduersus Iudæos: propterea Theophylactus,

3. Interpretatio D. Hieronymi, Chryso-
stomi, & Theodoret, qui hæc de statua imperatoris explicant.

Refellitur hæc
interpretatio.

phyllactus, Euthymius in vigesimo quarto capite **A**
 Matthæi, referunt ad imaginem Titi Imperatoris,
 quæ iam expugnata ciuitate, in adytis templi statuta
 est. Sedenim, hæc interpretatio mihi quidem non
 videtur vera. Et, vt de Pilato primùm dicam, liquet
 ex his, quæ scribit Iosephus libro decimo octauo
 Antiquitatum, capite quarto, imagines illas Cæsaris
 à Pilato illatas in urbem, non ibi permanisse: sed sta-
 tim, repugnantibus obstinatè Iudæis, eductas esse. Et
 quia tunc non erat desolata vrbs, nec fuit desolata, **B**
 nisi plus quadraginta annis post id temporis, pro-
 preterea non poterant illæ imagines appellari abomi-
 natio desolationis. Adde ad hæc, quod Christus lo-
 quitur de abominatione desolationis, non iam facta,
 sed post futura: illud autem Pilati factum, si quis chro-
 nologiam in historia Iosephi subtiliter exploret, id
 temporis, quo Dominus noster hæc loquutus est,
 præcessisse comperiet. Verùm hæc certiora, &
 aperta sicut verborum Iosephi appositione. Plinius, **C**
 inquit, ignarus omnibus Iudæis, signa cum effigie Cæsaris in
 urbem intulit, ad contumeliam legis nostræ, qua cautum est,
 ne habeamus huiusmodi imagines. Quocircà, priores Iudææ
 presides, cum signis aliter insignitis urbem ingredi solebant.
 Re cognita, magno agmine Iudæi Cæsaream ad Pilatum
 aduunt, suppliciter orantes, vt imagines illas aliò transferri
 iuberet. Ille non solum pernegat se facturum, quod postula-
 bant, sed mortem minatur, nisi quamprimum quiescerent.
 At illi procidentes humi, & exertos præbentes iugulos, ma-
 nifestè proferebant, vita sibi cariorum esse patriæ legis ob-
 seruantiam. Tum Pilatus, tam constans legum studium ad-
 miratus, continuo eas imagines Hierosolymis Cæsaream **D**
 reportari iubet. Sic Iosephus. At verò, quod dictum
 est de imagine Titi, vel de statua equestri Adriani,
 non est probabile. Nam Iosephus, qui præsens in-
 terfuit expugnationi Hierusalem, & omnia tunc
 facta, etiam dicta memorabilia, septem de bello Iu-
 daico scriptis à se libris diligentissimè complexus
 est, ne verbum quidem de Titi imagine in templo
 posita vsquam facit. Deinde, quod Dominus dixit
 de abo

A de abominatione desolationis, id quasi signum dedit antecedens desolationem Hierusalem, ut eo viso, possent, qui saperent, fuga sibi consulentes imminens Iudæis exitium cuitare. Atqui, tam imago Titi, quam statua equestris Adriani, non nisi post ruinam, & desolationem urbis, posita fuisse dicitur.

QUARTA interpretatio est auctoris historiae scholasticæ in historia Danielis, capite decimo, qui abominationem desolationis, interpretatur sacrificia, & caeremonias Iudæorum, quæ post mortem Salvatoris nostri statim futura erant inualida, abominanda, & paulò post desolanda, seu abolenda. Hanc interpretationem, præter cæteras, probasse videtur Dionysius Carthusianus. Etenim in commentario huius loci ita scribit: *Et erit in templo abominatio desolationis: id est, sacrificiis, & ritibus templi, post Christi occisionem, erit abominabilis desolatio, ipsaque sacrificiorum oblatio erit sacrilega, detestabilis, abominataque Deo: nec erit in templo, post Euangelij promulgationem, verus Dei cultus, sed potius ludus diaboli.* Verumtamen hæc interpretatio, neque congruit cum sensu, & mente Danielis, seu Gabrielis, qui apertè distinxit abominationem desolationis, à defectione hostiarum, & sacrificiorum, cum dixit: *In dimidio hebdomade deficiet bestia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis.* Neque consentit cum Domini nostri sententia, qui hæc ipsa verba citans apud Matthæum capite vigesimo quarto, desolationem abominationis stantem in loco sancto, dicit fore certissimum signum, & quidem omnibus conspicuum, proximè appropinquantis desolationis Hierusalem, & exilij Iudæorum. At, quòd sacrificia legalia post mortem Christi essent infructuosa hominibus, & ingrata Deo, paucis Iudæorum, immò nullis præter Christianis, notum erat. Neque id signum esse poterat iamiam ingruentis illius captiuitatis, cum inter mortem Christi, atque euerisionem Hierusalem, non minùs quadraginta annis intercesserit.

QUINTA interpretatio est Tostadij super vigesimo quarto capite Matthæi, & super eodè loco Ioannis Hesselij

4. Interpretatio historiae scholasticæ, & Dionysij Carthusiani, qui hæc de Iudæorum sacrificiis explicant.

Relicitur.

5. Interpretatio Tostadij, Hesselij, & Iansenij, qui hæc de sceleribus in templo patris declarant.

Hesfelij Louanienſis, necnon & Cornelij Ianſenij in A
 commentariis ſuis ſuper capite 122. concordie Euan-
 gelicæ, hi exiſtimant per abominationem deſolationis
 ſtāntem in loco ſancto; id eſt, in templo, intelli-
 gi debere plurima & nefandiſſima ſcelera, quæ in-
 tra ipſum templum facta ſunt à Iudæis, eo ipſo tem-
 pore, quo vrbs Hieruſalem obſidebatur à Romanis.

Zelotæ quàm
 facinoroſi, &
 ſcelerati, vt
 reſert Iose-
 phus, fuerint.

Tunc enim execrandis, ſacrilegiis pollutum eſt tem-
 plum, quin etiam crudeliſſimis cædibus, & innocen-
 tium hominum ſanguine redundauit, quorum ſcele-
 rum principes, & auctores fuere, qui vocabantur Ze-
 lotæ; ſic appellati à ſeipſis, vt ſcribit Iosephus libro B
 quarto de bello Iudaico, capite quinto, tanquàm pa-
 triæ libertatis & dignitatis, bonarūque disciplina-
 rum & ſtudioſorum æmuli eſſent: cū tamen ipſi om-
 nem facinorum immanitatem ſuperarent. De quibus
 idem Iosephus libro ſecundo, capite vigefimo octauo
 ita ſcribit. *Omne genus iniuſtitie incredibiliter viguit in Ze-
 lotis qui nomen ſuum factis verum eſſe probauerunt. Omne
 enim malitia facinus æmulati ſunt, nullo, quod antea memo-
 rie proditū eſſet, prætermiſſo; quamuis nomen ſibi ex bonorum
 æmulatione impoſuiſſent: qui malorū, quæ maxima eſſent, bona
 ducebant. Itaque debitum vite finem inuenerunt. Cuncta enim,
 quæ natura hominis ferre poſſet, ſupplicia, in eos, vſque ad ex-
 tremum vite terminum cōgeſta ſunt: quæ varijs perempti cru-
 ciatibus perculere. Sic Iosephus. Hanc igitur abomina-
 tionem ſclerem ſtāntem in templo, in quod illi Ze-
 lotæ ſe receperant, eo tanquàm caſtro, nulla tacti reli-
 gione, nulloque rerum ſacrarum reſpectu, impuriſſimè D
 aburentes, intellexit Daniel hoc loco, & Dominus
 noſter tradidit, tanquàm ſignum proximè antece-
 dens, ac prænuncians imminentem genti Iudaicæ
 calamitatem, ac deſolationem. Quibus conſona ſcri-
 bit Iosephus libro quinto, capite ſecundo, de bello
 Iudaico. *Petus, inquit, quidam ſermo tunc ferebatur, tunc
 demum Ciuitatem captum iri, ſancta quoque flammis excuren-
 da eſſe lege belli, cū ſeditio fuiſſet exorta, templūque Dei,
 proprie Iudeorum manus antea violāſſent. Quibus Zelotæ,
 nihil de eorum fide dubitantes, miniſtros ſe præbuerant. Sed
 illud memorabile, quod idem Iosephus libro ſexto,
 capite**

A capite decimo sexto, intimo & acerrimo doloris sensu scripsit. Nam cum narrasset sacrilegia, & nefaria scelera, quæ quotidie fiebant in templo, hæc subiicit: *Non equidem recusabo dicere, quæ dolor iubet. Puto, si Romani contra tam noxios nostræ gentis homines venire tardassent, aut hiatu terræ deuorandam fuisse ciuitatem, aut diluuiio perituram, aut fulminum, ad similitudinem Sodome, incendia passuram: multo enim magis impiam progeniem tulit, quam ea fuit, quæ illa supplicia perculerat.* Atque hæc est quinta interpretatio, & prædictorum auctorum opinio. Quam equidem, vt probabilem esse non inficior, ita mihi non probari, ingenuè fateor. Nam licet execranda illa Zelotarum facinora, possint appellari, & significari vocabulo *abominatonis*, nomen tamen *desolationis*, non potest illis applicari, & accommodari. Non enim auctores illorum scelerum, effectores desolationis urbis & templi fuerunt, sed Romani. Verùm dicet aliquis, fuisse illos causam desolationis, non quidem efficientem, sed meritariam: quippè, promeruerant illi suis flagitiis, tam apud Romanos, quàm apud Deum, vt desolaretur eorum ciuitas. Sed id facillè refellitur. Cum enim post mortem Christi, templum Hierosolymitanum non fuerit amplius sanctum, & gratum Deo; sed quasi profanum & immundum, omni eius loci sanctitate ac religione simul cum Christi morte penitus extincta: nulla ratio erat, cur profanatio & contaminatio eius loci, tanto supplicio & exitio vindicaretur, atque expiaretur. Romanos verò manifestum est, non propter scelera in templo patrata, sed propter defectionem & rebellionem iudæorum, tantis malis & calamitatibus eos affluxisse. Deum porro non tantoperè castigasse iudæos propter scelera illorum Zelotarum in templo facta, sed propter impiam eadem filij sui Domini nostri, liquidò intelligitur ex verbis Saluatoris nostri, quæ ita retulit Lucas cap. 19. *Cum vidisset, inquit, ciuitatem Hierusalem, flevit super illam, dicens: Quia si cognouisses, & tu in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coëgustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos,*

Reiicitur hæc interpretatio.

qui in te sunt: & non relinquens lapidem super lapide, eò quod non cognoveris tempus visitationis tue.

6. Interpretatio D. Augustini & Caietani prædictis longe probabilior exercitum Romanum hac voce designatum esse indicans.

RESTAT sexta & vltima interpretatio, quæ est D. Augustini in epistola octogesima, quæ scripta est ad Elychium, & item Caietani super 24. cap. Matthæi; eamque nos cæteris omnibus anteponimus. Arbitramur igitur, abominationem desolationis, non significare aliud, nisi Romanum exercitum vndique circumdantem, & arctissime obsidentem civitatem Hierusalem. Vocatur ille exercitus, *abominatio*, quia constabat ex Gentilibus adorantibus, & colentibus idola, Iudæis abominata, & execrata. Additur præterea illud, *Desolationis*, quoniam tandem exercitus ille cepit, diripuit, incendiū ac desolauit urbem & templum. Veram esse hanc explanationem, patet eo argumento, quod Lucas cap. 21. narrans eadem verba Domini, quæ & Matthæus cap. 24. & Marcus, 13. memorauerant: pro eo, quod illi scripserunt, *Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes, &c.* Lucas, qui post illos scripsit Euangelium, quod ab illis subobscure dictum fuerat, planius & apertius dicens, ita scripsit: *Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes.* Liqueat igitur ex antecedentibus & consequentibus, & ex ipsa forma narrationis, idem esse apud Matthæum & Marcum, *abominationem desolationis*, quod apud Lucam, *exercitum circumdantem Hierusalem.* Nam quod ait Euthymius super 24. capite Matthæi, Saluatorem nostrum duo dedisse signa appropinquantis desolationis Hierusalem: vnum quidem de abominatione desolationis stante in loco sancto, quod Matthæus & Marcus narrarunt: alterum verò de exercitu circumdante Hierusalem, quod Lucas retulit: hoc, inquam, non est profectò verisimile, cum omnes tres Euangelistæ narrent eundem numero sermonem Domini, videlicet eodem loco, iisdem sententiis ac penè verbis, cum eisdem discipulis, denique eodem tempore habitum.

SED vnus etiam nū hæret scrupulus, de quo exercitu, & obsidione Hierusalem, intelligendum sit, quod scripsit Lucas. Nam Iohannes Hesselius, & Ianfenius, iisdem

A iisd
loq
rat
fug
se
Hie
scri
dan
pra
B bri
rion
tem
dir.
obs
sup
te.
sim
Hie
quæ
pre
tion
nin
nar
freg
Ere
ben
pen
ded
nim
hen
D par
cer
rusa
que
per
ad v
eni
tue
tion
lo h
Gen

A iisdem locis, quæ supra posuimus, putant Lucam non loqui de vltima obsidione Hierusalem à Tito imperatore facta: non enim ea fuisset idoneum signum ad fugiendum imminens exitium: nimis enim tera fuisset fuga, cum Iudæa & Galilæa iam essent vastatæ, & Hierosolyma teneretur obsessa. Censent igitur, quæ scribit Lucas, ea referri oportere ad priorem quamdam obsidionem Hierusalem, quæ facta est à Cestio præfide Syriæ, & memoratur à Iosepho in cap. 24. libri secundi de bello Iudaico: Is enim partem exteriorem ciuitatis expugnauit, & interiorem, in qua templum erat, & quò seditioni sese receperant, obsedit. Postmodum tamen, nescio quo consilio, soluit obsidionem: scilicet, Deo impios Iudæos ad grauiora supplicia reseruante, & Christianis fugæ locum dante. Sic isti. At ego sine vlla dubitatione affirmare auisim, quæ traduntur à Luca de exercitu circumdante Hierusalem, ea, si diligenter perpendantur, nequaquam referri posse ad obsidionem Cestij, sed ad supremam obsidionem Titi imperatoris, quæ desolationem vrbi, & summum Iudæis exitium attulit, omninò pertinere. Illa enim obsidio Cestij, vt Iosephus narrat, nec plena fuit, & fuit breuissima, quæque non fregit animos Iudæorum, sed audaciam magis auxit. Etenim Cestius, paulò post, quam obsidere cœperat urbem, cum eam breui & faciliè capere potuisset, repente soluta obsidione, similis fugienti, magno suo dedecore, magnæque suorum strage discessit. Mox enim insequentes eum magna frequentia Iudæi, vehementiusque prementes, ad sex millia militum, partim equitum, plurimum verò peditum, interfecerunt. Loqui autem Lucam de vltima obsidione Hierusalem, quam excidium vrbis & templi, maximæque Iudæorum calamitas consequuta est, nemo non perspicuè intelliget, qui paulisper aduertat animum ad verba, quibus eam obsidionem Lucas descripsit: sic enim ait. *Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius, & quia dies vltionis huius fuerit enim pressura magna super terrâ, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur*

Dubitatio, de quo exercitu & obsidione Hierusalẽ loquatur.

D. Lucas.

Ostendit obsidionem Cestij non fuisse eam, quæ hoc loco prædicatur,

per tempora nationum. Hæc verba Lucæ, in obfisionem A
 Cestij nullo modo conueniunt: ad illam verò Titi
 imperatoris, mirificè quadrant. Et licet tunc obsessis
 in Hierusalem, nulla erat fugiendi facultas: erat ta-
 men iis, qui in reliqua Iudæorum regione versaban-
 tur, de quibus nominatim Saluator noster loquitur.
 Quamquam, quod ille dixit de abominatione deso-
 lationis, non tam signum esse voluit ad fugiendum,
 quam ad intelligendum impendere genti Iudæorum
 irremediabilem calamitatem, & excidium nullo tem-
 pore reparabile. Illud enim, qui in Iudæa sunt, fugiant in B
 montes, significat, tantam fore calamitatem, vt nullibi
 saluis & tutis esse liceat Iudæis, nisi in inuis & inacces-
 sis locis.

VERVM non conuenit in explicacione huius que-
 stionis esse longiorem. Duo tantum breuissimè adiu-
 ciam, minuta illa quidem, & quæ sine magno doctri-
 næ, aut legentium damno, potuissent omitti: sed cu-
 rioso tamen lectori, & quem in hac tractacione septua-
 ginta hebdomadam, nihil, quod fieri possit, latere vel-
 lemus, minimè ignoranda. Reperi apud Esychium in C
 Epistola, quam scripsit ad D. Augustinum, quæ inter
 Augustini epistolas numeratur septuagesima nona, no-
 uam quandam & cæterarum omnium dissimilem, mi-
 ramque huius loci Danielis lectionem, quæ ita se ha-
 bet. *In dimidio hebdomade, tolletur sacrificium meum, & deso-*
lolationum supplicatio interitus, & ad sacrificium abomina-
tio. Vnde hanc ille hauserit lectionem, mihi quidem
 non liquet; illud patet, eam lectionem vsque adeo
 mutilam, confusam, & perplexam esse, vt vix certam D
 aliquam ex ea sententiam sit elicere. Est præterea in-
 telligendum illorum verborum; *In dimidio hebdomade*
deficiet hostia & sacrificium, præter communem, & à no-
 bis suprâ expositam interpretationem, secundum quam
 significatur illis verbis, in quarto anno vltimæ hebdo-
 madis occisum iri Christum, & post eius mortem cessa-
 tura Iudæorum sacrificia; alteram quandam interpreta-
 tionem tradi ab auctore historiae scholasticæ, in histo-
 ria Danielis, capite decimo, eamque in commentario
 huius loci commemorari, neque improbari à Dionysio
 Carhusiano. Interpretatur ille, *dimidium hebdomade*, nõ
 quartum

Notabilis in-
 terpretatio,

A quartum annum, qui medius est inter septem, quos vltima hebdomada continet, sed posterius dimidium, seu medietatē hebdomadæ. Diuidit enim vltimam hebdomadam in duo dimidia, seu medietates, vtrique assignās tres annos & dimidium. In dimidio igitur hebdomadæ, id est, in posteriori medietate, hæc sūt acta. In exordio illius dimidij, baptizatus est Christus: deinde, per tres annos & dimidium, prædicauit Euangelium: denique in fine illius medietatis, qui fuit etiam terminus vltimæ hebdomadis, mortuus est Christus: post cuius mortem omnis virtus legalium sacrificiorum penitus euanuit. Sic ille: Hanc interpretationem propterea hic commemorare voluimus, quod eam diligenter à lectore animaduerti & obseruari cupimus: ea namque vsuri sumus in extremo libro vndecimo, ad enodandam grauē quādam difficultatem, quæ implicata est cū ea opinioce, quam de exitu & fine septuaginta hebdomadam, nos omnium probabilissimam esse decernemus. Sed finem aliquando tandem faciamus huic decimo libro, qui totus in explanatione huius noni capituli versatus & consumptus est. Sequitur proxime liber vndecimus, in quo disputationem de septuaginta hebdomadis, ipsa sua obscuritate clarissimam, & multitudine ac dignitate eorum, qui de ea disseruerunt, nobilissimam: quinetiam varietate sententiarum, maiori profectò, quàm in alia vlla disceptatione, celeberrimam, separatim tractandam, explicandam, que suscipimus.

S 3

BENE

BENEDICTI PERERII SOCIE- TATIS IESV,

Commentariorum in Daniele,

LIBER XI.

IN DISPUTATIONEM DE SE-
PTUAGINTA HEBDOMADIS,

PRAEFATIO.

De obscurita-
te, ac difficulta-
te disputatio-
nis, quæ est de
septuaginta
hebdomadis.

D. Hieronymi
sententia.

Origenis sen-
tentia.

GABRIEL docturus Daniele mysterium septuaginta hebdomadam, prælatum est nonnulla, quibus significauit, que dicturus erat, fore obscurissima, & ad quæ intelligenda vigilantissimo, at que intentissimo animo esset opus. Sic enim attatus est Daniel. *Ego, veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionem: et paulò post, rursus excitans eius attentionem ait: Scito ergo, & animaduerte. Hæc autem Gabrielis verba explanans D. Hieronymus, Tam obscura, inquit, est visio hæc de septuaginta hebdomadis, ut Daniel, tantus Propheta, magisterio, & doctrina Gabrielis indigerit ad eam intelligendam. Si igitur Gabriel excuscat animi Danielis, iubetque diligenter audire, & animaduertere, quæ de mysterio hebdomadam ipse breuiter explicare volebat: quid nos facere oportet, qui nec diuinum prophetia lumen habemus, quo tamè Daniel abundabat, & tenebris inscientia, vistorumque caligine oppressi, & obsecati sumus? Sed quanta sit huius visionis obscuritas, manifestum erit ex paucis, quæ hic subiiciam: Origenes in tract. 29. in Matth. sermonem, inquit, Danielis de septuaginta hebdomadis, prout conuenit, manifestare, nullus est, nisi Spiritus sancti: qui Danielè hoc mysterium docuit, & per eum literis consignatum Ecclesie tradidit. D. Hieronymus in commentario huius noni capituli, aggressus,*

A fus tractare hanc disputationem, alienarum opinio-
num nuda expositione contentus, suam noluit pro-
ferre sententiam: vel quia in re obscurissima nihil
exploratum, & certum habuit: vel quia, ut ipse ait,
periculosissimum duxit, de magistrorum Ecclesia iu-
dicare sententiis, & alterum præferre alteri. Quod si
Hieronymus vir doctissimus, (ut ait enim verbis Eſy-
chij, quæ sunt in Epistola eius ad Augustinum) non
audet de hac quæstione suam promere sententiam,
quantò magis lector hoc facere non debet, quod ma-
gister facere dubitavit? Porro D. Augustinus, quo-

Eſychij senten-
tia.

B tiescumque in hanc quæstionem incidit, veluti in E-
pistola octogesima, qua respondet prædicto Eſychio,
& in libro decimo octavo de Civitate Dei, capite tri-
gesimo quarto, semper quasi consultò, eius quæstio-
nis tractationem refugit. Fortasse, ut erat ingenio
acutissimo, vidit multas, magnasque in eam quæ-
stionem inclusas, atque involutas esse difficultates, quas
omnes à se penitus expediri posse diffidebat. Dein-
de obscuritatem huius quæstionis satis ostendit in-
credibilis sententiarum varietas, tam apud Græcos,

D. Augustinus
refugit expo-
sitionem 70.
hebdomadù.

C quàm apud Latinos: tamque apud veteres, quàm
apud recentiores. Cum autem sapientes viri de re
quæpiam inter se dissentiant, & quia unusquisque
multùm valet auctoritate, & quia suæ quisque opi-
nionis probabiles rationes affert, difficillimum ea res
facit veritatis iudicium. Adhuc, quòd si arduum est,
vnius monarchiæ, aut regni Historias, & chronolo-
gias bene cognitas & perspectas habere: quanti erit
negotij, omnium historiarum, & chronologiarum,

D ad tres principales monarchias, Persicam; Græcam,
& Romanam pertinentium, quæ omnes cum hac
disputatione implicatæ sunt, certam & explicatam
tenere cognitionem? Ad hæc, circa hanc quæstio-
nem de septuaginta hebdomadis, quatuor sunt prin-
cipales difficultates, quarum vnâ quamlibet, sicut
par est, cognoscere ac diiudicare, operosissimum est.
Prima difficultas est, de initio, unde incipiant heb-
domades: secunda de earum exitu & fine: quo, in-
quam, tempore terminandæ fuerint: tertia, principio
& fine constitutis, an quod interiectum est tempus,

Quatuor esse
præcipuas dif-
ficultates, in
disputatione
de septuagin-
ta hebdoma-
dis.

complectatur omne spatium septuaginta hebdomadum, hoc est nec plures, nec pauciores annos, quam quadringentos nonaginta, qui in septuaginta hebdomadis continentur: quatta & vltima difficultas est in demonstrando omnia mysteria, quæ Gabriel dixit in decursu harum hebdomadum euentura, eo tempore, quod est designatum, ac definitum euenisse. Ex his apparet, magnam esse huius quæstionis difficultatem. Et quemadmodum apud antiquos, quò aliquid esse obscurissimum significaretur, tanquam proverbij loco dicebatur, esse id obscurius numero Platonico: ita nunc, & sanè verius, dici posset, obscurius esse septuaginta hebdomadibus Danielis. Verùm, quò maiorem in hac disputatione obscuritatem inesse constat: eò maiori studio & diligentia nitendum nobis est, efficiendumque, vt discussis omnibus difficultatibus tenebris, liquidam veritatis lucem lector aspiciat. Tripartitò autem hic liber à nobis diuisus est: in prima parte præmittuntur octo quæstiones, quibus non ante profligatis, ne digitum quidem in hac disceptatione progredi possimus: contra verò, diligens earum explicatio, incredibiliter conduceret ad refellendas falsas opiniones, & quam veram esse censebimus, ad eam sententiã muniendam, atque confirmandã. Secunda pars continet expositionem & confutationem variarum opinionum, quæ de computatione septuaginta hebdomadum apud varios auctores inveniuntur. Extrema libri pars in sententiæ nostræ probatione & confirmatione versatur.

Diuisio huius libri.

Prima pars disputationis, quæ continet octo quæstionum explicationem.

i. Quæstio. Quæstio omnium probatissima chronologia.

PRIMA quæstio esse debet de Chronologia, quæ vtendum nobis est in hac disceptatione. Nam cum vsus chronologiæ, per vniuersam hanc disputationem fusus, & frequèntissimus sit: quinetiam genus argumentandi ductum ex Chronologia, non modò sit creberrimum in hac doctrina, sed etiam valentissimum: nec verò apud omnes auctores simplex, & vnus

A & vnus modi sit chronographia, sed admodum varia & multiplex, quis non intelligit, ante omnia, decerni ac definiri oportere, quanam sit chronologia probatissima, fidéque dignissima, & quam nos, posthabitis cæteris, maximè lequi debeamus? Sunt autem quatuor chronologiæ, quibus vsi sunt auctores, qui hanc quæstionem tractarunt. Vna est Hebræorum: altera est Metasthenis, & Philonis: vel, vt breuius, ac verius dicam, Ioannis Annij Viterbiensis: tertia est, quæ in qualibet monarchia & regno, numerum regum & annorum, quibus regnatum est, diligenter colligit: quarta, Græcis & Latinis vsitatissima, Olympiadum computatione continetur. De his quatuor chronologiis quod sit iudicium, quæ nostra sententia, paucis indicandum est lectori.

Quadruplex
chronologicæ
genus.

C
P R I M A igitur chronologia, est Hebræorum, quam Rabbinus ex Thalmudicis scriptis depromptam, & suo sensu & arbitrio confictam, in explanandis Sacris literis crebrò vsurpant. Hanc nonnulli, etiam de Christianis scriptoribus amplexi sunt, veluti Nicolaus de Lyra super primo capite libri Esdræ, & libri Esther, & super nonum caput Danielis. Verùm huiusmodi chronologiam esse mendosissimam, ac planè ridiculam, manifestis argumentis concluditur. Principiò, illud Hebræi pro vero, certoque habent, nec plures reges, nec plures singulorum regum annos fuisse in aliqua monarchia, vel regno, quàm qui in Sacris literis, memorantur. Quòd sit, vt Balthasarem vltimum regem Chaldæorum, tribus tantum annis regnasse affirmant, quia in Scriptura, hoc est, apud Daniele, capite octauo, de regno eius non vltra tertium annum mentio fiat. Cyro quoque primo Persarum regi, tres dumtaxat imperij annos assignat, quòd Daniel capite decimo, tertium annum eius regis nominet. Similiter, Darium, cuius principatu templum Hierosolymitanum resectum est, sex modò annis regnasse perhibent, quòd eorum meminerit Esdras, nec vltra memoret scriptura. Denique monarchiam Persarum non nisi quatuor reges vsque ad Alexandrum Magnum tenuisse arbitrantur, hoc est Cyrum, Cambysen, Assuerum, & Darium: propterea quòd scriptum

An vera sit
chronologia
Hebræorum.

Chronologicæ
Hebræorum,
quæ illi Seder
hoiam vocant
mendosissima.

est apud Daniele[m] capite undecimo, tres reges post A
Cyrum in Perside regnaueros. Atque hanc opinio-
nem etiam diuus Hieronymus tetigit super septimo, &
undecimo capite Danielis. At enim uerè, hæc doctri-

A sacra Scri-
ptura exacta
profanarum
reru Chrono-
logia petenda
non est.

Notabile do-
cumentum D
Hieronymi.

na, & sententia Hebræorum, plena est inscitia, absur-
ditatis, & inconstantia. Quid enim magis ineruditum,
atque insulsum esse potest, quam propterea negare plu-
res reges fuisse in aliqua monarchia vel regno, aut
eos pluribus annis regnasse, quòd de pluribus diuina
Scriptura mentione non faciat? Non enim sacra Scri-
ptura profanam historiam & chronologiam, simpli-
citer, & absolute tractat: sed eatenus modò, quatenus
ad historias sacras pertinet. Quocirca B. Hieronymus

super undecimo capite Danielis, *scriptura*, inquit, *san-*
ctæ propositum est, non externam, absque iudeis, historiam
texere: sed eam, quæ Israel. populo copulata est. Quò fit, ut hi-
storias Gentilium nec plene, neque ordinate tradat: non enim
cure fuit spiritus prophetali, historiae ordinem sequi, sed præ-
clara quæque perstringere. Sic Hieronymus. Mira quoque

cernitur Hebræorum inconstantia: neque enim suum G
hoc ipsi perpetuum tenent propositum & institutum.
Nam si constarent sibi, non tribuerent Dario Medo
duos imperij annos: cum Scriptura, apud Daniele[m]
capite nono, vnus tantum anni meminerit, nec regi
Euilmerodach assignarent viginti tres annos, cum
ex ipsa Scriptura, plures vno anno non possint colligi:
nec affirmarent maritum Esther, regem Assuerum, re-
gnasse quatuordecim annis, cum liber Esther anni
duumtaxat duodecimi memoriam habeat. Quid plu-
ra? Darium, sub quo ædificatio templi absoluta D
est, sex annis regnasse dicunt Hebræi, eumque fa-
ciunt vltimum regem Persarum: at verò Eldras &
Nehemias, regem Persarum laudant Artaxerxem, cuius-
que trigessimum secundum regni annum memorant,
quem post fabricam templi consummatam regnasse
ex historiis Eldræ, & Nehemiæ manifestum est. Sed,
quis non facillimè animaduertat, chronologiam
Hebræorum falsam & commentitiam esse, quorum
scripta videat innumerabilium errorum, & fabula-
rum esse referta? Quòd si eorum philosophiam, &
Theologiam improbamus, contempnimus, atque irri-
demus

A demus, cur non eisdem historiam, & chronologiam negligamus? Præsertim cum ipsi sua tantum scripta legant: libros autem externorum scriptorum, vel attingere, nefas ducant, & religioni vertant: è quibus tamen solis, res gestæ, ac tempora regum Gentilium verè cognosci possunt. At, quàm dissimilis istorum Iosephus fuit, vir eiusdem tamen gentis, ac religionis. Is namque in omni Latinorum, & Græcorum scriptorum genere peruolutatus, omnè Gentilium historiam, & chronologiam excussit, & perdidit: ideoque ab istorum Hebræorum ineptiis, & nugis remotissimus fuit.

A L T E R A est chronographia, ut dudum dixi, Ioannis Annij, nobilissimorum tamen auctorum Berosi, Manethonis, Metasthenis, & Philonis nominibus fucata, & subornata. Quam ille, Patrum nostrorum memoria, nescio unde erutam, tórque antea seculis ignotam mortalibus, commentariis à se auctam in publicum eiecit. Eam verò, multi nostræ ætatis scriptores præter historiam, & chronographiam in cæterarum disciplinarum studiis diligentes, docti, ac nobiles, ut Ioannes Driedo, Nauclerus, Valerius, Anselmus, Ioannes Lucidus, Michaël Medina, Sextus Senensis, aliique, perquam studiosè sequuti sunt, eius omnibus sententiis, non minùs, quàm oraculis, fidem adhibentes. Atque illi quidem eo deducti sunt, partim allecti eius. chronographiæ breuitate, perspicuitate, & omniū eius partium inter se consonantia: partim speciosis veterum auctorum titulis decepti. Verum,

D non omnes hoc errore capti sunt, sed scripta illa falsa, & ficticia esse deprehenderunt, atque ostenderunt ante nos, Volleranus, Ludouicus Viues, & quidam alij limati iudicij scriptores: in quo, præcellit omnibus Ioannes Vergara, homo Hispanus, & Toleranz Ecclesiæ canonicus, atque in omni subtilitate chronologiæ, & historiæ solertissimus, atque doctissimus. Hic scripsit Hispanico sermone, libellum de octo quæstionibus, de quibus permulta in Latino sermone conuersa, Melchior Canus, in vndecimum librum de locis Theologicis, qui est de historia, ad verbum transtulit, & ex illius viri fontibus, hortum illum suum

An probanda sit chronologia Ioanis Annij, sub speciosis, sed falsis nominibus, Berosi, Manethonis, Metasthenis, & Philonis edita.

Chronologiæ Annij, qui auctores reprehenderunt, Viues in cap. 1. li. 18. de Civitate Dei. Volater. lib. 14. Anthropol.

suum multifariam, & abundanter irrigauit.

Contra Berofum Annianū.

S E D cur nos, libros illos Annianos, tam multis viris doctis maxime probatos, nullo modo probandos esse censeamus, breuiter hoc loco dicendum est. Principio Berofus Annianus historiam Assyriorum, & Chaldaeorum pertexuit, vsque ad decimum octauum regem Assyriorum, qui æqualis fuit Danaï, cuius tempore regnū Troiæ habuit exordium, atque hic historiā Syriacam, & Chaldaicam finit, hoc est, aliquot seculis ante bellum Troianum. At, verus Berofus, quem nempe citat Iosephus, & cuius in priore libro contra Appionem, partē historiæ de rebus Chaldaicis commemorat, non tantum vltra Danaum, & decimum octauum regem Assyriorum; sed etiam vltra bellum Troianum plus sexcentis annis, videlicet vsque ad Cyrum, in sua historia processit. Quin Metasthenes ipse Annianus confirmat, Berofum scripsisse historiam regum Assyriorum, vsque ad Sardanapalum, vltimum illius monarchiæ regem: vt mirum sit, non vidisse Annium hanc repugnantiam inter Metasthenem, & Berofum, cum ambo tamen libri in eadem officina Anniana excusi, & perfecti fuissent. Adiiice, quod Berofus Annianus, vnū modò librum scripsit, de historia Assyriorum: veri autem Berofū, Iosephus in primo libro contra Appionem, etiam tertium librum de rebus Chaldaicis nominat.

Contra Manethonē Annij.

De Manethone autem hoc tantum dicam, Annianum Manethonem, multò secus de regibus Ægyptiorum scribere, quàm scripsit verus Manethon, cuius bene longam orationem, in priore libro aduersus Appionem, Iosephus commemorat. Et Manethon quidem Annianus à Danao, vsque ad cladem Troianam, paulò plures triginta, & trecentis annis enumerat: Iosephus autem ex vero Manethone, à Danao, vsque ad exordium Troiæ, sexcentos ferme annos præterisse demonstrat. Venio ad Metasthenem: in cuius libri exordio, non est ferenda Ioannis Annij censura, plena arrogantia, temeritatis, inscitia. At, in monarchia Persarum, solos Metasthenem, & Cresiam Gnidium sequendos esse, quasi veraces eius monarchiæ scriptores. At Diodorus Siculus, qui sequutus est Cresiam Gnidium

Contra Metasthenē Ioannis Annij.

A Goidium in historia regum Persidis, omninò discrepat ab isto Metasthene: & cum Herodoto, Thucydide, Iustino, & aliis, quos damnat Annii, mirificè congruit. Deinde repudiat, atque reiicit Annii Herodotum, Iustinum, Iosephum, Clementem Alexandrinum, Tacianum, Iulium Africanum, Eusebium, Hieronymum, Orosium, & Bedam. At quos viros? scilicet, cum quorum, vel minimo, nulla re comparandus sit Annii. Sed ratio, quam reddit, cur prædictis auctoribus non sit credendum, ea clarissimè prodit, & arguit insignem eius in legendis veterum scriptis, vel ignorantiam, vel incogitantiam. Affirmat supradictos auctores, contra omnem publicam fidem scripsisse, Babylonem captam esse à Dario Medo, aliquot annis post mortem Cyri: cum constet fuisse expugnatam à Cyro, & Dario Medo, priusquam soluta fuit captiuitas Iudæorum. Verum, in quo Annii reprehendendos putauit veteres, in eo ipse puerilis ignorantia reprehensione dignissimus est. Quis enim, tantum non oscitanter, & incogitanter legens Herodotum, & Iustinum, non videt bis narrari ab ipsis captam Babylonem? prius quidem à Cyro, ut narrat Herodotus libro primo: posterius autem cum ipsa defecisset ab imperio Persarum, & rebellasset, à Dario, non Medo, sed Hystaspis quarto Persarum rege? Sed excuriamus chronologiam istius Metasthenis. Primò, unde auctor iste, nunquam ante ætatem Annii, vel fando auditus & notus, repente prodiit? Etenim Metasthenem scriptorem rerum Indicarum, Strabo, Plinius, Solinus, Alphæus, Iosephus, Eusebius, & Hieronymus sæpè citarunt: Metasthenem autem istum, qui de rebus Persicis scripserit, nemo veterum agnouit. Præterea Metasthenes Annianus mirificè laudat Berosum in historia regum Chaldæorum, & Assyriorum: quomodò igitur ipse contraria Beroso de illis regibus scribit? Tradit enim Nabuchodonosor regnasse quadraginta quinque annos: Euilmerodach, triginta: Niglissar, seu Regnassar, tribus: Labosardach, sex: Balthasar, quinque. Atqui verus Berosus apud Iosephum in priore libro aduersus Appionem, longè secus, annos istorum regum digessit, tribuens Nabuchodono

chodonosor, quadraginta tres annos: Euilmerodach, **A**
 duos: Niglissar, quatuor: Labofardach, nouem mēses;
 Balthasari, seu, vt ipse nominat, Nabonido, septem, &
 decem annos. Ceterum, ex eo clarissimè apparet istum
 Metasthenem esse totum commentitium, & cui nul-
 latenus credendum sit, quòd in monarchia Persarum
 ab omnibus Græcis, & Latinis, melioris notæ scri-
 ptoribus, maximè discrepat in regum Persidis nume-
 ro, annis, nominibus, rebus gestis: denique in ipsius
 monarchiæ diuturnitate. Nam cum ex omnibus hi- **B**
 storis Græcis, & Latinis, velut confirmat Hierony-
 mus super septimo & vndecimo capite Danielis, ex-
 ploratissimum, & notissimum sit à Cyro, vsque ad Ale-
 xandrum Magnum quatuordecim fuisse reges Persa-
 rum; eamque monarchiam ad triginta, & ducentos
 annos steterisse: iste Metasthenes Annianus octo dum-
 taxat reges numerat, nec plus vno, & nonaginta, cen-
 tumque annis imperium Persarum durasse affirmat.
 Sed quò euidentius mendacia, & fragmenta istius Me-
 tasthenis appareant; ponam hic velut ante oculos le- **C**
 ctoris, numerum, & nomina regum Persidis, quemad-
 modum à Metasthene traduntur. Facit ille auctores,
 & fundatores eius monarchiæ, Cyrum, & Darium Me-
 dem, fratres, qui constituta monarchia simul regna-
 runt duobus annis. Deinde Cyrus, mortuo Dario, so-
 lus regnauit viginti duobus. Post Cyrum, Priscus Ar-
 taxerxes, filius Darij Medi, viginti annis. Huic suc-
 cessit eius filius Darius Longimanus, qui tenuit im-
 perium triginta septem annis. Quarto loco post Cy-
 rum regnauit Darius Nothus annos decem, & nouem: **D**
 quinto loco regnauit Artaxerxes Darius Mnemon
 annis quinquaginta quinque: sexto loco Artaxerxes
 Ochus viginti sex: septimus rex fuit Arses quatuor
 annos potitus imperio: octauus, & postremus rex, fuit
 Darius, qui sex annis regnauit, & victus est ab Ale-
 xandro. In hoc catalogo regum Persidis, præter er-
 rores supradictos, duo sunt alii, minimè tolerandi:
 nam in eo prætermittuntur tres reges Persarum,
 Cambyses, Darius Hystaspis, & Xerxes terror Græ-
 ciæ, propter magnitudinem, & diuturnitatem imperij.
 propter celebritatem rerum gestarum: denique pro-
 pter

Catalogus Re-
 gum Persidis
 iuxta Meta-
 sthenē Annij.

ad huius

Errores huius
 catalogi.

A pre
 illis
 cele
 sim
 ut
 Ro
 scri
 He
 Hy
 B refe
 quo
 cess
 filii
 no
 du
 apu
 pro
 nisi
 An
 C titi
 nec
 fic
 rur
 fiffi
 Bre
 ant
 pio
 pra
 tio
 D tar
 ru
 de
 pra
 Ph
 au
 pro
 le
 de
 fin
 ne
 al

Apter multitudinem, & claritatem scriptorum, qui de illis prodiderunt, omnibus notissimi, testatissimi, & celebratissimi. Negare enim hos fuisse reges Perfidis, simile est, ut si quis negaret, Iulium Cæsarem, Octavianum Augustum, & Tiberium fuisse imperatores Romanorum: præsertim verò, cum de illis regibus scripserint vicinissimi eorum temporibus. Siquidem Herodorus scripsit non solum de Cambyse, & Dario Hytaspis: sed etiam de Xerxe, cuius tempore, ut lib. 3. **B** refert Diodorus, claruit ipse. Præterea, Thucydides quoque, qui superavit Herodoto. Alter error est, successorem Cyri facere Priscum Artaxerxem, Assuerum filium Darij Medi, cum nec ullus rex Persarum eius nominis memoretur ab ullo veterum, & Darium Medum, qui Cyaxares nominatur à Xenophonte, constet apud omnes caruisse filio: & ab omnibus historicis proditum sit, Cyro in regnum proximè non alium, nisi Cambysem ipsius filium successisse. Restat Philo-

Ctitium, nec veri Philonis opus, satis argumenti est, neque Eusebium in libro secundo historiae Ecclesiasticae, nec diuum Hieronymum in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, cum Philonis operum copiosissimum indicem describunt, verbum ullum de eo Breuiario facere. Iosephus item in libris Iudaicarum antiquitatum, atque in iis, quos scripsit aduersus Apionem, Eusebius quoque in chronicis, in libris de præparatione Euangelica, & in libr. 8. de demonstratione Euangelica, nec non & Hieronymus in commentariis suis in Danielem, cum sæpissimè ipsis oblata fuerit occasio nominandi eius libri, nunquam tamen de eo mentionem fecerunt. Nimirum incredibile est, prædictos auctores, veterum librorum, maximè verò Philonis studiosissimos, & curiosissimos indagatores, aut ignorasse hunc librum, aut cognitum, nullo scriptorum suorum loco fuisse nominaturos. Et verò, tale est illud Breuiarium temporum, ut existimari non debeat, scriptum esse ab homine aliquo, vel leuissimè docto, & tantum literis tincto, nedum à Philone, quem in eloquentia, & doctrina tanti fecit antiquitas, ut cum comparare cum Platone, &

quodam

Cõtra Breuiarium temporum, quod est comẽtium.

Errores Philonis Anniani.

quodam modo adæquare non dubitauerit. Sunt in eo **A**
Breuiario multi errores, & de regibus Perſarum, pla-
nè iidem, quos ſuprà in Metathene confutauimus.
Sed vnus error præter cæteros, eò maximè inſignis
eſt, quòd manifèſtiſſimè contrariuſ eſt diuinæ Scriptu-
ræ. Traditur in eo Breuiario, poſteritatem Salomonis
penitèſ defeciſſe in rege Ochozia: Ioas autem regem
Iuda, qui ei proximè in regnum ſucceſſit, non fuiſſe fi-
lium Ochoziæ, neque ex familia Salomonis: ſed ex po-
ſteritate Nathan: reclamante Scriptura, quæ in quarto
libro Regum, capite vndecimo, & in libro ſecundo **B**
Paralipomenon, capite vigefimoſecundo, affirmat Ioas
fuiſſe filium Ochoziæ. Et eſſe intelligendum de filio
naturali, probatur ex capit. 1. libri primi Paralipome-
non, vbi ſcriptum eſt, Ioas eſſe ortum & generatum ex
Ochozia. Patet hoc ipſum ex genealogia Saluatoris
noſtri, quam per lineam Salomonis contexit Matthæus:

Matth. x.

Genitum autem
Ioaſum mat-
thæus dicit
genitum Ozi-
am.

nam in ea ſic eſt, *Ioaſaphat genuit Ioram, Ioram autem ge-
nuit Oziam.* Intermiſit hic Matthæus tres reges inter-
medios, Ochoziam, Ioas, & Amaſiam. Quòd ſi Ioram
genuit Oziam, neceſſariò concluditur Ioas fuiſſe natu- **C**
ralem filium Ochoziæ, & ex poſteritate Salomonis:
non enim verè diceretur Ioram genuiſſe Oziam, niſi
Ioram genuiſſet Ochoziam, & Ochozias genuiſſet
Ioas, qui fuit naturalis auus Ozia. Verùm commemo-
rate omnia, quæ aduerſus Ioannem Anniũ afferri poſ-
ſunt, nimis longum eſſet; & minimè neceſſarium. Va-
leat igitur, & in perpetuum valeat hæc Anniana chro-
nologia: & quæ toties à viris doctis proſtigata & iugu-
lata eſt, iaceat in poſterum, ſempiterna hominum obli-
uione ſepulta; nec ſit poſthac, qui eam exhumare, & **D**
ad fidem aliquam, atque auctòritatem, quaſi ad vitam
renocare audeat. Sat ſit adhuc eam, cum non erat benè
nota, impoſuiſſe multis, nunc detectis, atque in apertũ
prolatis fucatis eius mendacijs, & fallacijs, ſi quem cir-
cumuenerit, ac deceperit, nimis profectò ſtupidum, &
vecordem eum fore neceſſe eſt.

An exactæ ve-
ritatis cenſen-
da ſit ea chro-
nologia, quæ
per tempora
regum, & prin-
cipum deſcri-
bitur.

TERTIA chronographia multis, boniſque ſcri-
ptoribus probata, & ſanè probabilis, ea eſt, quæ de-
ſcribit continuam ſeriem, atque ordinem omnium
regum cuiuſque monarchiæ, & regni, ſingulorum-
que

A que regum annos, quibus illi tenuere imperium recenſet. Hanc ego rationem deſcribendi tempora non reiſcio, non contēno, nō improbo, quin ea vtor nō raro, cum mihi ex vſu futura eſt. Eam tamen cenſeo, non omnino certam eſſe, & tutam, & cui ſidenter adherendum ſit: multas enim ob cauſas, ad errores procliuius & lubrica eſt. Primum enim, vbi eſt multo tudo & varietas, ibi ſapē conſuſio & error contingit. Cum igitur in quauis monarchia multi fuerint reges, & multis quique eorum annis regnauerit, perditio eſt, omnes annos omnium regum ita colligere, vt nihil deſit, nihilve redundet. Hoc autem eō difficilius eſt in hac noſtra diſputatione, quōd tempus ſeptuaginta hebdomadam, tres maximas monarchias, Perſicam, Græcam, & Romanam, & triginta circiter regum annos complectitur. Deinde notatio temporum, quæ ſit per annos regum, non raro occaſionem errandi præbet. nonnumquam enim ſcriptores, in enumerando reges non omnes percenſeat: ſed præteritis obſcurioribus, nobiliores tantum, atque illuſtiores commemorant. Interdum, reges dumtaxat legitimos deſcribunt, qui legitima vel ſucceſſione, vel electione imperium tenuerunt: aliis, qui tyrannicè in regnum inuaſerunt, prætermiſſis. Vſu quoque venit, vt regum tantummodo tempora deſcribantur, tacitis interregnis, quæ inter prioris regis mortem, & poſterioris creationem, interceſſerunt. Ad extremum primus & extremus cuiuſque regis in imperio annus, ſiquidem ille completus non fuerit, à quibuſdam memoratur, ab aliis reiſcietur. Harum autem rerum omnium varietas & differentia, mirandum in modum, chronologiam variat, atque perturbat. Pareo igitur, qui huiuſmodi chronographiam ſequuntur, eos non omnino rectam, certamque viam inſiſtere. Atque hæc fuit cauſa, cur Tettullianus, & Clemens Alexandrinus, atque alij minutiores iſtis, & obſcuriores auctores, in tractatione ſeptuaginta hebdomadam, longè à verò aberrauerint.

QVARTA & vltima chronologia, omnium laudatiffima, certiffima, atque optimis auctoribus viſtatiffima, ea eſt, quæ Olympiadum obſeruatione, notatur, reliquis

Cur huic chronologia non fatiſ ſidendū ſit.

Chronologia, quæ per olympiadas ducitur, reliquis præſtat.

tionēque constat. Nomen autem Olympias, accepit à A
 ludis Olympicis, qui Ioui Olympio, maxima totius
 Græciæ celebritate, quinto quoque anno in Elide age-
 bantur: spatium igitur quatuor annorum inter vos
 ludos Olympicos, & alteros proximè sequentes inter-
 lectum, Olympias à chronologis appellata est. Vfus
 Olympiadum induci cœpit in computationem tem-
 porum, viginti quatuor annis ante Romam conditam,
 & octauo anno regni Achaz regis Iuda. Ratio autem
 Olympiadum, propterea in chronologiam ascita est, B
 quia cum spatium illorum quatuor annorum breue
 esset, atque inuariabile, & propter celebritatem lu-
 dorum Olympicorum, cunctis ferè gentibus notis-
 simum, ideòque nullius propemodum erroris capax,
 visum est fore notatu obseruatùque facillimum, &
 ad temporum descriptionem appositissimū. Quam ob-
 rem diligentissimi quique scriptores tam Græci, quam
 Latini, summatissimam describere studentes rationem
 temporum, hac maximè chronologia vsi sunt Marcus
 quidem Varro, vt est apud Censorium in libro
 de Natali die Romanorum, tria totius æui distinxit C
 tempora: Vnum ante diluuium, quod quantum fuit,
 neminem mortalium scire existimat: Alterum, post
 diluuium vsque ad primam Olympiadem, quod ipse
μυθικόν, hoc est, fabulosum appellauit. Cum enim
 scriptores, in digerendis & declarandis illis temporibus
 nullam sequerentur certam rationem chronolo-
 giæ, innumerabiles fabulas miscendo, incertam, atque
 improbabilem reddiderunt eorum temporum histo-
 riam. Tertium tempus Varro deducit à prima Olym-
 piade, ad suam vsque ætatē, quod vocat *ἱστορικόν*, quasi
 certum & verum. Nam quia res eius temporis, pro-
 pter vsus Olympiadum, veris testatisque literarum D
 monumentis consignabantur, propterea veram esse
 eius temporis historiam, existimare conuenit. Iulius
 Africanus libro tertio Annales, vt est apud Euse-
 bium in chroncis, & in libro decimo de præparatio-
 ne Evangelica, capite vltimo, ita scripsit. *Vsque ad O-*
lympiades, nihil exploratum in historia Græcorum inuenitur:
sed omnia sunt confusis scripta temporibus: post Olympiades
autem, quoniam quadriennio diligentissime omnia notabatur,
 nulla

Vnde origo &
 nomē Olym-
 piadū, & cur
 diligentiores
 chronologi ea
 maximè com-
 putatione vsi
 voluerint.
 Tria mundi
 tempora iuxta
 Varonem.

Iulius Africa-
 nus quid de O-
 lympiadibus
 scripserit.

210111 . 111
 210111 . 111

A null
 bro
 tion
 Ecc
 No
 gin
 per
 Ver

B Q

H
 dit
 qua
 chi
 qua
 C feb
 par
 bat
 Po
 in
 pri
 me
 tur
 tre
 D get
 du
 O
 m
 tia
 reg
 Pr
 rel
 m
 xi
 rel
 a

A nulla penitus confusio temporum apparet. D. Augustinus libro secundo de doctrina Christiana cap. 28. observationem Olympiadum ad multas quaestiones sacras, & Ecclesiasticas explicandas conferre plurimum censet. Nos igitur in hac disceptatione, quæ est de septuaginta hebdomadis, huiusmodi chronologia, quæ fit per Olympiades, aut sola, aut quammaximè utemur. Verùm de prima quaestione satis dictum sit.

D. Augustin.

B *Quaestio secunda: quo tempore regnare cœperit Cyrus, monarchia Persarum auctor & conditor,*

Hoc exploratè nosse, plus, quàm lector fortasse existimare possit, ad multos & difficiles huius disputationis nodos exoluendos valet. Ad hanc autem quaestionem respondendum est, imperium & monarchiam Cyri, habuisse initium in primo anno quinquagesimæ quintæ Olympiadis. Hoc enim tradit Eusebius, tum in chronicis, tum in libro decimo de Preparatione Euangelicâ, capite ultimo: atque inibi probat hoc testimonio Diodori Siculi, Thalicastoris, Polybij, Phlegontis, qui in historia, maximè verò in ratione temporum explicanda concessu omnium primas tenuerunt. Idem quoque videtur sensisse Clemens Alexandrinus: quippè in primo libro Stromatum, ponens excidium templi Hierosolymitani in extrema Olympiade quadragésima septima, & trigésimo post anno faciens initium regni Cyri, haud dubiè significavit, Cyrum in quinquagesima quinta Olympiade iniisse regnum: Cyrillus item libro primo contra Iulianum scribens, Aggæum & Zachariam prophetasse Olympiade quinquagesima sexta, regnante iam Cyro, ab hac sententia, non discessit. Præterea Iulius Africanus libro quinto Annalium, ut refert Hieronymus super nono capite Danielis, à primo anno Cyri vsque ad vigésimum annum Artaxerxis Longimani, quo anno missus est Nehemias ad reficiendos muros Hierosolymitanos, numerat annos centum & quindecim: & ait vigésimum annum

Quando cœperit regnare Cyrus

illius Artaxerxis, fuisse quartum annum octogesima^A tertiae Olympiadis. Ex quo licet concludere, primum annum imperij Cyri, fuisse item primum Olympiadis quinquagesimae quintae: siquidem à primo anno quinquagesimae quintae Olympiadis, vsque ad vltimum octogesima^A tertiae, sunt illi quindecim & centum anni, quos recenset Africanus. Adhæc, Diodorus Siculus in exordio libri vndecimi, transitum Xerxis cum exercitu in Græciam, signauit in anno primo Olympiadis septuagesimae quintae. Iustinus autem libro secundo tradit, Xerxem primum transmisisse in Græciam^B anno imperij sui quinto. Fuit igitur quintus annus regni Xerxis, primus Olympiadis septuagesimae quintae. Sed à primo anno Cyri vsque ad quintum Xerxis, constat ex optima chronologia regum Persidis, fluxisse annos octoginta: hoc est, triginta Cyri: octo Cambysis & Magorum: Darij Hytaspis triginta sex: & Xerxis quinque. Ex octoginta autem annis cõficiuntur viginti Olympiades. Concluditur igitur, si quintus annus Xerxis fuit primus Olympiadis septuagesimae quintae, annum primum Cyri fuisse etiam primum quinquagesimae quintae Olympiadis. Postremo, Alexandrum Magnum rebus humanis excessisse, initio centesimae decimae quartae Olympiadis, tradit Diodorus lib. decimo septimo, Clemens li. i. Stromatum: & Iosephus priore libro aduersus Appionem affirmat, omnes rerum Alexandri scriptores hoc ipsum confiteri. Nam quod dixit Eusebius libro octauo de demonstratione Euangelica, Alexandrum obiisse diem suum in Olympiade centesima decimatertia, id sanè de Olympiade iam completa & exacta intelligendum^D est: nam in chronicis ipse mortem Alexandri notat in centesima decima quarta Olympiade. Obiit autem Alexander sexto vel septimo anno post quàm euerterat imperiũ Persarum: de hoc enim inter omnes constare video. Desiit igitur monarchia Persarum circa finem Olympiadis centesimae duodecimae: steterat vero, ex quo fundata à Cyro fuerat, per annos circiter ducentos triginta, vt doctiores chronologi sentiunt. & id nos infra in libro decimotertio probabimus, cum de regibus Persarum cepiosè disseremus. Quò sit,

Quomodò sit intelligendus Eusebius de morte Alexandri scribens. Persarum monarchia quando desiit.

A ut à Cyro vsque ad mortem Alexandri, numerentur ducenti triginta sex anni: tot nempè numerat Eusebius in libro octauo de demonstratione Euangelica, qui efficiunt quinquaginta nouem Olympiades. Ergo, si Alexander obiit initio centesimæ decimæ quartæ Olympiadis, necesse est imperium Cyri incunte quinquagesima quinta Olympiade, principium habuisse.

Hoc autem, quod de principio monarchiæ Cyri, tantoperè probare & constituere volumus, quanti sit momenti, facillè lector intelliget, si animaduertat, quanta ex hoc vno fiat pulcherrimarum rerum consequentia. Est enim hoc quasi vinculum quoddam firmissimum, quo externa & profana chronographia, cum historia & chronologia, quæ continetur in sacris libris, optimè connecti, & colligari potest. Quatuor enim sunt apud externos auctores nobilissima & celeberrima tempora, vnde illi, quasi à capite & fonte rationè omnè putandi annos, & describendorum temporum, arcessere, ac deducere solent. Hæc verò quatuor tempora, posito monarchiæ Cyri principio in primo anno quinquagesimæ quintæ Olympiadis, facillè est applicare, & accommodare ad sacram chronologiam. Sunt autem hæc prædicta tempora: Primum quidem est initium Olympiadum: secundum, tempus quo Roma condita est: tertium tempus excidij Troiani: quartum, tempus diluuij Ogygis. Principio, si Cytus regnare secepit incipiente Olympiade quinquagesima quinta, ergo regnum eius incæptum est ducentis sexdecim annis post initium Olympiadum. Ex hoc efficitur principium Olympiadum in octauo anno regis Achaz esse locandum. Ab hoc enim anno vsque ad primum Cyri, ducentos sexdecim annos, ex Sacris literis ita colligimus. Ex libro quarto Regum patet, ab octauo anno Achaz vsque ad vltimum regis Sedechiæ, fluxisse annos centum quadraginta sex: à fine autem regni Sedechiæ vsque ad primum annum Cyri, fluxerunt septuaginta anni captiuitatis Babylonice, quam incæpisse vltimo anno Sedechiæ, & desisse primo anno Cyri, supra ostendimus in decimo libro, quæstione quarta, & quinta. Deinde, si in octa-

Quatuor ita-
ximè notabi-
lia tempora,
vnde chrono-
logi ferè an-
nos computa-
re solent.

Initiū Olym-
piadum fuisse
in octauo an-
no regni A-
chaz regis lu-
da.

uo anno Achaz ponitur exordium Olympiadum, con-
 sequens est, ut Roma fuerit condita decimosesto an-
 no regis Ezechiae, id est, viginti quinque annis ab
 octauo anno Achaz. Siquidem Romam esse conditam
 initio septimae Olympiadis, confirmant Dionysius Ha-
 licarnassaeus libro primo, & Solinus cap. secundo, non
 solum testimonio Corneli Nepotis, Luctatii, Appollo-
 dori, Eratosthenis, & Polybij: sed etiam manifestis
 argumentis. Hoc autem constituto, nullius negotij
 est, chronologiam, quae sit per annos urbis Romae,
 componere & concordare cum sacra chronologia, &
 quae diuersis temporibus praeclare facta sunt apud Ro-
 manos, ea referre ad tempora, quae notantur in Sa-
 cris literis.

Excidiū Tro-
 ianum in prin-
 cipatū Heli
 pontificis He-
 braeorum in-
 cidisse osten-
 ditur.

Præterea, posito exordio urbis Romae in primo an-
 no septimae Olympiadis, & in decimosesto anno re-
 gis Ezechiae: non est operosum inuenire, quo tem-
 pore, secundum chronologiam diuinam Scripturæ,
 contigerit excidium Troianum: euenit namque in prin-
 cipio Heli pontificis, & iudicis Hebraeorum. id quod
 partim ex sacra, partim ex profana chronologia hunc
 in modum ostenditur. inter excidium Troiae, & pri-
 mordij urbis Romae, fluxisse annos triginta duos, &
 quadringentos, non modò affirmat Solinus c. secun-
 do: sed etiam diligentissimus in notandis, & distinguen-
 dis temporibus Dionysius Halicarnassaeus in primo
 libro rerum Romanarum: à quo numero proximè
 absunt Eusebius, Cyrillus, & Beda: definientes id tem-
 poris, annis quadringentis triginta: necnon & Mel-
 sala in libello de progenie Augusti, & Cassiodorus in
 suo chronico, spatium eius temporis quadringentis
 triginta tribus annis circumferibentes. A primo au-
 tem anno Heli vsque ad decimum sextum regis Eze-
 chiae, computantur anni, secundum diuinam scriptu-
 ram, quadringenti trigintaduo, hoc est, à primo an-
 no Heli vsque ad Salomonem centum viginti: à Sa-
 lomone vsque ad decimum sextum Ezechiae, trecenti
 duodecim. Quae computatio procedit, si quadraginta
 annos, quos Sauli tribuit D. Paulus, apud Lucam in a-
 ctis Apostolorum, cap. decimotertio, dispersiamur in
 iudicatum Samuelis, & regnum Saulis: Sic enim eos
 annos

A annos distribui oportere multi existimarunt.

Restat quartum tempus, quo accidit Ogygis diluuium, maximè celebratum à Marco Varrone apud diuum Augustinum libro decimo octauo de ciuitate Dei, capite octauo, à diuo Iustino Martyre in sermone exhortatorio ad gentes, à Clemente Alexandrino in libro primo Stromatum, à Iulio Africano, multisq; antiquorum scriptorum apud Eusebium libro decimo de præparatione Euangelica, capite tertio, & ab Orosio libro primo. Contigit autem diluuium Ogygis mille viginti annis ante primam Olympiadem: ita enim tradit Iulius Africanus apud Eusebium loco proxime dicto, & confirmat testimonio Hellenici, Philochori, atque omnium, qui Atheniensem Annales scripserunt: Castoris item & Thali, qui diligenter Syriacam tractarunt historiam: denique Diodori Siculi, qui orbis historiam in bibliothecas contulit. Orosius porro in libro primo capite septimo, & octauo, ponens diluuium Ogygis mille, & quadraginta annis ante urbem conditam, ab hac sententia discessisse non est existimandus. Si autem, ut supra docuimus, initium Olympiadum incidit in octauum annum regis Achaz, hinc apparet diluuium Ogygis euenisse tempore Iacob Patriarchæ, cum is octogésimum octauum ætatis annum ageret, & centum septuaginta septè annis ante ortum Mosis. Hoc enim tempus continet prædictos mille, & viginti annos inter diluuium Ogygis, & primam Olympiadem, exactos, quos ad hunc modum ex sacra scriptura colligimus. Ab ortu Isaac vsque ad egressum Hebræorum ex Ægypto, fuere anni quadringenti quinque: ergò ab octogésimo octauo anno Iacob vsque ad egressum ex Ægypto, fuere anni ducenti quinquaginta septem. Deinde ab egressu Hebræorum, ex Ægypto, vsque ad initium ædificationis templi Salomonis, anni quadringenti octoginta numerantur in tertio lib. Regum, capite sexto: hinc verò vsque ad octauum annum regis Achaz tertius, & quartus liber regum, describendo annos singulorum regum Iudæ, à quarto anno regis Salomonis vsque ad octauum annum regis Achaz, ducetos octoginta tres annos fluxisse declarant.

Quo tempore fuerit diluuium Ogygis.

Quomodo ex sacra historia deducatur quo tempore Ogygis diluuium contigerit.

Ex prædictis autem tribus numeris 257. & 480. atque A
283. fit summa illa annorum mille, & viginti, ab anti-
quais descripta inter diluuium Ogygis, & primam
Olympiadem. Ex his liquidò apparet, quàm sit verum,
quòd suprà diximus, exordium imperij Cyri bene
constitutum, & firmatum, magnùm afferre præsidium
ad multas, & nobiles in chronologia quæstiones ex-
plicandas, & ad profanam chronologiam cum sacra
conciliandam, atque concordandam.

*Tertia questio, sub quo rege Persarū, & quoto impe- B
perij eius anno, ædificatio tēpli Hierosolymitani
diu intermissa, & repetita, & perfecta fuerit.*

Sub Darlo
Hystaspis tem-
plum renoua-
tum.

R E S P O N D E O, eum regem fuisse Darium Hy-
staspis, quartum Persarum regem, cuius secun-
do regni anno, rursus templi ædificium renouatum
est, & sexto eiusdem regis anno: vel, vt tradit Iose-
phus, nono, a nno planè absolutum. Hoc enim indicare
videtur Esdras capite quinto, & sexto: id nempe C
omnes auctores tradunt: ex Hebræis, Iosephus libro
vndecimo Antiquitatum: ex Christianis, omnes tam
Græci, quàm Latini, tam veteres, quàm recentio-
res, præter vnum, aut alterum, vt infra dicam. Cæ-
pit autem hic Darius regnare, quarto anno sexagesi-
mæ quartæ Olympiadis. Hoc sensit Diuus Hierony-
mus, qui super nono capite Danielis scribit, sextum
annum Darij, quo est perfectum templum, concur-
rissse cum primo anno sexagesimæ sextæ Olympi-
adis. Idem tradit Eusebius in chronicis, atque in libro D
decimo de præparatione Euangelica, serè in exor-
dio capitis vltimi affirmat, secundum annum regis
Darij, fuisse primum annū sexagesimæ quintæ Olym-
piadis. Quin hoc necessariò concluditur ex iis, quæ
suprà in quæstione secunda de Cyri principatus exor-
dio dicta sunt. Etenim, Cyrus regnare cepit initio
quingagesimæ quintæ Olympiadis, & regnauit tri-
ginta annis, vt priore lib. de diuinatione Cicero pro-
bat testimonio Dionysii, qui scripsit de rebus Per-
sæis: idemque tradit Iustinus libro primo, Clemens
primo libro Stromatum, Eusebius in chronicis. Hie-
ronym

A ronymus super septimo capite Danielis, Orofius libro secundo capite septimo, Beda in libro de sex ætatibus: denique Herodotus tribuens Cyro viginti nouem annos, non est ab hac sententia remouendus. Post Cyrum regnarunt Cambyfes & Magi, octo annos, secundum Eusebium, Bedam, & Herodotum: hos proxime sequutus est Darius Hystaspis. Quare ab initio regni Cyri, vsque ad initium regni Darij, interfuere anni triginta octo. Si igitur Cyrus cœpit regnare initio

B quinquagesimæ quintæ Olympiadis, necesse est Dariū, qui octo & triginta annos post regnauit, initium regnandi fecisse in 4. anno sexagesimæ quartæ Olympiadis.

Cæterum, quia quod docuimus, non liquido constat ex Scriptura: Esdras namque narrans templum fuisse absolutum sub Dario præcisè, non declarat sub quo Dario, virum sub Dario Hystaspis, qui fuit quartus rex Persarum: an sub Dario Notho, qui fuit decimus rex, rem in ambiguo & incerto reliquit: & quia olim Seuerus Sulpitius in libro secundo sacre historiarum, & nuperrimè Iosephus Scaliger in volumine sexto de emendatione temporum, contendunt, Dariam, sub quo est absolutum templum, fuisse Nothum, Artaxerxis Longimani filium, idè quid in hoc, aut

D etus rationibus. Primò quidem, à me stant omnes ferme scriptores. In hoc autem genere doctrinæ, concors omnium sententia, instar firmissimæ rationis apud intelligentes rerum æstimatores esse debet. Deinde, Zorobabel, & Iesus pontifex, ædificationi templi sub rege Dario præfuerunt, iidem quoque in primo anno Cyri, quo solutam esse Iudæorum captiuitatem docuimus libro decimo, quæstione secunda, principes fuerunt populi in Iudæam reuertentis: nec tunc minores eos fuisse vigesimo anno par est credere. A primo autem anno Cyri, vsque ad sextum Darij Nothi, numerantur anni centum quadraginta. Fuissent igitur

Darius sub quo templum edificatum est, fuerit ne

Darius Hystaspis, an Darius Nothus dubitatur.

Darius Hystaspis fuisse ostenditur.

Psal. 89.

Zorobabel & Iesus cum urgebant opus templi, minimum, nati centum sexaginta annos: sed ad eam aetatem, nemo illorum temporum, atque etiam multo superiorum, perueniebat: siquidem plus quingentis annis ante, vitam hominis, videlicet in qua esset aliquod corporis robur, & vigor animi ad agendum, octoginta annis David defuisset. Præterea Scaliger existimat, Xerxem terrorem Græciæ, fuisse Assuerum illum, maritum Esther, & à quo Esdras capite quarto narrat, Iudæos ab ædificando templo fuisse prohibitos. Atqui non est verisimile, reginam Esther, & Mardochæum, qui apud eum regem benevolentia, gratia, & auctoritate plurimum valebant, & à quo regem multo maiora impetrauerant, fuisse passuros, ut templum Hierosolymitanum, impedita eius ædificatione, iaceret: ac non potius quoquo modo effecturos, ut sublato regis interdicto, opus templi procederet, & quamprimum absolueretur. Postremo valde me mouet, quod Iudæi Saluatori nostro dixerunt, ut est apud Ioannem capite secundo, *Quadragesima, & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?* Et sanè dixerunt hoc Iudæi tanquam rem apud ipsos testatam, & peruulgatam, quamque ipsi, partim ex historiis, partim ex traditione maiorum compertissimam haberent. Ille autem numerus quadragesima sex annorum, ad opinionem Sulpitij & Scaligeri nullo modo quadrat: à secundo quippè Cyri regis anno, quo templum iactis fundamentis ædificari coeptum est, usque ad sextum Darij Nothi annum, transferant, ut paulò ante diximus, anni quadragesimata, & centum. At verò cum nostra sententia bellè congruit numerus ille quadragesima sex annorum. Nam ex quo coepit ædificari templum usque ad nonum annum Darij, quo planè absolutum est, præterierunt anni quadragesima sex.

Tres dubitationes,

Sed hoc loco nonnullæ dubitationes existunt. Prima dubitatio: Esdras narrat capite sexto, templum esse absolutum sexto anno Darij, ex quo si recurras usque ad secundum annum Cyri, non plures reperies annos, quam tres & quadragesima: non igitur fuerunt

A rone
fuisse
hoc
sanct
tes,
at ex
laci
num
tur,
B rem
hæc,
Darij
Antic
pheta
dama
tame
Cyri
yide
quad
anno
C hoc
deo,
riori
ri: at
mus
ra su
Quo
plum
itum
D tece
plicu
fund
quod
dific
dubi
temp
perit
mod
non
terp
aliud

A runt quadraginta sex. Respondeo, sexto anno Darij
 fuisse absolutum, quod propriè vocabatur templum, Quomodo
templum 46.
 hoc est, interior pars, in qua erat tabernaculum, & annorum spa-
tio sit exdi-
ficatum.
 sancta sanctorum: in quod templum, præter sacerdo- Iosephus li. II.
cap. 4.
 tes, nulli fas erat ingredi, & de hoc loquitur Esdras:
 at exterior pars, continens atrium exterius, gazophyl-
 lacium, & porticus, quæ nomine templi etiam non-
 numquam appellantur, vt cum Ioannis octauo dicitur,
 Dominum docuisse in templo, & illuc, mulie-
 rem deprehensam in adulterio, ad eum esse ductam:
B hæc, inquam, pars templi, non ante nonum annum
 Darij perfecta est, vt scribit Iosephus libro vndecimo
 Antiquitatum. Secunda dubitatio: apud Aggæum Pro-
 phetam, capite secundo non obscurè significatur, fun-
 damenta templi iacta esse secundo anno Darij: cum
 tamen paulò antè à nobis sit positum, anno secundo
 Cyri templum esse fundatum. Pro hoc quidem facere
 videtur D. Hieronymus super 7. capite Danielis, &
 quadragesimo quarto capite Isaïæ, scribens, secundo
 anno regis Darij cœptū fuisse ædificari templum: quin
C hoc ipsum affirmat Esdras cap. 5. Ad primum respon-
 deo, sicut respondet Beda, fundamenta templi inte-
 rioris locata esse, vt narrat Esdras anno secundo Cy-
 ri: at fundamenta templi exterioris, in quo vt dixi-
 mus, erat atrium, gazophylacium, & porticus, posi-
 ta sunt secundo anno Darij, vt significat Aggæus.
 Quod autem additur ex Hieronymo, & Esdra, tem-
 plum ædificari cœpisse secundo anno Darij manife-
 stum est ex verbis, quæ apud vtrumque auctorem an-
 tecedunt, eos non loqui de inchoatione ædificij sim-
 pliciter, & absolute: sed tantum eius, quod suppositis
 fundamentis superstructum, & superimpositum fuit,
 quod propriè nominatur templum: & hoc cœpisse æ-
 dificari anno secundo Darij non potest negari. Tertia
 dubitatio: Iosephus ait priori lib. aduersus Appionem, Iosephus quo-
modo secum,
& cum scri-
ptura non pu-
gnet.
 templum Hierosolymitanum anno secundo Darij esse
 perfectum: in quo difficile est intelligere, quemad-
 modum Iosephus, & secum, & cum Diuina scriptura
 non pugnet. Respondeo, dictum illud Iosephi esse in-
 terpretatione adiuuandum, & subleuandū. Neq; enim
 aliud, nisi ego fallor, significare voluit Iosephus nisi
 opus

Lapsus Theo-
phylacti, &
Iansenij.

opus templi ante intermissum, secundo anno Darij esse A
repetitum, & sine vllā intermissione cōtinuarum, quo-
ad perficeretur. Itaque, continuatio operis vsque ad
perfectionem, appellatur perfectio: & quia cōpit se-
cundo anno Darij, eidem anno attribuitur, tanquā
termino à quo. Ex supradictis licet intelligere, lapsos
esse Theophylactum, & Iansenium, super secundo ca-
pitate Ioannis: hunc, quia putat templum fuisse omninò
absolutum sexto anno Darij, & incōceptum primo
anno Cyri, & hoc tempus esse quadraginta sex anno-
rum, cum vix sit quadraginta quatuor: illum verò, B
quoniam scripsit ædificationem templi durasse vsque
ad Artaxerxem, propter infestationem vicinorū ho-
stium retardantium Iudæos à perfectione operis: tan-
tam enim fuisse illorum vexationem, vt cogerentur
Iudæi vna manu opus facere, & altera tenere arma. In
quo errauit Theophylactus, tam re ipsa, quā tem-
poribus: nam confundit ædificationem templi cum
ædificatione vrbis Hierusalem, principe Nehemia, fa-
cta: & tempora Darij Hystaspis miscet cum temporibus
Artaxerxis Longimani: præsertim cum à secun- C
do anno Cyri, quo factum est initium ædificationis
templi, vsque ad vigesimum annum Artaxerxis Lon-
gimani, plus centum annis effluxerint. Maneat igitur,
templum fuisse absolutum sub Dario Hystaspis: repeti-
ta quidem ædificatione secundo eius anno: perfecta
verò, secūdam interiores partes templi, sexto anno: at secun-
dum interiores partes templi, anno nono. Incidit autē
secūdus annus Darij, vt ex supradictis patet, in primum
annum sexagesimæ quintæ Olympiadis: sextus autem D
annus, in primum sexagesimæ sextæ Olympiadis: no-
nus verò, in vltimum eiusdem Olympiadis annum.

Quarta quæstio, quis fuerit Artaxerxes ille, cuius vigesimo anno missus est Nehemias ad resciendos muros Hierusalem, ex quo tempore supra libro decimo, quæstione decima sexta, docuimus initium septuaginta hebdomadum esse sumendum.

TRES

A **T**RES sunt opiniones. Prima est Iosephi in libro undecimo Antiquitatum, existimantis regem, à quo missus est Nehemias, fuisse Xerxem, bello, quod Græciæ intulit, suaque clade nobilitatum. Sed falsus est Iosephus: nemo enim veterum ultra duos, & viginti annos Xerxem regnasse, tradidit: at trigessimum secundum annum regni Artaxerxis, ipse Nehemias in libro suo, capite quinto, nominavit. **Quin** Iosephus in historia Nehemiæ, quædam scribit Sacris literis planè contraria. Ait, Nehemiã venisse in Iudæam vigesimo quinto anno illius regis: cum expressè notetur. Scriptura eius aduentum in vigesimo anno Artaxerxis: ait præterea, ædificationem murium, spacio duorum annorum, & trium mensium esse perfectam: cum ipsemet Nehemias scribat, muros resectos esse quinquaginta duobus diebus. Quod si Iosephus intelligat totum tempus, quo Nehemias in Iudæa mansit intentus reficiendæ, reformandæ, atque instruendæ civitati, id sanè fuisse duodecim annorum, videlicet ab anno vigesimo Artaxerxis, quo Nehemias in Iudæam venit, usque ad annum trigessimum secundum, quo ad regem reuersus est, ex historia ipsius manifestum est.

SECUNDA opinio fuit Seueri Sulpitij in libro secundo de facta historia. Hic censet Artaxerxem, à quo missus est Nehemias, fuisse eum, qui cognominatus est Mnemon, undecimum Persarum regem, quiq; uxorem duxit Esther, & Mardocheum ad summam dignitatem, & gloriam euexit. Hanc ego sententiam, quatuor argumentis refelli posse arbitror.

D Ac primò quidem, non est verisimile, cum tempore Nehemiæ pontificatum tenuerit apud Iudæos Eliasib nepos Iosue, seu Iesu pontificis, qui cum populo Hebræo, soluta captiuitate, Babylone reuersus est in Iudæam: non est, inquam, verisimile, inter Iosue, & Eliasib, vnum tantummodò pontificem Ioachim, in spatio centum octoginta annorum intercessisse: cum inter Eliasib, & Ieddo, seu Iaddum, qui tempore Alexandri Magni pontificatum gessit, interfuissent duo pontifices, Ioiada, & Ionathan, intra quinquaginta annos. Consulat lector duodecimum caput Nehemiæ.

Deinde,

Quis fuerit rex ille Artaxerxes, sub quo resecti sunt, principe Nehemia, muri Hierusalem.

1. Opinio Iosephi, lib. 11. Antiqu. c. 5. refellitur.

2. Esdr. 2.
2. Esdr. 6

2. Opinio Seueri Sulpitij.

Et hæc etiam redarguitur.

Deinde, incredibile est finitimos illos populos, hostesque Iudæorum, qui erant sub imperio regis Persarum, aurosos fuisse impedire ædificationem urbis, & tantoperè vexare Iudæos, cum scirent reginam esse Iudæam, & qui princeps erat omnium apud regem, Mardocheum esse Iudæum, regemque omnia, de istorum sententia, & voluntate agere. Præsertim verò, cum recens tunc esset cædes innumerabilium hominum, qui, quòd mala Iudæis machinati essent, procurante Esther, iubenteque rege, ad vnum omnes occisi fuerant. Extabat quoque apud ipsos epistola regis, ad omnes imperij sui prouincias missa, sicut narratur in cap. 16. libri Esther, in qua rex summum studium, & benevolentiam suam erga Iudæos manifestissimè declarabat. Præterea, si rex ille fuisset Mæmō maritus Esther, sanè non per se Nehemias petiisset à rege facultatem eundem in Iudæam ad reparandam urbem: sed per Mardocheum, & Esther, gratiosissimos apud regem, per quos utique sciebat, nihil, à rege peti posse, quod non facile impetraretur. Postremò, ut ait Sulpitij argumentò aduersus ipsum. Probat ille historiam Esther non contigisse sub Artaxerxe Longimano, quia Esdras, qui posterior fuit, aliquid profectò de tanta regina, cum Iudæa esset, scripsisset. Hoc ego argumentum retorqueo in Sulpitium. Si Esdras, & Nehemias missi sunt à Mæmone marito Esther, cum ipsi historias suas scripserint post id temporis, quo Esther nupta est regi, & Mardocheus gratiæ, auctoritatis, & potentiæ principatum apud eum regem obtinuit, non est profectò dubitandum, quin aliquid de eximijs eorum meritis in gætem Iudæorum, in suis historijs prodidissent.

TERTIA opinio est, regem illum Artaxerxem, fuisse Longimanum, septimum Persarum regem. Huic sententiæ libenter equidem accedo, & adhæreo: tum, quòd ea nullis premitur incommodis, sed perfacilis est ad intelligendum, & defendendum: tum, quòd eam placuisse video plurimis, & grauissimis viris, Julio Africano, Eusebio, Augustino, Hieronymo, Chrystostomo, Theodoro, Bedæ, Ruperto, aliisque. Hic autem Artaxerxes

3. Opinio, & quidem vera Africani, Eusebii, Hieronymi, Augustini, Chrystostomi, Theodoretii, Bedæ, Ruperti.

A xerxes tuag culu Africany Longtia hoc stion B sexaginta quonon me nun prim quag ann prim dis f C gefi exor octo

N nam D præci nolo con leno eius nista patu est secu Mar mu Por

A XERXES Longimanus regnare cœpit primo anno septuagesimæ nonæ Olympiadis, vt docet Diodorus Siculus librò II. & Eusebius in chronicis: quin Iulius Africanus libro quinto Annalium, sicut refert Hieronymus super nono capite Danielis, vigesimum annum Longimani faciens quartum annum octogesimæ tertiæ Olympiadis, idem proculdubio sensit. Patet enim hoc ex supradictis de tēpore Darij, quem supra, quæstione tertia, docuimus iniisse regnum anno quarto sexagesimæ quartæ Olympiadis: regnauit autem triginta sex annis: & post eum Xerxes circiter viginti: quo interempto, per vim Artabanus inuadens regnum, non amplius septem mensibus obtinuit: hunc proximè consequutus est Arraxerxes Longimanus, de quo nunc loquimur: A primo igitur anno Darij, vsque ad primum huius Arraxerxis, anni fluxerūt circiter quinquaginta sex, quò fit, vt si ille regnare cœpit vltimo anno sexagesimæ quartæ Olympiadis, huius imperij principium in exordio septuagesimæ nonæ Olympiadis fuisse necesse sit. His necessariò consequens est, vigesimum annum Arraxerxis, vnde supra, libro decimo, exorsus sumus septuaginta hebdomades, cum anno 4. octogesimæ tertiæ Olympiadis concurrisset.

Quæstio quinta, de tempore ortus Domini nostri Iesu Christi.

NA TALE tempus Saluatoris nostri describi potest secundum triplicem chronologiam, Romanam, Græcam, Hebraicam; atque his tribus modis in præsentia exquiretur, & declarabitur. Romana chronologia triplex est: Vna textitur per annos à Roma condita: altera per consules, qui annui erant, & Calendis Ianuariis inibant consulatum: tertia, per annos eius principis, qui tunc Romanum imperium administrabat: is autem erat Octavianus Augustus, cum natus est CHRISTVS Dominus. Roma condita est initio septimæ Olympiadis, vt supra quæstione secunda demonstratum est, & vndecimo Calendas Maias, Romulo, eius conditore, octauum, & decimum, (vt multi tradiderunt) annum ætatis agente. Porro, plerique Scriptores Ecclesiastici in id consentiunt,

Triplex chronologia Romana.

lentiunt, anno post Romam conditam septingentesi- A
 mo quinquagesimo secundo, Christum esse natum. Id-
 que vel ex eo liquet, quod, ut ex Dione colligitur, an-
 nus decimus quintus Tiberij Cæsaris, quo anno Chri-
 stus agebat trigessimum annum, incidit in annum urbis
 conditæ septingentesimum octogesimum secundum.

Quibus autem consulibus natus sit Dominus, satis ob-
 securum, & incertum facit scriptorum varietas. Etenim,
 auctore Seuero Sulpitio in libro secundo sacre histo-
 riæ, natus est Dominus consulibus Sabino & Ruffino: B
 quorum cōsulatū Dio, libro quinquagesimo quinto,
 reposit in anno urbis conditæ septingentesimo quin-
 quagesimo: secundum Cassiodorum, Cneo Lentulo, &
 Marco Messala, qui secundum Dionem libro quinqu-
 gesimo quinto consules fuerunt anno urbis conditæ
 septingentesimo quinquagesimo primo: secundū Epi-
 phanium in hæresi quinquagesima prima, & Onuphriū
 in fastis Romanorum, & in chronico Ecclesiastico, or-
 tus est Saluator noster Augusto decimū tertium con-
 sule, & Marco Plautio Syluano: & hoc videtur prox- C
 mum vero. Siquidem, horum consularatus competit in
 annum urbis conditæ septingentesimum quinquagesi-
 mum secundum, ut Dio annotat in libro quinqu-
 gesimo primo: hoc autem anno urbis conditæ, pauld
 ante posuimus, Christum esse natum. Atque huic opi-
 nioni suffragatur Carolus Sigonius in commentariis

Carolus Sigonius de anno
 ortus Christi
 quid scribat.

suis in sacram historiam Seueri Sulpitij: namque sen-
 tentiam eius explanans de consulibus, in quos Chri-
 sti ortus incurrit, posthabita opinione Sulpitij, ad
 hunc modum scribit. *At Eusebius, inquit, in historia, &
 Epiphanius in libro secundo contra hæses, ostendunt, Christi D
 esse natum Augusto tertium decimum, & Syluano consulibus,
 ipsius Augusti anno quadagesimo secundo, qui erat urbi se-
 ptingentesimus quinquagesimus secundus. Cui supputationi, quia
 chronographi ferme omnes hoc tempore, eam, non sine ratione
 sequuntur, ne quam in tempora perturbatione introducamus,
 & nos habebimus. Sic ibi Sigonius. Quamquam ipse in
 fastis Romanorum, similiter, ut Cassiodorus, in annum
 urbis septingentesimum quinquagesimum secundum,
 alios referat consules, hoc est, Cossū Cornelium*

Len

A Lentulum, & Lucium Calpurnium Pisonem: reclamante Dione, qui horum consulatum annotat in anno Urbis septingentesimo quinquagesimo tertio,

Q V O T O autem anno imperij Augusti Cæsaris, Dominus noster sit natus, quo enucleatius & distinctius intelligatur, paulò altius Augusti chronologia repetenda est: ab ortu scilicet eius usque ad interitum. Natus est Augustus, Consulibus Cicerone & Marco Antonio, ut tradunt Patereulus libro secundo, & Suetonius in Augusto; anno Urbis, secundum Eutropium

De tempore, ortus, triplicis principatus, atque obitus Augusti Cæsaris.

B libro sexto, & secundum Orosium libro sexto, capite sexto, sexcentesimo octogesimo nono: sed consulatum Ciceronis & Antonij, in anno Urbis conditæ sexcentesimo nonagesimo primo signat Dio libro trigesimo septimo: apud Plinium libro nono; capite trigesimo nono, mendosè legitur anno Urbis septingentesimo Ciceronem fuisse consulem. Est autem natus, decimo Calendas Octobris, secundum Patereulum: secundum Suetonium & Dionem, libro quin-

Augustus, quo anno cõsul factus sit.

C quagesimo sexto, nono Calendas Octobris: annis ante Christi ortum, duobus circiter & sexaginta. Primum consulatum per vim extorsit pridie, quam expleret, ut scribit Patereulus, annum vigesimum, in anno Urbis septingentesimo undecimo: decem annis, ut Appianus inquit in libro tertio de bello civili, ante ætatem adipiscendo consulatui legitimam. Sed erratum est, vel librarij, vel auctoris: nam ex quinta Philippica constat, ætatem maturam consequendo consulatui secundum leges Romanas fuisse annorum trium & quadraginta. At verò, scribit Dio Augustum decimo quarto Calendas Septembris, obiisse, eodem die,

D quo primum consulatum susceperat: cum Dione consentit Tacitus libro primo, affirmans eundem diem Augusto fuisse accepti quondam imperij principem, & vitæ supremum. Triumviratum inquit cum Lepido, & Antonio, secundum Appianum libro quarto de bello civili, biennio post necem Iulij Cæsaris, annum agens vigesimum. Sigonius in fastis citat lapidem Colocianum, in quo scriptum erat, initum fuisse ab illis triumviratum ante quintum diem Calendas Decembris. Quò licet intelligere, triumviratum esse ab

Ioseph. lib. 18.
antiq. c. 3.
Quo anno fo-
lus rerum po-
situs est.

Actiaca victo-
ria, vnde dicta.
Ioseph. lib. 15.
antiq. cap. 6.
Augusti mors.

Augusto susceptum, duobus, vel tribus mensibus post
contulatum: annis verò ante Christum natum, duo-
bus & quadraginta: triumviratù autem gessit per an-
nos duodecim, sicut testatur Dio, Tacitus, Orosius &
Suetonius. Non igitur rectè Iosephus libro decimo
octauo Antiquitatum, scribit, Octavianum per annos
quatuordecim, Antonium imperij socium habuisse.
Victo Antonio, solus rerum potitus est Augustus trium-
uiratu conuerso in monarchiam, anno vrbis, vt Si-
gonius in fastis ex Dione & Cassiodoro confirmat, sep-
tingentesimo vigesimo secundo: idèmq; tradit Sex-
tus Aurelius in epitome Romanorum imperatorum.
His proximè accessit Tacitus libro primo historiarum,
seu, vt fertur vulgò, libro decimo septimo annalium,
id referens ad annum vrbis septingentesimum vige-
simum primum. At quinquagesimus liber Dionis,
victoriam Actiacà, in anno vrbis septingentesimo vi-
gesimo tertio, adnotatam habet. Longius ab hac sen-
tentia discessit Orosius libro sexto, capite vigesimo;
signans, exordium monarchiæ Augusti in anno vrbis
septingentesimo vigesimo quinto. Nominatur au-
tem anni, vel monarchiæ, vel Actiacæ victoriæ, quæ
sic appellata est, quòd Augustus nauali pugna cum
Antonio inita, iuxta promontorium Actium, eam
sit consequutus, circa initium Olympiadis centesimæ
octogesimæ septimæ, vt colligitur ex libro decimo
quinto Iosephi de Iudaicis Antiquitatibus, & quarto
nonas Septembris: vt tradit Dio initio libri quinquage-
simi primi, agens tunc annum circiter trigesi-
mum secundum. Denique, obiit Augustus decimo
quarto Calendas Septembris, anno vrbis secundum
Dionem in libro quinquagesimo quinto, septingen-
tesimo sexagesimo septimo, consulibus Sexto
Poupeio, & Sexto apuleio. Vixit annos septuagin-
ta quinque, & menses decem, dies viginti sex: siqui-
dem natus est nono Calendas Octobris. Solus, post vi-
ctoriam Actiacà, imperauit, annis propè quadraginta
quatuor: post primum consularum & triumviratum,
paulò minus annis quinquaginta sex: annis post Chri-
sti ortum quindecim, demptis quatuor mensibus,
& sex diebus. Atque hæc ab optimis auctoribus prodita, &

A ta, & probata sunt: non igitur verè dixit auctor dialogi de claris oratoribus, Tacito assignatus, Augustum post primum consulatum, vixisse annos quinquaginta octo: nec Iosephus, scribens libro decimo octavo, Augustum partim cum Antonio, partim solum imperasse annis quinquaginta septem, præterque mensibus sex, ac duobus diebus: nec Epiphanius, qui in Anchorato ait, Augustum imperasse annis quinquaginta sex, & mensibus sex: quod etiam tradidit Beda in libro

B de sex ætatibus mundi: nam hæc non esse vera, patet ex eo, quòd Augustus, tam monarchiam, quàm consulatum iniuit mense Septembri, triumviratum Novembri: obiit autem mense Augusto, sicut in confesso est apud eos, qui res Augusti subtilius & diligentius perscripserunt. Et ratio quidem temporum Augusti, ita sit à nobis breuiter explicata.

Ioseph. lib. 18,
cap. 3.

Quoto anno
Augusti Cæsaris,
Christus
Dominus sit
natus.

Nunc ad chronologiam Christi, cuius potissimum causa, superiora prædocuimus, reuertamur. Quoto Augusti anno Christus Dominus sit natus, ex supra dictis faciliè intellectu est. Etenim natus est anno ætatis Augusti sexagesimo secundo: post primum eius consulatum & triumviratum, anno quadragesimo secundo, tantum inchoato, vel per unum, vel per tres, vel per quatuor menses, secundum varias auctorum sententias supra expositas: post exordium monarchiæ eius, siue post Actiacam victoriam, anno trigésimo. Hæc esse vera, eò liquet, quòd supra ostensum fuit, Christum esse natum anno vrbis septingentesimo quinquagesimo secundo: quem annum si compares cum eo anno, quo paulò antè demonstraui-

C mus, Augustum iniisse vel consulatum vel triumviratum, vel monarchiam, ita esse, vt dictum est à nobis, manifestè comperies. Et sanè, Christum esse natum anno post primum consulatum, vel post triumviratum Augusti, quadragesimo secundo, testes sunt, Eusebius in chronicis, & in libro primo historiæ Ecclesiasticæ, capite quinto: Epiphanius quoque in hæresi quinquagesima prima, & in summa Panarij, & in Anchorato: Beda item libro de sex ætatibus mundi: necnon & Orosius libro septimo capite secundo: nisi quòd in eo lapsus est Orosius, quòd dixit, cum natus

Orosij lapsus.

est Christus, fuisse annum imperij Augusti quadra-
 gesimum secundum, propemodum emensum, cum ex
 supradictis liquidissime constet, cum natus est Chri-
 stus, summum, quatuor menses præterisse quadrage-
 simi secundi anni principatus Augusti. Quippe pri-
 mus eius consulatus, vel Augusto, vel Septembri men-
 se susceptus est. Nouembri autem, triumuiratus: Chri-
 stus verò Decembri mense natus est. Hinc præterea
 licet intelligere, non rectè Cassiodorum in Chroni-
 co Romanorum consulum, signasse ortum Christi in
 anno quadagesimo principatus Augusti. Nam Ire-
 neum in libro tertio aduersus hæreses capite vigesimo
 quinto, & Tertullianum in libro aduersus Iudæos, affir-
 mantes, Christum esse ortum anno quadagesimo primo
 Augusti, interpretari possumus, non de eo anno in-
 choato, sed iam expleto, exactoque esse loquutos. Il-
 lud tamen Tertulliani dictum nulla interpretatione
 videtur posse adiungi, & ad veram sententiam reuo-
 cari, quod eodem loci dixit, Christum esse natum qua-
 dragesimo primo anno imperij Augusti, post mortem
 Cleopatæ: cum is fuerit annus, sicut dictum est, tri-
 gesimus: & si verum esset hoc Tertulliani dictum, con-
 sequens foret Dominum nostrum, cum anno decimo
 quinto Tiberij baptizatus est, fuisse annorum dun-
 taxat decem & nouem, cum beatus Lucas capite ter-
 tio scribat, eum tunc inisse trigessimum. Nec tamen
 defuerunt docti & graues viri, qui ortum Domini ad
 annos monarchiæ Augusti referentes, eum notarunt
 vel in anno vigesimo septimo, vt Beda libro de sex
 ætatibus mundi: vel in vigesimo octauo, vt Clemens
 primo libro Stromatum, & Eusebius primo libro hi-
 storiae Ecclesiasticæ capite quinto: vel in vigesimo
 nono, vt Onuphrius in chronico Ecclesiastico. Verum
 fuisse annum trigessimum ex supradictis apparet esse
 probabilis, si positum sit, victoriam Actiacam conti-
 gisse, anno vrbis septingentesimo vigesimo tertio. Sed
 bene habet, omnem varietatem, quæ est circa Christi
 chronologiam, vno, aut summum, duobus tribusue an-
 nis esse circumscriptam. Tantâ verò paucitatem anno-
 rum, vt quæ propè nullius momenti in descriptione
 temporum

Lapsus Tertul-
 liani.

Peregrina an-
 norum varie-
 tas, in chrono-
 logia, fermè
 pro nihilo ha-
 betur.

temporum

A temporum esse queat, prudenter monuit Dionysius Halicarnassæus libro septimo, esse chronologis distimulandam, & pro nihilo ducendam.

DICTVM est de Romana chronologia: deinceps de Græca, quæ in Olympiadum obseruatione versatur, dicendum est. Si igitur Christi ortum ad rationem Olympiadum exquiramus, eum in tertio vel quarto anno centesimæ nonagesimæ quartæ Olympiadis comperere reperiemus. Ac natum esse Dominum in tertio

B anno eius Olympiadis, auctor est Eusebius in chronicis, & Beda de sex ætatibus mundi. Eusebius certè, tam in chronicis, quàm in lib. 10. de præparatione Evangelica, signas annum decimumquintum Tiberij, quò baptizatus est Dominus, ingressus annum trigessimum, in anno quarto Olympiadis ducentesimæ primæ, aperte declarauit ortum Domini anno tertio Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ contigisse: verumtamen, quia annus septingentesimus quinquagesimus secundus vrbs condita, quo Christum natum esse diximus, concitrit cum anno quarto Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ: & quia infra demonstraturi sumus, Christum triginta duos annos, & minus præterà dimidio anni, vixisse, ac mortuum esse in quarto anno Olympiadis ducentesimæ secundæ: propterea, quasi vero similis visum est nobis, hoc loco ponere Christi ortum in quarto anno Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ. Insignè admodum & norabile in chronologia ortus Christi erratum inuenitur apud

C Cyrillum Hierosolymitanum catechesi duodecima: Scribit enim, natum esse Christum anno quarto Olympiadis centesimæ octogesimæ sextæ: quò fieret, vt cum Christus baptizatus est anno 15. Tiberij Cæsaris, hoc est anno primo Olympiadis ducentesimæ secundæ, fuerit annorum sexaginta. Positum sit igitur hoc loco, Christum esse natum in anno quarto Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ.

D R E S T A T excutienda Hebræorum chronologia. Hæc autem per quã varia & multiplex est. Nam solent Hebræi putare tempora, vel vsque à creatione mundi: vel à diluuiò: vel ab egressione Hebræi populi ex Ægypto: vel ab ædificatione primi templi Salomonis:

Quota Olympiade, natus sit Saluator noster,

Lapsus Cyrilli in chronologia ortus Christi.

Hebræos ex diuersis principijs, chronologiam suam ordiri solitos.

vel à solutione captiuitatis Babylonice, & reditu in patriam: vel ab instauratione secundi templi, aut vrbis refectione: vel per annos principum, quorum imperio subiecti erant, quò pertinent anni regni Græcorum, toties in libris Machabæorum vsurpatis: vel etiam per Tobilæos, quorum vnusquisque quinquaginta annos continebat: ad hæc posset adijci computatio per hebdomades Danielis. Sed in chronologia ortus Christi, prætermisiss cæteris computationibus, duas tantum perstringemus: vnam, quæ dicitur ab exordio mundi: alteram, quæ sumitur ex annis regni Herodis, quo regnante, Christus natus est. Natus est Dominus noster anno post orbem conditum, quater millesimo, & vigesimo secundo. Hic numerus partim ex Sacris literis, partim ex profana: sed probata tamen chronologia, hunc in modum colligitur. A creatione mundi vsque ad diluuium, in capite quinto Geneseos, numerantur anni mille sexcenti quinquaginta sex. A diluuiio vsque ad ortum Abrahamæ, tam scriptura Hebraica, quam nostra versio Latina, capite vndecimo Geneseos, annos habet ducentos nonaginta duos. Sed his addere oportet, alios triginta annos ipsius Caynam: cuius generationem, inter Arphaxad & Salem, interposuerunt septuaginta interpretes, & Beatus Lucas in Euangelio suo, capite tertio: cuius auctoritas cogit hos triginta annos prædictæ supputationi adiungere. A diluuiio igitur vsque ad ortum Abrahamæ, numerandi sunt anni trecenti viginti duo. Ab ortu Abrahamæ vsque ad promissionem factam ei à Deo: vt est in capite duodecimo Geneseos, numerantur anni septuaginta quinque. Hinc vsque ad legem datam Hebræis in monte Syna, tertio mense, quam egressi fuerant ex Ægypto, anni quadringenti triginta, vt Paulus docet cap. 3. Epistolæ ad Galatas scriptæ. Ab egressu Hebræorum ex Ægypto, vsque ad ædificationem templi Salomonis, in libro tertio Regum, capite sexto, recensentur anni quadringenti octoginta. Ab hoc tempore, vsque ad exordium Olympiadum, quod nos supra locauimus in octauo anno regni Achaz, fluxerunt anni ducenti octoginta tres, vt patet ex tertio & quarto lib. Regum

Quo anno post orbem conditum natus sit Dominus noster.

Breuis annos mundi, vsque ad Christi ortum computatio.

A Regum. Denique, ab initio Olympiadum, vsque ad annum quartum Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ: quo anno, proximè posuimus natum esse Dominum nostrum, intercesserunt anni septingenti septuaginta sex. Patet igitur, veram esse summam annorum quater mille viginti duorum, ab exordio mundi vsque ad ortum Saluatoris nostri.

B A D quorum autem regni Herodis annum, Domini nostri ortus refertur debeat, est profectò, vt mea sententia, obscurius & difficilius ad explicandum, quam plerique putant. Sed, ne meam, etiam in hoc, qualemcumque diligentiam lector desideret, paucis & difficultatem, & rationem eius soluendæ attingam. Tria verò hîc disquirenda sunt: quando Herodes regnare cœperit: quandiu regnauerit: quoto eius regni anno Saluator noster in terris natus sit. Iosephus libro decimo quarto Iudaicarum Antiquitatum, narrat, Herodem creatum esse à Romanis regem Iudæorum, Olympiade centesima octogesima quarta, Consulibus Cneo Domitio Caluino iterum, & C. Asinio Pollione: quorum consulatus incidit in annum vrbs condita septingentesimum decimum tertium, sicut est in fastis Romanorum apud Sigonium, Dio tamè libro quadragésimo octauo, & Onuphrius in chronico; illorum consulatum coniciunt in annum vrbs septingentesimum decimum quartum, qui concurrat cum anno secundo Olympiadis centesimæ octogesimæ quintæ: secundum autem Iosephum, siquidem is fuit in Olympiade centesima octogesima quarta: necessariò conuenit cum anno quarto eiusdem Olympiadis. Tertio autem anno, quàm fuerat Senatusconsulto declaratus rex, captis Hierosolymis, victoque, ac tandem interempto Antigono, Herodes regnum Iudaicum pacificè obtinuit, rexitque per triginta septem annos, ex quo illud à Romanis acceperat: à victo autem Antigono, per triginta quatuor. Atque hæc quidem Iosephus partim libro decimo quarto, partim decimo septimo prodidit. Alij verò scriptores consentiunt cum Iosepho; regnum Herodis, similiter vt ille, triginta & septem annis, definiens: in eo autem dissentiunt, quod exordium regni Herodis aliquot an-

Quoto anno regni Herodis Saluator noster natus sit. Ioseph. lib. 14. antiq. c. 26.

Ioseph. li. 10. cap. 10.

Eusebius, Sul-
pitiuſ, Epipha-
niiſ, Beda, O-
nuphriuſ, par-
tim eadē, par-
tim contraria
de regno He-
rodis tradide-
runt.

nis, quā ille, faciunt recentius, ac poſterius. Eufe-
biuſ quidem certē in Chronicis, Epiphaniuſ in hēre-
reſi vigēſima, & quinquageſima prima, Seueruſ Sul-
pitiuſ libro ſecundo ſacrę hiſtorię, Onuphriuſ in chro-
nico Eccleſiaſtico, Herodem ſeptem & triginta annos
regnaffe conſentiunt. De quo numero vnum dunta-
xat annum detraxit Beda in libro de ſex ſtatibus mū-
di. De principio autem regni Herodis, ſententiam
ſuam aperuit in chronicis Eusebiuſ; notans ipſum
decimo anno imperij Auguſti, hoc eſt, annis ſeptem
poſteriuſ, quā Iosephuſ conſtituerat. Onuphriuſ in
chronico ſignat ipſum in tertio anno imperij Auguſti.
Beda in lib. de ſex ſtatibus mundi, ab vndecimo an-
no principatuſ Auguſti, regnum Herodis exorditur.
Nec minor eſt varietas opinionum de anno regni He-
rodis, quo natus eſt Chriſtuſ. Beda prædicto libro, na-
tum, inquit, eum, anno Herodis trigēſimo primo: Eu-
ſebiuſ, trigēſimo ſecūdo: Epiphaniuſ & Sulpitiuſ, trigē-
ſimo tertio: Onuphriuſ, extremo trigēſimo ſexto. Quid
igitur in hiſce rebus adeo obſcuriſ, dubiſ, & incertiſ
ſimiliſ vero exiſtimari debet?

Auctoris iudi-
cium.
Iof. li. 14. an-
tiq. c. 26.

Equidem ita ſentio; Tria hæc, non modò non con-
gruere inter ſe: ſed ita pugnare, vt vnum ab altero
cuertatur. Vnum eſt, Herodem iniſſe regnum Olym-
piade centēſima octogēſima quarta, quod tradit Iose-
phuſ: alterum eſt, regnaſſe Herodem triginta ſeptem
annis, de quo cōuenit Iosepho cum omnibuſ aliſ ſcri-
ptoribuſ: tertium eſt, regnante Herode, Chriſtuſ eſſe
natum: & hoc tradit D. Matthæuſ cap. ſecundo. Pu-
gnare autem hæc inter ſe, nihil negotij eſt oſtende-
re. Et enim, ſi Herodes regnare cœpit centēſima octo-
geſima quarta Olympiade, regnauitque tantummodò
triginta ſeptem annis, necelle eſt, obiſſe ipſum
in Olympiade centēſima nonageſima tertia: quare,
cū ſuprà oſtenſum ſit, Dominum eſſe natum deſi-
nente Olympiade centēſima nonageſima quarta: ex
hiſ profectò efficeretur, Chriſtuſ aliquot annis
poſt obituſ Herodis fuiſſe natum: quod hiſtorię
diui Matthæi planè aduerſatur. Necelle igitur eſt,
vnum aliquod illorum trium eſſe falſum. Sed quod-
nam? Vltimum quidem, cū apertè iradatur in Euan-
gelio

A gelio; fallum esse non potest. Si quis autem dicat, Christum non esse natum exeunte Olympiade centesima nonagesima quarta: sed aliquot annis antè, hoc est sub initium Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ: quo tempore, secundum prædictam computationem, vivebat & regnabat Herodes, id sanè contrarium est historiæ Euangelicæ. Lucas enim capite tertio affirmat, Christum, cum esset ferè triginta annorum, baptizatum esse anno decimoquinto Tiberij: quem annum, ex Græcorum & Latinorum annalibus liquet, vel in finem Olympiadis ducentesimæ primæ, vel in principium ducentesimæ secundæ Olympiadis incidisse. Ab exordio autem Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ, vsque ad finem ducentesimæ primæ, nouem numerantur Olympiades, hoc est anni triginta sex. Si igitur Christi ortum poneremus in principio Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ, cogeremur fateri, contra id, quod scribit B. Lucas, Christum, cum est baptizatus, fuisse triginta, & sex annorum. Non ergò potest vltimum illorum trium negari. Quare alterutrum reliquorum duorum negandum est. Videtur autem minùs improbabiler negari posse primum. Solus namque Iosephus tradit, initium regni Herodis fuisse in Olympiade centesima octogesima quarta: aliis omnibus ad posteriores Olympiades id referentibus: præsertim cum consulatus eorum, quibus consulibus Iosephus affirmat, Herodem creatum esse regem à Romanis, secundum Dionem, & Onuphrium, incurrerit in annum vrbis septingentesimum decimumquartum, qui competit cum anno secundo centesimæ octogesimæ quintæ Olympiadis. Quin Iosephus non satis constare sibi videtur: quippè in libro decimosexto capite 9. vigesimum octauum regni Herodis annum incidisse ait, in centesimam nonagesimam secundam Olympiadem: atqui, si primus eius regni annus, fuit quartus Olympiadis centesimæ octogesimæ quartæ, non vigesimus octauus, sed trigessimus regni annus cum initio centesimæ nonagesimæ secundæ Olympiadis cõcurrit. Ergò necesse est, aut aliquot annis posterius, quàm designauit Iosephus Herodem iniisse regnum: aut plus triginta

Falsum est Herodem regnare cepisse Olympiade 84. vt tradit Iosephus.

septem annis regnasse. Si autem nec principium, nec diuturnitas regni Herodis planè constant: nec sanè, quoto regni eius anno Christus sit natus, omnino exploratum, & compertum esse potest. Sed commodè accidit, ut hæc chronologia regni Herodis, nequaquam necessaria nobis ad explicationem quæstionis de septuaginta hebdomadis, futura sit,

Quæstio sexta, quo tempore Christus baptizatus sit.

Tractatur locus D. Lucæ, qui est in c. 3. Evangelij eius de tempore, quo Dominus Iesus baptizatus est: & primum tã Græca, quàm Latina verba expenduntur.

DIVVS Lucas capite tertio, apertè scribit Christum anno decimoquinto Tiberij Cæsaris esse baptizatum. De ætate autem ipsius, cum est baptizatus, ita scribit, sicut habet nostra translatio Latina: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta*: quæ verba valdè perplexam, & ambiguum habent sententiam: quapropter locum dedere scriptoribus variè opinandi de anno ætatis, quem Christus agebat, cum baptismum accepit. Sed illud, ad verba D. Lucæ pertinet, prænotandum est, Græcè diversam esse eorum verborum dispositionem. Sic enim Græcè legitur: *καὶ αὐτὸς ὄντι ἔτι τῶν τριάκοντα ἀρχίμυτος*, hoc est, si verbum de verbo Latine reddamus, & ipse erat quasi annorum triginta, incipiens, pro eo autem, quod Latine est, quasi, Græcè est, ὄντι, quod verti Latine potest, vel quasi, vel tanquam, vel ferè: licet Erasmus eo loco referat, eam particulam in quibusdam Græcis codicibus non inueniri. Pro illa autem voce, incipiens, Græcè est, ἀρχίμυτος: Euthymius tamen legisse videtur ἔρχιμυτος, id est, incedens, seu ingrediens, ut sit sensus: erat tunc Christus quasi triginta annorum, incedens, id est, ita exterius vivens, itaque conuersatus cum hominibus, ut opinione hominum, Iosephi filius existimaretur. Cæterum in nostra versione Latina, illarum duarum vocum, quasi & incipiens, videtur alterutra vacare. Quid enim sibi vult, erat Christus incipiens quasi triginta annorum? satis namque fuisset dicere, erat quasi triginta annorum: vel, erat incipiens esse triginta annorum. Verùm non ita est: illud enim, incipiens referendum est ad illud, triginta annorum: nec iungi debet cū particula, quasi, ut hoc modo legamus, erat quasi

A trigint
mum
signifi
cium
deter
nitatq
illud,
annor
verba
B piens.
feren
esse ac
sti: ho
rum, in
gelium
S E
quæst
tur ap
triple
C est, o
in hæ
esse n
pletur
vinur
uemb
mens
trige
Itaqu
nius i
D fuisse
non i
notat
idem
logo,
stum
nes p
com
die
prop
bro s

A *triginta annorum incipiens*, hoc est, tunc orsus trigelimum annum. Nam cum illud, *quasi triginta annorum*, significare posset, vel exitum trigelimi anni, vel initium: per illud participium, *incipiens*, contrahitur, & determinatur ad significandum initium trigelimi anni: atque hoc clarius apparet in lectione Græca, quæ illud, *incipiens*, non habet ante illa verba, *quasi triginta annorum*, sicut est in lectione Latina: sed habet post ea verba, hunc in modum, *erat quasi triginta annorum, incipiens*. Nec desunt, qui putent, illud, *incipiens*, non esse referendum ad ætatem Christi: sed absolute positum esse ad significandum exordium prædicationis Christi: hoc videlicet intellecta, *erat Christus triginta annorum, incipiens*, hoc est, cum aggressus est prædicare Evangelium, & manifestare se mundo.

Sed ingrediamur ad disceptandam propositam questionem. Illorum verborum Lucæ, triplex reperitur apud Ecclesiasticos auctores interpretatio: unde triplex quoque de tempore, quo Christus baptizatus est, opinio exitit. Prima opinio est Epiphani, qui in hæresi quinquagesima prima tradidit, Christum esse natum die sexto Ianuarij: eodemque die post expletum trigelimum ætatis annum, mutasse aquam in vinum: baptismum vero accepisse, sexto Idus Nouembrijs, exactis iam viginti nouem annis, superque mensibus decem: ita ut à tempore baptismi, ad finem trigelimi anni, duo tantum menses reliqui fuerint. Itaque illud, *quasi triginta annorum incipiens*, putat Epiphanius significare Christum, cum baptizatus est, prope ab-
 D fuisse ab explendo trigelimo anno: illud enim, *quasi*, non initium, sed exitum, finemque trigelimi anni denotare. Sic Epiphanius. Nonnullis fortasse videbitur idem sensisse, ac significasse Iustinus Martyr in dialogo, quem habuit cum Tryphone: scripsit enim, Christum per annos ferme triginta expectasse, donec Ioannes præiret, baptismum prædicando. Iansenius in commentarijs super decimoquarto capite Concordiæ Evangelicæ, ad hanc opinionem videtur esse propensior, cui etiam suffragari putat Irenæum libro secundo aduersus hæreses, capite trigelimo nono.

Quæ etate erat
 Christus, cum
 est baptizatus.
 1. Opinio Epi-
 phanij.

Refellitur Epi-
phanij opinio.

Sed nos, eū magis fauere tertiæ opinioni, infra ostendimus. Illud certè Epiphaniij sententiæ plurimum officit, quòd illud participium, *incipiens*, cum secundum ipsum, non ad prædicationem, sed ad ætatem Christi referatur, indicat potiùs initium, quàm finem trigésimi anni: si enim Christus baptizatus esset propè finem trigésimi anni, non verè diceretur incipiens tunc annum trigésimum: sed potiùs terminans, & finiens. Taceo nunc, vetustissimam esse traditionem; vsus item, & obseruationem Ecclesiæ Catholicæ, communemque Doctorum sententiam, Christum esse baptizatum sexto die Ianuarij: natum verò vigésimo quinto die Decembris: certè hanc, vt antiquissimā; & probatissimam traditionem, libr. 4. de Trinitate, c. 5. commemorat D. Augustinus.

2. Opinio Bedæ, Christum post trigésimū annū exactum baptizatum fuisse.

ALTERA est opinio Bedæ in libro de ratione temporum, capite quadragesimo quinto, Christum baptizatum esse sexto Ianuarij, tredécim diebus post expletum ab ipso trigésimum annum: ideoque verè dici de ipso; quòd erat *incipiens triginta annorum*: tunc enim primū exactis triginta annis, verè dici poterat esse triginta annorum. Idem quoque sensisse videtur Chrysostronus, scribēs in homilia decima in Matthæum: post triginta annos Christum venisse ad baptismum. Similia Chrysostrono scribit Euthymius super tertio cap. Matthæi. Quin D. Bernardus sermone 1. de Epiphania, Christum ait transactis iam triginta annis, à Ioannē esse baptizatum. Nicolaus de Lyra super tertio capite D. Lucæ, facit eius sententiæ Chrysostronum, & Augustinū. Verumtamen ea sententiā videtur ipsis Lucæ verbis refelli: Lucas ait, Christum fuisse tunc, quasi triginta annorū: At, si tunc iam transierat trigésimū annum, simpliciter, & absolute dici debebat esse triginta annorum, hō autem cum adiunctione illius particule, *quasi*, quæ, cui numero additur, denotat nonnihil deesse ad eum ipsūm numerū comprehendendum. Quamquam non videtur hoc vsquequaque verum: nonnumquam enim hæc particula, *quasi*, vel *ferè*, præposita numero alicui, non significat deesse aliquid ei numero; sed potiùs aliquid superesse. Huius rei exemplum habemus sa-

Quasi, vel ferè, non semper aliquid numeri deesse denotant.

ris ill
brato
bis. i
se al
lium
quet
num,
no pe
suprà
B quing
pter a
gesim
illa q
nunq
men
Ioann
tem in
runt C
no, de
C sente
bapti
let, q
natū a
ex qu
Christ
regis
atati
mo se
eum,
D bapti
qui A
existi
T
bapti
num
choar
cam,
incipi
Place

Azis illustre in capite duodecimo libri Exodi, vbi, Hebræorum, qui fuerant egressi ex Ægypto, fuisse dicuntur ferè sexcenta millia viro- rum: in quibus verbis, illud, *ferè sexcenta millia*, non significat defuisse aliquot ad explendum numerum sexcentorum mil- lium: sed potius aliquot ei numero superfuisse. Li- quet enim ex primo capite libri Numerorum, ple- num, & integrum numerum Hebræorum, qui vno an- no post egressionem ex Ægypto, à vigesimo anno, & supra recensiti fuerunt, sexcenta, & tria millia, superque quingentos, & quinquaginta fuisse, præter eos, qui pro- pter adorationem viruli, sicut est in Exodo, capite tri- gesimo secundo, interfecti fuerunt. Huc etiam pertinet illa quorundam observatio, particulam, *quasi*, non- nunquam esse dubitantis, & coniectantis: interdum ta- men esse affirmantis: quemadmodum in illis verbis Ioannis, *Vidimus eum, quasi vni- genitum à Patre*. Illud au- tem intelligendum est hoc loco, quicumque censue- runt Christum obiisse, inchoato trigesimo quarto an- no, de quibus infra dicturi sumus, eos fuisse in hac ipsa sententia, quòd Christus expleto trigesimo anno, sit baptizatus. Aduersus quam sententiam non parum va- let, quod à nobis supra constitutum est Christum esse natum anno quadagesimo secundo principatus Augusti: ex quo anno vsque ad decimum quintum Tiberij, quo Christus est baptizatus, non plures viginti nouem in- tegris annis numerantur. Nam Beda in libro de sex- atibus mundi, faciens Christum natum quadagesi- mo secundo anno Augusti, & nihilominus affirmans eum, cum iam transgressus est trigessimum annum, esse baptizatum, proculdubio sequutus est errorem eorum, qui Augustum plus quinquaginta sex annos imperasse existimarunt.

TERTIA sententia est, Christum, quo tempore baptizatus est, eo tempore ingressum esse trigesi- mum annum, videlicet, tredecim tantum diebus in- choatum: atque ob eam causam de ipso scripsisse Lu- cam, quòd ipse IESVS erat, *quasi triginta annorum incipiens*, hoc est, tunc annum trigessimum exorsus. Placet multis, mihi que in primis hæc sententia: quæ

Quasi, particu- la est affirmā- tis, non dubi- tantis interdū.
Ioan. 1.

3. Opinio: & prioribus pro- babilior, est, Christum ini- tio anni trige- simi fuisse ba- ptizatum.

duarum

duarum superiorum confutatione probatur, & confirmatur. Nam cum illud, *erat quasi triginta annorum*, tribus tantum modis intelligi possit: aut enim significat fuisse tunc Christum prope finem trigesimi anni, sicut vult Epiphanius: aut paucis diebus præterisse trigesimum annum, ut tradit Beda: aut tunc per paucos dies fuisse ingressum annum trigesimum, quod habet tertia sententia: cumque priora duo, supra fuerint refutata, relinquitur tertium esse congruentius sententiæ verborum Lucæ, nobisque magis probandum. Iam B verò, sensisse hoc ipsum antiquos Patres, patet ex eorum scriptis. Etenim, quicumque putarunt, Christum vixisse annos integros dumtaxat triginta: iidem censuerunt, initio anni trigesimi, ipsum esse baptizatum: idque ex supradictis Lucæ verbis euidenter se argumentari credebant. Lege Clementem Alexandrinum, libro primo Stromatum, Tertullianum in libro aduersus Iudæos, Iulium Africanum libro quinto Anaballium, ut refert Hieronymus super hoc nono capite Danielis, in digressionem de septuaginta hebdomadis, C & Lactantium libro quarto, capite decimo. Deinde, in hac sententia fuisse Eusebium, declarant eius verba, quæ sunt in decimo capite primi libri historię Ecclesiasticæ: *Christus, inquit, quando iam trigesimum ætatis suæ annum agere incipiebat, ad Ioannem, ut lauacro baptismatis tingeretur, se contulit.* Sic videtur sensisse Ignatius Martyr in epistola ad Trallianos, cum ait, Christum triginta annos agentem, baptizatum esse à Ioanne: postea tres annos prædicasse. Irenæus quoque libro secundo aduersus hæreses, capite trigesimo nono, ita D scribit: *Ad baptismum venit, nondum qui triginta annos suppleuerat: sed qui inciperet esse tamquam triginta annorum: ita enim Lucas significauit, qui eius annos posuit.* Sic Irenæus, quem, existimasse Lucam loqui de initio trigesimi anni, non autem de fine, palam est ex his, quæ post hæc proximè subiecit. Ad horum auctorum sententiam aggregare oportet Carolum Sigonium in commentariis libri secundi sacre historię Seueri Sulpitij, & Onuphrij in chronico Ecclesiastico. Quod autem Chrysostomus, & Bernardus dixerunt, Christum post triginta annos venisse ad baptismum, hunc in modum

Probat hęc
sententia.

A mod
gress
hæta
ex ip
stor
sum
ipsa
stum
hic e
B cum
infar
quen
quã
circu
nitur
vige
stum
post
adu
C nar
post
tant

D A
rabi
tent
quan
futu
stum
quin
nos
gine
libr
oct.
piti

- A** modum interpretari conuenit, id est, postquam ingressus erat trigessimum annum. Quæ interpretatio, ne hæc à nobis, vel per se absurda existimetur, hinc capit ex ipsa Scriptura: siquidem **B.** Lucas in Euangelica historia, capite secundo, scribit Christum postquam consummati essent dies octo, esse circumcisum. Si uerba ipsa spectes, significari uidetur circumcisum esse Christum transactis octo diebus, id est, nono die: at non est hic eorum uerborum intellectus: neque enim in circumcissione Christi, violata est lex Moïsi, iubens omnes infantes octauo die circumcidi. Est igitur modus loquendi proprius diuinæ Scripturæ, & significans, postquam aduenit octauus dies, in eo die Christum esse circumcisum. Alterum eiusdem phrasæ exemplum certatur in Euangelio Matthæi: Matthæus enim capite uigesimo septimo, facit Iudæos dicentes Pilato, Christum, dum uiueret, dixisse resurrecturum se ex mortuis, post tres dies: pro eo, quod est, tertio die, vel postquam aduenisset tertius dies. Quin Marcus capite octauo **C** narrat, Christum dixisse, filium hominis resurrecturum post tres dies: at Lucas, & Matthæus idem commemorantes, scribunt dixisse eum, tertia die.

Expositio loci
D. Lucæ, de circumcissione
Domini.

Gen. 17.

Leu. 12.

Matth. 16.

Luc. 9.

*Questio septima, de tempore, quo Christus
Dominus mortuus est.*

- D** **A**RDVAM esse quæstionem hanc, & litigiosam, ac perdifficilem explicatu, ipsa eius tractatio declarabit. Primo loco producemus in mediū aliorum sententias: quibus expositis, & diiudicatis, extremo loco, quam putamus cæteris probabiliorem sententiã, constituemus, atque confirmabimus. Prima opinio, Christum vixisse quadraginta sex annos, aut etiam propè quinquaginta: illud putasse quosdam, quia per tot annos ædificatum esset templū Hierosolymitanum, imaginem Dominici corporis gerens, refert Augustinus in libro secundo de doctrina Christiana, capite uigesimo octauo. Hoc autem disertis uerbis tractat, & probat **1.** Opinio Irenæi in libro 2. aduersus hæreses, capite trigesimo

Quot annos
Christus uixit
in terris.

1. Opinio Irenæi.

trigesimo nono, & quadragesimo, affirmans, Christi-
 stum vixisse paulò minus quinquaginta annos, pro-
 pter illud, quod Iudæi Christo dixerunt, vt refert
 Ioannes capite octauo, *quinquaginta annos nondum ha-*
beret, & Abraham vidisti? quamquam eo loco Chry-
 sostomus & Euthymius, non quinquaginta, sed qua-
 draginta annos legerint. Addit præterea rationem Ire-
 næus; nimirum fuisse conueniens, vt Christus obiret
 omnes gradus ætatis humanæ, quò cuiusque ætatis
 sanctè, atque innocenter degendæ, salutaria præberet
 exempla, & documenta. Neque verò consentaneum
 fuisse, vt Christus in iuuenili ætate, sed potius in virili,
 etiam ad senilem inclinante, munus prædicandi Euan-
 gelij, nempe grauissimum, magnæque indigens aucto-
 ritatis exerceret. Sed hanc opinionem, vt falsam, im-
 probabilem, & absurdam, omnes, qui fuere post Ire-
 næum, repudiarunt, ac reiecerunt. Quid enim minus
 credible, quam si Christus vixisset vsque ad quinquage-
 simum annum, nullum de actis ipsius, miraculisque,
 & doctrina, post trigésimum tertium vel quartum an-
 num, Euangelistas fecisse verbum? Cùm verisimile sit,
 quæ posterioribus annis Christus egisset, ea futura
 fuisse insigniora, illustriora, & mirabiliora, nobisque
 vtiliora: ob idque digniora, quæ literarum monumen-
 tis consignata, in omnium posteriorum cognitione, ad-
 miratione, atque imitatione versarentur. Sed illud va-
 lentissimum est ad eam opinionem euertendam argu-
 mentum, si Christus vixisset annos propè quinquaginta,
 ergò non fuisset mortuus Tiberio Cæsare imperan-
 te, nec adiudicatus morti esset à Pilato Iudææ procura-
 tore: cùm illud tamen in confesso sit apud omnes
 auctores Ecclesiasticos: hoc verò Euangelica testetur
 historia, & in Symbolo Apostolico expressum sit, pas-
 sum esse Christum sub Pontio Pilato. Quòd autem illi
 opinioni hoc sit consequens, hinc patet: Tiberius nam-
 que regnavit viginti tres annos: post eum Caligula,
 quatuor: hunc consequutus est Claudius. Cùm igitur
 Christus anno decimoquinto Tiberij, & trigésimo suæ
 ætatis, baptizatus fuerit, si vixit propè quinquaginta
 annos, necesse est peruenisse eum ad quartum, vel quintum
 annum.

Reicitur Ire-
 næi opinio.

A annu
 dex
 phos
 S
 tot
 zaru
 esse
 libro
 prim
 B naliu
 Quo
 bit er
 quin
 salib
 fio ;
 quin
 mo l
 mor
 Chri
 C annu
 pette
 secur
 re in
 nim
 esse, re
 hac v
 uerti
 de his
 que co
 augu
 quib
 P rólqu
 tium
 Nec
 Chri
 no d
 secur
 mus
 tenti
 T
 anni

A annum Claudij. Atqui, Pilatum ex procuratione Iudææ; anno ultimo Tiberij decessisse, auctor est Iosephus libro decimo octavo Antiquitatum.

S E C U N D A opinio, & quidem peruetus, fuit multorum patrum, qui Christum eodem anno, quo baptizatus est, id est, expleto trigesimo ætatis suæ anno, esse mortuum existimant. Ita sentit Tertullianus in libro aduersus Iudæos, Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum, Iulius Africanus libro quinto Antiquitatum, & Lactantius libro quarto, capite decimo;

Quorum sententiæ accessisse videtur Augustinus: scribit enim in libro decimo octavo de ciuitate Dei, capite quinquagesimo quarto, Christum esse mortuum consulibus duobus geminis, Caio Rubellio, & Caio Fusio; quorum consulatus in annum Tiberij decimum quintum incidit; & in eiusdem operis libro vigesimo secundo, capite decimo quinto, tradit Augustinus, mortuos resurrecturos in ætate iuuenili, qua ætate Christus mortuus est, hoc est, circa trigessimam ætatis annum. Sed incredibile est, D. Augustinum in tam aperto errore esse versatum: præsertim cum in libro secundo de doctrina Christiana, capite 28. non obscure indicet Christum plures triginta annis vixisse. Sic enim scribit, *Et annorum quidem ferè triginta, baptizatum esse, retinemus auctoritate Evangelica: sed postea quot annos in hac vita egerit, quamquam textu ipso actionum eius animaduerti possit: tamen, ne aliunde caligo dybitationum oriatur, de historia gentium collata cum Euangelio liquidius, certiusque colligitur.* Sic Augustinus. Est igitur similis vero, Augustinum lapsam esse in designandis consulibus, quibus Christus mortuus est: sequutus enim est plerisque antiquorum patrum, mortem Domini referentium ad illorum duorum geminorum consulatum.

C Nec animaduertit Augustinus, quibus consulibus Christum facit mortuum, eorum consulatum cum anno decimo quinto Tiberij concurrisse. Huius autem secundæ opinionis, & tertiæ, quam proximè subiiciemus confutatio, pendet ex confirmatione quintæ sententiæ, quam nos cæteris præferemus.

T E R T I A opinio, Christum vixisse vno & triginta annis: & post Baptismum biennio tantum prædicasse

Ioseph. lib. 18. antiq. cap. 5.

2. Opinio Tertulliani, Clementis, Africanus, Lactantij.

An D. August. putauerit Dominum nostrum non ultra trigessimam annu in terris vixisse.

3. Opinio Apollinaris & aliorum.

Seuerus Sulpi-
tius.

Paulus Oros.

4. Opinio Be-
da & aliorum,
qui Christum
anno trigesi-
mo quarto
mortuum esse
scribunt.

case. Hoc sensisse Apollinarem Laodiceum Episco-
pum tradit Hieronymus super nono capite Danielis. **A**
Simile quid videtur sensisse cyrilus alexandrinus in
explanando vigesimū nonum caput isaïæ ; affirmans,
christum duobus annis docendō , omnem iudæam
peragrassè. Ioannes Lucidus de vero die passionis
christi, capite nono, in eandem sententiam quosdam
alios recentiores, sed inferioris tamen notæ auctores
adscript. Philastrium quoque in catalogo hareseon,
existimare licet eiusdem fuisse sententiæ ; quippè
Christum vixisse vno & triginta annis, non obcu-
rè significauit. Nec ab ea opinione alienus fuisse vi-
detur Seuerus Sulpiti- **B**
tius : scribit namque in libro se-
cundo sacre historię, Christum vixisse quatuor an-
nos, regnante Magno Herode : deinde sub archelao,
nouem : denique mortuum esse anno decimo octauo
Herodis Tetrarchæ : ex quo efficitur, Christum vnum
dumtaxat & triginta annos vixisse. Proximè abest ab
hac sententia Paulus Orosius : apud quem libro septi-
mo, capite quarto, nisi fortè mendosus sit locus, scri-
ptum est, Christum obiisse anno decimo septimo Ti- **C**
berij : quo efficeretur, eum non excessisse trigesimum
secundum annū : præsertim cum ipse tradat, Christū ex-
tremo quadragesimo secundo anno Augusti esse natū.

Q V A R T A opinio : Christum esse mortuum anno
sue ætatis trigesimo quarto, non tamen expleto : sed
inchoato tantum per tres menses, & aliquot præterea
dies. Huius sententiæ auctorem video fuisse Bedam
in libro de ratione temporum, capite quadragesimo
quinto : eiusdemque probatores, atque sectatores re-
perio, Albertum Magnum in commentario epistolæ
Dionysij Areopagitæ, & Onuphrium in fastis, & in **D**
Chronico Ecclesiastico. Qui sic opinantur, variis ra-
tionibus in eam opinionem adducti sunt, Beda qui-
dem putauit Christum esse baptizatum, cum is iam
orsus esset trigesimum primum annum : exinde præ-
dicasse tres annos : quam opinionem supra nos con-
futauius. Alii nobiscum sentiunt, Christum ineun-
te trigesimo anno esse baptizatum, & prædicasse tan-
tum tres annos, superque aliquot menses : sed initium
tamen prædicandi non fecisse, nisi vno anno post Bap-
tismum

A pteismum, id est, post nuptias in Chana Galilææ factas, eodē scilicet die: sed vno anno postquam fuerat baptizatus, de quo posterius disputaturi sumus, Onuphrius censet Christum esse mortuum trigésimo quarto anno, qui fuit decimus nonus Tiberij, & quartus ducentésimæ secundæ Olympiadis, & octauus Pilati procuratoris Iudææ, consulibus Seruio Sulpitio Galba, & Lucio Cornelio Sulla, vigésimo sexto die Martij, decima octaua luna primi mensis: numerando lunas à **B** coniuñctione lunæ cum sole: erat tamen decima quinta luna, numerando à corniculari apparitione ipsius lunæ, vnde solebant Iudæi, secundum antiquam traditionem menses suos auspicari: ea vero dies fuit tertia post plenilunium, quod eo anno circa occasum solis dici Martij, vigésimo tertio Martij acciderat. Potentiosus autem fuit triduo post plenilunium, defectionem solis euenisse, quam si in ipso plenilunio, in quo naturaliter fit eclipsis lunæ contigisset. Hæc Onuphrius. Verum, in istam opinionem, vniuersè dici potest, eam non esse admodum probabilem: **C** id quod liquidò iudicabitur ex confirmatione eius sententiæ, quam proximè subiiciemus. Illud quoque asseuerant periti Astronomicæ computationis, in trigésimo quarto anno ætatis Christi, Pascha incidisse in vigésimam tertiam Martij, & in diem Mercurij: cum tamen certum sit Christum die Veneris obiisse.

S E D in opinione Onuphrij, multa propriè sunt discutienda. Principiò, Christum, inquit, decimonono Tiberij anno esse mortuum. Atqui contrà censent plerique sumæ auctoritatis viri. Eusebius in chroniciis; Epiphanius in libro de ponderibus & mensuris: Beda in libro de sex ætatibus mundi, & in libro de ratione temporum, capite septimo & quadragesimo septimo: idemque colligitur ex iis, quæ tradit Hieronymus in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, vbi agit de B. Paulo: ait enim Paulum vincitum Romam primum venisse anno secundo Neronis, & à passione Domini vigésimo quinto: esse autem occisam, anno decimo quarto Neronis, & à passione Christi, trigésimo septimo. Quæ ratio temporū non aliter constar, quam si

Refellitur Onuphrius, asserens Christum mortuum decimonono Tiberij Cæsaris, & octauo anno Procuratoris Pilati.

ponamus Christum esse mortuum decimo octavo anno Tiberij. Etenim reliqui erunt imperij eius quinque anni: tum Caligulae quatuor: postea Claudij quatuordecim, & totidem Neronis, qui efficiunt illos triginta septem annos; à passione Christi vsque ad martyrium Pauli, descriptos à D. Hieronymo. Sed in huiusmodi computatione, oportet prædictorum imperatorum annos accipere, tam plenos, quam inchoatos. Deinde putat Onuphrius, annum mortis christi fuisse octauum procuracionis Pilati: quod ex Iosepho refellitur. Apud illum enim legimus libro decimo octauo Antiquitatum, decem annos iudææ Pilatum præfuisse, & ultimo anno principatus Tiberij, Iudæa decessisse: cum enim ad urbem rediret, in ipso itinere, mortis Tiberij nuntium acceperit. Si igitur octauo anno Pilati, christus esset mortuus, necesse fuisset, eum mortuum esse vigesimo primo anno Tiberij. Ad hæc, quis inducat in animum credere, quod tradit Onuphrius, christum non esse mortuum in ipso plenilunio, sed triduo post: cum id manifestè sit contra communem doctorum sensum: præsertim verò contra sententiam Dionysij Areopagitæ, qui fuit testis ocularis, & spectator tanti miraculi? quippè in epistola, quam scripsit ad Polycarpum: in altera, quam misit ad Apollophanem philosophum, narrans illam solis eclipsim, quam ipse simul cum Apollophane, cum in Ægypto essent, magna cum admiratione vidit, eam in plenilunio ipso contigisse, eoque maximo ipsis fuisse miraculo, contestatur. Nec verum est, quod ait Onuphrius, mirabiliorem fuisse illam eclipsim triduo post plenilunium, quam si in ipso plenilunio accidisset. Nam cum eclipsis solis naturaliter non fiat, nisi quando luna coniuncta soli, eiusque subiens orbeæ, aspectum ipsius terris adimit; hinc prof. etò appareat quando luna à coniunctione cum sole remotior est, tanto longius abesse ab efficienda eclipsi solis. Constat verò, nunquam à sole magis esse disiunctam lunam, quam cum est in plenilunio: nunquam igitur minus quam tunc, naturaliter valet ad efficiendam solis eclipsim: quare si tunc fiat, mirabilior sanè est, quam si alio vllò tempore fieret.

Ioseph. lib. 18.
antiq. cap. 5.

Probat Christum mortuum esse in ipso plenilunio, contra Onuphrium.

A QUINTA sententia est Christum esse mortuum expleto trigesimo secundo anno, & præterea paulò plus tribus mensibus: itaque mortuum esse trigesimo tertio anno non expleto, sed inchoato. Hanc ego sententiam, quia cæteris omnibus antepono, quatuor rationibus confirmabo. Prima ratio ducitur ex historia & chronologia Romana. Etenim, suprà, quæstione quinta constitutum à nobis est, Christum esse natum anno quadragesimo secundo imperij Augusti: & paulò antè, in confutatione quartæ opinionis docuimus, Christum esse mortuum, secundum communem doctorum sententiam, in decimo octavo anno Tiberij Cæsaris. Sed ab anno quadragesimo secundo Augusti, vsque ad decimum octavum Tiberij triginta tres anni non pleni numerantur: tot igitur, nec plus, nec minus Christum vixisse putandum est. Aduersus hanc rationem duo possent obiici: nam dicet aliquis incertum esse, quot annis regnauerit Augustus: ex quo incertum esse videtur, quantum temporis inter quadragesimum secundum annum Augusti, & decimum octavum Tiberij intercesserit. Siquidem Tacitus in dialogo de claris oratoribus, ait, regnasse Augustum quinquaginta octo annos: Iosephus libro decimo octavo Antiquitatum, quinquaginta septem, & eo amplius sex menses: Isidorus & Beda, quinquaginta sex annis, & præterea sex mensibus. Sed hæc obiectio facillè diluitur: nam suprà, quæstione quinta docuimus imperium Augusti, intra quinquaginta sex annos contineri. Deinde posset obiici, fortasse non statim post mortem Augusti: sed longo post intervallo, Tiberium sumpsisse imperium. Verùm, hoc nullam vim habet: in aperto enim est apud omnes, proximè post Augusti excessum, Tiberium iniisse principatum. Si quis præterea, nobis facessere negotium pergat, dicens, in obscuro esse, cum dicitur, Christus natus quadragesimo secundo anno Augusti, & mortuus decimo octavo Tiberij, an id sit intelligendum de vtrisque annis, vel expletis, vel tantum inchoatis: an vnus expletis, alteris autem inchoatis: non enim parui refert, quomodo anni accipiantur. Nam si quadragesimus secundus annus Augusti, intelligatur ià expletus,

Quinta opinio, cæteris probabilior, est Christi a nos triginta duos, & menses aliquot vixisse, quæ quatuor rationibus probatur. Prima ratio,

Ioseph. lib. 18. anuq. cap. 3.

& decimus octauus Tiberij tantum inchoatus, efficietur, Christum non nisi triginta duos annos, ac ne hos quidem plenos, vixisse. Sin autem quadragesimus secundus Augusti accipiatur tantum inchoatus: annus verò Tiberij decimus octauus, iam expletus, consequens erit Christum vsque ad trigessimum quartum ætatis annum peruenisse. Verumtamen hoc facile repellitur. Est enim præter consuetudinem scriptorum, præterque rationem, alio modo accipere quadragesimum secundum annum Augusti: & alio, longèque diuerso, decimum octauum Tiberij: siquidem ratio ipsa, & vsus chronologorum docet, vtrumque eodem modo esse intelligendum. Vtouis autem modo accipiatur, concluditur, quod volumus; Christum non excessisse trigessimum tertium ætatis annu. Quamquam ferè scriptores tam sacri, quam profani, cum aiunt euenisse aliquid, hoc vel illo anno alicuius principis, intelligi volunt non expletum, sed inchoatum modò, & vt vulgò loquimur, currentem annum.

2. ratio. An
Christus mortuus sit, quarto anno ducentiesimæ secundæ Olympiadis.

SECUNDA ratio petita est ex Græca chronologia, quæ in computatione Olympiadum versatur. Suprà, quæstione quinta probauimus, Christum esse natum anno quarto Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ. Nunc affirmamus, Christum esse mortuum anno quarto ducentiesimæ secundæ Olympiadis: hoc autem spatium temporis non potest continere plus triginta tres annos inchoatos. Incidisse autem mortem Domini nostri, in quartum annum ducentiesimæ secundæ Olympiadis, satis magno argumento esse debet; ab antiquis, probatissimisque chronologis, mirabilem illam solis eclipsim, quæ moriente Domino accidit, in quarto anno ducentiesimæ secundæ Olympiadis esse annotatam. Ponam hic verba eorum, prout commemorantur ab Eusebio in chronicis. Cum enim signasset Eusebius mortem Christi in anno decimo octauo Tiberij, hæc scribit. *Ad passionem Anitæ Dominæ, anno Tiberij decimo octauo: quo tempore, & in alijs Ethnicorum commentarijs. hæc ad verbum scripta reperimus: solis facta defectio, & tenebræ super vniuersam terram, Bithynia terre motu concussa, & in vrbe Nicena edes plurimæ corruerunt. Quæ omnia iis congruunt, quæ in passionis Saluatoris*

Testimonium
Ethnicorū de
tēpore mor-
tis Christi.

A toris
gius
Qua
excel
dio
vers
Bith
supr
mat
B ben
T
ex d
Ver
qua
tam
Pri
qui
geli
quæ
C aut
iub
mo
Ch
ind
sex
fia
uer
ma
cap
D qu
far
ne
dic
ris
ter
in
tia
po
co
tr
bu

A toris nostri acciderunt. Scripsit verò super his & Pblegò, egregius Olympiadù supputator, in decimoquarto libro ita decens. Quarto anno ducentesima secundæ Olympiadis, magna, & excellens, & super omnes, quæ ante ipsam acciderant, defectio solis facta est: dies hora sexta, in tenebrosam noctem ita versus est, ut stella cælo visæ sint, terræque motus multas in Bithynia Nicæna urbis ades subuerterit. Sic Eusebius. Hæc supradictus vir scripta reliquit: quæ sanè ad confirmationem nostræ sententiæ plurimum valere debent.

B **TERTIAE** rationi fides & robur adiungitur, tum ex doctrina Evangelica, tum ex ratione Astronomica. Verùm ad hanc construendam argumentationem, tria quasi fundamenta supponere oportet: sed eiusmodi tamen, ut ab omnibus firmissima censei debeant. Primò sumimus, Christum esse mortuum decima quinta luna primi mensis: quod patet legenti Evangelium. Liquet enim Christum esse passum postridiè, quàm comederat Pascha cum discipulis: comederat autem decimaquarta luna ad vesperam, scilicet uti iubebat lex Moïsi. Et Dionysius Arcopagita, quem admodum supra docuimus, Eclipsim solis in excessu Christi factam, in plenilunio accidisse confirmat. Deinde, illud quoque sumimus, Christum esse passum sexta feria, seu die Veneris. Tali enim die sit in Ecclesia, vsque ab exordio ipsius per singulos annos anniversaria mortis Christi commemoratio. Et hoc item manifestum facit historia Evangelica. Nam Marcus capite decimoquinto, diem mortis Christi fuisse inquit parasceuen ante sabbathum. Quin ob eam causam sollicitos fuisse Iudæos de Christi corpore deponendo de cruce, eo ipso die Veneris: quia imminabat dies sabbathi, incipiens post occasum solis diei Veneris, narrat Ioannes decimonono, & Lucas vigesimo tertio cap. Adice quòd si non obiisset Dominus noster in die Veneris: vel non die Dominico. vel non die tertia, quàm mortuus fuerat, resurrexisset. Tertio loco ponimus, numerum annorum mille quingentorum octoginta sex, qui ab ortu Christi ad hodiernum diem transacti sunt, ratum & firmum apud omnes esse debere: vtpotè quem ex antiquissima Ecclesiæ traditio-

Christus mortuus decima quinta luna primi mensis.

Christus mortuus feria sexta collèditur.

ne, ab eius ortu, continuata temporum serie, ad nos ^A usque fideliter perducta, & ex consensu populi Christiani, omniumque scriptorum, exploratum atque compertum habeamus. His positus, tertia ratio ita conficitur. Si Christus mortuus est feria sexta, & luna decima quinta primi mensis, ut positum est, ergo non est mortuus alio ætatis suæ anno, quam trigésimo tertio. Ex illo concludi hoc, ita probatur. Non est disputandum nunc, Christum non esse mortuum, vel ante trigésimum primum annum, vel ultra trigésimum quintum: id enim extra controuersiam, & in ^B confesso est apud omnes, præter vnum Irenæum, cuius tamen opinio iam pridem explosa est ab omnibus, & paulò superiùs à nobis etiam manifestis argumentis profligata. Tota igitur hæc de anno mortis Christi quæstio vertitur circa quatuor annos, trigésimum primum, trigésimum secundum, trigésimum tertium, & trigésimum quartum. In horum autem nullo evenit, ut decima quinta luna, simul etiam esset feria sexta, nisi in anno trigésimo tertio. Quo licet intelligere ^C in eo ipso anno Christum esse mortuum. Nam in anno trigésimo primo, luna decima quinta primi mensis, incidit in diem vigésimum septimum Martij, & in diem Martis. In anno trigésimo secundo, eadem luna incidit in decimum quintum Aprilis, & in diem Martis. In anno trigésimo quarto, incidit in vigésimum tertium Martij, & in diem Mercurij. In anno autem trigésimo quinto, incidit in vndecimum diem Aprilis, & in diem Lunæ. At verò in anno trigésimo tertio, quo nos censemus Christum esse mortuum, luna decima quinta primi mensis simul concurret cum die Veneris, & cum die tertio Aprilis, ut cum is annus habeat quæcumque legimus convenisse in tempus mortis Christi, in eo anno ipsum esse passum, nullo modo sit dubitandum. Non ne præterit, etiam trigésimo septimo, trigésimo octavo, & quadragesimo septimo anno post ortum Christi, lunam decimam quintam primi mensis concurrisse cum die Veneris: sed quia constat apud omnes, excepto Irenæo, Christum non atrigisse annum trigésimum septimum: propterea id nullam contra nos vim habere potest

In nullo alio anno, præter quâ trigésimo tertio Christi, luna decima quinta in diē Veneris incidit,

^A pote
lan
ex t
est.
fert
tera
libe
eun
C
^B tim
suu
Ioan
ficu
exp
ria
mo
sti,
præ
por
C Om
pris
dist
pro
qui
deci
cidi
in t
cun
mun
D nife
sue
adu
qua
men
tra
mul
con
P
sti B
cha
cap

A potest. Ratio autem cognoscendi decimam quintam lunam primi mensis, in quolibet superiorum annorum ex tabulis regis Alphonfi, aliisque similibus petenda est. Rationem verò inuestigandi & inueniendi sextam feriam in quouis superiorum annorum, docet nos littera Dominicalis: quippè eius consideratione, in quolibet anno, siue præterito, siue futuro, facile est quamcunque velis feriam inuenire.

B Quartam rationem, historia Euangelica, præsertim verò Ioannis: qui post alios tres Euangelistas suum edidit Euangelium, firmissimam nobis suppeditat. Ioannes enim, quia post alios scripsit Euangelium, sicut multa omisit ab aliis tribus prodita: ita quædam expressit ab aliis prætermissa: & inter alia, duo: historiam enim perscripsit rerum gestarum à Christo, primo anno suæ prædicationis, hoc est, à Baptismo Christi, quoad Ioannes Baptista inclusus est in carcerem, præterea historiam suam digestis distinctisque temporibus ad certam chronologiæ rationem redegit.

C Omne namque tempus prædicationis Christi à Baptismo vsque ad eius mortem, per quatuor Paschata distinxit. Primum Pascha, & post Baptismum Christi proximum, posuit in capite secundo: alterum in cap. quinto: tertium in cap. sexto: quartum in c. vñdecimo, decimo tertio, & decimo octauo. Primum Pascha incidit in trigésimum annum Christi: alterum Pascha, in trigésimum primum: tertium in trigésimum secundum: quartum, in quo ipse mortuus est, in trigésimum tertium ætatis suæ annum. Ex his necessariò, manifestèque concluditur, Christum, cum in anno ætatis suæ trigésimo tertio versaretur, esse mortuum. At enim, aduersus hanc rationem, nonnulla possunt obici, quæ, quia magnas habent difficultates, magnique sunt momenti ad explicationem eius quæstionis, quam nunc tractamus, propterea nobis visa sunt non esse vel dissimulanda, vel molli, vt aiunt, brachio prætereunda: sed cum diligentia, curaque tractanda.

Primo igitur opponitur nobis, Ioannem, post Christi Baptismum, aperte, expressèque non nisi tria Paschata commemorasse: vnũ capite secundo, alterum capite sexto, tertium capite vñdecimo, decimo tertio,

Quarta ratio,
ex Euangelio
D. Ioannis petita.

Euangelium
D. Ioan. reli-
quis distin-
ctius.

Tractatur locus
Ioannis,
capituli quinti,
an quem Ioan-
nes ibi vocat
diem festum,
is fuerit Pas-
chna.

2. opinio Chry-
sostomi, Cy-
rilli & aliorum.

Diem festum,
cuius D. Ioan-
nes meminit,
fuisse Paschna
ostenditur.

Messis in Iu-
dæa, quo tem-
pore fieret,

& decimo octavo. Nam quod nos diximus commemo-
rari ab eo capite quinto, id Ioannes non appel-
lat Paschna, sed tantummodo diem festum: sic enim
scribitur: *Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hieroso-
lymam.* Nomine autem dici festi, multi, & in primis
graves & clari scriptores, non Paschna, sed vel festum
Pentecostes, vel festum Sortium, siue aliquod aliud
de festis hyemalibus Iudæorum, intelligi debere cen-
suerunt. Equidem non ignoro, quoniam fuerit dies
ille festus à Ioanne positus in capite quinto, tres esse
scriptorum opiniones, quas hoc loco breuiter pone-
re, ac perpendere, non erit alienum. Prima opinio est
Chrysostomi, Cyrilli, Euthymij, Theophylacti, diui
Thomæ, & Nicolai de Lyra, qui explanantes illum
locum Ioannis, tradunt, diem illum festum fuisse Pen-
tecostes, tertio mense, & quinquagesimo die post Pa-
schna celebrari solitum. Nam cum Ioannes cap. 2. po-
suerit festum Paschnatis, nec deinde usque ad caput
quintum, alium diem festum memorauerit, satis mani-
festo indicio est, diem festum, quem nominauit
capite quinto, fuisse proximum post Paschna. Nec sa-
ne ullus erat apud Iudæos, dies festus, lege diuina præ-
scriptus, proximè post Paschna, nisi festus dies Pente-
costes. Verùm hanc opinionem videtur contextus
ipse Euangelicæ historiæ D. Ioannis refellere: etenim
post Paschna memoratum à Ioanne in capite secun-
do, aliquandiu Iesus commoratus est Hierosolymis,
postea non vrbe tantum, sed etiam Iudæa discessit: &
aliquandò post iterum rediit in Iudæam, ibique non
paruo tempore, vt ex tertio capite Ioannis intelligen-
tur versatus est. Post hæc declinans inuidiam, & odium
insectantium se Phariseorum, reliqua Iudæa ve-
nit in Samariam. Prædicta autem omnia intra quin-
quaginta dies inter Paschna & Pentecostes interla-
ptos, esse acta, non est verisimile. Quo tempore au-
tem erat in Samaria, quatuor mensibus abfuisse fe-
stum Paschnatis, perspicue intelligitur ex illis Chri-
sti verbis: *quæ sunt in quarto capite Ioannis, Non-
ne vos dicitis, quia adhuc quatuor menses sunt & messis venit?*
Tempus autem messis in Palestina, fuisse circa festum
Paschnatis, manifestum sit ex vigesimo tertio capite
Leuit

A Leuit
& q
tur,
tem
men
med
pole
pice
mar
stus
min
rosol
dies
Pasch
dum
rò,
esse
nes
alter
sequ
Cstum
pio
quen
verò
terie
stos
celeb
pitis
tio
D ageb
stes,
Caic
Cann
quin
diem
festu
num
vnus
nis
simu
appe

A Leuitici: sed manifestius est legenti tertium, quartum, & quintum caput libri Iosue. illis enim locis narratur, quo tempore Iordanem Iudæi transierunt, fuisse tempus messis: transierunt autem, decimo die primi mensis, & decimo quarto die celebrantes Pascha comederunt fruges illius anni, nempe azymos panes, & polentam. Patet igitur à festo Paschatis in secundo capite nominati, vsque ad Christi aduentum in Samariam, præterisse circiter menses octo: sed Christus venit in Samariam ante diem illum festum nominatum in quinto capite, & priusquam venit in Hierosolymam, ubi sanauit paralyticum: ergò non potuit dies ille festus minimum octo mensibus posterior Paschate, esse Pentecostes: quippe qui quinquaginta dumtaxat diebus à Paschate distabat. Rationem porro, qua illi auctores vsi sunt, manifestum est parum esse firmam. Non enim omnes dies festi, quos Ioannes in sua historia ita narrat, vt vnum proximè post alterum commemoret, fuerunt inter se proximè consequentes. In initio namque sexti capitis nominat festum Paschatis, cum tamen proximè antè, in principio quinti capitis posuisset diem festum Iudæorum, quem isti Pentecostes interpretantur. Perspicuum verò est inter Pentecosten, & subsequens Pascha interiectos fuisse apud Iudæos complures alios dies festos, videlicet, qui in mense septimo, nono, & vltimo celebrantur. Quin cum Ioannes in exordio sexti capitis nominasset festum Paschatis: proximè post, initio septimi capitis ponit festum Scenopegie, quod **D** agebatur mense septimo, intermisso festo Pentecostes, & aliis quibusdam intermediis. Altera opinio est Caietani super quinto capite Ioannis, & Melchioris Cani in libro vndecimo de locis Theologicis, capite quinto, in solutione sexti argumenti, affirmantium, diem illum à Ioanne dictum simpliciter, ac præcisè festum nec fuisse Paschatis, nec Pentecostes: sed vnum aliquem de festis hyemalibus: erant autem tres: vnus, Encœniorum, id est renouationis, & purgationis templi, factæ à Iuda Machabæo, incidens in vigesimum quintum diem noni mensis Iudaici, qui *Castem* appellabatur: vide quartum caput prioris libri Machab

a. opinio Caietani, de illo die festo.

Iudæorum festi hyemalia.

chabæorum : alter dies festus erat ædificationis , seu A
 instaurationis secundi templi , principe Zorobabele,
 & pontifice Iechi : is verò agebatur tertio die ultimi
 mensis , quem Hebræi vocant *Adar* , sicut legitur apud
 Esdras , capite sexto : tertius erat Sortium , à Mardo-
 chæo , & Esther institutus , & decimo quarto , ac deci-
 mo quinto die eiusdem mensis agi solitus : lege no-
 num caput libri Esther . Putant igitur Caietanus , &
 Canus , diem illum festum dictum à Ioanne , fuisse fe-
 stum , vel ædificationis secundi templi , vel Sortium , B
 alio nomine dictum festum Mardochei . Sed hanc
 opinionem non aliis argumentis infirmare attinet,
 quàm quibus confirmabimus tertiam sententiam :
 huius enim confirmatio , manifesta est illius con-
 futatio :

3. Opinio Ire-
 næi , Eusebij,
 Hieronymi, &
 aliorum simi-
 lior vero.

E S T itaque tertia sententia prioribus longè pro-
 babilior , nomine illius festi simpliciter dicti , non
 alium , quàm diem festum Paschatis , debere intelligi .
 Atque hoc quidem clarè docet ipse contextus historie
 Ioannis : sic enim , quæ narrantur ab eo in capite quinto C
 eohærent , & consequentiæ sunt his , quæ narrauerat ca-
 pite quarto , ut manifestè arguant veram esse hanc no-
 stram interpretationem . Illic enim aperte significatum
 est , ab eò tempore , quo Christus venit Samariam , tem-
 pus messis , & Paschatis , quatuor mensibus abfuisse : quo
 temporis spacio cominodè à Christo fieri potuerunt in
 Galilæa , quæcumque tunc ab eo facta illic esse , alij
 Euangelistæ prodiderunt . Deinde nõ est verisimile , ap-
 pellationem festi simpliciter dicti , tributâ esse à Ioan-
 ne festo Sortium , vel instaurationis templi : siquidem D
 eiusmodi dies apud Iudæos , erant minùs illustres , & ce-
 lebres festo Paschatis , & Pêrecostes , & Tabernaculorũ :
 nec erant divina lege , sed humana auctoritate cõstituti .
 Cùm autem festus dies Paschatis esset primus anni ,
 longèq; celeberrimus , ritè appellatus est per antonom-
 asiam , dies festus simpliciter , & præcisè . Verumtamen ,
 illud mihi maximè persuadet , probatque hanc sen-
 tentiam , quòd non semel in Evangelica historia , dies
 festus Paschatis , etiam nomine festi , præcisè , & sim-
 pliciter

Dies festus, di-
 citur Pascha-
 tis dies simpli-
 citer

A plicite
 gesim
 ro , &
 pare
 qui ap
 tes à f
 Script
 me cõ
 to attr
 B senten
 capite
 bro o
 Hiero
 nielis
 Ioann
 princi
 si que
 que fe
 Pasch
 quens
 C sus in
 hoc le
 que te
 diis, p
 Christ
 vocat
 tempo
 sti cir
 in cap
 D ca fest
 sium,
 tertiu
 nes p
 psera
 rant ,
 ad de
 Lucas
 Christ
 frican
 tis , &

Aplíciter dicti, appellatur; velut apud Lucam capite vigesimo secundo, apud Matthæum capite vigesimo sexto, & apud Ioannem decimo tertio. Ex quo satis apparet, eos recedere à consuetudine diuinæ Scripturæ, qui appellationem festi simpliciter dicti, remouentes à festo Paschatis, cui maximè conuenit, & sæpè à Scriptura tribuitur: ad alios dies festos, quibus minime cõgruit, nec vspiam in veteri, aut nouo Testamento attribuitur, accommodare conantur. Atque huius

Bsententiæ auctores habemus, Irenæum libro secundo, capite trigesimo nono, Eusebium in chronicis, & in libro octauo, de demonstratione Euangelica, diuum Hieronymum, & Theodoretum super capite nono Danielis, & Rupertum super capite quinto Euangelij diui Ioannis. Sed enim fortasse aliquis obiiciet, Ioannem in principio sexti capitis, nominasse festum Paschatis: quare, si quem initio 5. cap. nominauit diem festum, eum quoque festum Paschatis, intelligi oporteret, ab vno festo Paschatis, transisset Ioannes ad alterum proxime subsequens, omnibus vnus integri anni actis Christi prorsus intermissis: quod sanè videtur absurdum. Verum hoc leuius est, quam, vt lectorè mouere debeat. Namque solenne est Euangelistis, extrema, omisis intermediis, proxime inuicem cõnectere. Matthæus, descripto Christi Baptismo, & ieiunio, proxime subiecit vltimam vocationem Apostolorum, quam tamen multo post tempore constat esse factam. Ioannes, cum, 6. cap. Christi circa festum Paschatis acta, dictaq; narrasset, statim in capite septimo transiit ad ea, quæ contigerunt circa festum Scenopegia, historiam Christi septem mensium, silentio inuoluens. Ergò, quæ inter secundum, & tertium Pascha facta, dictaque à Christo fuerant, Ioannes prætermisit, quòd ea tres alij, qui ante ipsum scripserant Euangelium, diligenter, & copiose tradiderant, videlicet, Matthæus à capite duodecimo vsque ad decimum quartum: Marcus à secundo ad sextum: Lucas à sexto ad nonum. Nam, quòd illi narrant de Christi discipulis vellentibus spicas, & grana conficantibus, non longè post secundum festum Paschatis, & post ea, quæ Ioannes capite quinto, à Christo facta,

Cur D. Ioanes
 ab vno Pascha
 te ad aliud trã
 sierit.

facta, & dicta commemorat accidisse putandum A est.

DEINDE, contra id, quod suprà dictum est de An inter Christi Baptismū, & mortē quin que Paschata transierint. quatuor festis Paschatis, descriptis à Ioanne post Baptismum Christi, vnde nos concludi arbitramur, Christum trigessimum tertium annum nequaquam excessisse, illud præterea obiici posset, Ioannem omis- sisse vnum Pascha transactum inter Christi Baptis- mum, & nuptias factas in Chana Galiliæ, in quibus Christus, aqua in vinum mutata, primum omnium signorum fecisse dicitur, post quas nuptias fuit Pas- cha, quod à Ioanne primum memoratur. Enimvero, communi opinione receptum est, quinetiam ipsius Ecclesiæ sensu, & auctoritate comprobatum, mi- raculum illud patratum in nuptiis, eodem quidem die, sed vno tamen anno postquam fuerat Christus baptizatus, fuisse factum. Ex quo efficitur, Christum post Baptismum suum, quinquies festum Pascha ce- lebrasse. Nam, quod apud Ioannem est primum Pas- cha, post nuptias in Chana Galiliæ peractum, id re- vera secundum est: cum enim inter Baptismum, & illas nuptias, vnus integer annus interfluxerit, neces- se est in eo anno fuisse aliud Pascha prius eo, quod Ioannes primo loco memorauit. Hæc obiectio impli- catam habet quæstionem, non parùm nobilem, ac ce- lebrem, nec parùm etiam inter doctores controuer- sam. Quæstio enim est, an quo die Christus baptiza- tus est, eodem ipso die, sed vno anno post, miracu- lum illud fecerit in nuptiis, vt sicut Baptismus eius fuit sexto Ianuarij incun- tis anni trigesimi: sic illud miraculum acciderit eodem sexto die Ianuarij, in anno trigesimo primo, per tredecim dies inchoato. In hac controuer- sia quid alij prodiderint, & quid mihi propensus ad similitudinem veritatis esse videatur, paucis exponendum est. Epiphanius in hæresi quinquagesima prima censet, miraculum illud factum esse à Christo in nuptiis, eo die, quo fuerat natus, hoc est, die sexto Ianuarij, cum iam expleuisset trigessimum annum, & eo die trigessimum primum ordiretur. Hinc colligit, miraculum illud, sexaginta diebus

An miraculū
aquæ in vinū
mutatæ, vno
anno post
Christi baptis-
mum exa^{to},
contigerit.

diebus
dieru
nius
stus
in b
& vn
sexu
xii te
iplo
Eccc
B die q
agnu
Christ
quinc
que,
Bapti
in Ch
opina
toru
tionu
C se na
vigef
stian
confi
quan
mem
tiqua
prou
dom
D eram
sed su
loci
libro
festo
mon
tionu
piam
Christ
solit
deci

A diebus post Baptismum Christi esse factum. Quorum
 dierum rationem, hunc in modum subducit Epiphanius:
 post Baptismum, inquit, quadraginta dies Christus
 ieiunavit in deserto: exinde rediit Nazareth, & in
 ibi mansit quindecim dies, postea rediit ad Ioanem,
 & vno die, qui fuit à Baptismo quinquagesimus
 sextus, Ioannes de ipso tunc absente præclarum dixit
 testimonium: die autem quinquagesimo septimo, ipso
 Iesu præsentem, testificatus de illo palàm est illud,
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: iterumque
 die quinquagesimo octavo, dicente Ioanne, *Ecce agnus
 Dei*, Andreas, & quidam alius, sequuti sunt Christum:
 ad hæc egressus è Galilæa Christus die quinquagesimo
 nono, vocavit ad se Philippum: denique, die proximè
 sequenti, qui fuit sexagesimus à Baptismo, & sextus
 dies Ianuarij, factæ sunt nuptiæ in Chana Galilææ.
 Sic Epiphanius. Sed in hac eius opinione, quædam
 sunt contraria communi Doctorum sententiæ, & antiquæ
 ipsius Ecclesiæ traditioni, veluti est illud, Christum
 sexto die Ianuarij esse natum: cum ab antiquis vsque
 temporibus, Christum vigesimo quinto Decembris die
 natum in populo christiano pro certo teneatur. Quamquàm
 videatur in eo, consuetudinem Ægyptiorum sequutus
 Epiphanius: quam in primo capite decimæ collationis,
 his verbis memorat Cassianus. *Infrà Ægypti regionem, mos
 iste antiqua traditione servatur, ut peracto Epiphaniorum
 die, quem provincie illius Sacerdotes, vel Domini baptismi,
 sed secundum carnem natiuitatis esse definiunt, & idcirco
 utriusque sacramenti solennitatem, non bisarie, ut in
 occidentis provincijs, sed sub vna diei huius festiuitate
 concelebrant.* Atque huius loci, & sententiæ
 Cassiani, meminit etiam Isidorus libro primo de
 officiis Ecclesiasticis, cum agit de festo Epiphaniæ.
 Nonnulla sunt præterea in opinione Epiphanij,
 planè incerta, nec vlla firma ratione, vel probabili
 coniectura, aut grauis cuiuspiam viri auctoritate
 subnixæ. Huiusmodi est illud, Christum, statim
 post quadraginta dies exactos in solitudine,
 venisse Nazareth, mansisseque ibi quindecim
 dies, & postea rediisse ad Ioannem. Hoc enim

Opinio Epiphaniij.

Matth. 4.

Ioan. 1.

Christum sexto die Ianuarij natum in terris, qui sine opinati.

Ægyptij festum diem Christi ortus, in die sexto Ianuarij agebant.

enim incompertum est: nec fortasse compertum esse A
potest: sicut nec præfinitò sciri quanto tempore post
Baptismum Christi, Ioannes illa præclara de ipso te-
stimonia dixerit: quantumque temporis inter singu-
la eius testimonia interfuxerit.

2. Opinio.
Christum quo
die baptizati,
eo aquam in
vinum mutaf-
se.

ALTERA opinio, est ferè nunc recepta & peruulgata:
Christum, quo die baptizatus est, eodem die, vno an-
no post, fecisse miraculum aquæ in vinum commu-
tata. Hanc sententiam veteri traditione videntur confir-
masse beatus Maximus, sanctus Augustinus, Euse- B
bius Emisenus in suis homiliis de festo Epiphaniæ,
& Isidorus in libro de officiis, cum agit de Epiphania.
Quinetiam, quod maximum est huius sententiæ fir-
mamentum, adest huic opinioni Ecclesiæ auctori-
tas & testimonium, quæ id videtur apertè com-
probare, publicè in templis canens in quadam anti-
phona, quæ est in officio de Epiphania, *Tribus miracu-
tis ornatum diem sanctum colimus: hodie stella Magos duxit ad
presepem: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodie in
Iordane Christus à Ioanne baptizari voluit.* At enim, cum C
hæc argumenta facile possint solui, nec certam, nec
admodum probabilem eam opinionem faciunt. Pri-
mum enim auctores ad confirmationem eius addu-
cti, parum, aut potius nihil eam adiuuant. Siquidem
Maximus non affirmat tria illa mysteria, eodem die
omnia contigisse: sed vrens particula disiunctiua, *vel,*
ait, vnum aliquod horum trium eo die accidisse: sed
nesciri tamen quòdnam illorum trium eo die potis-
simum euenerit. Verba Maximi sic habent: *In hac, dile-*

Maximus ho-
mil. 1. de Epi-
phania.

*Elissimi, celebritate, sicut relatu paterne traditionis instrui-
mur, multiplici est festiuitate letandum. Ferant enim Christum D
hodie, vel stella duce, à ventibus adoratum: vel inuitatum ad
nuptias, aquam vertisse in vinum: vel suscepto à Ioanne baptis-
mate, Iordanis fluentia consecrassè: sed quid potissimum presenti
hoc factum sit die, nouerit ipse, qui fecit. Hæc Maximus.
D. Augustinus
Cuius simile est, quod scribit D. Augustinus sermo-
ne vigesimo septimo, de tempore, qui est secundus de
Dominica infra octauas Epiphaniæ. Licet, inquit, de
solennitate huius diei, veterum sit diuersa traditio: vna tamen
sanctæ deuotionis est fides. Nam quamuis nonnulli Dominum
nostrum, stella duce à Magis æstiment adoratum: alij asse-
rant*

Arant, eum aquam in vinum mutasse: quidam verò baptizatum esse à Ioanne confirmant, in omnibus tamen Dei filius creditur, in omnibus est vera festiuitas. His consonant, quæ scribit Emissenus de festo Epiphaniæ. Hodie, inquit, per documenta certissima Deus in homine declaratus est: siue quod stella de celo ortus sui nuncium Magis præbuit: siue quod Iordanis aquas ad salutem humani generis suo Baptismate consecrauit: siue hæc eadem illius miraculi dies sit, qua primum in Chana Galilæa in nuptiali conuiuio, aquam in vinum conuertit. Isid. li. i. de of. mil. i. de Epiphani.

B Nec non & Isidorus prædictis viris concinens, scribit, festum Epiphaniæ sic esse appellatum, siue ex eo, quòd Christus eo die, stella indice, ostensus est Magis: siue quia in Baptismo Dei filius, & magister hominum declaratus sit testimonio Patris: siue quia in nuptiis, per miraculum aquæ in vinum conuersæ, manifestatus sit discipulis. Neque verò auctoritas Ecclesiæ multum fauet huic opinioni: nam cum Ecclesia canit, *Hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias*, illud, *hodie*, diceret aliquis non referri ad tempus rei gestæ, sed ad tempus commemorationis & celebrationis eius rei, quam eo die facit Ecclesia. Est enim hæc illorum verborum sententia: hodie in Ecclesia recolitur & commemoratur, Christum esse adoratum à Magis, baptizatum à Ioanne, & aquam esse ab eo in vinum mutaram. Quod ne videatur commentitium, equidem puto non aliter intelligi debere, quod Ecclesia canit in festo Paschatis, *Hodie Christus resurrexit*: & in festo Pentecostes: *Spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit*. Etenim rarò accidit, vt festum Paschatis, aut Pentecostes, eodem die celebretur ab Ecclesia: quo die Christus vel ex mortuis resurrexit, vel Spiritum sanctum misit in discipulos. Ecclesia igitur illa tria mysteria, sapienter instituit eodem die celebrari: tum quòd magnam inter se conuenientiam & similitudinem haberent, cum in eorum vnoquoque, singularis Christi excellentia variè declarata fuerit: tum etiam, quòd incertum erat, quònam die, quònam illorum trium euenisset: aliis omnia eodem die, aliis verò diuersis diebus ea contigisse opinantibus: propterea voluit ea coniunctè, atque vnus dici festiuitate celebrare. Quamuis, expeditior

Emissenus homil. i. de Epiphani.

Isid. li. i. de of. fic. eccles.

Matt. 2. & 3.

Ioan. 1.

Cur vno, eodemque die tria hæc mysteria recolantur.



Locus ex A-
 -dis Apostolo-
 -rum cap. i. tra-
 -datur hic, &
 -iustia.

Matth. 3.

tior istius argumenti solutio esse posset, Ecclesiam, A
 vt in aliis non paucis, quæ ad Ecclesiastica officia per-
 tinent, sic etiam in hoc non certam aliquam & indub-
 itatam sententiam: sed inter varias & probabiles do-
 ctorum ea de re opiniones, eam præcipuè opinionem,
 quæ tunc fortissè celebrior erat, & probabilior habe-
 batur, esse secutam. Multis præterea rationibus ea o-
 pinio refelli potest. Primum enim, iam inde à Ba-
 ptismo Ioannis, Christum habere discipulos cœpisse,
 se, perspicuè docet diuus Petrus in actis Apostolo- B
 -rum capite primo. *Oportet, inquit, ex his viris, qui nobis-
 cum sunt congregati, in omni tempore, quo intrauit & exi-
 uit inter nos Dominus Iesus, incipiens à Baptismo Ioannis vs-
 que ad diem, quo assumptus est à nobis, testem resurrectionis
 fieri nobiscum, vnum ex istis.* Sic Petrus. At liquet ex
 narratione Ioannis in capite primo & secundo, Chri-
 stum paulò ante illas nuptias, discipulos habere cœ-
 pisse: ergo nuptiæ illæ non vno anno post Baptismum
 sunt factæ. Deinde Christus in ipso Baptismo, voce
 de cælo missa, & Dei patris testimonio declaratus C
 est Dei filius, & doctor hominum, cum de ipso di-
 ctum est, *Hic est filius meus dilectus, tu quo mihi complacui,
 ipsum audite.* Non decebat autem Christum, munus
 prædicandi à Patre sibi iniunctum, per vnum annum
 non exequi: cœpit autem prædicare post illas nu-
 ptias: non est igitur credibile, nuptias esse vno inte-
 gro anno post Christi Baptismum factas. Adhæc,
 totum prædicationis Christi tempus, Patres, vt su-
 præ ostendimus, tribus annis, superque, aliquot men-
 sibus desinierunt: Christus verò prædicare orsus est D
 post nuptias, quæ si vno anno post Baptismum factæ
 sunt, non nisi duo anni assignari possunt prædicatio-
 ni Christi: aut si tres anni assignentur, necesse est
 Christi ætatem vsque ad trigessimum quartum an-
 num producere: quod tamen illius opinionis de-
 fensores, planè inficiantur. Patet igitur ex his, quæ
 dicta sunt, solutio eius, quod supra obieciatur: ne-
 gandum enim est, post Baptismum Christi fuisse ali-
 quod Pascha prius eo, quod in capite secundo à Io-
 anne memoratur. Nam quod pro huius rei argumen-
 to affe-

A ro afferebatur, miraculum factum in nuptiis, vno anno post Christi Baptismum contigisse, satis ostensum est, aut esse falsum, aut esse incertum & infirmum: liquet enim ex supradictis, tempus illarum nuptiarum, eo intervallo, quod fuit inter Baptismum Christi & Pascha proximè subsequens, de quo nempe Ioannes in secundo capite scripsit, contineri.

Si quis tamen peruulgatam illam, multisque probatam de nuptiis vno anno post Baptismum Christi factis opinionem, sequi ac defendere voluerit: cum hoc ego non magnoperè contendam, quin etiam facile ac libenter consentiam. Neque erit arduum, quibus ea opinio est oppugnata, rationes dissolvere. Ad primam enim ita respondeatur: quem Petrus appellauit Baptismum Ioannis, cum non fuisse Baptismum Christi à Ioanne collatum: sic enim neminem discipulorum Christi reperiemus, qui statim, ab eo tempore, quo Christus baptizatus est à Ioanne, cum ipso fuerit, Petrum namque & Andream, primos in Apostolis sectatores Christi, non obscurè Ioannes in primo capite indicat, longè post Baptismum accessisse Christo: adhæsisse autem multò post tempore, manifestum est, Petrus itaque per Baptismum Ioannis significauit totum id temporis, quo Ioannes baptizauerat, nempe, quoad in carcerem fuit inclusus: quod tempus amplius fuisse vno anno, in aperto est. Ad secundam rationem respondendum est, anno illo inter Baptismum & nuptias interlapso, Christum minimè otiosum, aut desidiosum fuisse: sed frequenter ad Ioannē, vt eius testificatione pernotesceret, & commendaretur populo: & item, vt crebris sermonibus & colloquiis, priuatim homines erudiret, sibi que fidem & auctoritatem, hominumque studia & beneuolentiam adiungeret: videlicet, ne publicus repente doctor, & concionator prodiret. Etenim, cum Andreas, & Nathanaël appellarunt eum Rabbi, hoc est magistrum, satis indicarunt, eum iam tunc docere homines, & habere discipulos cœpisse. Ad tertiam rationem hoc detur responsum: tempus prædicationis Christi definitum à patribus, ordiri oportere à Christi Baptismo,

Nuptias post Christi baptismum vno anno celebratas credibile etiā est.

Solutio ratio-
nū, quibus cō-
munis opinio
oppugnata est.

primo, eoque tempore vniuersam Christi prædicationem tam publicam, quam priuatam, comprehendere debere. Cur autem Pascha inter Baptismum & nuptias transactum, Ioannes prætermiserit, ea ratio potest reddi, quòd Ioannes tempus prædicationis Christi, per Paschata digerere & describere voluerit ex eo tempore, quo Christus & discipulos habere, & palam docere, & miracula facere cepisset: id autem post nuptias illas in Chana Galilææ celebratas fieri cepit. Sed vniuersæ huius disputationis de chronologia Ortus, Baptismi, & Mortis Christi Domini nostri hic finis esto.

Questio octaua, de tempore excidij Hierosolymitani, quod a Romanis, duce Tito, factum est.

Quo tēpore. **D**E octo quæstionibus, quas in prima parte huius libri explicandas suscepimus, vna tantum, & ea perquam breuis & facilis, reliqua est, paucis expedienda. Quæritur, quo tempore excidium Hierosolymitanum sub Tito Romanorum duce contigerit. Sed hanc quæstionem, nullius est negotij explicare: contigit namque quadraginta circiter annos post Domini nostri passionem. Siquidem, Christum Dominum anno quarto Olympiadis ducentissimæ secundæ mortuum esse, supra docuimus in quæstione septima. Illud autem excidium euenisse in quarto anno ducentissimæ duodecimæ Olympiadis, Eusebius in chronicis adnotauit. Idem concluditur ex annis Romanorum imperatorum. Etenim Tiberius post mortem Domini nostri, quæ in octauum & decimum principatus eius annum incidit, imperauit annos quatuor, menses vndecim, præterque dimidium mensem: cepit enim imperare decimonono die Augusti, & obiit decimo sexto die Martij, regnauitque annos viginti duos, menses sex, & dies viginti nouem. Post eum, Caligula orsus imperare decimo sexto Martij, interfectus est vigesimo quarto die Ianuarij, & imperauit annos tres, menses decem, & dies octo. Hinc successit Claudius vigesimo quarto Ianuarij, imperauitque annos tredecim, menses octo, dies viginti

Tiberius, quoque annos imperauit.

Caligula itē & Claudius.

A viginti: obiit enim tertio idus Octobris. Hinc sum-
 pit initium Neronis imperium, quem constat reg-
 nasse quatuordecim annos, non tamen plenos. Ne-
 ronem excepere tres, qui breui, & hoc ordine Roma-
 norum imperium tenuerunt, sicut tradit Iosephus li-
 bro quinto de bello Iudaico; capite sexto, octauo, &
 decimo tertio, Galba imperauit mensibus septem &
 totidem dies: Otho tres menses & duos dies: Vitel-
 lius menses octo, & dies quinque. Denique, hos pro-
 xime secutus est Vespasianus, cuius secundo imperij
B anno expugnata, incensa, & funditus euersa sunt Hiero-
 solyma, sicut grauis auctor in libro septimo, de bello
 Iudaico tradit Iosephus. Ex praedictis annis im-
 peratorum; summa annorum ferè quadraginta à
 passione Domini vsque ad excidium Hierosolymita-
 num, quam posuimus supra, planè consicitur.

Nero, eiusque
 successores.

Post hoc gentis Iudaicae exitium, paulò plus se-
 xaginta annos, altera clades, non minus calamitosa
 & funesta, sub Adriano Imperatore Iudaeis accidit.
C Qui cum à Romanorum imperio defecissent, ac re-
 bellassent, cruentissima strage, & incredibili caede,
 ferè omnes consumpti & deleti sunt. Narrat histo-
 riam hanc Eusebius libro quarto historiae Ecclesia-
 sticae, capite secundo & sexto, indicans eam quoque
 ab externis scriptoribus plenissime scriptam: haud du-
 bic in primis significans Dionem; cuius Epitome in
 Adriano, causam rebellionis & magnitudinem caedis
 Iudaeorum, ad hunc modum tradit. Cum Adrianus
 in urbem Hierosolymam, qua euersa fuerat, quamque A-
 liam Capitolinam appellauit, coloniam deduxisset, & quo
 loco templum Dei fuerat, eodem loco, lion edificari cura-
D uisset: magnum bellum & diuturnum moueri cepit. Iudaeis
 grauius ferentibus, quòd externa nationes in suam urbem ha-
 bitatum uenissent, quòdque in ea fieri externa sacra uideren-
 tur. Haec igitur causa, vel occasio fuit rebellionis. De
 infinita autem Iudaeorum caede, paulò infra haec
 subiungit. Ita, inquit, à Romanis fracti & oppressi
 sunt Iudaei, ut pauci admodum euaserint, & quinquag-
 inta eorum arces munitissima, vicique celeberrimi, ac nobilif-
 simi, nonnenti octoginta quinque, funditus euersi sint. Casa sunt
 in excursionibus, praelisque, hominum quingenta octoginta

De clade Iu-
 daeorum sub A-
 drianò impe-
 ratore.

Dio Casius de
 hoc excidio
 Iudaeorum quòd
 scripserit.

millia: eorum autem, qui fame, morbo, & igni interierunt, infinita fuit multitudo, ita ut omnis pene Iudaea deserta relicta fuerit, Id eis, antequam bellum gereretur, fuerat portentis quibusdam denunciatum: namque monumentum Salomonis, quod illi summa religione colunt, sua sponte diuisum corruerat: lupi praterea, & hyana multe, in vrbes eorum rugientes, atque vultantes introierant. Sic habet Epitome Dionis in Adriano. Hoc autem excidium gentis Iudæorum, Eusebius in chronicis fuisse annotauit in decimo octauo anno principatus Adriani, & extrema Olympiade ducentesima vigesima octaua, scilicet annis post excidium sub Tiro factum, sexaginta quatuor: post passionem autem Domini nostri, quatuor & centum annis.

Quo tempore
hoc excidium
euenierit.

SECUNDA PARS LIBRI VNDECIMI, ET DISPUTATIONIS DE

SEPTUAGINTA
HEBDOMADIS.

*Exponuntur, ac refelluntur aliorum opiniones
de ratione computandi septuaginta
hebdomadas.*

Transitio ad
sequentem dis-
putationem.



EXPEDITIIS octo quaestionibus, D
quarum explicatio magno nobis vsui
futura erat, ad tractationem quaestio-
nis de septuaginta hebdomadis, qua
etiam de causa, praeuertendam ei dis-
putationi esse censuimus: nihil iam
remorari nos debet, quo minus in ipsam disceptatio-
nem quamprimum ingrediamur. Ac primo loco va-
rias auctorum sententias de principio, & fine septua-
ginta hebdomadum, & de ratione putandi annos, qui
in illis continentur, cognoscere ac diiudicare oportet.
Nec tamen in animo est, omnes, omnium, qui de
haec

A hac quæstione quoquomodo disseruerunt, opinio-
 nes persequi: nimis enim id longum & molestum,
 minimèque necessarium est. Celebriores igitur, & no-
 biliorum auctorum sententias percontabimus, inci-
 piendo à vetustioribus, & vsque ad nostri temporis
 scriptores descendendo. Diuus Hieronymus in præ-
 fatione libri vndecimi commentariorum in Isaiam
 affirmat, Iosephum & Porphyrium de hac quæstione
 septuaginta hebdomadam plurima disseruisse. Idem
 in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum tradit, Iu-
 dam quendam, qui tempore Seueri imperatoris cla-
 ruit, plenissimè de septuaginta hebdomadis, quæ sunt
 apud Danielelem, scripsisse. Verùm opiniones istorum
 auctorum, quia illæ, amissis eorum scriptis, ad nostram
 notitiam minimè peruenerunt, nec probare, nec im-
 probare possumus. Beatus Augustinus in epistola octo-
 gesima, quam scripsit ad Elychium, refert, fuisse quos-
 dam, qui duplices facerent septuaginta hebdomadas:
 & priores completas esse dicerent in primo Christi
 aduentu: posteriores verò, in ultimo eius aduentu, &
 in consummatione seculi esse complendas. In hac sen-
 tentia fuisse quondam Apollinarium Laodicenum E-
 piscopum testatur hoc loco Hieronymus. Hanc opi-
 nionem non atinet argumētis refellere, quam res ipsa,
 euentusque redarguit. Siquidem à primo aduentu seu
 ortu Christi, ad hanc diem, in qua etiamnum expe-
 ctamus secundum Domini aduentum, non tantum se-
 ptuaginta hebdomadæ, sed ducentæ & viginti sex
 transierunt. De prioribus septuaginta hebdomadis, ni-
 hil certi aduersus illos dici potest, cum neque constet
 vnde eas illi ordirentur, nec liqueat, quid per primum
 Domini aduentum, in quo eas terminarunt, significare
 voluerint: num passionem, & mortem Christi, an po-
 tius ortum eius: nam si ortum intellexerunt, falsam
 esse eorum sententiam, ex his, quæ posterius dicturi
 sumus, manifestum erit. Veniamus igitur ad opiniones
 nobis notas.

PRIMA opinio. Hippolytus Martyr, referente Hi-
 eronymo super hoc nono capite Danielis, orsus est se-
 ptuaginta hebdomadas quinquaginta annis ante so-
 lutionem Babylonicæ Iudæorum captiuitatis, id

Qui de 70.
 hebdomadib.
 scripserint,
 quorum libri
 non extant.

Duplices 70.
 hebdomadas
 nonnulli fecerunt.

Hippolytus
 quid de 70.
 hebdomadib.
 scripserit.

est ab Olympiade quadragesima prima. Soluta enim A
est captiuitas Iudæorum primo anno regni Cyri, vt
dictum est suprâ lib. 10. quæstione secunda: primus
autem Cyri annus competit in Olympiadis quinquagesimæ
quintæ annum primum, sicut docuimus in prima
parte huius libri, quæstione secunda. Terminat
autem Hippolytus sexaginta nouem hebdomadas in
natiuitatem Christi: vltimam verò hebdomadam re-
fert ad consummationem mundi, eam diuidens in
prædicationem Enoch & Eliæ, & in regnum Anti-
christi. Tria sunt in hac opinione improbanda. B
Primo, sine vlla causa, & ratione, inchoat hebdomades
durante captiuitate Babylonis: Nam nos libro deci-
mo, quæstione decima sexta docuimus, exordium
septuaginta hebdomadam à vigesimo anno Artaxer-
xis Longimani, qui fuit decimus quintus, & centesi-
mus annus post solutam captiuitatem Babylonicam,
esse capiendum. Deinde ab Olympiade quadragesima
prima, vnde auspicatur hebdomades Hippolytus vs-
que ad natiuitatem Domini, quæ fuit in anno quarto C
Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ, vt suprâ,
quæstione quinta huius libri ostendimus, fluxerunt
anni sexcenti duodecim. Hippolytus autem putauit,
transiisse dumtaxat sexaginta nouem hebdomadas,
hoc est annos quadringentos octoginta tres. Præterea,
quis non videt commentitium esse vltimam hebdo-
madam tanto interuallo à cæteris separare, eamque vs-
que in tempus Antichristi reiicere?

Clemens Ale-
xandrinus vn-
de incipiat, fi-
niaturque 70.
hebdomadas.

SECUNDA opinio. Clemens Alexandrinus in
primo libro Stromatum, orditur hebdomadas à pri-
mo anno Cyri, quo donata est Iudæis libertas, & fa-
cultas instaurandi templum: finit autem eas in euerfio-
ne Hierusalem, quæ sub Tito facta est. Sed non satis
mirari possum tam insigne Clementis in chronolo-
gia erratum: namque à primo anno Cyri, qui fuit pri-
mus Olympiadis quinquagesimæ quintæ, vt dictum est
suprà, quæstione secunda, vsque ad subuersionem Hie-
rusalem sub Tito factam in Olympiade ducentesima
duodecima, quemadmodum ostensum est in prima
parte huius libri, quæstione octaua numerantur centum
quinquaginta octo Olympiades, & anni sexcenti
vigin-

A viginti octo : cùm septuaginta hebdomades, annos tantum quadringentos nonaginta complectantur.

TERTIA opinio. Iulius Africanus, vt memorat Eusebius libro octauo de demonstratione Euangelica, & hoc loco D. Hieronymus, septuaginta hebdomadas Danielis interpretatus est, non annorum solariunt, sed lunarium: idè enim dictas esse ab angelo abrethiatas: quadringenti autem, & nonaginta anni lunares, quot videlicet continentur in septuaginta hebdomadis, æquè valent, atque quadringenti, & septuaginta quinque solares. De hoc, etsi reprehenditur à multis Africanus, sed immeritò tamen reprehenditur, vt libro decimo, quæstione octaua ostensum est. Deinde orditur hebdomadas à vigesimo anno regis Longimani, nimirum, quo tempore primùm data est facultas reficiendæ vrbs Hierusalem. Rectè sanè hoc Africanus: nam non aliunde sumi debere initium hebdomadam, lib. 10. quæstione decima sexta demonstratum est. **C** eo tamen lapsus est, quod terminans hebdomadas in morte Christi, facit Christum mortuum anno decimo quinto Tiberij, quem annum comparat ipse cum anno secundo ducentesimæ secundæ Olympiadis. Hæc verò confutata sunt à nobis in prima parte huius libri, quæstione sexta, & septima.

Iulius Africanus quid de his scribat.

QUARTA opinio. Origenes libro decimo Stromatum, vt hic refert D. Hieronymus, auspicias putauit hebdomadas à primo anno Darij Medi, quo scilicet anno Daniel hanc reuelationem habuit: terminandas verò in natiuitate Christi: non animaduertens, tempus, quod inter Darium Medum, & Christi natiuitatem interiectum est, continere annos quingentos sexaginta: nam annus Darij, quo hæc visio contigit Danieli, incidit in extremam Olympiadem quinquagesimam quartam, vno videlicet anno ante initium monarchiæ Cyri, vt dictum est libro decimo, quæstione secunda: Christum autem natum esse docuimus supra, quæstione quinta, anno quarto Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ.

Origenes quid sentiat.

QUINTA opinio. Idem Origenes in tractatu 29. In Matthæum, multò aliter, & quidem multò peius,

Origenes itè quid alibi scribat.

rationem septuaginta hebdomadum explicat : primo ait, has hebdomadas non esse annorum, sed decenniorum, ut vnaquæque contineat septuaginta annos, & omnes simul annos quater mille nongentos. Hoc autem refutatum à nobis est libro decimo, quaestione octaua: nusquam enim Scriptura, aliter vocabulo hebdomadis vitur, nisi pro septenario dierum, vel annorum. Sed illud absurdus, quod septuaginta hebdomadam, vsque ab Adamo ducit exordium, cum angelus manifestis verbis declaret, eas ab instauratione urbis Hierusalem exordiri oportere, sicut probatum est à nobis lib. 10. quaestione decima sexta. Deinde, sexaginta nouem hebdomadas decenniorum, id est, annos quater mille octingentos triginta terminat Origenes in natiuitate Christi: atqui nos, quaestione quinta huius libri, secundum chronologiam Hebraicam ostendimus, ortum Christi non longius ab exordio mundi quatuor millibus annorum, additis præterea viginti tribus annis, abfuisse. At secundum supputationem annorum, quam habent septuaginta interpretes in libro Geneseos, & quam plerique veterum sequuti sunt, ab exordio mundi vsque ad ortum Domini nostri, plures quinque millibus annorum numerantur, ut neutra supputatio ad Origenis sententiam quadret. Denique, Origenes septuagesimam & vltimam hebdomadam extendit à natiuitate Christi vsque ad euersionem Hierusalem sub Tito factam: in cuius dimidio Christum putat esse passum, in fine autem subuersam esse Hierusalem. Sed nos in extrema quaestione libri decimi docuimus septuaginta hebdomadas, vsque ad excidium Hierusalem, nequaquam extendi debere.

Tertullianus in his 70 hebdomadis computandis ut sit lapsus.

SEXTA opinio. Tertullianus in libro, quem scripsit aduersus Iudæos explicando chronologiam harum hebdomadam, tam multa peccauit, ut longum, & molestum futurum sit omnia eius errata sigillatim refellere. Principio hebdomadas capisse putat à Dario Medo: quod supra in opinione Origenis refutatum est. Tum, in pertextenda chronologia regum Persarum, quatuor tantum reges percerent, ommissis aliis nouem & monarchiæ Persarum, quam fictitè constat

trigint

A triginta, & ducentos annos, ipse sex dumtaxat, & centum annos attribuit. Postea, Darius Medum, qui vno tantum anno Chaldaeis imperavit, ut ostensum est libro decimo, quaestione secunda, ipse decem, & novem annos imperium tenuisse affirmat. Deinde Darius facit ultimum Persarum regem, duos, & viginti regnasse annos, eoque devicto, postea Alexandrum Magnum duodecim annos imperium tenuisse. Sed utrumque falsum est: nam nec Darius regnavit ultra sex annos: & totidem Alexander, victo, & occiso Dario, superstes fuit. Ad hoc, scribit Christum anno decimo quinto Tiberij Caesaris esse passum, quod supra in septima quaestione huius libri confutatum est. Præterea, cetera à primo anno Darij Medi, quo anno hæc visio contigit Danieli, vsque ad natiuitatem Domini nostri, decursas esse sexaginta duas hebdomadas, & dimidiam, hoc est, annos quadringentos triginta septem: atqui supra refellendo opinionem Origenis, quingentos sexaginta annos præterisse, ostendimus.

C Ad extremum Tertullianus putat, ab ortu Christi vsque ad euersionem Hierusalem sub Tito factam exactas esse reliquas septem hebdomadas, & dimidiam, hoc est, annos quinquaginta tres: cum id temporis contineat plusquam decem hebdomadas, id est, annos septuaginta. Nam, ut supra quaestione quinta, & octaua, ostensum est, Christus in anno quarto Olympiadis centesimæ nonagesimæ quartæ natus est: excidium verò Hierosolymitanum accidit, anno quarto Olympiadis ducentesimæ duodecimæ.

D SEPTIMA opinio. Veteres Hebræi, quorum opinionem refert hoc loco diuus Hieronymus, exordiebantur hebdomadas à Dario Medo: sed earum sexaginta duas terminabant in euersione Hierusalem, quæ sub Tito facta est: reliquas octo finiebant in extremo illo excidio, & exterminatione Iudæorum, quæ sub Adriano imperatore ipsis accidit. Verùm Hebræi: qui etiam in sua chronologia sæpè hallucinantur: in aliena verò, planè cæci sunt, non viderunt, à Dario Medo, qui regnavit quinquagesima quarta Olympiade, ut patet ex quaestione secunda libri decimi, & item secunda libri undecimi, vsque ad cladem illam,

qua

Veteres Hebræi, unde hæc inchoent, & ubi finiant.

qua Iudæi sub Adriano contriti, ac penè consumpti sunt, quæ incidit, vt demonstratum est in questione octaua huius libri, in Olympiadem ducentessimam vigesimam octauam, præterisse, non septuaginta hebdomadas, vt ipsi numerant, sed proximè centum, hoc est, annos sexcentos nonaginta sex.

Eusebius quomodò 70. hebdomadas sit interpretatus li. 8. de Euang demon.

OCTAVA opinio. Eusebius in libro octauo, de demonstratiõne Euangelica, cuius sententiam etiam hoc loco Hieronymus satis diligenter, & enucleatè declarauit, tres ponit huius quæstionis de septuaginta hebdomadis interpretationes. In prima expositione, incipit hebdomadas à primo anno Cyri, quo soluta est captiuitas, dataque Iudæis potestas ædificandi templum: terminat autem sexaginta nouem hebdomadas in Hyrcani tempora, videlicet, cum captis Hierosolymis à Pompeio, confirmatus ei est pontificatus. Dicit autem Hyrcanum fuisse vltimum Christum, id est, vltimum pontificem legitime electum: nam, qui post illum fuere pontifices, ex alieno genere fuerunt: & pontificatum ad breue tempus, vel gratia, vel pretio à regibus consequuti sunt. A Cyro igitur vsque ad hoc tempus Hyrcani, numerat sexaginta nouem hebdomadas, hoc est, annos quadringentos octoginta tres. De vltima autem hebdomada, quid sentiat, posterius in secunda interpretatione aperit.

Altera eiusdè interpretatio.

IN secunda porrò interpretatione suspicatur hebdomadas à sexto anno Darij Hystalpis, quo instauratio templi absoluta est, hoc est, in primo anno sexagesimæ sextæ Olympiadis: sexaginta verò nouem hebdomadas finit in morte Hyrcani, quem facit ab Herode necatum in Olympiade centesima octogesima sexta, & anno decimo principatus Augusti: regni verò Herodis, anno primo. Itaque, quem hoc loco Gabriel nominat, Christum ducem, cum ipse non Messiam, sed Hyrcanum pontificem interpretatur: Denique, septuagesimam, & vltimam hebdomadam, à prioribus sexaginta nouem, longo interuallo disiungens, ita eam diuidit: initio eius Christum, inquit, esse baptizatum: post, triennio, & aliquot insuper mensibus, confirmasse pactum suum, videlicet, legem Euangelicam prædicando, & multis modis confirmando: ad hoc;

A hoc, in dimidio illius hebdomadæ, occisum esse Christum: denique, reliquo eiusdem hebdomadæ dimidio, Apostolos fidem Christi in Iudæa prædicasse, multisque miraculis comprobasse.

TERTIA interpretatio vna tantum re à duabus prioribus differt. Namque, cum priores sexaginta novem hebdomadas, fecisset singulas septem annorum: in hac tertiâ interpretatione, solam septuagesimam, fecit septuaginta annorum. Hos verò septuaginta annos, à Baptismo Christi, vsque ad Traiani principatum extendit: tam diu enim Apostolicam durasse prædicationem, Ioanne Apostolo, vsque ad Traiani tempora, sicut tradunt historiæ Ecclesiasticæ: partim prædicando Evangelicam doctrinam, partim eam scriptis prodendo, perdurante. Atque hæc quidē fuit tripartita Eusebij sententiâ. In qua sunt multa, quæ reprehenduntur à viris doctis: & sanè meritissimò. Principiò, malè auspicatur hebdomadas, vel à Cyro, vel à Dario Hystaspis: neuter enim potestatem fecit ædificandi urbem Hierusalē,

C unde Angelus initium hebdomadū esse petendum indicavit. Deinde, quem Angelus vocat Christū ducem, ipse Hyrcanum pontificem interpretatur: quod, quàm sit remotum à ratione, & à germana verborum Angeli sententiâ, libro decimo, quæstione decima septima, & decima octava, demonstratum est. Postea, numerat Eusebius à primo anno Cyri, vsque ad id temporis, quo pōificatus Hyrcano, auctoritate Pompeij Magni restitutus, & confirmatus est, quadringentos octoginta tres annos: sed fuere plures quingentis. Etenim,

D Cyrus inquit regnum primo anno quinquagesimæ quintæ Olympiadis: Hierosolymam verò cepit Pompeius, auctore Iosepho libro decimo, quarto Antiquitatum, & ipsomet Eusebio in chronicis, in Olympiade centesima septuagesima nona. Præterea, tēpus inter sextum annum Darij Hystaspis, & necem Hyrcani pontificis interiectum, definit ipse quadringentis octoginta tribus annis, notans necem Hyrcani in Olympiade centesima octogesima sexta: cum Iosephus libro decimo quinto Antiquitatum, aperte scribat, eam in Olympiade cxxxvij. contigisse. Fallsum
item

Tertia eiusdem expositione.

Reprehenditur Eusebius.

Hierosolyma quando à Pō: peio capta.

Iosephus libr. 14. c. 8.

De morte Hyrcani, vide Iosephum lib. 15. c. 11. quo tempore verò hæc acciderit narratur c. 7.

item est, annum cædis Hyrcani fuisse primum regni A
Herodis, cum fuerit septimus à victo Antigono, sicut
tradit Iosephus, & decimus ab eo tempore, quo à Ro-
manis creatus est rex Iudæorū, quod Olympiade cen-
tesima octogesima quarta esse factū, affirmat Iosephus
libro decimo quarto Antiquitatū. Similiter falsum est,

Herodes rex
quando crea-
tus. Ioseph. lib.
14. c. 26.

annum cædis Hyrcani fuisse decimum principatus Au-
gusti: nam si spectes ad eius triumviratum, erit duo-
decimus, vel decimus tertius: siu autem ad victoriam
Actiacam, seu initium monarchiæ, erit primus. Ad hæc, B
commentitium videtur, vltimam hebdomadam, à se-
xaginta nouem prioribus tanto interuallo seiungere.
Nam secundum primam eius interpretationem, distat
à prioribus nonaginta annis: secundum alteram expo-
sitionem, abest sexaginta. Simile autem figmento est,
prioris sexaginta nouem hebdomadas, inter se conti-
nentes, & coherentes facere: solam autem septuagesi-
mam, tam longo spatio ab aliis separare, nec huius di-
uersitatis causam vllam, vel rationem probabilem af-
ferre. Postremò, eum sexaginta nouem hebdomadam, C
singulas faciat septem annorum, & solam vltimam se-
ptuaginta annorum, satis apparet, merū esse commen-
tum, vt taceam, id esse præter morem Scripturæ, quæ
vocabulo hebdomadis, nusquam aliter, nisi ad signifi-
candum septenarium, vel dierum, vel annorum, vti so-
let. Caterum Eusebius de tribus supradictis interpreta-
tionibus, maximè videtur probasse secundam: hanc
quippè solam in chronicis commemorat.

Cyillus Hierosolymita-
nus, quid de
his scripserit.

N O N A opinio. Diuus Cyrillus Hierosolymitanus
catechesi duodecima, paucis expedit hæc quæstionem, D
sed multa miscet minimè vera. Cæptas existimat heb-
domadas tempore Darij Medi, sic falsò appellans Da-
rium Hystaspis. Ait hunc Darium cæpisse imperare
sexagesima sexta Olympiade. Sed nos supra, quæstione
tertia, exordium regni eius notauimus in quarto
anno sexagesimæ quartæ Olympiadis. His addit anno
huius regis octauo, ædificaram esse Hierusalem, con-
fundens templum cum ciuitate Hierusalem, quæ non
tempore istius Darij, sed Artaxerxis Longimani, qui
eius nepos fuit, resecta est. Ortum præterea Domini
nostri

A nostri accidisse tradit, Olympiade centesima octogesima sexta, cum incidere in centesimam nonagesimam quartam, ut probatum est in prima parte huius libri, quaestione 5. Quò fit, ut ab initio regni Darij, vsque ad ortum Christi, anni, nõ ut ipse computat, quadringenti octoginta tres, sed plures quingentis effluerint. Illud demique in Cyrillo desideratur, quòd de sexaginta nouem prioribus hebdomadis loquutus, septuagesimam, & vltimam, tam expresse, & distinctè descriptam ab

B Angelo, miro silentio præterierit.

DECIMA opinio. D. Chrysostomus in oratione secunda contra Iudæos, benè quidem exorditur hebdomadas à vigesimo anno Artaxerxis Longimani: sed non benè finem earum refert ad euerfionem Hierusalem sub Tito factam. Namque, ut alia nunc minime discutiam, sanè tempus, quod à vigesimo anno Lögimani, qui fuit annus quartus Olympiadis octogesima tertiae, vsque ad illud excidium Hierusalem, factum in Olympiade ducentesima duodecima, quemadmodum

C supra ostensum est, annos plures quingentis continet.

VNDECIMA opinio. Seuerus Sulpitius libro 2. sacrae historiae, breuiter quidem, sed malè, quaestione hanc explicat. Etenim numerare incipit hebdomadas à restitutione templi: non autem, ut oportet, à refectioe vrbis. Deinde, templum instauratum putat sub Dario Notho, quem vocat ipse Ochum: at nos supra, quaestione tertia, argumentati sumus, illum Darium, sub quo templum instauratum est, non fuisse Nothum, sed Darium Hystaspis, quartum Persarum regem. Illud præterea procul vero est, quod sexaginta nouem hebdomadas terminauit in excidio Hierusalem, cum eas ostensum sit libro decimo, quaestione decima septima, ad tempus Baptismi Saluatoris nostri pertinuisse. Neque illud in opinione Sulpitij non est obnoxium reprehensioni, quòd sexaginta nouem hebdomadam ratione exposita, septuagesimam, atque extremam, altissimo suppressit silentio.

DVODECIMA opinio. Theodoretus super nono capite Danielis, eiusque sequutus vestigia Ioannes Zonaras in primo tomo Annalium, censent has hebdomadas

D. Chrysostomus quid itè scribat.

Seuerus Sulpitius etiã quid de his scribat.

Theodoretus & Zonaras quomodo eas interpretatur.

domadas esse annorum lunarium, cæptasque vigesimo **A**
 anno regis Longimani: earum verò sexaginta duas
 terminant in nece Hyrcani, quem nomine Christi du-
 cis significatum putant ab Angelo. A nece porò Hyr-
 cani, vsque ad Baptismum Christi, septem hebdomadas
 numerant. Denique, in vltima hebdomada, per tres an-
 nos, & dimidium, Christum prædicasse aiunt: & in di-
 midio huius hebdomadis esse mortuum: reliquum au-
 tem eius hebdomadis dimidium, Apostolos Euange-
 lium in Iudæa prædicando, transegisse. Sic isti. Sed **B**
 dupliciter lapsi sunt; nam à vigesimo anno Longimani,
 qui fuit quartus octogesima tertiæ Olympiadis, vsque
 ad necem Hyrcani, quam Iosephus, vt paulò superius
 docuimus, notauit in Olympiade centesima octogesi-
 ma septima, non præteriisse annos quadringentos tri-
 giata quatuor, vt volunt ipsi, sed pauciores quadrin-
 gentis sexdecim, ipse Olympiadum, quæ inter vtrum-
 que terminum intercesserunt, numerus ostendit. Simi-
 liter, à nece Hyrcani, quæ fuit, vt dixi, centesima octo-
 gesima septima Olympiade, vsque ad Baptismū Chri- **C**
 sti, quem supra notauimus in anno primo ducentesi-
 mæ secundæ Olympiadis, non fuere tantum septem
 hebdomades, id est, anni quadraginta nouem, vt putat
 Theodoretus; sed propè nouem hebdomades, id est,
 anni sexaginta,

Lyranus, Bur-
 genfis, Vata-
 blus, Galati-
 nus, quid de
 his sentiant.

DECIMATERTIA opinio. Nicolaus de Lyra,
 Paulus Burgensis, & Vatablus super nono capite Da-
 nielis, Petrus item Galatinus libro quarto, capite de-
 cimo sexto, sequentes chronographiam Hebræorum,
 exorsi sunt hebdomadas à quarto anno regis Sede- **D**
 chix, easque terminarunt in passione Domini. Quo-
 rum opinionem de initio hebdomadam, supra refu-
 tauimus in libro decimo, quæstione decima sexta.
 Nunc satis argumenti esse debet ad eorum senten-
 tiam redarguendam, à quarto anno Sedechix, qui
 competit in Olympiadem trigessimam quintam, vsque
 ad passionem Domini, hoc est, quartum annum du-
 centesimæ secundæ Olympiadis, præteriisse annos
 sexcentos septuaginta. Taceo, istos auctores in pu-
 tandis temporibus, & colligendis annis intermediis,
 multa

Eorū errores.

A multa infcienter, absurdè effutiuisse. Nam Balthasari ultimo Chaldæorum regi, tres dumtaxat regni annos tribuant, cui omnes boni scriptores, sicut dictum est in libro sexto, septem & decem annos tribuerunt. Cyrum præterea, tres tantùm imperasse dicunt, quem triginta annos regnasse constat. Euilmerodach assignant viginti tres annos, contra omnium sententiam, Darij, sub quo instauratum est templum, fuisse autem filium Assueri & Esther, A quarto anno Sedechie vsque ad Cyrum, cum interfuxerint septuaginta & septem anni, ipsi octo tantùm & quinquaginta numerant. Quid plura? secundum templum, sub Dario restitutum, steterisse censent vsque ad excidium eius sub Tito factum per annos quadringentos viginti; cum steterit quingentis octoginta. Nec mirum sit, istos tam multa peccasse in chronologia: quippè in ea sequuti sunt duces Hebræos, quorum chronologiam mendosissimam esse supra in prima quaestione huius libri, manifestis argumentis conuiscimus. itaque verissimè in istos dici potest, quod Dominus

C noster dixit: Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo *Matth. 18.* in foueam cadent.

DECIMA QUARTA opinio. Ioannes Driedo, Ioannes Driedo libro tertio de Sacris scripturis, capite quinto, parte do, & Cornelius Iansenius in commentariis su- lius Iansenius per centesimo vigesimo secundo capite concordia quid de his Evangelicæ, has hebdomadas partitè interpretantur. scribant.

Siquidem primas septem numerant, ab ædificatione templi sub Dario facta vsque ad refectionem mœnium, & vrbis Hierusalem sub Artaxerxe, auctore Nehemia; cum tamen hoc tempus non septem hebdomadas, id est, annos quadraginta nouem, sed plus septuaginta annos contineat, id est, ab Olympiade sexagesima quinta, vsque ad octogesimam quartam. Sexaginta verò nouem hebdomadas extendunt isti, ab instauracione templi vsque ad ortum Christi, hoc est per annos quadringentos octoginta tres. At secundum templum, ædificatum est initio sexagesimæ sextæ Olympiadis: Christus autem natus est anno quarto centesimæ nonagesimæ quartæ Olympiadis, quod tempus continet annos quingentos, & propè viginti.

Postremò à refectione vrbis Hierusalem sub Artaxerxe, vsque ad mortem Christi Domini, computant ipsi sexaginta duas hebdomadas, id est, annos quadringentos triginta quatuor: atqui tempus hoc continet annos quadringentos septuaginta sex: nam, vt supra probatum est quæstione quarta, & septima huius libri, cœpta est Hierusalem refici à Nehem a, anno vigesimo Longimani, qui fuit quartus annus octogesima tertie Olympiadis: Saluator autē noster mortē obiit quarto anno ducentesime secunde Olympiadis.

Ioannes Lucidus quid scribat.

DECIMA QVINTA opinio. Ioannes Lucidus in libro septimo de emendatione temporum, bene exorsus est hebdomadas à vigesimo anno regis Longimani, nec malè terminauit eas quarto anno post Christi Domini passionem. Tempus autem intermedium censuit fuisse quadringentorum nonaginta annorum, quot scilicet in septuaginta hebdomadis continentur. Sequutus enim est ficticias & mendosas Ioannis Annij chronologias supra in quæstione prima huius libri, à nobis reprobatas, atque reiectas. Sed C
re vera tempus illud inter vigesimum annum regis Longimani, & annum quartum à Christi morte, interiectum, non plus quadringentos octoginta annos continet, hoc est, decem minus, quàm sint in septuaginta hebdomadis, Atque hoc quidem dupliciter ostendi atque probari potest: Primum quidem, patet hoc ex chronographia, quæ fit per Olympiades: siquidem vigesimus annus Longimani, quartus fuit octogesima tertie Olympiadis: & item quartus annus post passionem Christi: fuit etiam ducentesime tertie Olympiadis quartus annus: hoc igitur spatium temporis, non plures, quàm centum viginti Olympiades, id est, annos quadringentos octoginta continet. Nec de fide eorum, quæ sumpta sunt in hac argumentatione, dubitandum est: ea quippè satis, superque declarata & confirmata sunt in quæstione quinta, & septima huius libri. Deinde, hoc ipsum probatur ex chronologia regum: eam dico chronologiam, quæ à graiuis, doctis, & diligentibus chronologis probata & prodita est. Namque, à vigesimo anno Longimani, vsque ad finem monarchie Persarum, & initium mona

Regum Chronologia, per quam 70. hebdomades demonstrantur.

A monarchiæ Alexandri Magni, reliqui fuerunt centum & quindecim anni. Alexander monarchiam tenuit sex annos. Post eius mortem, regnarunt in Ægypto Ptolemæi usque ad interitum Cleopatæ & Marci Antonij per annos ducentos nonaginta quinque. Exinde Augustus Monarchiam rexit quadraginta quatuor annos. Hunc excepit Tiberius Cæsar, cuius decimo octavo anno Christus occisus est: & quatuor annis post, id est, vigesimo secundo principatus Tiberij, finitæ sunt septuaginta hebdomades. Ex supradictis autem annis regum conficitur eadem illa summa quadringentorum octoginta annorum, quam ex ratione Olympiadum etiam subducebamus.

Hæc nostram rationem, qua opinionem Lucidi funditus eueri putamus, quispiam fortasse existimet dupliciter posse solui. Primum enim respondere posset, in supradicta computatione Olympiadum, subesse errorem duarum vel trium Olympiadum, quem irrepsisse in tanta multitudine Olympiadum, hoc est, centum viginti trium, minimè mirandum esse: cum nihil proclivius sit, quàm in numeris errari. Similiter in chronographia regum, multis de causis error implicari potuit, vel quia numerati fuerint tantum anni pleni & integri, non autem imperfecti: aut quia descripti sint tantum anni regum, non autem interregnorum, quæ inter obitum prioris regis, & creationem posterioris sæpenumerò intercessisse verisimile est. Verùm, hoc responsum infirmum est, nec vlllo modo probabile. Primum enim, in prædicta computatione nostra, Olympiadum chronologia planè congruit cum chronographia regum: vtriusque autem chronologiæ consensus, apud intelligentes viros, rem facit propè certam, atque indubitaram. Deinde si quis in prædicta chronologia fuit error, eum necesse est fuisse, vel in principio illius computationis, vel in fine: nam benè constitutis extremis, nullus medius error potest contingere. Vbi nam igitur fuit error? an in principio, ut videlicet vigesimus annus Longimani, non fuerit quartus Olympiadis octogesima tertiæ, sed inciderit in principium Olympiadis octogesima primæ? At hoc, nisi temerè loqui, & gratis

Obiectiones,
quæ pro Lucidi sententiâ fieri possunt, solvuntur.

tis quodlibet effutire volumus, dici non potest. Si-
quidem, in prima parte huius libri, quæstione quarta,
grauissimorum auctorum testimonio probatum est,
initium regni Artaxerxis Longimani fuisse in primo
anno septuagesimæ nonæ Olympiadis. An potius di-
cent, errorem contigisse circa finem, hoc est in deno-
tanda Olympiade, qua Christus Dominus mortuus
fuerit: vt mortuus sit, non in ducentesima secunda, si-
cut nos docuimus, sed in ducentesima quinta Olym-
piade. Atqui hoc, & contra sententiam est grauissi-
morum auctorum, & nec pauca, nec parua secum ha-
bet implicata incommoda, quæ tamen in præsens, ne
longior sim, explicare non attinet.

VERVM, etsi hoc primum responsum non bene
processit, alterum tamen probabilius excogitari pos-
set. Etenim dixerit quispiam, vigesimum illum annum
Longimani, vnde sumptum est exordium hebdoma-
dum non esse numerandum ab eo tempore, quo so-
lus Longimanus post mortem patris regnum tenuit,
hoc est à primo anno septuagesimæ nonæ Olympi-
adis, sed decem vel vndecim annis antè, esse repeten-
dum, videlicet faciendo initium regni Longimani, ex
eo tempore, quo viuo etiam cum patre suo Xerxe, sed
externis bellis extra Persidem occupato, cœpit pro
eo regnum administrare. Scribit enim Herodotus in
libro primo, & initio libri septimi, hunc fuisse mo-
rem Persis, vt reges eorum longam & grauem ali-
quam expeditionem extra Persidem suscepturi, ne
qua regno accideret perturbatio, vel illis absentibus,
vel etiam mortuis, antè, regni successorem decla-
rarent. Cœpit igitur Artaxerxes pro patre suo ab-
sente regnum administrare, circa Olympiadem se-
ptuagesimam sextam. Atque huic responso ne com-
mentitium videatur, posset fides adiungi eo argumen-
to, quòd Themistocles damnatus capitis à Græcis, fu-
gisse traditur in Asiam, & venisse ad Artaxerxem, eo
tempore regnantem apud Persas. Hoc enim prodide-
runt Thucydides, & Charon Lampsacenus, vt refert
Plutarchus in vita Themistoclis: Cicero item libro
10. epistolarum ad Attic. & Æmylius Probus in vita
Themistoclis, eiusdem sunt sententiæ: nec non & Phi-
lostra

An Themisto-
cles, cum dam-
natus à Græ-
cis, fugit in A-
siam, tunc adie-
rit ad Xerxē,
an ad eius filiū
Artaxerxem.

A Iōstratus libro primo de vita Apollonij capite decimo-
 nono, Profectionem autem Themistoclis ad Artaxer-
 xem, ante septuagesimam septimam Olympiadem
 fuisse necesse est. Etenim, Themistoclem ineunte se-
 ptuagesima septima Olympiade mortem obiisse, à
 Diodoro in libro vndecimo, & Eusebio in chroni-
 cis proditum est. Posito igitur ad hunc modum initio
 regni Artaxerxis circa finem septuagesimæ sextæ O-
 lympiadis, annus vigesimus regni eius sic accepti, vnde
 scilicet hebdomadas Danielis ordiri oportet, con-
 petet in annum secundum octogésimæ primæ Olym-
 piadis, à quo tempore vsque ad quartum annum post
 Christi passionem, qui quartus fuit ducentesimæ ter-
 tiæ Olympiadis, reperietur plenus & integer numerus
 annorum quadringentorum nonaginta, qui continen-
 tur in septuaginta hebdomadis. Verum huic respon-
 so tria fides detogât. Primum enim à plurimis & gra-
 uissimis scriptoribus pro certo traditum est Themis-
 toclum in illa fuga ex Græcia in Asiam, non ad Artaxer-
 xem, sed ad Xerxem patrem eius venisse: sic enim
 affirmant Ephorus, Dimon, Clytarchus, Heraclides,
 quos refert Plutarchus supradicto loco. Idem quo-
 que tradit Diodorus Siculus libro vndecimo. Deinde,
 si Xerxes extra Persidem ad bellum proficiscens, ad-
 ministrationem regni filio reliquisset, verisimile est
 id eum fuisse facturum eo tempore, quo primam il-
 lam, ac celeberrimam aduersus Græcos expeditionem
 suscepit: id autem contigit primo anno septuagesimæ
 quintæ Olympiadis, vt Diodorus annotauit in ex-
 ordio libri vndecimi. Hic igitur figendum esset
 principium regni, seu administrationis regni, quam
 absente patre obiit Artaxerxes. Ex quo tempore, si
 annos regni eius numerare velimus proculdubio an-
 nus regni eius vigesimus, concurret cum quarto an-
 no septuagesimæ nonæ Olympiadis: ex quo anno vs-
 que ad quartum annum post Christi passionem, colliguntur
 anni quadringenti nonaginta septem: plures
 nempe, quàm sint in septuaginta hebdomadis. Deni-
 que, Artaxerxes minimus natus erat filiorum Xerxis:
 primus verò natus, scilicet ad quem proximè, secun-
 dum Xerxem, regni successio pertinebat, erat Da-

Refellitur sū-
 prior obie-
 ctio.

rius, ut in principio libri tertij docet Iustinus. **Q**uam- **A**
obrem Artabanus, qui occiso Xerxe, regnum tibi as-
serere moliebatur, primum filiorum Xerxis aggressus
est necare Darium, quo subiato, postea etiam Ar-
taxerxis vitæ insidiatus est. Non igitur credibile est,
Xerxem posthabito Dario primogenito, & per ara-
tem gubernaculis imperij tractandis maturiori, par-
uulo tunc, & minori natu Artaxerxi, administrationem
regni permisisse. Ex quo apparet, per fugium, quod
sibi secundum responsum quaeriat, infimum, ac pla- **B**
nè nullum esse.

In disputatio-
ne de 70. heb-
domadis, quæ
sunt controver-
sa, & quæ sunt
extra contro-
uersiam.

VERVM de aliorum opinionibus circa hanc qua-
stionem hæcenus dicta sufficiant. Atque hinc lique-
re potuit lectori, nonnulla esse in hac questione de
septuaginta hebdomadis, certa & indubitata: quædam
verò dubia, & in varias distracta sententias. Namque
illud absque controuersia est, æquè apud Hebræos,
quàm apud Christianos, has Danielis hebdomadas,
iam pridem esse completas: manifestis enim verbis præ-
dixit angelus, in fine earum hebdomadum, vel cer- **C**
tè aliquânto post tempore, funestissimo bello vehemen-
ter affigendos, & conterendos esse Iudæos: cuiusque
belli finem fore, terræ eorum vastitatem atque sol-
itudinem, dissolutionemque vrbis ac templi, & po-
puli dissipationem, necnon & sacrificiorum, cun-
ctique Mosaicæ religionis cultus defectionem: &
quod omnium acerbissimum ac inconsolabile malum
erat futurum, eam calamitatem, non, ut quas antea tu-
lerant, fore temporariam, sed perpetuam, nec vllò
temporis sine terminandam. Huiusmodi autem Iu- **D**
dæorum excidium ab angelo prædictum, abhinc mille
quingentos annos cõtigisse illis, in confesso est. Quam-
obrem, qui de Hebræis sunt minùs rudes & contra ver-
itatem minùs contumaces, hi fateantur, hebdomadas
Danielis, in euerfione Hierusalem, vel sub Tito, vel
sub Adriano facta, finem habuisse. Illud autem differt
inter Hebræos & Christianos. Nos enim putamus, heb-
domadas pertinuisse ad signandum & definiedum ad-
uentus Messie tempus: illi hoc negant: & sicut alia per-
multa, sic etiam hoc, quamvis meridiana luce clarius
est, aut nõ vident, aut videre se dissimulant. Inter Chri-
stianos

Africanos porro, similiter partim conuenit, & partim differt. Illud enim communiter ab omnibus traditur, & iampridem esse exactas hebdomadas, illisque tempus Messie aduentus esse præfinitum. Tripliciter uero inter se dissident, hoc est, in constituendo tam principio, quam fine hebdomadam, & in ratione computandi atque colligendi quadringentos nonaginta annos, qui continentur in septuaginta hebdomadis. De qua uarietate, & dissensione opinionum, proximè, satis superque dictum est.

B **TERTIA PARS**
DISPUTATIONIS
DE SEPTUAGINTA HEB-
DOMADIS : IN QVA PO-
NITVR AVCTORIS
SENTENTIA.

C **R**ESTAT, ut tantæ huius disputationis molli ac fabricæ, quasi fastigium imponentes, extremo loco sententiam nostram lectori, quam breuissimè Septuaginta hebdomades fuerunt annorum lunarium. aperiamus. Primum igitur arbitramur, septuaginta hebdomadas fuisse annorum non solum, sed lunarium: quadringenti uero & nonaginta anni lunares, quadringentis & septuaginta quinque solaribus omnino respondent. Huius sententiæ de annis lunaribus, auctores habemus multos, & cum primis graues, ac nobiles viros, Iulium Africanum in libro quinto Annalium, ut memorat hoc loco D. Hieronymus: Theodoretum, Albertum Magnum, & Dionysium Carthusianum super nono capite Danielis, Bedam de ratione temporum, cap. quadragésimo septimo: Rupertum in capite decimo quinto suorum commentariorum super Danielem: Auctorem historiæ Scholasticæ super historiam Danielis capite decimo, & Ioannem Zonaram in primo tomo Annalium. Quæ autem pro eius opinionis confirmatione, & solutione eorum, quæ aduersus eam obiciuntur, dici poterant: ea omnia li. 10. in explicacione quæst. 9. diligenter & copiosè tractata sunt.

Initium 70.
hebdomadū
vnde sumen-
dum

Septuaginta
hebdomadas
dupliciter ter-
minari posse
ostenditur.

Scripturam sa-
crā in recēserit
da magna ali-
qua annorum
sūma, paucos
aliquot annos
& imperfe-
ctos, nonnun-
quā omittere
probat.

DE INDE, censemus non aliunde sumi debere ini-
tium harum hebdomadum, nisi à vigesimo anno regis
Artaxerxis Longimani, quo scilicet tempore primum
exiit sermo, ut ædificaretur Hierusalem, permilla Ne-
hemix à rege potestate extruendi muros Hierusalem,
urbemque reficiendi, atque muniendi, De quo, cum in
libro decimo, quæstione decima sexta, subtiliter, & ac-
curatè dictum sit, equidem hoc loco verba facere, su-
peruacaneum duco.

POSTREMÒ, existimamus hebdomadas duplici-
ter terminari posse: vel in quarto anno post Domini
nostri passionem: vel in eo ipso anno, quo Dominus
noster passus & mortuus est. Hoc quia magni refert be-
nè cognitum & exploratum habere, quò planius intel-
ligatur, enucleatius declarandum est. Si septuaginta
hebdomades terminentur in quarto anno post passio-
nem Christi, cum à vigesimo anno regis Longimani,
vnde cœperunt, hoc est, à quarto anno octogehimæ ter-
tiæ Olympiadis, vsque ad mortem Saluatoris nostri,
quæ concurret cum quarto anno ducentesimæ secun-
dæ Olympiadis, transactæ sint septuaginta hebdoma-
des annorum lunarium, id est, quadringenti septuagin-
ta quinque anni solares, necessarium profectò est di-
cere re vera non fuisse septuaginta hebdomades præ-
cisè, sed septuaginta & dimidiam: nec annos tantum
quadringentos nonaginta, sed quadringentos nona-
ginta tres. Cur igitur angelus septuaginta tantum heb-
domadas nominauit? Nimirum, contentus fuit maxi-
mū illum, eundemq; plenum, atque integrum septua-
ginta hebdomadarum numerum expressisse: minutum
autem illum, & imperfectum numerum dimidiæ heb-
domadis, vel vsu & consuetudine Scripturæ, quæ minu-
tos numeros in magna aliqua summa omittere solet:
vel quò magis prophetiam occultaret, tacere voluit.

Ac ne hoc simile figmento, aut consuetudine diui-
næ Scripturæ alienum putetur: ponam hic aliquot
exempla, quibus intelligatur id fieri solere in Sacris
litteris. Quamquam ad id credendum satis esse posset
auctoritas Epiphaniij, & Augustini, quorum ille in
compendiaria doctrina de fide Catholice, & Apo-
stolice Ecclesie: hic verò in libro quæstionum in
Exod

A Erødum quæstione quadragesima septima, disertis verbis id confirmant. Sit igitur eius rei primum exemplum: in lib. 3. Regum, capite secundo scriptum est, Dauidem regnasse quadraginta annis, septem in Hebron, & triginta tres in Hierusalem: atqui regnasse eum quadraginta annis, & præterea sex menses, eadem Scriptura confirmat lib. 2. Regum, cap. 5. Quo patet, minutum illum numerum sex mensium, fuisse illo loco à Scriptura prætermisum. Sit alterum, & sanè luculentius, eiusdem rei exemplum: in cap. 15. libr. Genesios prædixit Deus Abraham, semen eius futurum peregrinum in terra aliena quadringentis annis: quorum annorum initium secundum doctores, fuit in ortu Isaac: exitus verò & finis eo tempore, quo Moses Hebræos eduxit ex Ægypto. At hoc tempus, ut sacra docet chronologia, quinque & quadringentos annos continet. Quare in illa Dei prædictione, omitti sunt quinque anni. Denique tertij exempli loco affertur post, quod scriptum est in lib. Iudicum, cap. 11. vbi Iephthe affirmat, terram, quæ erat ab Arnon vsq; Ieboch, fuisse à Iudæis per trecentos annos pacificè & tranquillè possessam. Cæpit autem possideri, ferè quadragesimo anno, quàm egressi fuerant Hebræi ex Ægypto: ut significatur in lib. Numerorum, capite vigesimo primo, & vigesimo secundo. Cæterum ab eo tempore vsque ad principatum Iephthe, si numerentur duntaxat anni, quibus Hebræo populo præfuerunt Iudices, omittis captiuitatum annis, reperietur septuaginta tantum & ducenti anni. Quare, dicens Iephthe trecentos annos usurpauit numerum perfectum pro imperfecto, hoc est, centenarium pro septuagenario: sin autem recensentur anni, tam Iudicum, quàm captiuitatum, anni trecenti, & quadraginta colligentur. Quocirca cum Iephthe dixit trecentos annos, haud dubiè, contentus maximo illo, & integro numero trecentorum annorum, paruùm illum, & imperfectum quadraginta annorum numerum prætermisit. Ergò liquet his exemplis, non esse insolens in scriptura, in exprimenda summa annorum, non totum numerum ponere, sed plenum tantummodò, & integrum, tacito exiguo, & imperfecto numero: ut non videri debeat incredibile,

idem contigisse hoc loco, tu scēq; septuaginta hebdomadas & dimidiam: sed expressis septuaginta, dimidiam esse suppressam.

Observator & hic, & paulo infra, duplicem interpretationem illorum verborum, in dimidio hebdomadae deficiet hostia: utramque minime vulgarē.

HANC igitur si amplectamur interpretationem, videndum est, quemadmodum illud dictum angeli: *In dimidio hebdomadae deficiet hostia, & sacrificium*, quod nos supra in extrema quaestione libri decimi, interpretati sumus de morte Domini nostri, postquam omnis virtus legatum sacrificiorum planē defecit: videndum, inquam, est, quemadmodum ea interpretatio huic opinioni convenire, & consistere possit. Sed non est difficile id ostendere. Etenim cogitandum est, ex septem ultimis annistorius summā septuaginta hebdomadam, & dimidiē, hoc est, annorum quadringentorum nonaginta trium, confici vnam hebdomadam, quae incipit ab anno quadringentesimo octogesimo septimo, & desinit in annum quadringentesimum nonagesimum tertium. In hac hebdomada per tres priores annos, & dimidium, Christus praedicaui Evangelium: in dimidio huius hebdomadae, qui est annus quadringentesimus nonagesimus, & ultimus septuagesimae hebdomadae, Christus mortuus est. Exinde sacrificia legalia fuere inualida. Residuo huius hebdomadae, Apostoli magno studio, & ardore animi Evangelium in Iudaeam praedicaunt. Et in fine hebdomadae terminatae sunt septuaginta hebdomadae & dimidia. Hinc apparet, hanc interpretationem nihil habere verbis angeli non consentaneum & congruens. Neque enim angelus eam hebdomadam, in cuius dimidio defecit hostia, & sacrificiū, vel septuagesimam, vel ultimam hebdomadam appellauit: sed tantum, vnam hebdomadam: quae, qualiscumque intelligi potest, dummodo ea constet septem annis, & sit extra sexaginta nouem, de quibus antea dixerat. Ecce tibi, vna haec est ratio terminandi hebdomadas in quarto anno post passionem Domini.

70. hebdomadae terminari possunt in passione Domini.

ALTERA est ratio terminandi septuaginta hebdomadas, in eo ipso anno, quo Christus Dominus mortuus est: quam rationem sequuti sunt Iulius Africanus, Beda, Rupertus, & alij. Secundum hanc, illud Angeli dictū, *In dimidio hebdomadae deficiet hostia, & sacrificiū*: potest

- A potest dupliciter exponi: Beda namque, & Rupertus interpretantur id de Baptismo Christi, qui in mediam septuagesimam hebdomadam incidit: post quem Baptismum, defecere legalia, non quidem secundum usum, qui permansit usque ad excidium Hierusalem: neque secundum virtutem, & obligationem, quæ non nisi post passionem Domini cessarunt: sed quia introductio Baptismi, qui primum est sacramentum legis Evangelicæ, manifestum, atque indubitatum fuit signum, legalia sacramenta mox esse defectura. Potest etiam hoc exponi de morte Domini nostri: sed illud, *in dimidio hebdomada*, non significat medium annum, qui est quartus septuagesimæ hebdomadis, sed significat unam medietatem, videlicet, posteriorem illius hebdomadis. Cogitatione enim diuidenda est septuagesima hebdomada in duo dimidia, seu in duas medietates, quarum utraque tribus annis, & dimidio constat. Et in posteriore quidem dimidio illius hebdomadis, Christus, & in principio eius baptizatus est, & in decursu eius predicauit, & in fine eius mortuus est: cuius mortem, legalium sacrificiorum abrogatio est consequuta. Itaque, quod Angelus dixit: *in dimidio hebdomada deficiet hostia*, id sane de posteriore dimidio illius hebdomadis, & de fine eius dimidij debet intelligi. Hanc interpretandi rationem ponit Dionysius Carthusianus in commentariis suis super nono capite Danielis: sed ante Carthusianum, eam tradiderat auctor historiarum scholasticarum, in enarratione historiarum Danielis, capite decimo.
- Vnus tantum restat scrupulus, sed excussu facilis. Videtur enim, à vigesimo anno Longimani, usque ad mortem Saluatoris nostri, non tantum quadringentis septuaginta quinque anni solares, qui æquivalent quadringentis nonaginta lunaribus, sed quadringentis septuaginta septem numerari. Siquidem, vigesimus annus regis Longimani, fuit quartus octogesimæ tertie Olympiadis: & annus passionis Domini, fuit item quartus ducentisimæ secundæ Olympiadis, sicut ostensum est in prima parte huius libri, quaestione quarta, & septima: hoc autem tempus continet annos quadringentos septuaginta septem. Verum nihil negotij

De duplici ratione computandi, una exclusiua, altera inclusiua. 1

negotij est, hunc eximere scrupulum, adhibita distinctione computationis exclusiuae, & inclusiuae, chronologis satis vsitata. Computatio inclusiua est, cum propositi numeri vterque terminus, primus, & vltimus, in computatione includitur: exclusiua vero est, cum vterque pariter excluditur. Exemplum vtriusque computationis circa eandem historiam reperitur in Euangelio. Etenim, transfigurationem Domini, D. Lucas narrat capite nono, factam esse octo diebus post sermonem Domini, de imminente sua passione, & glorificatione. At, Mathaeus capite decimo septimo, & Marcus capite nono, eandem transfigurationem sex diebus post eundem illum sermonem de passione, & glorificatione Domini, factam scribunt. Nec est inter Euangelistas repugnancia. Nimirum, Mathaeus, & Marcus, exclusiua computatione vsi sunt, Lucas autem inclusiua. Similiter igitur praedictae obiectioni est occurrendum. Nam, a vigesimo anno Longiniani vsque ad annum passionis Domini sunt anni quadringenti septuaginta septem, secundum inclusiua computationem: at vero secundum exclusiuam, quam Angelus sequi maluit, vt integrum numerum septuaginta hebdomadam exprimeret: anni dumtaxat septuaginta quinque, & quadringenti numerantur. Atque haec quidem sint a nobis de septuaginta hebdomadis, si non, vt tantae rei dignitas, & difficultas postulat, certe, vt ferebat nostra explicata.

BENE

A B

B



nem
runt
C pleret
quar
Tigr
lineis
chryf
vt la
pedes
vox
viri,
perce
D vidi
sed,
auce
iaceb
rebat
mea,
niel,
fia in
mibi
Dan
dum.
tua,

A B E N E D I C T I
P E R E R I I S O C I E -
T A T I S I E S V ,

Commentariorum in Daniele,

L I B E R X I I .

B C A P V T D E C I M V M .



A N N O tertio * Cyri regis Persarum, ver-
bum reuelatū est Daniels, cognomento Bal-
thasar, & verbum verum, & fortitudo ma-
gna: intellexitque sermonē: intelligentia enim
est opus in visione. In diebus illis, ego Daniel
lugebam trium hebdomadarum diebus, pa-
nem desiderabilem nō comedi, & caro, & vinum non introie-
runt in os meum: sed neque unguento unctus sum: donec com-
plerentur trium hebdomadarum dies, Die autem vicesima, &
quarta mensis primi, eram iuxta fluvium magnum, qui est
Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce vir vnus vestitus
lineis, & tines eius accincti auro obrizo: & corpus eius, quasi
chrysolithus: & facies eius, velut species fulguris: & oculi eius,
vt lapas ardēs: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad
pedes, quasi species aris candentis: & vox sermonum eius, vt
vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionem: porro
viri, qui erant mecum, non viderunt: sed terror nimis irruit su-
pereos, & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus,
D vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo,
sed, & species mea immutata est in me, & emarcui: nec habui
auiquam virium. Et audiui vocem sermonum eius, & audiens
iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus ha-
rebat terre: Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua
mea, & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me: Da-
niel, vir desideriorum, intellige verba, quæ ego loquor ad te, &
sua in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cūque dixisset
mibi sermonem istum, steti tremens. Et ait ad me: Noli metuere,
Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligen-
dum, vt te affigeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba
tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regnū
Persarum

* Regni M. S.
quædam &
Rom. addunt.

Persarum, restitit mihi viginti, & vno diebus: & ecce Michaël A
 vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum: & ego
 remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem, vt docerem te,
 quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam ad-
 huc visio in dies. Cùmque loqueretur mihi huiuscemodi verbis,
 deiecti vultum meum ad terram, & tacui. Et ecce quasi simili-
 tudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum locu-
 tus sum, & dixi ad eum, qui stabat contra me: Domine mi, in
 visione tua dissoluta sunt compages meae, & nihil in me reman-
 sit virium. Et quomodo poterit seruus Domini mei loqui cum B
 Domino meo? Nihil enim in me remansit virium, sed & hali-
 tus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me, quasi visio ho-
 minis, & confortauit me, & dixit: Noli timere, vir desiderio-
 rum, pax tibi, confortare, & esto robustus. Cùmque loqueretur
 mecum, cõualui, & dixi: Loquere, Domine mi, quia confortasti
 me. Et ait, numquid scis, quare venerim ad te? & nunc reuertar,
 vt praeler aduersum principem Persarum: cum ergo egrederer,
 apparuit princeps Græcorum veniens: Verumtamen quinnuciab
 tibi, quod expressum est in Scriptura veritatis, & nemo est ad-
 iutor meus in omnibus his, nisi Michaël princeps restit, C

Præstia hu-
 ius visionis.

VISIO, quam Daniel hoc capite sibi accidisse
 narrat, multis de causis eximia, & admiranda
 fuit. Primùm enim, Deus non prius Danielelem hac vi-
 sione dignatus est, quàm se ipse vnus, & viginti die-
 rum oratione, ieiunio, & lachrymis, ad eam dignè ac-
 cipiendam præparasset. Tum, qui in hac visione Da-
 nielii apparuit, non quilibet fuit Angelorum, sed Ar-
 changelus Gabriel, & ordinis, & muneris sui digni-
 tate clarissimus, & secretissimorum Dei consiliorum D
 internuncius, atque interpres, maximatumque Dei
 legationum functione nobilissimus. Nec is, vt aliàs
 vnus est, sed ea specie, atque habitu se ostendit, vt ma-
 gnæ præ se ferret maiestatem, stuporeque, ac ter-
 rore, Danielelem, & socios eius impleret, ac naturæ An-
 gelicæ multis in rebus excellentiam, ea ratione adum-
 biaret. Et ecce, inquit de illo Daniel, vir vestitus li-
 neis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi
 chrysolithus: & facies eius velut species fulguris: & oculi eius,
 vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque
 ad pedes,

A ad pedes, quasi species aris candentis: & vox sermonum eius, ut vox multitudinis.

*T*ANTVS porrò ex hac visione socios Danielis Eius effectus. horror, & terror inuasit, ut confestim omnes eo relicto aufugerent. Ipse verò Daniel, animi pariter, atque corporis viribus debilitatus, defectulq̄ue, in terram cecidit, & propè exanimatus iacuit humi. Iam verò, quis non obstupefeat audiēs, inter ipsos Angelos discordias, contentiones, & praelia narrari: & principem Persarum vno, & viginti diebus restitisse Gabrieli, huic autem velut in certamine laboranti venisse in subsidium Michæ em, cūmq̄ue inter istos pugna ferueret, interuenisse principem Græcorum, nouas propriasq̄ue cum illis dimicandi causas ferentem? Denique, si eorum sententia est vera, & videtur sanè vera, hanc visionem, vltimam esse huius libri, eamq̄ue ab hoc capite vsque in finem duodecimi capituli continuari: liquet profectò, hanc visionem latissimè, ac longissimè patere: quippè plurima, & altissima Dei mysteria per eam Danieli patefacta sunt: eiusq̄ue visionis prædicta, non certo aliquis tēporis spatio determinata sunt, sed pariter cum ipsius mundi æuo extenduntur. Siquidem, vsque ad De quibus rebus habita sit. persecutionem Antichristi, & consummationē sæculi, atque ipsam mortuorum resurrectionem, qui legerit historiam horū trium capitum, eam pertinere animaduertet. Hæc præfari voluimus, ut intelligatur; quanta nobis opus sit intentione animi, diligentia, curaq̄ue, ut hæc tam multiplex, tam excellens; & admirabilis visio, quantum in nobis fuerit, non indignè tractetur & explicetur: & quanto item lectoris studio, reuerentia, & ac religione, quæ de hac visione scripta sunt à Daniele, quæq̄ue à nobis in eorum explanatione dicentur, accipienda, atque complectenda sint.

Anno tertio Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli, & verbum verum, & fortitudo magna, intellexitq̄ sermonem: intelligens enim opus in visione.

HINC

Daniel post
Cyri annum
primum vai-
cinatus est.

Theodoretus
explicatio.

HINC apparet, quod supra, in extremo capite **A**
primo positum est, Danielem fuisse usque ad
annum primum Cyri regis, non significare termi-
num temporis, quo Daniel, aut vixerit, aut vatis mu-
nere sit functus, cum hic legamus, anno tertio Cyri
propheticas visiones ipsi contigisse. Illud igitur ibi
significatum est, ut notauit hoc loco Diuus Hierony-
mus, & nos docuimus, cum eum locum primi capi-
tis tractaremus; Danielem in ea gratia & honore,
quem apud regem Nabuchodonosor adeptus fue- **B**
rat, pariter etiam apud ceteros reges Chaldeorum per-
mansisse, quoad stetit imperium Chaldaicum, hoc est,
usque ad annum primum regis Cyri, qui Babylonem
expugnauit, suoque Chaldaeos subiecit imperio. Li-
bri Graeci hoc loco mendose, pro anno tertio Cyri,
habent anno primo. Vnde illis hoc mendum accide-
rit, indicat Theodoretus super hoc loco ita scribens;
*Quibusdam videtur, hic in tempore erratum esse: & pro anno
primo, qui ab initio librum hunc descripsit, tertium annum po-
suisse. Idque ex eo coniciunt, quod in fine primi capituli dictum* **C**
*est, Danielem fuisse usque ad annum primum Cyri: si enim non
ultra primum annum fuit, quomodo tertio anno Cyri reuelatio-
nem habere potuit? Ego autem arbitror, neque illis verbis desi-
nitum aliquod tempus significari: neque primo anno Cyri Da-
nielis vitam terminari: neque enim ibi dictum est usque ad
annum primum Cyri, sed usque ad annum vnum. Sic Theo-
doretus. Verum, & scriptura Hebraica, & nostra ver-
sio Latina habent in extremo primi capituli, usque ad
primum annum: & manifestum est more Hebraico,
non raro vnum dici pro primo. Quo licet intelli- **D**
gere, praedictam Theodoretus observationem in-
anem esse.*

*Et verbum verum, & fortitudo magna. Eandem senten-
tiam habet lectio Graeca: Magna, inquit Hieronymus,
fortitudo, vel Dei, qui, qua premonstrantur in hac visione sa-
cturus erat: vel ipsius Danielis, qui tam alta mysteria diuino
lumine illustratus, ac roboratus intellexit. Docent Hebraeae
linguae periti, vocem Hebraeam, quae est hoc loco,
Isana, praeter fortitudinem significare etiam tempus,
& exercitum. Vnde Pagninus vertit, & Varablus ex-
plicat, tempus magnum, id est, quae ostenduntur hac vi-
sione,*

A sione, non nisi longo post tempore, esse implenda. Alij legunt, & exercitus magnus, ut supplendum sit, angelorum, quasi angelus, qui hic locutus est Danieli, numero angelorum agmine comitatus, ad eum venerit, intellexitque sermonem: intelligentia enim est opus in visione. Hinc deprompta est illa Theologorum sententia ut quis vere ac proprie sit, & nominetur propheta, opus esse, ut non modo habeat visiones propheticas, sed eas etiam intelligat. Quo fit, ut nec Pharaon, nec Nabuchodonosor, nec Balthasar, licet visa quedam prophetica, & sanè insignia ipsis acciderint, prophetæ tamen nomen habeant, sed id magis conveniat Iosepho, & Danieli, qui eas visiones interpretati sunt. Quam Theologorum sententiam peperit doctrina Beati Gregorij, & Augustini, qui hoc ipsum antea tradiderant. Ille quidem breuiter super illis verbis Iob in cap. 13. Omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Hunc in modum scribit in libro vndecimo Moralium, c. 12. Non satis est, inquit, vidisse, & audisse: non enim utilitatem habet, & dicta si intellectu carent. Proinde subditur, Et intellexi singula. Cum enim aliquid ostenditur, vel dicitur: si intellectus non tribuitur, prophetia minime est. Vidit namque Pharaon per somnium, quæ erant Aegypto ventura: sed quia nequinit intelligere, quod vidit, propheta non fuit. Sic aspexit Balthasar rex ariculum manus scribentis in pariete, sed propheta non fuit: quia intellectum rei, quam viderat, non accepit. Ut igitur beatus Iob prophetiæ spiritum se habere testetur, non solum vidisse se, & audisse: sed etiam intellexisse omnia, asserit. Idem, sed enucleatius tradit Augustinus in libro duodecimo de Genesi ad literam, capite nono. Quibus, inquit, signa per aliquas rerum corporaliū similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, ut etiam intelligerentur, nondum erant prophete, magisque propheta erat, qui interpretabatur, quod alius vidisset, quam ipse, qui vidisset: Vnde apparet, magis ad mentem pertinere prophetiā, quam ad hunc spiritum, qui est vis anime quedam mente inferior, ubi corporaliū rerum similitudines exprimuntur. Itaque, magis Ioseph propheta fuit, qui intellexit, quid significaret visum Pharaonis, quam Pharaon, qui illud in somno habuit. Huius enim spiritus informatus est, ut videret, illius mens illuminata est, ut intelligeret, ac per hoc, in illo erat

An propheta dici queat, qui visiones propheticas habet, nec eas tamen intelligit.

D. Gregorius,

Gene. 41.

Dan. 5.

Prophetae sunt, qui diuina visa interpretantur.

Gen. 41.

Prophetarum
diuersa gene-
ra.

Dan. 2.

prophetia, & in hoc lingua: & in hoc, rerum imaginatio, in A
illo imaginationum interpretatio. Minus ergo propheta est, qui
rerum, quæ significantur, sola ipsa signa in spiritu per rerum
corporalium imagines videt, & magis propheta est, qui solo ea-
rum rerum intellectu præditus est: sed & maxime propheta
est, qui viroque præcellit, vt & videat in spiritu corporalium
rerum significatiuas similitudines, & eas viuacitate mentis in-
telligat. Sic Danielis excellentia tentata, & probata est, qui re-
gi, & somnium, quod viderat, dixit, & quid significaret, ape-
runt. Et ipse quippe imagines corporales expressit sunt, & earum
intellectus reuelatus in mente. Hactenus Augustinus. Et B
hæc quidem rectissime habent, & conuenienter nos-
tra translationi Latina dicta sunt. Hebræa tamen
Scriptura, & versio Græca paulo secus habere videntur:
nam Pagninus, ex Hebræo ita vertit, *Et intellexit*
verbum & intellexit sibi in visione; Græca verò hanc red-
dunt sententiam, & *intellectus datus est ei in visione*. Ita-
que, pro eo, quod nos legimus, *intelligentiæ opus est in vi-*
sione, illic est, *intelligentia data est in visione*. Verùm, si
in hac varietate, ipsa æstimetur sententia, ferè illa eod-
em recidunt: propterea enim data est Danieli in vi-
sione intelligentia, vt ipse pleno ac perfecto prophetiæ
munere donaretur, quod sine intelligentia visionis, nõ
fuisset absolutum. C

In diebus illis ego Daniel lugebam.

Quatuor cau-
sæ cur Daniel
tâtopore mœ-
reret, ac luge-
ret, & primò
Iudæorum im-
probitas &
peruicacia.

CVR lugebat Daniel? siquidem bienno ante la-
D
paxa Hebræorum captiuitate, populòque suo in
pariam reuerso, atque inchoata iam templi ædifica-
tione, nulla quidem mœrendi ac lugendi, magna poti-
tius lætandi, & gaudendi causa esse videbatur. Sed
quatuor tamen, easque iustissimas mœroris & luctus
causas fuisse Danieli, docere possumus. Prima causa
fuit, deploranda improbitas & peruicacia Iudæorum,
qui donata omnibus Iudæis à Cyro libertate, nihilo-
minùs tamen Babylone remanserant. Namque ex
tot millibus, qui Babylone commorabantur, ad quin-
quaginta duntaxat millia in Iudæam redierant: cæ-
tera

A tera, propemodum innumerabilis turba, tantam Dei erga se misericordiam, tantamque regis Cyri beneficentiam contempfit, præferens captiuitatem libertati, & exilium patriæ. Hanc causam, quia breuiter, & disertè tractat hoc loco Theodoretus, eius verba hîc adscribam. Cùm enim dixisset, videri potius, fuisse Danieli, ob donatam à Cyro Hebræis libertatem, gaudendi, quàm lugendi causam, subiunxit, hanc ipsam Cyri beneficentiam, qua Iudæi malè vsi fuerant, materiam dolendi, ac lugendi præbuisse Danieli: *Cum enim, inquit, rex omnibus libertatem, ac reditum in patriam permisisset, complures, bonorum, quæ Babylone possidebant, amore capti, neglecto in patriam reditu, tanto beneficio vsi noluerant. Soli autem viri pietatis amatores, patriarumque legum custodes, posthabitis omnibus bonis & delicijs Babylonicis, patria solitudinem omnibus regnis anteposuerunt. Hoc itaque Danieli luctus causa fuit. Videns enim diuinæ promissionis veritatem, & regis humanitatem, atque benignitatem: contra verò populi sui contumax, & effrenatum ingenium, vehementer, animo angebatur. Sed enim, quæret aliquis, cur ipse Daniel, cum ijs, qui redierant in patriam, non abierit. ac potius cum impijs Iudæis Babylone remanserit? cui questionem facile occurritur, si captiuitatis eiusdem Danielis causa intelligatur. Quemadmodum enim non propter sua peccata ductus est in seruitutem, sed Deus populi prospiciens vilitati, eum vna cum ceteris in captiuitatem abstrahi permisit, quasi curatorem, & magistrum quendam simul cum ipsis mittens: ita etiam reditus tempore, cùm plures Iudæorum Babylone remanere decreuissent, propterea diuinus Propheta cum illis degere compellitur, vt ne spirituali cura prorsus destituti, in execrandam idololatria impietatem penitus laberentur. Hactenus ex Theodoreto.*

B enim, inquit, rex omnibus libertatem, ac reditum in patriam permisisset, complures, bonorum, quæ Babylone possidebant, amore capti, neglecto in patriam reditu, tanto beneficio vsi noluerant. Soli autem viri pietatis amatores, patriarumque legum custodes, posthabitis omnibus bonis & delicijs Babylonicis, patria solitudinem omnibus regnis anteposuerunt. Hoc itaque Danieli luctus causa fuit. Videns enim diuinæ promissionis veritatem, & regis humanitatem, atque benignitatem: contra verò populi sui contumax, & effrenatum ingenium, vehementer, animo angebatur. Sed enim, quæret aliquis, cur ipse Daniel, cum ijs, qui redierant in patriam, non abierit. ac potius cum impijs Iudæis Babylone remanserit? cui questionem facile occurritur, si captiuitatis eiusdem Danielis causa intelligatur. Quemadmodum enim non propter sua peccata ductus est in seruitutem, sed Deus populi prospiciens vilitati, eum vna cum ceteris in captiuitatem abstrahi permisit, quasi curatorem, & magistrum quendam simul cum ipsis mittens: ita etiam reditus tempore, cùm plures Iudæorum Babylone remanere decreuissent, propterea diuinus Propheta cum illis degere compellitur, vt ne spirituali cura prorsus destituti, in execrandam idololatria impietatem penitus laberentur. Hactenus ex Theodoreto.

C Daniel, cum ijs, qui redierant in patriam, non abierit. ac potius cum impijs Iudæis Babylone remanserit? cui questionem facile occurritur, si captiuitatis eiusdem Danielis causa intelligatur. Quemadmodum enim non propter sua peccata ductus est in seruitutem, sed Deus populi prospiciens vilitati, eum vna cum ceteris in captiuitatem abstrahi permisit, quasi curatorem, & magistrum quendam simul cum ipsis mittens: ita etiam reditus tempore, cùm plures Iudæorum Babylone remanere decreuissent, propterea diuinus Propheta cum illis degere compellitur, vt ne spirituali cura prorsus destituti, in execrandam idololatria impietatem penitus laberentur. Hactenus ex Theodoreto.

D Altera causa, templi ædificationem, fuisse à finitimis populis, acerrimis Iudæorum hostibus, impeditam atque interpellatam, cõsque tanto esse apud regem Cyrum vsos artificio: vt ille non parum de priore erga Iudæos beneuolentia & benignitate remississe videretur. Atque hoc ex his, quæ scribit Esdras capite quarto, non obscure perspicitur.

ALTERA causa, templi ædificationem, fuisse à finitimis populis, acerrimis Iudæorum hostibus, impeditam atque interpellatam, cõsque tanto esse apud regem Cyrum vsos artificio: vt ille non parum de priore erga Iudæos beneuolentia & benignitate remississe videretur. Atque hoc ex his, quæ scribit Esdras capite quarto, non obscure perspicitur.

Tertia Antiochi contra Iudæos persecutio,

TERTIA lugendi causa fuit, quòd Daniel identidem memoria reperebat, & cum animo suo reputabat id, quod viderat & audierat in superiori visione, quæ in capite octavo scripta est, videlicet, de multis & magnis calamitatibus & malis, quibus rex quidam Græcorum, Antiochus Epiphanes, Iudæos crudelissimè vexaturus & afflictaturus erat. Hoc Daniel mente volutans, non poterat, pro ea charitate, quæ populū suum cõplectebatur, non ingēci mœrore luctūque cõpleri. Ad hanc porro causam pertinet, quod mox sequenti capite vndecimo, angelus omnē illius Antiochi aduersus Iudæos persecutionis & crudelitatis progressum, plenius atque distinctius Danieli demonstraui.

Quarta Christi mors à Iudæis procurata.

QUARTA mœroris & luctus causam, illam equidem fuisse reor, quòd hæserat in animo, mentēque Danielis, id quod ex Gabriele cognouerat in visione noni capitis, tantam nimirum fore populi Hebræi contumaciam, perfidiam, & cæcitatem, ut ipsum Messiam acerba & ignominiosa morte esset necaturus, quàm ob tanti sceleris immanitatem; ipsum antea tantopere à Deo dilectum, tantisque beneficiis ornatum atque cumulatum, in perpetuum ab ipso Deo repudiatū & abiectum iri.

Panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum.

Ieiunij tempore à cibis delicatioribus abstinendum. Panis desiderabilis quis.

HOC docemur exemplo, inquit D. Hieronymus, tempore ieiunij à cibis delicatioribus abstinere, quod ego puto nunc dici panem desiderabilem. Tres autem iungit hebdomadas seipsum affligendo, ne transitoria & fortuita videatur deprecatio. Theodoretus existimat, propter eam panem præcipuè appellari desiderabilem: quia panis sit planè necessarius & communis omnium cibus. Etenim carnibus vescuntur ditiores, pane autem etiam pauperes aluntur; idcirco panem desideriorum appellauit: ut cibum communem, & omnium alimentorum amabilissimum. Sed re vera, phrasi Hebræica, panis desiderabilis vel desideriorum dicitur, qui est optimus & delicatissimus, edētiq̄ nō tantum robur, sed etiam voluptatem præbens.

- A** **O**BSERVAVANT quidam hoc loco, quia Daniel ait, se per tres hebdomades delicatis cibis abstinuisse: ex eo intelligi, solitum fuisse ipsum aliis eiusmodi cibis uti: quamobrem non tantam in senectute victus auferitatem tenuisse, quantam ipse tenuerat in adolescentia, cuius victus, ut in primo capite scriptum est, aqua & leguminibus constabat. Videlicet, hoc tempore Daniel, tanta erat potestate & auctoritate, ut facile habere posset cibos etiam optimos, qui lege Moysi non essent vetiti. At verò non tanta victus durtia, & rigor necessarius est seni, cuius perturbationes animi sedationes sunt, atque infirmiores corporis vires, quantus adolescentioribus, aduersus quos ardentiores & robustiores pugnant animi cupiditates. Theodoretus, hoc Danielis exemplo, quasi firmissimo argumento confutabat impiam Iudeorum sui temporis consuetudinem, qui extra solum Hierosolymitanum, ubicumque exulabant, Pascha, secundum omnes ritus legis Moisaicæ, celebrabant contra ipsam legem, quæ id nisi in loco diuinitus electo, fieri vetabat. Atqui Daniel, in primo mense, cuius decima quarta die, Pascha secundum legem Moysi agi solebat, per tres hebdomadas, usque ad vigesimum quartum eius mensis diem, ab omni genere carnis abstinuit. Non igitur pascha celebravit: eius enim præcipua erat cæremonia, eius agni paschalis: nec id, si per legem, extra Hierosolymam fas esset fieri, Daniel vit religiosissimus, facere prætermisisset.

Cur Daniel
cibus sit vltus
melioribus in
senectute, quã
in iuuentute,

Theodoretus
Iudaos sui
temporis quod
modo arguat,

Sed neque unguento unctus sum.

- D** **H**ic mos, inquit Hieronymus, apud Persas, & Indos hodie quoque seruatur, ut pro balneis vtantur unguentis. Persæ autem, apud quos erat hoc tempore Daniel, non solum ungebantur, sed etiam, auctore Plinio libro 13. capi. 1. unguentis madebant: non modò voluptatis & luxus causa, sed etiam medicinæ: quò videlicet ex nimia edacitate & ingluuie naturæ oris & corporis virus, accersita commendatione ex unguentorum suauitate, extinguere. Verum, quod inibi scribit Plinius unguenta non fuisse Trojanis temporibus, nequaquam probabitur viris doctis, & antiquitate & varietate vsus unguentorum. Persæ unguentis delibuit. Plinius, quod ante Troiana tempora unguenta non fuisse dixerit, redarguitur.

Eustath in cō-
men. in Iliad.
¶ hæc habet.

Exod. 30. 35.
C 37.

Mos Ægyptio-
rum condien-
di corpora
mortuorum.

Variis vngue-
torum vsus.

a 1. Reg. 10.
b 1. Reg. 16.
c 2. Reg. 2.
C 5.
c 3. Reg. 1.
d Ruth. 3.
e Iud. 10.

Atis qui legerint apud Diodorum Siculum libro se- A
cundo cap. primo, regem Ægypti Miridiam, qui mul-
tis seculis antiquior fuit Troianis temporibus, ex
quodam stagno vestigal constituisse vxori suæ, ad
vnguentorum vsum & reliquum corporis cultum:
id autem erat talentum argenti in singulos dies. A-
thenæus item libro decimoquinto, & Eustatius con-
traria Plinio prodiderunt. Homerum sanè præcipuum
Troianarum rerum scriptorem, vnguenta cognouisse,
& olei vocabulo significasse, patet ex eius Iliade.
Archilocum verò constat primùm vocabulo vnguen- B
ti *μύρον*, esse vsum, cum antea eodem nomine vnguen-
tum, & oleum appellaretur: cui opinioni etiam Iu-
lius Pollux accedere videtur. Certè in sacris libris, lon-
gè vetustior Troiana clade, vnguentorum vsus inue-
nitur. Etenim Moses, plus quinquaginta & trecen-
tos annos Troiano excidio antiquior, pretiosa qua-
dam vnguenta facere docuit in Dei cultum, hisque
vsus est ipse in quarundam rerum consecratione *Quin*,
ducentis annis ante Mosén, legimus in libro Gene-
seos capite quinquagesimo primo corpus Iacob de- C
mortui, aromatibus, & vnguentis, more Ægyptiorum
esse conditum. Quis autem fuerit Ægyptiorum mos
in sepeliendis mortuis indicat capte 5. libri secundi
Diodorus. *Vino*, ait, *Pheniceo ex rebus odoriferis, lavant*
corpus, deinde totum ex cedro primùm cum aliis pretiosis
vnguentis vngunt dies amplius triginta: myrrha deinceps ac
cinnamomo, ceterisque rebus liniunt, quæ non solum id serua-
re diutissimè, sed etiam odoriferum reddere queant. Vnguen-
torum per rō vsus admodum fuisse varius in diuinis
libris obseruatur: primò quidem in rebus sacris, ve-
lut in consecratione tabernaculi, & summi pontifi-
cis: lege caput 29. 30. & 40. Exodi, & Leuitici 8. tum
in creatione regum: nam a Saulem, b Dauidem, & c Sa-
lomonem, vntione reges designatos esse legimus:
præterea munditiæ, & elegantię causa: quamobrem
& d Ruth & e Iudith vnguentis esse vsas, in earum
historiis proditum est: ad hoc in condiendis mor-
tuorum, maximè verò regum corporibus, quod etiam
apud Iudæos vsque ad ambitiosissimum luxum pro-
cessit. Scriptum est in posteriori libro Paralipome-
non

V non, cap. 16. Aſa regem Iuda vita deſunctum, eſſe poſitum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, eaque eſſe combuſta ſuper ipſum ambitione nimia. Denique, mos fuit apud Iudæos etiam granium, & ſanctorum hominum, quos conuiuio accepiſſent, eorum caput, pedesque pretioſis vnguentis perfundere: quocirca legimus apud Lucam, capit. 7. Dominum noſtrum quodammodo eſſe queſtum de Phariſæo, quod quem in conuiuio vocauerat, eius caput oleo non unxiſſet. Nota eſt hiſtoria Mariæ Magdalenæ, quæ pretioſum vnguentum, videlicet, trecentis denariis æſtimabile, ſuper caput & pedes Domini effudit. Quatenus verò apud Græcos luxuria in vſu vnguentorum proceſſerit, ita vt etiam cibus, & potui milerentur, indicat Ariſtoteles in libello de ſenſu & ſenſili: de luxu autem Romanorum, legenda ſunt, quæ in 3. c. lib. 13. ſcripſit Plinius.

Matth. 26.
Ioan. 12.

C *Eram iuxta fluum magnum, qui eſt Tigris.*

D **P**VTANT quidam Theologi, Tigrim dictum à fera Tigre, quod eius in curſu celeritatem imitatur. Verum Plinius, Curtius, & alij, tradunt Tigrim vocem eſſe Medorum, qua illi ſagittam ſignificant, cuius celeritatem, quoniam eius fluminis curſus præ ſe ferat, propterea dictum eſſe Tigrim. Sed cur hic nominatur magnus? an quia vnus erat ex quatuor fluminibus à paradifo profluẽtibus? an comparatione fluminum Iudææ? an quod eſſet ex nobilioribus, maioribusque fluminibus tunc temporis in orbe notis, aut certe Iudæorum genti cognitis? conſtat ſanè maiorem eo eſſe Euphratem: vide Strabonem lib. 11. vt nihil dicam de Nilo, Indo, & Gange. Euphrates autem magnus appellatur Genef. 15. Deut. 11. Apo. cap. 9. quinetiam Iofue 23. quaſi per excellentiam flumẽ præciſè, ac ſimpliciter nominatur. Notauit hoc loco D. Hieronymus, ſapè diuinas viſiones & reuelationes iuxta flumen aliquod eſſe factas: velut Ezechieli, iuxta

Vnde nomen fluij Tigris. Plin. lib. 6. c. 7. Cur magnus dicatur.

Gen. 2.

Flavius quid
sit & quid si-
gni eēt.

fluvium Chobar, Danieli iuxta fluvium Eulæum, & A
Tigrum; Ioanni Baptistæ cum baptizauit Dominum,
iuxta Iordanem. Etenim flumen non est aliud, quam
magna vis, & copia aquæ perenniter ex sua origine
profluens: quo significatur magna vis gratiæ, & illu-
minationis propheticæ; quæ datur prophetis, non in-
star habitus permanentis, sed tanquam in transcurso,
& ad modum aquæ præterfluentis.

*Ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti
auro obrizo, & corpus eius quasi Chrysolithus, & c.*

Angelus visus
hic Danieli,
fuit Gabriel.
Cass. collat. 8.
cap. 13.

NON erat re vera, qui visus est Danieli, vir: sed **B**
angelus sub specie & habitu virili: quapropter
Symmachus, teste Hieronymo, vertit, quasi vir. Sed
quis fuit ille angelus? admodum credibile est fuisse
Gabrielem: hoc namque existimauerunt Ioannes Cas-
sianus collatione octaua, & Theodoretus paulo in-
frà, & de posterioribus, Carthusianus. Idque rationi
consentaneum est, siquidem in duabus superioribus
visionibus capitis octaua, & noni angelum missum à
Deo ad docendum Danielelem constat fuisse: Gabrie-
lem, cum expressum eius nomen ibi legatur. Quo **E**
licet intelligere Gabrielem fuisse in his visionibus
à Deo destinatum, ad illuminandum eruditione,
atque instruendum Danielelem. Putat autem Cassia-
nus, & Gregorius libro 17. moralium, hunc angelum
habuisse peculiarem tutelam, & curam populi He-
bræi, qui erat in captiuitate Babylonica, & quacun-
que ad eius populi salutem, & dignitatem pertine-
bant, fuisse Gabrielis ministerio demandata. Michaël
autem princeps erat, tutor, & rector vniuersi popu-
li Hebræi, ac totius Synagogæ, sicut nunc esse credit-
ur Ecclesiæ. **D**

Cass. ibid.
Greg. lib. 17.
Moral. c. 8.

Quid signifi-
cēt vestis li-
nea.

LINEA vestis huius Angeli, significabat purita-
tem, & innocentiam naturæ angelicæ, nulla peccati
labe vnquam fœdata: linum enim est album, & byssi-
næ vestis candorem habet, quo lucis æternæ imaginem
gerit & competit electis, de quibus Ioannes in Apo-
calypsi capit. 3. *Qui vicerit, inquit, induetur vestimentis al-
bis.* Sequitur, *renes eius accincti auro obrizo, id est cinctus*
era

- A erat zona ex auro purissimo, & nitidissimo: sic enim interpretatur Theodoretus aurum obrizum, quod ipse, retinens Hebræum vocabulum, appellat ophaz: Isidorus lib. 16. etymologiarum, cap. 17. dictum putat obrizum, quia obradiet splendore suo, quod sit optimi coloris. Plinius autem libro 33. capite tertio: *Aurum*, inquit, *quo magis arsit eo magis proficit ad bonitatem: auri- que experimentum ignis est, ut simili colore rubeat ut ignis, at- que ob hoc obrizum vocant.* Pagninus obrizum esse dictum ait, ab Ophir, quasi Ophirizum. Erat autem
- B Ophir, nomen proprium loci, qui feracissimus erat optimi auri, quod deuchi solitum ad Salomonem, & Iosaphar, scriptum est in 3. lib. regum, cap. 9. 10. & ultimo. Dius Hieronymus in epistola 140. ad Priscipiam virginem, quæ continet explanationem Psalmi quadagesimi quarti, super illis verbis: *Asstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato*; pro illo, *deaurato*, vel sicut ipse vertit ex Hebræo, *in diademate aureo*, refert, Symmachum transfuisse, *in auro primo*, Aquilam verò, quintam item & sextam editionem vertisse, *in tin- cturam vel in auro Ophir*, subditque Hieronymus, O-
- C phir genus esse auri, vel à loco Indiæ, vel à colore sic nominatum: Septem quippe apud Hebræos auri vocabula repetiri. Apud Hieremiam capit. 10. sic legitur, *Argentum inuolutum de Tharsis afferitur, & aurum de Ophaz.* Et sunt hoc nostro tempore, qui putent, Ophaz, fuisse, quæ tunc à Lusitanis vulgo dicitur Sophala, auri optimi ditissima, vnde in Lusitaniam deuchi solet. Per zonam verò auream figuratur ardor amoris, quo angeli; Deo indissolubili coniunctione copu- lantur, vel purissima eorum sapientia, qua Deum & alia in Deo intelligunt. Porò quia renes sunt loca delectationum carnalium, per renes aurea zona cinctos, signatur, concupiscentiæ victoria: & quod angeli omnem suam voluptatem, & delectationem in Dei sapientia, & amore positam habeant. Significatur etiam, eos, qui carnalem concupiscentiam vicerunt, ac perdomuerunt, angelorum visitatione, illuminatione, & consolatione, à Deo dignari. *Et corpus eius quasi chrysolithus.* Hebraicè est, *Tharsis*, quod vocabulum re- ceptum est in Græca translatione. Dicunt autem, in-
- D A A 5 quit,

Quid sit aurè obrizum.

Pagn. in the- sauro linguæ Sanctæ, quod tamen ab alio interiectum videtur.

D. Hieron.

Quid signifi- cat zona au- rea.

Quid significet vox Tharsis.

Cap. 10 & 14.

Quid D. Hieronymus variis in locis de vocabulo Tharsis, tradiderit.

Ioan. 1.

Act. 11.
Ioan. 1.

quit Theodoretus, corpus illius angeli fuisse quasi Tharsis, id est, simile auro probatissimo è Tharsis alato: etenim illinc Salomoni rude afferebatur aurum. Hic Hieronymus hoc loco vertit chrysolithum, qui est lapis marini coloris, habens maculas, & quasi scintillas aureas. Hyacinthos mittit Æthiopia, & chrysolithos, aureo colore translucens, ut inquit Isidorus libro decimo sexto etymologiarum. Quidam faciunt duo genera chrysolithi, unum translucens aurei coloris, habens velut ardentes quasdam scintillas: alterum cæruleum & virens: aquæ marinæ, cum à sole collustrata est, persimile: quod radiis solis suppositum, auream representat stellam, & in Æthiopia gignitur. Chrysolithi fit sæpè mentio in Scriptura: velut Exodi vigesimo octavo, Ezechielis vigesimo octavo, Apoc. vigesimo primo.

Sed redeamus ad vocabulum Hebræum, Tharsis, quod est hoc loco: quod, quia frequens est in scriptura variamque habet significationem, diligentiori indiget interpretatione. Ponã igitur primum, quid Hieronymus diuersis locis de vocabulo, Tharsis, tradiderit: tum ergo pressius & distinctius varias eius vocis significationes exponam. Super hoc Danielis loco ita scribit diuus Hieronymus. Pro chrysolitho, qui vnus est de duodecim lapidibus, qui ponitur in Logio pontificis, in Hebræo, habetur, Tharsis, quod Theodotio & Symmachus eodem verbo interpretati sunt, Tharsis: septuaginta vero, mare appellauerunt: iuxta illud, quod in Psalmo legitur 47. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis, id est, maris. Et Ionas fugere cupiebat, non in Tharsum urbem Cilicia, ut plerique existimant, literam ponentes pro litera: vel in India regionem, ut putat Iosephus, sed absolute in pelagus. Idem vberius & luculentius eadem de re scripsit in epistola 133. ad Marcellam: in qua reprehendens Rhæricium Augustodunensem Episcopum, quod in commentariis suis in cantica canticorum, multa & ineptè, & perperam interpretatus esset, sic ait: Vehementer miratus sum virum eloquentem, præter ineptias sensuum ceterorum, Tharsis putasse urbem esse Tharsum, in qua Paulus natus est, & aurum Ophas, Petrum significare, quia Cephias in Euangelio, idem Petrus sit appellatus. Habuerat utique idipsum

A id ipsum verbum in Exechiele cap. 10. & species rotarum, sicut
 species Tharsis, & in Daniele cap. 10. & corpus eius vt Thar- Exod. 18.
 sis, quod Aquila chrysolithum, Symmachus hyacinthum in-
 terpretatur, & in Psalmo quadragesimo septimo; in spiritu
 uolento conteres naues Tharsis & in cer lapides, qui in ornatu
 sacerdotis tribuum nominibus sculpti sunt, eiusdem lapidis no-
 men inferitur: & omnis fere Scriptura hoc vocabulo referta est.
 De Ophax vero quid dicam? cum Daniel capite decimo, An-
 gelum sub viri specie sibi visum, lineis vestitum & circa renes
 cinctum fuisse ex auro Ophax dicat. Plura quippe apud He-
 braeos auri sunt genera, vnde ob distinctionem, nunc Ophax
 positum est, ne quis Zaab putaret, quod in Genesi, nasci cu lapide
 B carbunculo predicatur. Quæris si Tharsis, lapis Chrysolithus sit
 hyacinthus, ad cuius coloris similitudinem, Dei species
 scribatur: quomodo Ionas Tharsis ire voluisse dicatur: & Sa-
 lomom, atque Iosaphat, in Regum libris, naues habuerint, quæ
 de Tharsis solita sint exercere commercia? Ad quod facilis est
 responsio: homonymum esse vocabulum Tharsis: quod & India
 regio ita appelletur, & ipsum mare, quia caruleum sit, & sæpe
 solis radijs percussum colorem supradictorum lapidum trahat,
 C & à colore nomen accepit: licet Iosephus T. pro Δ. litera mu-
 tata, Græcos putet Tharsum appellare pro Dharis. Haec
 nus D. Hieronymus. Nos quatuor eius vocis signifi-
 cationes, tum ex sacris literis, tum ex earum interpre-
 tatione, quam septuaginta interpretes condiderunt,
 colligere possumus. Nam quintam significationem eius
 vocis, pro Tharso, Ciliciæ metropoli, à Iosepho in pri-
 mo, & nono libro Antiquitatum, traditam, vt quæ me-
 rito reprobata sit à Diuo Hieronymo, hic omittimus.
 Primò igitur, Tharsis, in libro tertio Regum, & secun-
 do Paralipomenon, significat regionem India, optimo
 auro abundantem, vnde ad Salomonem longa nauig-
 atione deuehebatur. Deinde, significat lapidem pre-
 tiosum, vt patet Exodi vigesimo octauo, & Ezechie-
 lis vigesimo octauo, & Danielis decimo, quem Hie-
 ronymus, sequutus Aquilam, vertit chrysolithum.
 Præterea, id nominis sumpserunt aliquando Septua-
 ginta interpretes, pro Carthagine, vel illa ora
 Africae. Nam Isaia vigesimo tertio, nos legimus,
 Plurate naues Tharsis, pro quo septuaginta reddide-
 runt,

Ioan. 1.
 3. Reg. 10.
 2. Paralip. 9.
 & 10.

Quatuor si-
 gnificationes
 vocabuli Thar-
 sis.

Ios. lib. 1. c. 7.
 & p. c. 11.

Lib. 3. Reg.
 c. 10. & 2.
 Paralip. c. 9.
 & 20.

runt naues Garthaginis : & Ezechielis vigesimo septimo ; sic est , *Tharsis negotiatores tui* : at Septuaginta verterunt , *Carthagineses negotiatores tui*. Denique , secundum Theodororum , Theophylactum , Ariam Montanum , & Varabulum , hoc modo sumitur nomen Tharsis apud Ionam capite primo. Postremò , hoc nomen ponitur pro mari : & sanè perquam frequenter in sacris literis , vt Psalmo quadagesimo septimo , & Isaia capite secundo ; & secundum Hieronymum , & Hebræos , etiam apud Ionam capite primo ; quin Hieronymus super secundum caput Isaia , affirmat nomen Tharsis ; B propriè significare apud Hebræos ipsum mare : nam alterum nomen ; iam , quo etiam vtuntur Hebræi ad significandum mare , magis esse Syriacum , quam Hebræum. Atque hæc de vocabulo , Tharsis , attigisse , satis fit lectori.

De hyacintho
& chrysolitho.

QVONIAM autem , vt diximus , cum Tharsis significat lapidem pretiosum , sicut videtur hoc loco significare , ab interpretibus exponitur nomine chrysolithi , vel hyacinthi , non nihil etiam de his dicendum est. De chrysolitho quidem supra nonnulla posuimus , C quibus addendum est , quod in libro trigesimo septimo , capite nono , scribit Plinius : *Chrysolithos* , inquit , *Aethiopia mittit* , aureo colore translucens. Praferuntur *cus* , *Indice* : & si varie nō sint , *Bactrianae* : deterrimæ autem *Arabicae* , quoniam turbide sunt , & varie , & fulgoris interpolati , nubilo macularum , etiam quæ *lympide* contingere , veluti *scobe* sua refert. *Optimæ* verò sunt , quæ in collatione aurū albicare , quadam argenti facie cogunt. *Bochobus* auctor est , *chrysolithon* duodecim pondis a se visam. Hugo de sancto Victore in libro tertio , de bestiis , & aliis rebus , enarrans genera , D & proprietates lapidum , de chrysolitho hunc in modum scribit : *Chrysolithus fulget quasi aurum* , & emittit ex se scintillas ardentes , quocirca significantur hoc lapide illi , qui intelligent diuinam scripturam , & id , quod intellegunt , alijs demonstrant opere , & sermone : & quasi scintillas boni operis , & verbi iactant ex se , quibus alijs illuminatur , & accendantur : nec abscondunt Deum in terram , nec sub modis lucernam ponunt , sed in aperto , vt luceant omnibus , qui in domo Dei sunt. Et idem paulò infra , de hyacintho , sic ait : *Hæc lapis mittat colorem suum cum facie calis* : si clarū est calum , lucet : si ob-

Plinius quid
de chrysolitho
scripserit.

Hugo de sancto
Victore ,
de eadē quid
scripserit.

De hyacintho
quid idē scripserit.

scurum,

A scurum sit obscurus. Per hunc lapidem designantur, qui se omni modo ad aliorum captum accommodant: sicut fecit Paulus, ut ipse scribitur primè ad Corinthios secundo, tertio, & nono capite. Omnibus, inquit, factus sum omnia; ut omnes facerem saluos. Vel aliter: hyacinthus similis est aque, radio solis percussæ: & ita, viros sapientia plenos; & veri solis radio persufos significat.

NON possum hoc loco præterire racitam, eiusdem lapidis descriptionem à Solino positam in capite trigesimo tertio. Apud Æthiopes, inquit, nitore ceruleo hyacinthus inuenitur, lapis pretiosus, siquidem inculpabilis inueniatur. Est enim vitis non parce obnoxius. Nam plerumque aut violacco diluitur, aut nubo obducitur, aut albicans in aquaticum eliquescit. Optimus in illo tenor, si nec densiori fuce sit obtusior: nec propensa persucitate deterior, sed ex vitroque temperamento, lucis; & purpure, moderatum suauiter florem trahat. Hæc est, qui sentit auroras, & cum celo facit mutationem: nec equaliter ruit, cum aut nubilosus est, aut serenus dies. Præterea, in os missus, magis friget, sculptus certe minime accommodatus: ut qui attritum respuat. Nec tamen penitus imictus est: nam ad amantem scribitur, & notatur. Vbi hyacinthus, ibi chrysolapis apparet, quem lapidem lux celat, prodit obscurum. Hæc Solinus. Ac enim, addubitabit fortasse aliquis, si Angelus, qui visus est Danieli, vestitus erat lineis, qui potuit eius corpus à Daniele, cuius esset coloris, discerni? Sed cogitandum est, lineam illam vestem, fuisse tenuissimam, & pellucidam, & peruiam aspicienti, ut corporis, quod ornabat, facile præderet colorem.

PERGAMVS, cæterum illius Angeli habitum visumque, hoc loco descriptum, breuiter euarrare. Sequitur, & facies eius, sicut species fulguris: id est, splendor illuminans, è facie eius emicabat: vel facies eius videbatur quasi flammans, & fulgurans: in quo terror, & ita contra Dei hostes ostendebatur: vel indicabatur excellentia gloriæ Angeli, vel mentis eius, quæ excellenti diuinæ cognitionis fulgore coruscat. Similiter à Matthæo describitur Angelus, capite vigesimo octauo, nuncius; & testis resurrectionis Domini: Erat, inquit, aspectus eius quasi fulgur. Post hæc subdit Daniel, Oculi eius ut lampas ardens. Insinuat ardo

De eodem, quid Solinus literis mandauerit.

Dubitatio.

Quid significet, facies Angeli fulguris.

Quid brachia
& pedes An-
geli ex xre cā
denti.

amoris diuini, & claritas notitiæ Angelorum, in bea- A
tifica Dei visione consistens. Sequitur: *Et brachia eius,*
& quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris canden-
ti. Brachia, robur, & fortitudinem Angeli significant
ad ferendam opem, & præsidium quibuscumque vo-
luerint: & ad conterendas omnes aduersarias potesta-
tes. Per pedes, designatur Angeli facultas, incompara-
bili celeritate eundi quocumque, & quacumque vo-
luerit. Atca dicuntur brachia, ob insuperabile robur,
& ob vim cætera frangendi, & conterendi. Candor
autem, vel ad pulchritudinem pertinet, vel ad terro-
rem aspicientium, sicut candor armorum in prælio.
Simile quid legitur in Ezechiele, capite primo: *Scin-*
tilla, inquit, *quasi aspectus æris candentis:* Extremo loco
ponitur: *& vox sermonum eius, ut vox multitudinis,* id est,
visui tibi esses, inquit Theodoretus, *illum audiens Ange-*
lum, multam hominum inter se magna voce colloquentium tur-
bam audire.

Quid multifo-
na vox Ange-
li.

Cur Angelorū
aspectus, & cō-
gressus, primo
terrificus ho-
mini esse so-
cat.

PVIAT Albertus, hunc Angelum, qui loquebatur
Danieli, venisse multis aliis comitatum Angelis, ad
maiores ipsius Danielis consolationem. Magnitudo
porrò, & multiformitas vocis Angelicæ, significabat
admirabilem facultatem enunciandi, & explicandi
hominibus arcana cœlestia. Ex hac igitur, & aliis An- C
gelorum visionibus palam est, tam inusitato, & terri-
bili modo Angelos apparuisse hominibus, quò maio-
rem in eorum animis, sui reuerentiam, & timorem
excitarent, & ut simul humilitatem conditionis huma-
næ, & Angelicæ supra omnes mortales, in donis natu-
ræ, gratiæ, & gloriæ excellentiam demonstrarent. Et
quia sæpè idcō apparent hominibus, ut eos, quæ occul-
ta sunt, familiariter doceant: hinc fit, ut per proprie-
tates corporis assumpti, spirituales proprietates Angeli
significentur.

Similis locus
in Apocalypsi
capite primo.

SIMILI propemodum specie habituque, visum
sibi Dominum narrat Ioannes in Apocalypsi, capite
primo. *Vidi,* inquit, *similem filio hominis.* Sic etiam supra,
Daniel capite septimo, dixit: *vidisse se quasi filium*
hominis venientem cum nubibus cœli. Vocat Ioan-
nes Christum similem filio hominis: quia licet ipse
post incarnationem suam verus sit homo, non tamen
ipse

A ipse tunc, qualis est per se, visus fuit Ioanni, sed tantum per visionem imaginariam sub multiformi specie, ac similitudine. Quamquam secundum phrasim Hebraicam, idem est, similem esse filio hominis, vel factum esse in similitudinem hominis, atque esse verum hominem, vnde filius Dei dicitur à Paulo in Epistola ad Philippenses, cap. 2. propter mysterium incarnationis, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Pergit Ioannes, & subdit, *Vestitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea. Podiris, est tunica talaris vsque ad pedes demissa, & erat vna de vestibus*

Cur Christus dicitur similis filio hominis.

Quid vestis poderes. Quid zona aurea.

B sacerdotibus. Quapropter per eam significatur, vel Christi sacerdotium, vel natura humana, quam Dei filius induit. Per zonam verò auream, designatur regia Christi auctoritas, de qua Dauid in Psalmo 92. Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est fortitudinem, & præcinxit se. *Caput eius, inquit Ioannes, & capilli candidi tamquam lana, & tamquam nix. Rectè sane: nam caput Christi, secundum Paulum, est Deus: cuius antiquitatem, vel potius æternitatem denotat canicies: quocirca etiam Daniel supra, appellauit Deum antiquum dierum. Oculi eius tamquam flamma*

Caput Christi quid sit.

1. Corint. 11.

Dan. 7.

Oculus Christi quid.

C ignis: significatur vis diuinæ intelligentiæ, omnia colustrans, & illuminans, vt nihil ei obscurum, & occultum esse queat: ignis nempe lucens bonis, improbos perdens, atque consumens. *Pedes eius similes aurichalco: per pedes, qui intellexerit sanctos Apostolos, minimè opinor, à vero aberrauerit. Illi enim Christi nomen per vniuersum orbem portauerunt, sicut Dominus dixit de Paulo: Vas electionis iste est mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israël. Sunt etiam*

Act. 9.

D ipsi corporis mystici, id est, Ecclesiæ Christi, pedes: quoniam eorum fide, & disciplina, fundata, & firmata est Ecclesia. Qui benè dicuntur similes aurichalco, quoniam, & splendorem habuerunt auri, id est, splendidissimam charitatem, ac sapientiam, & soliditatem, ac firmitudinem æris, propter incredibile virtutis robur, & insuperabilem animi fortitudinem. *Vox tamquam aquarum multarum, id est, vox magna, & sonora. Etenim Christi doctrina, per omnem terram prædicata*

Pedes Christi & Ecclesiæ fuerunt Apostoli.

dicata, & exaudita est, de quo, tantò ante David spiritu A
 propheticè cecinerat in Psalmo 18. Non sunt loquela,
 neque sermones, quorum non audiantur voces eorum:
 & in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines or-
 bis terræ verba eorum. *Facies eius sicut sol lucet.* Similiter
 in transfiguratione resplenduit vt sol, Christi facies: si
 enim iusti fulgebunt vt stellæ, secundum Daniele
 cap. 12. immò si fulgebunt iusti vt sol, sicut dixit Chri-
 stus Matthæi 13, quid mirum, splendorem vultus Chri-
 sti, solis fulgori similem prædicari? Sed reuertamur ad
 visionem Danielis. B

*Vidi ego Daniel solus visionem: parò viri, qui
 erant mecum, non viderunt: sed terror nimirum
 irruit super eos, & fugerunt in absconditum.*

Angeli dum
 apparent, non
 omnibus sese
 demonstrant.

Ecclasiis quid
 hic sonet.

IN potestate angelorum est, cum in assumptis corpo-
 ribus apparent hominibus, sui aspectum quibuscum-
 que volunt, vel exhibere, vel denegare. Sed cur, inquit
 Theodoretus, fugerunt socii Daniels, cum visionem illam C
 non vidissent? Atqui verisimile est, hoc ipso maiorem illis me-
 tum esse incussum: nullum enim cõspicari, magnamque audien-
 tes vocem, merito percussi terrore, aufugerunt. Ecclasiis vocat
 hic Scripturas sic enim Græcè est, pro eo, quod Latine
 legitur, terror, non timiditatem solam, sed cæcitatem il-
 lam, quæ Græcè dicitur, ἀγορία: quæ quibus contingit,
 hi non amisso visu, non vident tamen, quæ sunt ipsis
 ante oculos. Hac percussi sunt Sodomitarum iuxta fores
 Loth, & Syri, qui ad capiendum Elisæum missi fuerant,
 Simile quid eius, quod narrat hoc loco Daniel, etiam D
 Pauli sociis in itinere, cum iret Damascum, accidit. Ete-
 nim, & tunc solus Paulus vidit lumen, quod eum cir-
 cumfulserat, socij autem eius, non viso lumine, solam
 vocem audierunt: vocem nempe ipsius Pauli, non au-
 rem Christi. Nam de hac intelligendum est, quod ipse
 Paulus narrat in Actis Apostolorum, capit. 22. dicens:
 Qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non
 audierunt eius, qui loquebatur mecum. Lucas autem capite
 nono, dixerat, comites Pauli, neminem vidisse, & vo-
 cem tantum audivisse, nimirum vocem ipsius Pauli,
 Christi

Genes. 19.

2. Reg. 6.

Act. 3.

A Christo ipsum compellanti atque increpanti, respondentis. Subiungit Daniel, *Et non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, nec habui quicquam virium.* Et paulò infra, *Domine mi, dixit Daniel angelo, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, sed & habitus meus intercluditur.*

S A T I S apparet ex hoc loco, & ex aliis duobus, Daniel ex angelorum visione angolorum, accidisse terrorem & consternationem animi: necnon & corporis debilitationem atque languorem. In capite septimo sic legimus: *Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum: & visiones capitum mei conturbauerunt me, & facies mea mutata est in me.* In extremo autem capite octauo sic est: *Ego Daniel languui, & egrotavi per dies: & stupebam ad visionem.* Similia contigerunt aliis. Nam Habacuc capite tertio: *Audui, inquit, & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea.* Et Hieremias, *Contritum est cor meum, contremuerunt omnia ossa mea à facie Domini, & à facie verborum sanctorum eius.* Ioannes quoque in Apocalypsi capite primo, ait, se, cum vidisset angelum, cecidisse ad pedes eius tanquam mortuum. Denique apud Iob cap. 4. sic Eliphaz loquitur: *Cum spiritus me presente transiret, horruerunt pili capitis mei, & pauor terruit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt, & facies mea mutata est in me.* Tantæ verò consternationis & terro-

B
C
D
Cur diuinæ & angelicæ visiones tanto perire turbent & debilitent hominem.

ris, qui ex diuinis visionibus, seruis Dei contigit, variæ sunt causæ. Primùm enim, inusitatus homini angelorum aspectus, præsertim sub specie habitusque terribili, meritò terrorem homini incurrit. Deinde, sollet idem accidere, cum in eiusmodi visionibus denuntiantur aliqua iis, quibus fiunt visiones, tristissima & acerbissima: quemadmodum Danieli in visione octauæ & noni capitum, prænunciata sunt quædam, quæ populo Hebræo futura erant calamitosa, atque funesta. adde, quod sic natura est comparatum, vt cum quis omnem vim mentis in contemplationem diuinarum rerum intendit atque defixit, pariter quodammodo remittantur, ac debilitentur inferiores vires hominis corporali vitæ inservientes: calore enim vitali, ad

supremas mentis functiones contracto, & sanguine ad cor ipsum coacto, necesse est corpus frigescere, & vultum pallefcere: quinetiam nonnunquam, & corporis languor, & debilitas, & grauis aliquis morbus contingit. Libet hic apponere duos beati Gregorij locos, qui ad hoc iptum illustrandum valent plurimum. Prior locus est in libro quarto Moralium, cap. 30. vbi, cur sancti ex visitatione, & visione diuina, & animo conturbentur, & debiliuentur copore, causam exponens, ita scribit: Nimirum mens humana, dum occulte locutionis aspiratione tangitur, à statu suæ fortitudinis infirmata, ipso quo absorbetur, desiderio liquatur: & inde se apud semetipsam sessam inuenit, vnde vltra se esse conspicit fortitudinē, quam conscendit. Hinc Daniel, cum visionem Dei se conspexisse diceret, adiungit, Elangui, & egrotavi per dies plurimos. Qui, cum ad virtutem Dei mens astringitur, à propria fortitudine caro lassatur. Hinc Iacob, qui angelum tenuit, vno

D. Gregorius
duobus locis
quid se hac
Angelorum
visitatione
scripserit.
Iacob cur clau
dicauerit ex ta
ctu Angelil

mox pede claudicauit, quia qui vero amore sublimia respicit, iam in hoc mundo duplicibus desiderijs incedere nescit: vno enim pede innuitur, qui solo Dei amore roboratur: & uicijse est, vt alter pes marcescat, quia mentis virtute crescente oportet

Dan. 8. proculdubio, vt carnis fortitudo torpescat. Posterior eiusdem Gregorij locus est, in octauo Homilia super Ezechielem: Longa enim oratione docet, hominem penitens deficere, comparatum Deo: & ex diuina visione ac visitatione accidere homini, vt suam ipse agnoscat & sentiat ignorantiam, infantiam, vilitatem, & infirmitatem. Confirmat hoc exemplo Abrahamæ, & Moysis: Ille Genes. 18. quanto familiarius cum Deo loquitur, tanto demissius de se sentit, & tanto magis se ipsum abiicit: Loquar, inquit, ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis: Hic autem Exodi 4. ex sermone, quem cum Deo habuerat, quamuis esset omni Ægyptiorum scientia eruditus, scasit tamen, se magis, quam fuerat antea, indiseritum & impeditoris linguæ esse factum. Obsecro, inquit, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius: ex quo enim loquutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum. Sic Iaias, ad illam Dei visionem, quam describit ipse capite sexto, sublatus, clamauit se virum esse pollutum labijs. Sic Hieremias loquente ad ipsum Domino, clamat, A, a, a, Domine, nescio

Hier. I.

fco

A scio loqui, quia puer ego sum. Sic Daniel, sublimem visionem videns, per plurimos dies elanguit, & aegrotavit. Quia nimirum, & hi, qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei concipiunt, in sua sibi met æstimatione infirmi atque imbecilles fiunt. Hactenus ex Gregorio. Dan. 8.

Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos.

HINC docemur, inquit, Theodoretus, quantum nobis voluntaria prosit carnis afflictio. Etenim, Daniel, cum voluntario se ipsum ieiunio macerasset, & Dominum quæssisset, statim exoravit, & voti sui compos factus est. *Quæritur, ait Hieronymus, si statim exauditus est, cur non statim missus est angelus, sed per unum & viginti dies dilatus fuerit eius ad Danielem aduentus? videlicet, data est Danieli per moram, occasio amplius Deum deprecandi, ut ex eo, quod plus desiderat per laborem, plus etiam per reuelationem angeli audire mereatur. Quod autem ait angelus, & ego ingressus sum ad verba tua, (sic enim refert D. Hieronymus, nostra translatio habet, & ego veni propter sermones tuos) hunc habet sensum. Postquam tu cepisti bonis operibus & lachrymis, atque ieiunijs, Dei inuocare misericordiam: & ego accepi occasione, ut ingrederer in conspectum Dei, & orarem pro te.* Cur Angelus Danieli non ab initio apparuit.

D Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & uno diebus: Et paulò infra: Et nunc reuertor, ut praelier aduersus principem Persarum.

ANTIQUAM hic locus quæstionem habet, arduam sanè illam, nec minus nobilè: atque ut explicatu minimè facilem, ita, quæ diligentet tractetur atque discutatur, dignissimam. Quæritur enim,

quisnam fuerit princeps Persarum, qui tandiu, & tan- A
 toperere restitit Gabrieli, & quod genus prælij inter
 iplos sit factum. Velenim fuit ille angelus bonus, vel
 malus: si malus, quomodo vocatur princeps Persarum?
 & qui potuit tantam habere vim & potentiam aduer-
 sus Gabrielem? sin autem fuit bonus angelus, cur igitur
 tam obnixè restitit Gabrieli, tam bonam & iustam
 causam agenti? & cum angeli sint incorporei, quo-
 modo iplos inter se decertare ac præliari, intelligen-
 dum est? Verùm ante alia disquiramus, vtrum prin-
 ceptus ille Persarum fuerit bonus angelus, an malus. Ru-
 pertus libro nono de victoria verbi Dei, & Bearus B
 Thomas in prima parte quæstione 113. Carthusianus
 item, aliisque plurimi (nam ferè Theologorum est
 hæc communis opinio) tradunt, censuisse Diuum
 Hieronymum, principem Persarum fuisse angelum
 malum. Ponam hic verba Hieronymi ex commenta-
 rio eius super hoc loco, vt quæ fuerit eius sententia,
 liquidò iudicet lector. Sic ille scribit: *Videtur mihi hic
 princeps Persarum, esse angelus, cui Persis credita est, iuxta il-
 lud, quod in 3. cap. Deuteronomij legimus: Quando diuidebat
 Altissimus gètes, & disseminabat filios Adæ, statuit terminos
 gètium, iuxta numerum angelorum Dei. Isti sunt principes, de
 quibus Paulus loquitur prime ad Corinthios capite secundo. Sa-
 pientiam loquimur inter perfectos, quam nullus principum hu-
 ius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum
 glorie crucifixissent. Restitit autè princeps, id est, angelus Per-
 sarum, faciens pro credita sibi prouincia, ne captiuorum omnis
 populus dimitteretur: & forsitan cum statim Danieli exaudi-
 tus fuisset à Deo, non statim tamè missus est angelus, qui ei in-
 dulgentiam Dei nunciaret: quia principi Persarum, vno & vi-
 ginti diebus restitit ei, enumerans peccata Iudeorum, quòd in-
 ste tenerentur captiui. Sic hoc loco Diuus Hieronymus.
 Quoniam igitur significat Diuus Hieronymus, prin-
 cipem illum Persarum fuisse de numero eorum prin-
 cipum huius mundi, qui crucifixerunt Dominum: eos
 autem constat fuisse angelos malos, hinc apparet pu-
 tasse Hieronymum, fuisse illum Persarum princi-
 pem, angelum malum. At enim, cum Hieronymus eo-
 dem loco dicat, eum fuisse de numero eorum ange-
 lorum, quos Deus prouinciis & regnis præfecit, vt
 gentis,*

Thom. in 1.
 par. q. 113 ar. 8.
 An D. Hiero-
 nymus puta-
 uerit, princi-
 pem illum Per-
 sarum, fuisse
 malum ange-
 lum.

Sic legitur se-
 cundum 70.

A gentis, cui quisque præfectus est, curam & custodiam gerat: manifestum verò sit angelos, quos Deus prouinciarum & regnorum præsidēs, tutores, & rectores constituit, esse bonos angelos: quippe qui sunt administri eius prouidentia in regendo mundo: existimare conuenit: hunc Perfarum principem, non malum, sed bonum angelum fuisse. Et verò, in hanc sententiam magis propendere D. Hieronymum, si quis attentius legat totius commentarij cōtextum, facillè animaduertet.

B Quid? ergo contrarias sententias de illo principe Perfarum, in suo commentario posuit Hieronymus? Quid nisi? Sanè frequenter D. Hieronymus solet in explanandis sacris literis, diuersorum auctorum, tacitis sæpè eorum nominibus, non diuersas modò, sed etiam repugnantes inter se, & quasdam ipsi ueritati contrarias sententias commemorare, nec eas tamen diiudicare, aut confutare: sed earum iudicium lectoris arbitrio integrum relinquere. De quo, cum à suis obtrektoribus uchementius reprehenderetur, se ipse purgat in quarto suorum commentariorum super Hieremiam volumine, cur id fecerit, rationem exponens.

C VERVM, siue Diuus Hieronymus huius fuerit sententia: siue, ut multi putant, contraria: siue, ut quispiam non temerè existimaret, ambigua, illud sanè extra controuersiam est, Ioannem Cassianum, & Rupertum Tuiciensem, viros scriptorum, quæ reliquerunt, laude claros, principem illum Perfarum, fuisse angelum malum, manifestis & disertis uerbis prodidisse. Cassianus quidem certè in collatione octaua cap. 12. affirmat, omnem hunc aërem inter cælum & terram viquequaque diffusum, incredibili malorum spirituum densitate esse constipatum: quos tamen satis utiliter humanis aspectibus prouidentia diuina subtrahit. Aut enim terrore concursus eorum, vel horrore vultuum, in quos se pro voluntate sua transformant, intolerabili formidine, consternantur homines, atque deficerent: aut certè nequiores quotidie redderentur, exemplis eorum, & imitatione illorum uitiati, & per hoc inter homines, & immu-

Consuetudo
D. Hieronymi
scripta eius le-
gentibus, benè
obseruanda.

Cassianus; &
Rupertus hūc
principem
Perfarum ma-
lum esse ange-
lum opinati
sunt.

dos spiritus, fieret noxia quædam familiaritas & pernicioſa coniunctio. A

Post hæc Cassianus, proximè sequenti capite subiunxit, non solùm malos spiritus impugnare homines, sed etiam ipsos inter se dissidere atque dimicare. Nam discordias, inquit, & conflictus super nonnullis gentibus, pro quadam sibi nequitia vernacula familiaritate susceptis, indefesso certamine similiter exercere non desinunt. Quod etiam in visione Danielis manifestè legimus figuratum, angelo Gabriele ita narrante: Noli timere Daniel, quia ex primo die, quo te affligere capisti in conspectu Dei, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, &c. B

Quem principem regni Persarum, minimè dubitandum est, aduersariam fuisse potestatem, quæ sauebat genti Persarum inimicæ populo Dei, quippè, ad impeditendam utilitatem, quam videbat per absolutionem questionis, pro qua Daniel Deum exorauerat, ab archangelo ministrandam: lubens semetipsum, ne oculus ad Daneilem salutaris angeli consolatio perueniret, Deique populum, cui Gabriel præerat, confortaret, obiecit. C

Qui tamen ait, ne tunc quidem, ob impugnationis illius vehementiam se ad eum peruenire potuisse, nisi in adiutorium sibi Michaël aduenisset, & occurrens principi regni Persarum, seseq; conflictui eius interserens, & opponens, eumque ab ipsius impugnatione defendens, ad instructionem Danielis, post vigesimum & vnum diem peruenire fecisset. Ex quo liquido peruidetur, quod discordias gentium, & conflictus, quos inter se, istis instigantibus, gerunt, etiam contra se aduersè exercent potestates: & illarum, vel victoria gaudeant, vel diminutione crucientur, & ob hoc non possunt inter se esse concordēs, dum vnusquisque pro his, quibus præest, contra alterius gentis præſulem iniqua semper emulatione contendit. Dicuntur etiam D

mali spiritus, principatus, & potestates, vel quòd diuersis gentibus dominantur, ac præſint: vel quòd in inferiores spiritus atque dæmonia, suos exercent principatus. Nam & Dominus Lucæ vndecimo nominauit Beelzebub, principem Dæmoniorum: & Ioannis decimoquarto, diabolum vocauit principem huius mundi: & Paulus ad Ephesios sexto, dæmones appellauit, principatus, & potestates, & rectores tenebrarum harum. Hæc Cassianus. U

Cur mali dæmones principatus, & potestates dicantur. *Cassia. c. 14.*

A ias quasi vestigia persequutus, simillima tradit Ru-
 pertus in libro nono de victoria verbi Dei, hunc Rupertus,
 in modum scribens: Principes istos Persarum & Gre-
 corum, quales sunt, vnus de doctoribus eximtis, diuus Hieronymus breuiter innuit. Isti sunt, inquit, principes de
 quibus Paulus scripsit: Sapientiam loquimur inter perfectos, I. Cor. 2.
 quam nullus principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. Profecto,
 eisi huius doctoris auctoritas deesset, prudens tamen audi-
 tor principes illos angelos malos intelligere non dabitaret, sci-
B licet, contra quos bonis principibus praliandum erat, qui
 contradicebant precibus sanctorum hominum, & legationi
 sanctorum angelorum. Siquidem mundi princeps, diabolus à
 Domino dictus est: cum de toto constet, de partibus quis
 dubitet? si totius princeps mundi Diabolus, nonne consequen-
 ter partium mundi, scilicet Persarum atque Graecorum princi-
 pes, male potestates, maiori principi Diabolo subministran-
 tes recte intelliguntur? Non enim Persæ & Græci, Dei cultores
 erant: sed potius creatura, quàm creatori seruibant: nec
 Deum, sed pro Deo, demonium colebant, Persæ quidem solem
 quem Apollinem dicebāt: Græci autem sub nomine, vel obtentu
 sapientie sue, Minervam: aliaq; gentes, aliorum Demonum
 portenta: gens vnaquaque suum præ cæteris, singularem. Omnes
 autem vniuersaliter sub nomine Iouis principem demonum, Iouan. 14.
 principem mundi diabolum colebant, & huiusmodi malis spi-
 ritibus, coram simulachris suis se prosternebant. Ergo, quorum
 Dy fuerunt, multo magis principes eorum rectè sunt appellati. Rom. 1.
 Et boni semper principes, sibi quidem consentiunt, mali autem,
 & semper bonis quoad possunt resistunt, etiam sibi semper
 dissentiunt, & semper inter eos sunt iurgia, quia superbi sunt.
 Similiter, & qui sub malis istis spiritibus, sunt homines mali,
 semper à bonis dissentiunt, & nihilominus contra semetipsos di-
 uisi sunt, regnum aduersus regnum, ciuitas contra ciuitatem,
 domus contra domum, vir in virum, Et quamuis aliqui sint
 interdum consanguinitate coniuncti, at tamen, Nulla fides regni
 sociis, omnisque potestas impatiens consortis erit. Sic Rupertus.
 Hæc Calliani, & Ruperti sententia, duobus confirmatur
 argumentis. Primò, inter angelos bonos nulla potest
 esse discordia, nedum contentio aliqua vel pugna.
 Siquidem, perfecta charitas, quæ est in beatis angelis,
 BB 4

& summa voluntatis eorum ad voluntatem Dei con-
formatio, omnem dissidij vel discordiæ rationem ex-
cludit. Deinde, liberatio populi Hebræi ex captiui-
tate Babylonica, Deo grata erat, quippe eam Deus
per suos Prophetas promiserat, atque prædixerat. Nul-
lus igitur bonorum angelorum eam impedire esset
ausus. Facit etiam pro confirmatione huius opinio-
nis, sententia illa Iob, quæ est in capite 23, nam de
Deo loquens ait, *qui facit concordiam in sublimibus*. Ex
quo significatur, in sublimibus illis, & beatis menti-
bus, nullam esse posse discordiam. Simile est illud e-
iusdem Iob, *concentum cæli, quis dormire faciet?* hoc est, B
quis interrumpere poterit, aut quis cessare faciet sum-
mam cælestium spirituum inter se consensionem,
nomine concentus signatam?

Iob. 35.

Quomodo
malus angelus
bono resistere
valeat Thom.
n 1. par. q. 109
art. 4.

CAETERVM aduersus hanc opinionem duo pos-
sunt obiici. Prior obiectio hæc est. Minimus ange-
lus bonus, est potentior, etiam supremo angelo ma-
lo: quia, vt docet Beatus Thomas, in angelis præpon-
derat, & præualet ordo gratiæ, ordini naturæ: non
igitur malus angelus tamdiu archangelo Gabrieli res-
istere potuisset. Sed non est difficile occurrere huic C
obiectioni: Non enim malus ille angelus tantam illam
vim resistendi angelo Gabrieli habuit ex naturali sua
potentia, sed ex peccatis Iudæorum, quæ quò plura
& grauiora erant, eò iustiores & valentiores, mali
angeli aduersus ipsos accusationem, in conspectu Dei
faciebant, tantoque indigniores & difficiliorem li-
berationem ipsorum reddebant. Sed quia hoc nostrum
responsum breuius expositum, latius atque diserte
tius explicat Rupertus, gratum lectori futurum pu-
taui, si ipsa eius verba hic adscriberem. Sic autem in
libro nono, cap. 6. de victoria verbi Dei scribit Ru-
perrus. *Vnde malo angelo virtus pugnandi aduersus bonum
angelum, eique resistendi? Ex hominum vel populorum pecca-
tis. Vbi sit ista pugna inter bonos & malos angelos? in cam-
po iustitiæ, in conspectu iudicij, ipso spectatore ac iudice Deo.*
*Sed quomodo boni & mali angeli pugnant inter se? Malus
pugnat accusando, bonus defendendo. In quantum est magna
& vera accusatio mali angeli, in tantum est tarda & inualida
defensio*

Rupertus cur
Angelus ma-
lus bono resi-
terit, causam
refert.

A defensio boni. Exempli causa, angelus malus, qui aderat regno Assyriorum, quo ducta sunt in captiuitatem decem tribus Israël, validissime eas accusabat, quod nunquam recessissent à peccatis Ieroboam, quod reges omnes sceleratos, & impios habuissent, demique quod pertinaciter, & incorrigibiliter peccassent, nam toties audito per Prophetas verbo Domini factisque apud se per Eliam & Eliseum, tot signis & prodigijs, nullatenus ad poenitentiam molliri, ac flecti potuissent. Et quia hæc accusatio grauisima erat, propterea inefficax fuit apud Deum defensio boni angeli, qui curam gerebat illarum tribuum. Quapropter, nunquam illæ tribus captiuitate sunt liberatæ. Similiter malus angelus, qui aderat Persis, & vocatur hoc loco princeps regi Persarum, vehementer obstitit ne tribus Iuda captiuitate liberaretur. Hoc autem faciebat quatuor modis. Primum, instigando & inducendo Iudeos ad grauisima scelera, quo liberatione ex captiuitate apud Deum indigniores efficerentur, tum dissuadendo Iudeis reditum in patriam: exaggerandis bonis, que in captiuitate certè possidebant, & amplificandis malis atque incommodis, que in reditu perpassuri erant: contra verò, minuendis bonis, que ex reditu in patriam sperare poterant: Ad hoc, alienando animum Cyri regis à Iudeis, vt reuersis in Iudeam minimè faueret: & eos qui apud ipsum remanserant, nullo modo dimitteret: suadens id maiorem in modum incolumitati, tranquillitati, securitati, & diuturnitati imperij sui expedire. Præterea grauisissimam coram Deo Iudaorum accusationem afferebat, exponens eorum scelera, propter que, secundum legem diuinæ iustitiæ, nullo modo liberari deberent. Hæc ille malus angelus aduersus tribum Iuda. Cuius accusatio, fuit illa quidem grauis, sed non tam efficax, vt aduersus tribum Israël. Peccauit quidem etiam illa, sed non tam pertinaciter: habuit enim multos reges, qui vel poenitentiam egerunt, vt Manasses, vel etiam pijs ac iusti fuerunt, ac populum correxerunt, vt Iosaphat, Ezechias, & Iosias. Proinde ait Gabriel, princeps Persarum restitit mihi, & subaudiendum est, sed non vsquequaque resistere mihi poterit, quia videlicet causa vestra modis que peccati & principij vestro Michaeli, qui solus adiutor meus est in his omnibus, locum facit vsque defendendi, quod non debeatis perpetua captiuitate teneri, quia non in perpetuum à Domino recessistis, im-

Decem tribus nunquam à captiuitate liberatæ sunt.

Quot modis Iudeorum liberationem impediunt.

Cur Iuda tribus in patriam reuerta est, & autem alia.

nio penitentiae satisfactionem nonnunquam obtulistis, & nunc A
offeris. Haecenus ex Ruperto.

An malis an-
gelis in popu-
los sit aliquis
datus princi-
patus.

SEQUITUR altera obiectio, quae aduersus hanc
ipsam opinionem ita instruit. Angelus, qui reuertit
Gabrieli, erat princeps regni Persarum: ergo fuit bo-
nus angelus: siquidem, ut singulorum hominum, ita
regnorum, prouinciarum, atque populorum custo-
dia, cura, & gubernatio, non nisi bonis angelis à Deo
demandata est: malis enim angelis permitti non de-
bebat, quippe qui in omnium hominum perniciem, &
exitium omnibus suis viribus incumbunt: nimirum B
simile hoc fuisset, (si parua licet componere magnis)
ut si quis ouem lupo commisisset. Sed ad hoc, ex Cas-
siani & Roperii sententia paratum est, & in promptu
responsum,

Quomodo
mali angeli in
populos ha-
beant potesta-
tem.

RESPONDENDUM est, angelos malos dici prin-
cipes regnorum & populorum, non quòd eum principa-
tum & potestatem acceperint à Deo, sed quòd eam ha-
beant ob improbitatem & impietatem hominum, qui-
bus imperant & dominantur, incitando eos ad varia
& magna flagitia. Nam, ut scriptura inquit, qui facit C
peccatum, seruus est peccati, pariterq; ipsius daemonis.
Et sanè gentiles cognitione veri Dei cultuq; carentes,
velut Persae & Graeci tunc erant, ductum & imperium
mali angeli potius, quàm boni sequebantur. Ac si Dia-
bolus à Christo Domino vocatur princeps huius mun-
di, à Paulo, Deus huius seculi, & rector tenebrarum har-
um, quid mirum, eius ministros, diuersorum regnorum
principes & praesides nominari?

Ioan. 8.

Ioan. 14.

2. Cor. 4.

Eph. 6.

ACCEDIT his, quòd mali angeli, ex omnibus or-
dinibus angelorum, aliqui ceciderunt: sicut igitur Deus
ex ordine principatum statuit bonos angelos, qui reg-
nis & prouinciis praesent: ita diabolus destina-
uit aliquos, qui ceciderant ex ordine principatum,
perturbandis, decipiendis ac deprauandis gentibus,
& populis, qui sunt sub diuersis regnis & prouinciis.
Non est hoc loco suppressendum silentio salutare
quoddam documentum, haud dubiè gratissimum le-
ctori futurum, quod Rupertus tradit in libro nono
de victoria verbi Dei, capite octauo, his verbis scri-
bens: Terribile, atque lamentabile hinc nobis datur documen-
tum, ut

A
al
dn
tor
per
de
ac
ca
ne
B
cor
sol
gen
bu
oc
ex
ne
di
la
op
C
de
no
fu
bu
ra
le
no
be
&
liu
D
re
pa
pt
fia
di
ira
fo
se
aa

A *h*, ut sciamus causam esse apud Dei iudiciū, cur cum sumus in aliqua tribulatione, seu publica, seu priuata, non statim exaudimur clamantes ad Dominum. Scire namque debemus sanctos Angelos inter Deum, & homines Dei seruos, esse administratores: & nos in conspectu eorum psallere, & orare, eosque semper esse paratos ad offerendas Deo orationes Ecclesie. Scire etiam debemus, malos angelos ex aduerso venire, & contradicere illis, ac resistere, & cum sint iniusti, nostræ contra nos declamare causas iniustitiæ, quod videlicet, exaudiri non debemus: eo quod

B conditiones obseruemus: illas dico, solue cogitationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: & cætera quæ pluribus verbis prosequitur Isaias, capite quinquagesimo octauo, & postea subdit: Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Cum igitur inuocamus, & Dominus non exaudit, scire debemus, sanctis angelis orationes, & clamores nostros Deo offerentibus, resistere, & contradicere malos angelos, habentes in manibus accusationum iacula, quæ sunt peccata nostra, non redempta prædictis misericordie operibus, quæ Dominus in conditione posuit, si iuste exaudiri desideramus. Sic Rupertus.

D ALTERA sententia est, qui à Daniele hoc loco nominantur principes Persarum, & Græcorum, eos fuisse bonos angelos, qui à Deo illis regnis, & gentibus præfecti fuerant, atque omnem, quæ hic memoratur inter istos principes, & Gabrielem, ac Michaellem dimicationem, & pugnam, non nisi inter bonos angelos esse actam. Huius sententiæ auctores habemus Theodoretum in commentario huius capituli, & diuum Gregorium in libro decimo septimo Moralium capite octauo: quem ceu ducem sequuti sunt ferè Scholastici, atque in primis Beatus Thomas in prima parte, quæstione centesima decimartertia, articulo septimo. Nec his diuersa sentiunt Lyranus & Carthusianus in explicatione huius capituli. Censent autem, dimicationem, & pugnam inter angelos bonos, non ira esse intelligendam, ut boni angeli voluntate absoluta discordent inter se, ne dū mutuis dissideant odiis: sed quia, quoad non est ipsis Dei sententia, & voluntas manifesta, populorum, quibus præsunt, diuersa merita,

Notabilis Rudimenti sententiæ, cur Deus preces nostras sepe non ita cito exaudiat.

Fuisse illos principes, à angelos bonos, sententiæ Theodoretus, D. Gregorius, D. Thomas, & ferè scholasticorum Theologorum.

Quomodo Angeli boni dissideant, & pugnent inter se.

vel demerita exponunt coram Deo, & diversos ab ipso effectus postulant. Cùm primùm autem patefacta ipsis est Dei voluntas, ac sententia, cessat omnis illorum dissensio, summaque concordia id ipsum omnes sentiunt, & volunt, quod diuinæ voluntati consentaneum esse cernunt.

Cur Angelus
Persarum no-
lebat Iudæos
captiuitate li-
berari.

SE D exemplorum appositione, hoc fiet apertius, & illustrius. Angelus bonus, qui præerat regno Persarum, has ob causas censebat non esse omnes Iudæos illa captiuitate liberandos. Primùm, quia hoc ingenio semper fuissent Iudæi, vt rebus aduersis meliores essent, quàm secundis: magisque prodesset illis ad salutem animi malis premi, quàm bonis abundare: quapropter vtiliorem fore ipsis seruitutem, quàm libertatem, & in captiuitate affligi, quàm in patria florere. Deinde, tot esse, tantaque Iudæorum peccata, vt non possit aliter diuinæ iustitiæ satisfieri, quàm, vt, vel perpetua, vel longissima seruitute, suorum scelerum pœnas persoluant. Ad hoc, pertinere ad diuinam prouidentiam aliarum quoque gentium curam habere, non tantùm Iudæorum, videlicet non Iudæorum modò ipsum esse Deum: sed aliarum etiam omnium gentium. Cùm igitur aliæ gentes minus offenderint Deum, quàm Iudæi, habita præsertim ratione amplioris sciētiae diuinarum rerum, quàm Iudæis impertiuerat Deus, & plurimæ, maiorumque donorum, quæ illi à Deo acceperunt, & conueniens erat, vt, si Deus erga Iudæos misericors esse vellet, simili clementia, & benignitate aduersus alias gentes vteretur: & quia Persæ Iudæorum institutis, consiliis, & consuetudine, plurimi ab impietate ad veri Dei agnitionem cultumque conuertebantur, æquum esset, dignumque Dei bonitate, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, etiam Persarum saluti consulere: & quoniam plurimos Iudæorum captiuitate liberatos in Iudæam redoxerat: reliquos, qui remanserant apud Persas, ad eorum vtilitatem, atque conuersionem retinere. Atque hæc quidem erat principis regni Persarum dimicatio cum Gabriele, & hunc in finem liberationi omnium Iudæorum obstitabat.

1. Timot. 2.

CONTRA

A CONTRA verò Gabriel, & Michaël, Iudæorum tutores, patroni, ac defensores, liberationem eorum ex captiuitate, his rationibus à Deo efflagitabant. Deum non semel promississe, & per suos Prophetas prædixisse, captiuitatem illam Iudæorum non ampliùs septuaginta annos duraturam: quo tempore iam tunc exacto, oportere, vt constaret omnibus, quàm ipse Deus sit verax in promissis suis, & vt Prophetæ eius fideles inuenirentur. Per exiguum autem, & nullius momenti esse emolumentum, quod Persis accedebatur ex contubernio, & consortio Iudæorum, si cum detrimento ipsorum comparetur: eo namque septuaginta annorum tempore, vsque adeò in Iudæis, veræ pietatis, & religionis studium exoleuisse, vt nisi, quàm primùm à societate Gentilium segregentur, periculum sit, ne, si quod in illis reliquum est virtutis, & religionis lumen, id penitus extinguatur. Cum enim sint Iudæi ad superstitiones Gentilium valdè propensi, nisi ab eorum contubernio abstrahantur, sine dubio eorum superstitionibus, & erroribus implicatum iri. Nec esse æquum, panem filiorum dare canibus, & tanto suorum dispendio, & damno, leuissimum minimùmque impiæ gentis emolumentum redimere. Esse quidem pleròque Iudæos improbos, & sceleratos, Deo que contumaces, ac rebelles: sed in his tamen reperiri non paucos, & bonos, & Deo carissimos, & in his Danielem, cuius tam multis lachrymis, tam longis durisque ieiuniis, afflictionibus corporis, tam assiduis precibus, tam ardentibus voris, decebat Deum indulgere, ac satisfacere. Quòd si eo beneficio indigni erant Iudæi, id tamen conferri illis decebat, in gratiam, & honorem Messia, qui ex ea gente, & in patria eius gentis solo, humanam naturam suscepturus, cum ipsis familiariter victurus, ipsosque maximis cumulaturus erat beneficiis. Hæc igitur rationum contectio, vel pro Iudæorum liberatione, vel contra ipsam, inter diuersarum gentium præsides Angelos, coram Deo facta, appellatur hîc pugna, prælium, resistantia, seu repugnantia.

VERVM iuuat Theodoretî, & Gregorij verba hîc apponere, quibus illi, quod nos scho!astico modo, breuiter, &

Quomodo Gabriel, & Michael Iudæorum liberationem apud Deum procurabant.

Singuli homi-
ne Angelum
habent custo-
diam, & Gen-
tes Archange-
lur.

Cur Angeli
Persarum, &
Græcorum re-
ditum Iudæo-
rum impedia-
bant.

D. Gregorius
de pugna An-
gelorum, quid
scribat.

bi euiter, & distinctè diximus, fufius, & luculentius ex-
plicariunt: quò, scilicet, tantorum doctorum auctoritate, maior nostris dictis fides accedat. Theodoretus ita
scribit: *Ex his, quæ tradit hoc loco Daniel, docemur, singulis*
Angelis, vniuscuiusque nostrum creditam esse curam, ut cu-
studiant, tueantur, & à prauis demoniis nos liberent insidijs.
Archangelus vero, illud munus inunctum est, ut gentium sint
præfeci. sed illud in præsentia querendum videtur: Quinam
de causa princeps regni Persarum resistebat ei, qui patrio-
cinium populi Hebræi susceperat? Non enim putandum est, per-
turbationibus esse obnoxiam Angelorum naturam: quippè
sanctitatis plenam, & diuinis iussis, ac nutibus vsquequaque
obtemperantem. Verum, si quis diligenter ipsam rem perpendat,
rectum eorum, quæ dicuntur, sensum, & intellectum comperit.
Nam, Persarum princeps, & princeps Græcorum, id est, Ange-
li, quibus earum gentium custodia, & cura erat commissæ, ne-
cessario beneuolentia circa eos affecti erant, qui eorum tutela,
& cura tenebantur. Cum igitur cernerent Hebræorum iniqui-
tatem, egrè ferebant, videntes tam iniquam, & ingratham gen-
tem, maioris prouidentia Dei fluctus, ceteris populis ferre: non
enim nouerant in Deo, qui omnia creauit, occultum mysterium:
siquidem post aduentum Saluatoris nostri, & prædicationem
Euangelij, innotuit (ut Paulus scribit ad Ephesios capite
tertio) principibus, & potestatibus, per Ecclesiam multi-
formis sapientia Dei. Hoc itaque mysterium ignorantes, &
multam Dei erga Iudæos prouidentia considerantes Archan-
geli, quibus aliarum nationum cura fuerat credita, indigna-
bantur, quod cernerent Iudæos, maxime post legem, & propheta-
tas, tantamque doctrinam, & curam, deteriores esse barbaris
populis, nec talibus beneficijs à Deo affectis, quibus ipsi præsi-
debant. Et hoc significauit Angelus Danieli, dicens: Princeps
regni Persarum stetit ex aduerso mei, vno, & viginti diebus:
hoc est, his omnibus diebus persuadere ei studebam, in re, hæc
Dei prouidentia dignos censeret Iudæos, optulante mihi Mi-
chæele. Hæc Theodoretus. At Diui Gregorij verba ex
capite octauo, libri decimi septimi Moralium, sic se
habent. Sed inter hæc libet inquirere, si pax in sublimibus sum-
ma retinetur, quod est, quod per Angelum Danieli dicitur,
princeps regni Persarum restitit mihi viginti, & vno diebus,
& ecce Michaël venit in adiutorium mihi: & nunc reuertar,
ut præliet aduersus principem regni Persarum. Quos itaque
altos

- A** alios principes gentium, nisi Angelos appellat, qui sibi resistere exequuti potuissent? Quæ igitur esse pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoque Angelicos spiritus, præliandi certamen agitur, qui semper conspectui veritatis assistunt? Sed quia certa Angelorum ministeria, dispensanda singulis quibusque gentibus sunt prælata: cum subiectorum mores, aduersum se vicissim, præpositorum spirituum opem merentur, ipsi, qui præsunt spiritus, contra se venire referuntur. Is namque Angelus, qui Danieli loquebatur, captiuus Iudæis, in Perside constitutus prælatus agnoscitur: Michaël verò, Iudæis, qui in terris Iudææ, remanserant præpositus inuenitur. Unde, & ab hoc ipso Angelo dicitur
- B** Danieli. Nemo est adiutor meus, nisi Michaël princeps vester: & rursus, Michaël vnus de principibus primis venit in adiutorium mihi. Qui dum non simul esse secl. in adiutorium venire dicitur, aperte ei populo prælatus agnoscitur, qui captiuus in alia parte tenebatur. Quid est ergo Angelum dicere, ego veni propter sermones tuos: sed princeps Persarum resistit mihi: nisi sua subditis opera nunciare: ac si aperte dicat Danieli: precum quidem tuarum merita exigunt, vt populustuus à iugo suæ captiuitatis exuatur: sed est, quod adhuc in eo populo Persarum domino purgari debeat, vnde ereptionem illius, Persarum
- C** princeps mihi iure contradicat: quamuis preces tue, eorum quoque lachrymæ, qui in Iudæa relictî sunt, hanc ereptionem adiuuent. Propheta igitur preces, Angelus exaudit: sed Persarum princeps resistit: quia, etsi iam vita iusti deprecantis, ereptionem populi exigit: eiusdem tamen populi vita adhuc contradicit: vt quia necdum hi, qui in captiuitatem fuerant ducti, plene purgati sunt, iure eis adhuc Persæ dominentur. Recte ergo dicitur, quod contra se Angeli veniunt, quia subiectarum sibi gentium merita contradicunt. Nam sublimes spiritus, eiusdem gentibus principantes, nequaquam pro iniusta agētibus decertant: sed eorum facta iuste iudicantes, examinant. Cùmque vnuscuiusque gentis, vel culpa, vel iustitia, ad suprema curie consilium dicitur, eiusdem gentis præpositus, vel obtinuisse in certamine, vel non obtinuisse perhibetur. Quorum tamen omnium vna victoria est, sui super se creatoris voluntas: quam dum semper afficiunt, quod obtinere non valent, nunquam volunt. Bene igitur dixit Iob; Qui facit concordiam in sublimibus suis. Sic Gregorius.

Angeli sunt principes gentium.

Cur Iudæi & Babylonica captiuitate non educi merentur.

Iob cap. 15.

Quomodo
angeli perfe-
cta charitate
coniuncti inter
se pugnent.

Ex his palam est, quemadmodum facile repelli
queat, quod huic sententiæ supra obiectum est: nul-
lam inter bonos angelos, perfecta charitate cum Deo
& inter se coniunctissimos, discordiam, nedum pu-
gnam esse posse. Hoc enim ita diluitur: talis est inter
angelos dissensio & pugna, sicut proximè docuimus,
vt eam nec perfecta charitas angelorū, nec summa vo-
luntatis eorum ad diuinam voluntatem conforma-
tio, excludat: excludit tamen ab angelis, perfectam co-
gnitionem diuini consilij, voluntatis, & prouidentia
circa omnia futura contingentia: hanc enim non sem-
per habent angeli, & quoad ea carent, possunt deside-
riis & sententiis inter se dissidere. At cum primū eis
Dei voluntas & sententia enotuit, cessat omnino eo-
rum omnis dissensio, idem planè sentientibus & cu-
pientibus omnibus, quod velle & decreuisse Deum,
ipsis patefactum est.

An inter dæ-
mones sit di-
scordia.

EX POS VI duas, de angelorum discordia & pu-
gna, nobilium & illustrium doctorum sententias, &
vtranique sanè probabilem: posteriori tamen libentius
equidem accefferim. Illud verò, quod paulò supra re-
tulimus, à Cassiano & Ruperto proditum etiam inter
ipfos angelos malos serias esse contentiones, graues
discordias, acerbæque pugnas, adeò vt alij præualere
aliis, eorūque principatum, & dominatum euertere
studeant, atque contendant: haud scio, an improbari
debeat. Siquidem contrarium istorum opinioni vi-
detur, quod Dominus in Euangelio dicit, Matthæi 12.
*Omne regnum contra se diuisum desolabitur, & omni ciui-
tas, vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si satanas sata-
nam eiecit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo regnum eius
stabit?* His verbis Dominus aduersus Phariseos argu-
mentatur, se non eiecere dæmonia auctoritate, & po-
testate principis dæmoniorum: non enim dæmones
inter se ita sunt discordes, vt alij aliis aduersentur, &
alij aliorum potentiam, & dominationem destruere
conentur. Hæc autem Domini argumentatio, pariter
valet aduersus illam Cassiani, & Ruperti sententiam.
Ex eo autem, quod dixit Gabriel Danieli, restituisse
sibi principem Persarum vno, & viginti diebus, exi-
it quæstio: quid causæ fuerit, quare tandiu inter istos

Cur tādū da-
rauit pugna in
ter principem
Persarum, &
Gabrielem.

Ange

A Angelos disceptatio durauerit; cum vel puncto temporis, possint angeli suas inuicem cogitationes & desideria declarare, atque apud Deum exponere. Quid igitur tanta mora fuit opus? aut in cuius rei tractatione, tantum temporis ab angelis consumptum est? Verum facilis est huius quaestionis solutio. Dicendum enim est, moram illam esse factam, non propter angelos: quippe breuissimo illi tempore totum illud negotium transigere, & expedire potuissent: sed id duas ob causas factum est. Primum, quo maius esset meritum Danielis, tanto studio & contentione animi, tot

B illos dies in oratione, lachrymis, & ieiunio perseverantis: eiusque charitatis ardor, & sanctitatis excellentia; illustrior & admirabilior omnibus esset. Deinde, quo magis intelligeretur, quanta esset huius negotij difficultas, id est, liberationis omnium Iudaeorum ex captiuitate; quae sane difficultas, non ex imbecillitate diuinæ potentiae, nec ex bonitate & benignitate eius parum in homines propensa, nascebatur: sed ex indignitate Iudaeorum, qui propter maxima ipsorum scelera, ab omnibus ferme angelis eo beneficio iudicabantur indigni: atque ex hoc praeterea enotesceret, atque eluceeret eximia Dei misericordia, & singularis voluntatis eius erga Iudaeos propensio; qui tot obliuiscibus eorum sceleribus, totque aduersantibus angelis, nihilominus tamē, tanto eos beneficio afficere voluerit.

C

Et ecce Michaël, vnum de principibus primis, venit in adiutorium meum: & ego remasi ibi iuxta regem Persarum.

D **Q**UOD dicitur hic, Michaëlem, vnum esse de primis principibus; diuus Hieronymus interpretatur, esse ipsum archangelum, id est, principem angelorum, idemque sentire videtur Theodoretus: Iudas item in epistola sua Canonica, Michaëlem appellat archangelum; quo nomine etiam nominatur ab Ecclesia in officio, quod canit in anniuersario die festo sancti Michaëlis. Vocabulum autem archangelum, presertim, proprieque sumptum, pertinet ad secundum

Ex quo ordine angelorum sit Michael.

Iud. cap. 1.

Dion. lib. de
cxl. lll. cap. 9

ordinem infimæ hierarchiæ: quamuis latiori signifi-
catione acceptum, etiam in superiores ordines con-
feratur. Ferè tamen nunc Theologi, doctrinam beati
Dionisij, in libro de cœlesti hierarchia traditam, se-
cuti, Michaëlem, ex supremo ordine infimæ hierar-
chiæ, qui nominatur principatus, esse arbitrantur:
quineriam primum illius ordinis: namque Diony-
sius docet, ex ordine principatum esse, qui gentibus,
regnis, & prouinciis à Deo sunt præpositi. Et quoniam
in confesso est Michaëlem præfuisse populo Hebræo,
totius orbis tunc nobilissimo, clarissimoque, Deoque
carissimo: non est dubitandum, fuisse eum principem
omnium sui ordinis. Atque hoc non obscure indicauit
Gabriel, appellans eum vnum de primis principibus.

Quomodo
Michael vene-
rit in auxiliū
Gabrielis con-
tra principem
Persarum,
Theodoretus.

Quomodo
nullus angelo-
rum præter
Michaelem &
Gabrielem, fa-
uebat Iudæo-
rum liberatio-
ni.

S. E. D. quomodo Michaël venit in adiutorium Ga-
brieli? Nempe coniunxit cum eo affectum, & conatum
patrocinandi populo Hebræo, eiusque plenissimam
ex captiuitate liberationem procurandi apud Deum:
& rationes principis regni Persarum, cui sese oppo-
suerat, validissimè repellendi. Verùm, illud ingen-
tem lectori admiratione in mouere posset, quod Ga-
briel extremis verbis huius capituli ait, *Nemo, inquit,*
est adiutor meus in his omnibus, nisi Michaël princeps vester.
Quæ verba explanans Theodoretus, *Non solum, inquit,*
Persarum & Græcorum principes vobis aduersantur: quinimo
nulla earum virtutum, quæ super cælo sunt, vult populum ve-
strum boni alicuius compotem fieri, propter multa videlicet sce-
lera: nisi solus Michaël, cui vestri tutela credita est. Illud igitur
admiratione dignum est, quomodo solus angelo-
rum omnium Michaël, faueret populo Hebræo: Nō-
ne tot angelos custodes Iudæorum, bona illis optasse
& procurasse apud Deum, credendum est? Qui sit cre-
dibile, erga populum Hebræum, tanto Dei amore, gra-
tia, & beneficentia dignatum, & penes quem solum
tunc veri Dei cognitio, cultusque vigeat, tam male
omnes angelos fuisse affectos? Pro vnus Elisæi de-
fensione visus est totus mōs cōfertus igneis equitibus:
sub quorū specie significabatur numerosum angelorū
agmen, qui Elisæo in custodiam & præsidium aduen-
erunt. Lege ca. sextum li. 4. Reg. Quis igitur non miretur
vni viro illius populi, tot affuisse angelos: vniuctum
autem

A autem populum ab omnibus fermè angelis esse deser-
tum? Albertus Magnus respondet, cum dicitur solus
Michaël fuisse adiutor Gabrielis, non intelligi solam
personam Michaëlis: sed intelligi eum simul cum v-
niuerso agmine angelorum, qui sub illius ductu &
principatu sunt: quemadmodum in Apocalypsi capit.
12. scriptum est: *Michaël, & angeli eius preliabantur cum
dracone.* Illud praterea docet Dionysius, angelos, nul-
lum suscipere ministerium, aut obire munus circa res
humanas, nisi à Deo sibi iniunctum: & quoniam mu-
nus procurandi liberationem Iudæorum ex captiui-
tate, his duobus tantum angelis, Michaëli & Gabrie-
li, Deus mandauerat: deò ipsi soli dicuntur eius rei cu-
ram egisse. Nam angeli custodes, singulorum homi-
num curam gerunt, non gentium & regionum. De-
nique, propterea Deus hoc Danieli, & per Danielè om-
nibus voluit innotescere: vt intelligeretur, quanta ef-
fet illius populi improbitas & indignitas, cuius li-
berationi tam pauci angeli studerent, ac suffragaren-
tur.

Albert. Magni
sententia.

Dyon. lib. de
cael Hier. ca 4

C Quid sequitur, *Et ego remansi iuxta regem Persarum,*
non nihil habet difficultatis. Non enim facile intel-
lectu est, quisnam fuerit ille rex Persarum. Theodo-
retus de hoc nihil in commentario dixit: Hierony-
mus sine dubitatione regem Persarum interpretatur
angelum custodem, & præsidem regni Persarum: sci-
licet, quem & supra, & infra, hoc ipso capite, Gabriel
appellat principem regni Persarum. Translatio
Theodoretì diuersam hoc loco habet lectionem, hanc
nimirum: *Et ipsam reliqui ibi cum principe regni Persarum;*
hodièque sic legitur in libris Græcis. Quam varieta-
tem lectionis peperit verbum Hebræum, *Iubar*, am-
biguæ significationis ad significandum tam remane-
re, quàm relinquere. Verum, sicut nostra lectio ha-
bet, sic etiam vertit Pagninus, & qui nuper ex He-
bræo sacra Biblia transfulerunt. Ruperito non placet,
per regem Persarum intelligi angelum illius regni
præsidem: tum quia huic intelligentiæ obstat voca-
bulum regis, quod in Scriptura non solet angelis at-
tribui: tum quia cum ille præses regni Persarum aduer-
saretur Gabrieli, non dixisset Gabriel, se remansisse

Quis fuerit il-
le rex Persarum,
iuxta quem
dicit se Gab-
riel reman-
sisse.

Regia editio
sic habet, cum
sacra Biblia
ad verbum
transfert.

Ruperti de
Rege Periarū
sententia.

iuxta ipsum, sed potius contra, vel aduersus ipsum, Po-
nauit hic verba Ruperti, ex quibus intelligitur, qua-
lem ipse hunc regem Persarum, apud quem reman-
serat Gabriele, fuisse existimauerit. Notandum est, inquit
Rupertus, Gabrielem dixisse, quia remansit non iuxta princi-
pem Persarum: sed iuxta regem Persarum. Rex namque Per-
sarum, homo erat scilicet Darius, vel Cyrus, iuxta quem bonum
angelum remanere oportebat, quia captiuorum causa hoc exi-
gebat: principi autē Persarum, angelus malus erat iuxta quem
non remanere, sed aduersus quem, bonum angelum preliari de-
cebat. Quid autem commodi remansio Gabrielis iuxta regē Per-
sarum attulerit, non est obscurum legentibus sacram historiam,
qua docet regem Persarum Cyrum, iussu Deī, captiuitatem
Iudeorum soluisse: & de reedificando templo magni Dei, de-
cretum, & electum fecisse. Et qualiter multis annis post, alius
rex Persarum Assuerus maritus Esliber, retentus fuerit à Deo,

Esdrae 1. c. 1.

Eslib. 7. & 8.

Heb. 1.

ne pessimus illius Amas hostis Iudeorum, de nece eorum om-
niu consiliū perficeret: immo malitiosas eius machinationes in
caput ipsius retorqueret. Vnde hac tam feliciter euenerunt: nisi
quia bonus iste angelus remansit iuxta regem Persarum: Omnes
enim spiritus coelestes, à rege Paulo, sunt administratorij salu-
tis electorum: & quia hic angelus preliatus est aduersus sibi re-
sistentem angelum, & alium principem regni Persarum, offerendo
Deo orationes, & defendendo causam captiuorum. Magna sunt
haec, & digna, ut pro illorū effectus, sancti principes calorū pre-
liantur: si memoria teneas quod iam saepe diximus, quia reserua-
tio gēis illius, preparatio erat aduentus Christi Iesu, ut esset vni-
de illo nascēte, verbum promissionis impleretur. Vnde gaudere &
letari habebant, non solum iste preliator angelus, & adiutor
eius Michael: sed etiam omnes angelorum exercitus cum omni-
bus hominibus bonae voluntatis. Haec tunc Rupertus,

Et nunc reuertar, ut preliet aduersus principem
Persarū: Cum ergo egrederer, apparuit princeps
Graecorum veniens,

D. Hieronymi
expositio lu-
ius loci.

HORVM verborum censet diuus Hieronymus
hanc esse sententiam: Veni quidem, ut docerem te,
exaudias esse preces tuas: sed reuersurus suum rursum, ut pugnet
contra principem Persarum in conspectu Dei, qui non vult po-
pulum tuū de captiuitate laxari. Et subditur, Cum egrederer,
apparuit princeps Graecorum, quasi dicat Gabriel, Ego egre-
diebar

- A** diebar de conspectu Dei, ut tibi nunciarem, quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus, licet adhuc nō sim securus stante principe Persarum, & contradicere tuis precibus, ac legationi meæ: & ecce princeps Græcorum, id est, Macedonum, uenibat, & ingressus est in conspectu Dei, ut accusaret Persarum principem, atque Medorum, ut in locum eorum, regnum Macedonum succederet: Et re vera mira sunt Dei sacramenta. Sacramenta Dei, mirasunt.
- B** Quod autem sequitur, Verumtamen annuncio tibi, quod expressum est in Scriptura veritatis, hunc habet lectionis ordinem: Adhuc res in dubio est, Te enim precante Deum; & me tuas orationes offerente, stat è regione princeps Persarum, & non vult populum tuum de captiuitate liberari. Ego autem: quia venit princeps Græcorum, & interim pugnat contra principem Persarum, habens illic Michaëlem in adiutorium, donec illic inter se dimicant, referam tibi, quæ Deus mihi futura prædixerit, & narranda tibi præceperit. Nullique oratur scrupulus quare pro principe Macedonum, dixerit principem Græcorum. Alexander, rex Græcorum cur dicatur.
- C** Alexander enim rex Macedonum, primum subuersa Græcia, & sua potestati subiecta, in Persas arma contulit. Et nullus alius est, qui mihi sit adiutor in rogando Deum pro vobis, nisi Michaël archangelus, cui creditus est populus Iudeorum. Et interim hoc tempore, ego & princeps Græcorum, communi labore aduersus Persarum principem dimicamus. Reuoluendæ sunt veteres historie, & considerandum, ne forte illud tempus hic significetur, quando Perse à Græcis victus fuit. Angeli erant pro populis tibi commissis.
- D** Hactenus pertinent, quæ nos super hoc loco, ex diui Hieronymi commentario describenda & adnotanda duximus. Ex quibus apparet, Hieronymum sensisse, illum principem Græcorum uenisse, non aduersus Gabrielem: sed aduersus principem Persarum: & causam eius aduentus fuisse, ut translationem imperij à Persis & Medis ad Græcos, apud Deam procuraret. Illud porro, ut præter aduersus principem Persarum, Theodoretus quomodo præliari sit interpretatus.
- explicans Theodoretus, sic ait: Præliari dixit, pro disserere ac persuadere: cum ostendere vellet, & iustam illius contra populum Hebræum indignationem: & suam erga eundem populum beneuolentiam: Est autem verisimile, eum, qui disse-
rebat, sanctum esse Gabrielem, qui iam alias etiam reuelationes

ipsi Danieli fuerat interpretatus. Hæc Theodoretus.

Quis fuerit
princeps ille
Græcorum.

Sed liquidius videndum est, quis fuerit princeps ille Græcorum, quem vidit Gabriel, cum egredere-
tur ipse è conspectu Dei, venientem: & aduersus quem,
& ad quid, ille venerit. Quidam putant, & in his est
Rupertus illum fuisse malum Angelum, qui Græcis
maximè dominabatur: & venisse ipsum aduersus
principem Persarum, etiam malum angelum, vt impe-
rium à Persis ad Græcos transferret. Atque ad id per-
ficiendum, existimat Rupertus, iam tum cepisse illum
angelum serere graues discordias & offensas, inter
Persas & Græcos, atque vtramque gentem i nuicem
concitare, & inflammare: vnde postmodum fune-
stissima bella inter istos populos exarserunt: quibus
magnis Græci, sed maioribus Persæ, calamitatibus
& cladibus afflicti, & contriti, tandem per Alexandrum
Magnum penitus victi, & sub Græcorum domina-
tum subiecti sunt. Eadem videtur D. Hieronymi sen-
tentia, vt ex verbis eius, quæ paulò suprâ memorauimus
manifestum lectori esse potest. Sed in eo fortasse
tantum diuersa est, quòd videtur Hieronymus exi-
stimare, principem illorum Græcorum non fuisse ma-
lum angelum, sed bonum, videlicet illius gentis cu-
stodia curaque à Deo præfectum. Alij censent, il-
lum principem Græcorum, fuisse bonum angelum, &
venisse aduersus ipsum Gabrielem, repugnando ipsi
apud Deum, ne populus Hebræus captiuitate libera-
retur, causas exponens, propter quas digniores erant
Græci, qui peculiari quadam prouidentia regerentur,
atque iuuarentur, quàm Hebræi: & huic opinioni vi-
detur annuere Theodoretus. Diuus autem Gregorius
consentit Theodoro, principem Græcorum venisse
aduersus Gabrielem, & liberationi Iudæorum obsti-
tisse: sed aliam tamen eius repugnantiam causam affert.
Nam, quia, inquit, Iudæi etiam in Græcos deliquere-
rant, princeps Græcorum contendebat æquum esse,
vt tale delictum diuturniori Iudæorum afflictione
purgaretur, atque expiaretur. Hic autem omnis inter
tres istos principes, Iudæorum, persarum, & Græcorum
conflictus & pugna, idèd voluit Deus, vt patet fieri Dani-
niali, & per ipsum cunctis legentibus eius librum inno-
sceret,

Gur Deus in-
ter sacros an-
gelos conten-
tiones esse, Da-
nieli reuelari
voluerit.

Cte. li. 17. mo
st. cap. 8.

A sceret, vt hinc planè intelligeretur, quantum sancti angeli, qui diuersis mundi regnis, & prouincijs, atque populis; à Deo præpositi sunt, suæ quisque gentis prouidentiam, curamque gerant, in his præsertim, quæ ad animarum salutem pertinent.

VERVM præstat, vt sententias prædictorum auctorum, quas nos hic strictim attigimus, latius & apertius ab ipsis tractatas, ex verbis eorum lector cognoscat atque perpendat: Rupertus igitur libro nono de victoria verbi Dei, capite decimo, hoc modo scribit:

B Sed ecce aliud malum: cum egrederer, inquit Gabriel, apparuit princeps Græcorum veniens, subaudi ad obtinendum vel acquirendum Macedonibus imperium, sub quo, videlicet, imperio, filij populi tui multa mala passuri sunt. Itum tum veniebat regnum Græcorum, agitante populos Græciæ isto, quem dicit principem Græcorum. Nec mirum, si Gabriel in conspectu Dei stans, & à Deo egrediens, & rursus ad ipsum regrediens, iam tum videbat venire istum principem Græcorum, quia mirum iam tunc magna Græci facere incipiebant. Promptum est ex historiis nosse quanta postmodum Græci, maximèque Athenienses, fecerunt & passi sunt, qui primi Græcorum in rebus bellicis extiterunt: quippe quorum opera, inquit Pompeius Trogus, effectus maiora quam dicto fuerit: que non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem peracta sunt. Ergo quo tempore hæc visiones Danieli reuclabantur, eo tempore Darius, tertium à Cyro Persarum regem Athenienses viderunt: tanta enim virtute in eo prælio Athenienses cum Persis pugnauerunt, vt hinc viros, inde pecudes putares: idque declarauit euentus prælii, non minus ducentis Persarum millibus, eo prælio interfectis. Claret itaque, quomodo dictum sit, cum egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Et quidè illustrior ac nobilior Græcorum fuit de Xerxe, huius Darij filio victoria.

C Cuius regis cum innumerabili exercitu, quam terribilis fuit in Græciam introitus, tam fuit turpis & fedus ex ea discessus. Atrum dictu, & veteres recensentibus historias perspicuum est, quam crudeliter mali illi principes Angeli truces, per eadem tempora luserint in sanguine humano, nunc Græcis Græcos, nunc in idem Græcis cadentibus & occidentibus Persas, implacabili furore: ita vt non ignores, cur dictum sit, Mundu in maligno posuissè vel esse: cuius videlicet maligni principes,

Rupertus, quid de Græcorum principe scripserit.

Iulius hæc referet lib. 2.

Græcorum de Persis nobilitis victoria.

diaboli suffraganei erant: illi iam dicti, qui quoniam principibus illis, non poterat esse pax impijs. Hactenus Rupertus. Verum in hac sua narratione Rupertus, contra veritatem historię & chronologię non nihil peccavit: velut est illud quod dixit, hanc visionem contigisse Danieli tempore Darij, qui Maratonica pugna, ducęque Atheniensium Milciade, victus est. Siquidem tertio anno Cyri, vt in exordio huius capituli expressum est, hæc visio Danieli accidit: à quo tempore vsque ad initium principatus illius Darij, non minus quinque & triginta annos effluxerunt. Sed quia initio vndecimi capituli, fit mentio primi anni regis Darij: similitudo nominum haud dubiè fecellit Rupertum, arbitratum, illum fuisse Darium Hystaspis, tertium à Cyro Persarum regem: cum ille tamen fuerit Darius Medus, ante Cyrum, Medorum, Persarumque regno defunctus.

Correctio sententię Rupertii.

D. Greg. DI VVS autem Gregorius in libro decimosextimo Moralium, capite octauo, scribit: Cum Gabriel è conspectu Dei egrederetur, vt aduersus principem Persarum preliaretur, Græcorum principem vidit aduententem. Quia ex re innuitur, quod aduersus Græcos quoque, aliquid Iudæi commiserant, quorum profecto causa ereptioni illius resistebat. Quia mereri quidem veniam, tam longa oppressorum captiuitas poterat: sed ereptionis eorum beneficio, hoc quoque, quod in Græcos deliquerant, obuiabat. Hæc Gregorius. Sed non possum equidem dispicere, quemadmodum illo tempore potuerint Iudæi quicquam in Græcos deliquisse. Nulla quippe, ante id temporis fuisse inter Græcos, & Iudæos, aut dissidia, aut commercia, vel in diuinis, vel in humanis historijs reperio. Quin ex libro Iosephi vndecimo de Iudaicis Antiquitatibus, colligo, nullam fuisse Iudæis consuetudinem cum Græcis, ante Alexandrum Magnum. Hic enim cum venisset Hierosolymam, & Iudæos humane & benigne tractasset, multos ipsorum, in suam, idest, Græcorum militiam adscripsit. Hoc autem euenit circa Olympiadem centesimam duodecimam, cum ducentis amplius annis antea, id est circa Olympiadem quinquagesimam quintam, hæc Danieli visio contigerit. Itaque mihi quidem, vel Theodoretici, vel Hieronymi sententia similior vero, atque probabilior videtur.

Animaduersione in sententiã D. Gregorii.

Ioseph. lib. 11. cap. 8.

A
**BENEDICTI
 PERERII SOCIE-
 TATIS IESV,**

Commentariorum in Danielem,

LIBER XIII.

B
 CAPVT VNDECIMVM.



GO autem, ab anno primo Darij Medi, sta-
 bām, vt confortaretur, & roboraretur. Et
 nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc
 tres reges stabunt in Perside, & quartus di-
 tabitur opibus nimys super omnes, & cum in-
 ualuerit diuitiis suis, concitabit omnes aduer-
 sum regnum Gracie. Surgat vero rex fortis, & dominabitur po-
 testate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cum steterit, conte-
 ritur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli: sed non
 in posteros eius, neque secundum potentiam illius, qua domina-
 tus est. Lacerabitur enim regnum eius, etiam in externos, exce-
 ptus his. Et confortabitur rex Austri: & de principibus eius præ-
 ualebit super eum, & dominabitur ditioni: multa enim domi-
 natio eius. Et post finem annorum federabuntur, sicutque re-
 gis Austri ueniet ad regem Aquilonis facere amicitiam: &
 non obtinebit fortitudinem brachij: nec stabit semen eius: &
 tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam, adolescentes eius:
 & qui confortabant eam in temporibus. Et stabit de germi-
 ne radicem eius, plantatio: & ueniet cum exercitu, & in-
 greditur prouinciam regis Aquilonis, & abutetur ei, & ob-
 tinebit: Insuper & deos eorum, & sculptilia, uasa quoque pre-
 tiosa argenti, & auri, captiua ducet in Aegyptum: Ipse præ-
 ualebit aduersus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum
 rex Austri, & reuertetur ad terram suam. Filij autem eius
 prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum
 plurimorum: & ueniet properans & inuidans, & reuerte-
 tur & concitabitur, & congregietur cum robore eius. Et pro-
 uocatus rex Austri, egredietur, & pugnavit aduersus re-

If. p. ca. 16.
1. Mac. 1. b.
22.

gem Aquilonis, & preparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu eius. Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deiciet multa millia: sed non preualebit. Conuertetur enim rex Aquilonis, & preparabit multitudinem multo maiorem, quam prius: & in fine temporum, annorumque veniet properans cum exercitu magno, & opibus nimis. Et in temporibus illis multi consurgent aduersus regem Austri: filij quoque preuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebunt, & consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo. Et faciet veniens super eum, iuxta placitum suum, & non erit, qui stet contra faciem eius: & stabit in terra inclinata & consumetur in manu eius. Et ponet faciem suam vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet eum eo, & filiam feminarum dabit ei, vt evertat illud: & non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrii sui: & opprobrium eius conuertetur in eum. Et conuertet faciem suam ad imperium terra sue, & impinget, & corruet, & non inuenietur. Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prelio: & stabit in loco eius despectus: & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentis. Et brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius, & conterentur: insuper & dux foederis. Et post amicitias, cum eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in modico populo, & abundantes, & vrbes vrbes ingredituri: & faciet que non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: rapinas & preadam: & diuitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc, vsque ad tempus & conciliabitur fortitudo eius, & cor eius aduersum regem Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellum multis auxiliis, & fortibus nimis: & non stabunt, quia inibunt aduersus eum consilia: & comedentes panem eum eo, conterent illum, exercitibusque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. Duorum quoque regum erit vt malefaciant: & ad mensam vniam mendacium loquentur & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus: Et reuertetur in terram suam cum opibus multis: & cor eius aduersum testamentum sanctum: & faciet, & reuertetur in terram suam. Statim tempore reuertetur, & veniet ad Austrum,

A & n
res, c
cont
git
ry. i
dipa
in de
lent
Et d
flam
ruer
B pluri
gant
alio
uabi
sus T
plea
patr
nara
ners
tur,
gent
Ma
C bit g
det g
rex
lonis
dieta
glor
man
Et n
gie
bus
D tran
& v
r

A & non erit priori simile nouissimū. Et ueniet super eum trices, & Romani, & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra testamentum Sanctuarij, & faciet, reuerteturque, & cogitabit aduersum eos, qui dereliquerunt testamentum Sanctuarij. Et brachia ex eo stabunt, & polluent Sanctuariū fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt abominationē in desolationem. Et impij in testamentum simulabunt fraudulentē: populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio, in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum. Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruolo: & applicabuntur eis plurimi fraudulentē. Et de eruditis ruent, ut consensur, & eligantur, & dealbentur usque ad tempus præsinitum: quia adhuc aliud tempus erit. Et faciet iuxta uoluntatem suam rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum: & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec cōpleatur iracundia: perpetrata, quippe est definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentiis feminatum, nec quemquam Deorum curabit: quia aduersum uersa consurget. Deum autem Maozim, in loco suo venerabitur, & Deum, quem ignorauerunt patres eius, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis. Et faciet, ut munitat

C *Maozim* cum Deo alieno, quem nō cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuitō. Et in tempore præsinito preliabitur aduersus eum rex Austri, & quasi tempestas ueniet contra illum, rex Aquilonis in curribus, & in equitibus, & in classe magna: & ingredietur terras, & cōteret, & pertransiet. Et introbit in terram gloriosam, & multi corruent: Ha autem sola saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras: & terra Aegypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti: Per Lybiam quoque, & Aethiopiam

D transibit. Et fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone: & ueniet in multitudine magna, ut cōterat, & interficiat plurimos. Et fiet tabernaculum suum Spadno inter maria, super montem inelatum, & sanctum: & ueniet usque ad summitatem eius, &

* Quē cognouit legūt Heb. Græc. & Latina exēplaria, exceptis paucis nullius inuentioni, ut notandum est in Bibliis Loua.

nemo auxiliabitur ei.

Summa huius
capitis vnde-
cimi.

TRIA hoc ultimo capite narrantur: Primò qui-
dem, progressus, & incrementa Persici imperij:
eiusdemque imperij excidium, & ad Græcos transla-
tio: Tum atrocissima bella, quæ inter duos Alexandri
Magni successores gesta sunt, reges dico Syriæ, & Ægy-
pti: quibus bellis, variè, ac miserè Iudæorum gens im-
plicata, & afflicta fuit. Ad extremum, fusè describitur
futura persecutio Antiochi Epiphanis aduersus Iu-
dæos: atque hinc, propter quandam analogiam, sumpta
occasione, prædicit Angelus persecutionem Anti-
christi aduersus Ecclesiam Dei, & omnes electos, quæ
futura est, omnium, quas ante id temporis vnquam
passa erit Ecclesia, sæuissima, & supra existimationem
nostram acerbissima.

An visio, quæ
in decimo, vn-
decimo, &
duodecimo
capite narra-
tur, sit vna, ea-
démque.

VERVM, illud hoc loco quæstionem habet, vtrum
visio, quæ hoc, & duodecimo capite memoratur, ea-
dem sit visioni, in præcedenti decimo capite descri-
ptæ, an potius diuersa sit? Diuus Hieronymus in ex-
tremo suo commentatio super caput decimum, se-
quens Hebræos, censet hanc visionem superiori esse
diuersam. Verba eius ita se habent: *Iuxta editionem vul-
gatam, vsque ad finem libri, vna putatur visio, quæ anno ter-
tio Cyri regis Persarum apparuit Danieli. Porro, iuxta He-
braicam veritatem, separata sunt, quæ sequuntur & scripta
ordine præpostero. De cuius causis supra diximus. Non enim
sub Cyri anno tertio, sed sub primo anno Darij, qui Balthasa-
rem subuerit, narrantur ista, quæ hic scripta sunt. Putat au-
tem Diuus Hieronymus prima illa verba huius capitis
vndecimi: Ego autem ab anno primo Darij Medisla-
bam, &c. Esse verba Danielis, qui postquam subuerso
imperio Chaldæorum, in potestatem venit Darij Medii
quoniam rex ille insigni beneuolentia, gratia, & bene-
ficientia, se suamque gentem complectebatur, stu-
diosissimè, atque instantissimè supplicauerat Deo, vt
imperium eius regis, diu, multumque corroboraretur.
Hæc oranti Deum Danieli, quæ narrantur hoc
capite, per Angelum patefacta sunt. Nec turbet le-
ctorem, quod post hæc Danielis verba, proximè induca-
tur Angelus, dicens illa verba: *Et veritatem annuntiabo
tibi, &c.* Frequens enim est apud Prophetas, subita,
nec præsignificata personarum mutatio: velut in
Psalmo*

Frequens mu-
tatio persona-
rum in verbis
Prophetarum.

A Psalmo
refug
Repe
telles
rus;
tio D
Ang
tate
sian
sent
B ri, co
cum
sè
ma
ba
equ
dam
& p
den
gint
C nilla
ma,
tura
capi
de r
niel
cum
se A
gelo
se.
D Hel
ca
cod
tus,
mu
me
nus
visi
ced
Da
tio

- A Psalmo trigesimo primo, cum Propheta dixisset: *Tu es refugium meum à tribulatione mea, quæ circumdedit me. Repentè persona Dei introducitur respondentis, Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris, &c.* Similiter hic ponitur in exordio capitis deprecatio Danielis, & mox subiungitur responsum Dei per Angelum. Hactenus ex Hieronymo. Cuius auctoritate magister historiarum scholasticarum, & Albertus Carthusianus, in eandem opinionem ducti sunt. Sed his dissentiens Lyranus, eandem esse hanc visionem superiori, confirmat ea ratione: quod illa coniunctio, *antem*, cum dicitur, *Ego autem à primo anno Darij, &c.* manifestè ostendit hanc orationem continuari cum extrema oratione præcedentis capitis, & utraque esse verba eiusdem Angeli loquentis cum Daniele. Probo equidem magis hanc sententiam, ad quam confirmandam, & persuadendam, vel illud satis magnam vim, & pondus habere debet, quod Angelus, capite præcedenti, dixit Danieli; Se post dimicationem unius, & viginti dierum, cum principe Persarum factam, venisse, ut ipsi Danieli aperiret, atque enunciaret plurima, & gravissima, eorum, quæ novissimis diebus ventura erant, mysteria. Horum autem nihil, præcedenti capite, patefactum est Danieli: in hoc verò capite, multa de rebus gravissimis olim futuris præmonstrantur Danieli. Necesse igitur est, hanc visionem continuari cum superiori: nisi velimus dicere, aut non impleuisse Angelum promissa sua, aut Daniele, quæ ab Angelo audierit, & didicerit, ea scriptis prodere noluisse. Illud prætereà monendus est lector, pro eo, quod
- D Hebræi, & Latini codices habent in principio huius capitis, *Ab anno primo Darij*, mendosè legi in Græcis codicibus, quam lectionem habuit etiam Theodoretus, *anno primo Cyri*. Cuius errati, miror, cur Hieronymus more suo non monuerit lectorem: sed fortasse id mendii, post eius tempora, Græcis literis irrepserit. Annus porò primus Darij, non denotat tempus huius visionis: nam cum ea continueretur cum visione præcedentis capitis, constat ex initio eius capitis, ipsam Danieli, tertio anno Cyri regis, accidisse. Sed notatione eius temporis significatur: ex quo tempore

Mendii in le-
ctione Græca.

Gabriel

Gabriel cœpisset supplicare Deo, pro conseruatione A imperij regis Darij, scilicet, à primo anno, quo ille subuerſo Chaldaeorum imperio, propenſiſſimum animum ſuum erga Iudæos ostendere cœperat.

Ecce tres adhuc reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis super omnes, vsque ad illud, Et cum steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli, &c.

Adhuc, particula, quæ vim habeat.

LLA particula, *adhuc*, vim habet apud Hebræos nonnunquam Latine præpositionis, *post*. Sic legimus B apud Ionam, capite tercio. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*: sic etiam hoc loco, *Adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis*: id est, post tres reges, qui proximè subsequenter Cyrum, erit quartus rex, super omnes ditissimus. Licet autem multo plures fuerint reges Persarum: eos tamen non nisi vsque ad quartum regem numerare voluit, hoc est, vsque ad Xerxem: non solum, quod hic diuitiis, & magnificentis, omnibus antecellit: sed quod horribilem contra Græcos belli tempestatem concitauerit, qua tamen ipse turpiter misereque vexatus, fractus, C & contritus est. Et quod causa fuerit, cur deinde Græci, iniurias eius vlturi, bello Persas appetierint, atque profligauerint, eiusque imperium rapuerint. Verum, iuuabit lectorem cognoscere, quæ super hoc loco Danielis scribit Diuus Hieronymus. Sic enim ait: *Quatuor reges post Cyrum dicit in Perside surrecturos, Cambysen filium Cyri, & Smerden Magum, qui Pantapten filiam Cambyses duxit uxorem. Qui cum à septem Magis fuisset occisus, & in locum eius, Darius suscepisset imperium. eadem Pantaptes nupsit Dario, & ex eo Xerxem genuit filium, qui potentissimus D rex, & ditissimus aduersus Græciam, innumerabilem duxit exercitum, & ea gessit, quæ Græcorum narrant historie. Quo tempore, Sophocles, & Euripides clari habebantur: & Theuſtocles ad Persas fugiens, hausto tauri sanguine perijt. Frustrâ igitur quidam, quartum regem hic nominatum, fuisse putant Darium, qui ab Alexandro superatus est: at ille, non quartus, sed quartus decimus post Cyrum, Persarum rex fuit, quem*

D. Hieronymus.

A q
x
re
x
st
lu
d
r
t
l
e
B
t
d
m
f
S
ru
G
g
t
ru
C
m
T
in
A
p
ic
n
m
c
b
D
P
ro
T
m
a
d
m

A quem septimo imperij sui anno, & superavit, & occidit Alexander. Et notandum, quod quatuor post Cyrum, Persarum regibus enumeratis, novem præterierit, & transierit ad Alexandrum. Non enim curæ fuit spiritui prophetali, ordinem historię sequi: sed præclara quæque perstringere. Quod verò subditur: Surge rex fortis, &c. perspicue de Magno Alexandro intelligendum est: hic enim Illyrici Thracibusque superatus, victa Græcia, Thebisque subversis, transiit in Asiam: fugatisque Darij ducibus, urbem Sardis cepit: Posteaque capta India, & vrbe Alexandria condita, cum triginta & duos ætatis haberet annos, & duodecimum imperij annum, in Babilone veneno perijt. Hæc Hieronymus. Similia de quatuor regibus hic à Daniele memoratis, scribit Theodoretus, appellans eos Cambyfen. & Magos, qui decem menses regno potiti sunt: tertio loco Darium Hystaspis: & quartum, huius filium, Xerxem: cuius externi Scriptores Historici, Sophistæ, & Oratores meminerunt: narrantes, & superbam illius cum exercitu in Græciam profectiõnem, & ridiculum discessum. Angelus verò vsque ad ipsum Xerxem, summam traditis Persicis rebus, & cæteris, qui post ipsum regnarunt, vt qui imbecilliores fuerint, omissis, ad Macedonum regem Alexandrum transtulit orationem. Sic Theodoretus.

C A E T E R V M, hic locus Danielis nos monet, atque inuitat, vt de regibus Persarum paulò altiùs, & distinctiùs differentes, nonnulla explicemus, quæ non modò pertineant ad harum visionum Danielis intelligentiã, sed etiam ad aliorum Scripturæ librorum illustrationem multum conducant: & quod nos in primis spectamus, plurimum adiumenti conferant, ad exploratè percipiendam nobilem illam de septuaginta hebdomadibus disputationem, quam super 9. cap. Danielis, duobus ei dicatis libris, copiosè, accuratèque tractauimus. Primum igitur dicamus de numero regum, qui à Cyro vsque ad Alexandrum, Persicum imperium rexerunt: Tum de singulis regibus explicemus tantum, quod memorabilius fuit: & quòd studiosis diuinæ Scripturæ, ad varios sacrarum literarum locos rectè intelligendos, quasi lucem præferre possit: Ad extremum doceamus, quamdiu hæc Persarum monarchia steterit.

Cur alij reges post Xerxem, hic ab Angelo taciti sint.

Digressio, de monarchia Persarum.

DE numero regum, qui apud Persas regnarunt, A
 Quot fuerint quoad stetit eorum monarchia, variè tradiderunt au-
 tores. Petrus Galatinus libro quarto, capite 15. quos-
 dam Rabbinos nominat, qui dixerunt, tres tantum
 fuisse reges in Perside, Cyrum, Assuerum maritum
 Esther, & Darium, qui victus ab Alexandro perdidit
 imperium. Verum histribus Rabbi Salomon, & Lyra-
 nus, quartum regem adiungunt, inter Cyrum, & Assue-
 rum interponentes Cambyten Cyri filium, Et hanc quid-
 em opinionem fuisse perquam vetustam, testis est D.
 Hieronymus; qui & super hoc capite vndecimo, & su-
 pra, exponendo caput septimum, refert; quosdam
 existimasse, non plures quatuor regibus, post Cyrum
 apud Persas regnasse. Tertullianus in eo libro, quem
 scripsit aduersus Iudæos, quinque tantum reges Persa-
 rum commemorat: isidorus libro 5. Etymologiarum,
 octo reges numerat: totidemque apud Ioannem An-
 nium, Metasthenes & Philo: horumque chronologiis
 sine vlla dubitatione credentes, Ioannes Driedo, Ioan-
 nes Lucidus, alijque non pauci, nec obscuri huius no-
 stri seculi scriptores,

Tertulliani, ite
 Isidori, Ioanis
 Anni, & alio-
 rum opinio.

Sex Persarum
 reges ex Scri-
 ptura colligi-
 tur: & primus
 Cyrus.

Secundus As-
 suerus.

Tertius Da-
 rius.

Quartus Ar-
 taxerxes.

At enimvero videntur ex ipsa sacra historia sex
 Persarum reges posse colligi. Primus fuit Cyrius au-
 ctor libertatis Iudæorum, & Persarum monarchie con-
 ditor: cuius amplissima fit mentio apud Isaiam capite
 45. atque extremis verbis historiae Paralipomenon,
 primisque libri Esdræ. Secundus rex fuit, qui inchoa-
 tam templi ædificationem, Iudæos prosequi vetuit,
 dictus ab Esdra, capite quinto, Assuerus, & Artaxer-
 xes; quippe varia illis regibus erant nomina, ante, &
 post susceptum imperium. Hunc plerique existimant,
 fuisse Cambysem, Cyri filium. Tertius rex fuit, Da-
 rius Hystaspis: cuius secundo regni anno, repetita
 est templi ædificatio, & sexto anno absoluta. Hunc
 regem suo nomine appellat Esdras, capite quinto, &
 sexto: Zacharias item, & Aggæus. Quartus rex ab
 ipso Esdra, capite septimo, & Nehemia, capite primo,
 & secundo, nominatur Artaxerxes: cuius gratia, &
 præsidio, Nehemias profectus in Iudæam, extructis
 mœnibus, Hierosolymitanam urbem refecit, atque
 communiuit. Hunc Artaxerxem multi censent fuisse
 eum

A eum, quem externi scriptores, cognomento Longi-
mani appellare solent. Quintus rex fuit maritus E-
sther, qui in principio eius libri vocatur Alluerus:
postea verò capite decimo dicitur Artaxexes, videli-
cet fait is, vt placet multis, qui ab ethnicis cognomi-
natus est Mnemon. Sextus rex videtur fuisse Darius,
qui ab Alexandro victus est. Nâq; in libro Nehemie,
qui vulgò inscribitur secundus Esdræ, cap. 12. nomi-
natur Darius rex Persarum, cuius tempore fucrit Iad-
dus pontifex Iudæorum. Hic autem Iaddus, vt narrat
B Iosephus libro 11. antiquitatum, pontificatum gere-
bat, quo tempore Alexander Magnus venit Hieroso-
lymam: à quo etiam, præter opinionem omnium, mirè
honoratus est: Darius verò vltimus rex Persarum, eodè
anno, quo Alexander, si verum scribit Diodorus li. 17.
iniuit principatum.

Quintus Ac-
tuerus.
Sextus Darius.

Ios. lib. 11. ca. 2.

V E R V M T A M E N, præter hos sex reges, fuisse al-
lios octo, vt in summa, quicunque à Cyro vsque ad
Alexandrum, Persico imperio præfuerunt, quatuor-
decim fuerint, quemadmodum hic, & super capite sep-
timo confirmat D. Hieronymus, manifestis firmis-
que argumentis probari potest. Principiò, Herodo-
tus & Thucydides, qui vixerunt, cum maximè floruit
imperium, omnes reges, qui apud Persas regnarunt, à
Cyro vsque ad suam ætatem, nominatim, expressèque
cõmemorarunt. Herodotus quidem, Cyrum, Cambysè:
Magos, Darium, & Xerxem: Thucydides verò, Arraba-
num, Artaxerxem Longimanum, Xerxem, Sogdianum,
& Darium Nothum. Reliquos quatuor, Artaxerxem
D Mnemonem, Ochum, Arses, & Darium Arses, tradide-
runt Ctesias Gnidus, Diodorus Siculus, Strabo, Trogus
Pompeius seu Iustinus, Iulius Africanus in annalibus,
Clemens Alexandrinus in primo libro Stromatum,
Eusebius in chronicis, D. Hieronymus super septi-
mum & vndecimum caput Danielis, Seuerus Sulpi-
tius in libro secundo sacræ historiæ, Orosius in sua
historia, Beda in libro de sex ætatibus mundi. Et qui-
dem, Ctesias Gnidius, magno in honore habitus est à
rege Persarum Mnemone, à quo etiam præfectus est
bibliothecis Persicis, è quibus fatetur ipse historiam,
quam scripsit, fuisse depromptam. Nonnullos autem

Quatuordecim fuisse re-
ges Persarum
in vniuersum
ostenditur.

prædictorum regum, quidam in historia regum Persidis, tacitos præterierunt: tū quòd non legitimè, sed per vim, cum etiam quòd brevissimo tempore, imperium tenuerunt.

SECUNDO loco, strictim declarandum est, si quid in singulis istorum regum fuit memorabile, & lectori ad intelligentiam factorum librorum aliquo modo profuturum. Primus rex fuit Cyrus, huius monarchie fundator & conditor: hic regnavit triginta annis. Hoc enim probat Cicero in priori libro de divinatione auctoritate Dionysij, qui Persarum rerum scripsit historiam. Idem confirmat Iustinus libro primo, Clemens primo libro Stromatum, Eusebius in chronicis, Hieron. super septimum caput Danielis, Orosius lib. 2. Beda in libro de sex ætatibus mundi. Atque huic numero vnum modò annū detraxit Herodotus. Sulpitius vero addidit: illo, annos viginti novem: hoc vnum & triginta Cyro assignantibus. Quo licet refellere tres scriptorum errores: primum Rabbi Salomonis & Hebræorum, quos etiam Lyranus super nono capite Danielis secutus est: isti, tres dumtaxat annos regnasse Cyrum existimant. Secundus error Xenophontis fuit: qui libro octavo Cyropædiæ, septem tantum annos tribuit Cyro. Sed nimirum Xenophon, non tam scripsit eos libros, ut ait Cicero, ad veritatem historiarum, quam ad effugic & exéplari iusti imperij expressè demonstratū. Tertium censeo errorem Annij Driedonis, Lucidi, Valerij, Anselmi & complurium nostri seculi chronologorum, qui Cyrum simul cum Dario Medo duos annos, solum verò post Darij obitū, duos & viginti regnasse prodiderunt.

Cyrus rex
Persarum
quot annos
regnavit.

Oros. lib. 2. ca.
7.

Cic. lib. 1. epist.
ad Q. fratrem
cap. 4.

Quis fuit.
Duodecim
principes va-
riorum gen-
tium super a-
lios omnes, in-
signes ac me-
morabiles.

FUIT Cyrus, quàm qui maximè in sacris & profanis historiis commendatus, ac celebratus. Fuit enim vnus ex duodecim principibus, qui, ob res gloriosissimè gestas, & imperium latissimè prolatum, super alios omnes reges clari & nobiles, omnibus seculis fuerunt. Hi autem celebrantur apud Assyrios, Ninus & Semiramis: apud Hebræos, Dauid & Salomon: apud Chaldæos, Nabuchodonosor: apud Persas, Cyrus: apud Græcos, Alexander Magnus: apud Romanos Iulius Cæsar & Augustus: apud Christianos, Magnus Constantinus.

- A Constantinus, Theodosius, & Carolus Magnus. Cyrus præterea clarus, & nobilis fuit testimonio diuinæ Scripturæ: siquidem ducentis ante ipsius ortum annis, per Isaiam cap. 45. de proprio nomine diuino oraculo prænunciatus est: promittente Deo amplissimum, opulentissimum, & gloriosissimum imperium se ipsi daturum. Nec hoc aut ignorauit, aut dissimulauit Cyrus: sed ingenuo gratoque animo, vt in exordio libri sui narrat Esdras, omnia se mundi regna confessus est à Deo Iudæorum accepisse. Idemque multis annis post, confirmauit Assuerus maritus Esther, in epistola, quâ scripsit ad omnes suo imperio subiectos. Fuit etiã Cyrus eo nomine commendatus in factis literis, quod Iudæos benignissimè tractauerit, donata ipsis libertate, factaque non solum reuertendi in patriam, sed etiam reficiendi templum potestate.

I. Esd. c. 1.

Esb. c. 16.

- B
- C SECVNDVS rex Persarum, fuit Cambyfes, filius Cyri. Hic regnauit, auctore Herodoto in libro tertio, annos septem, & menses quinque. Eusebius & Beda illos quinque menses octauo anni, pro vno anno putantes, regnasse cum octo annis tradiderunt. Lapsus igitur est Iosephus in libro vndecimo antiquitatum, affirmans, eum sex tantum annos regnasse. Sed grauior est lapsus Sulpitij, nouem ei annos tribuentis: multo etiam grauior Clementis Alexandrini, qui decem & nouem annos ei regi assignauit. Tradit Hebræi, horumque princeps Iosephus (nec de Christianis, dissentiunt Eusebius in chronicis, & Beda) hunc Cambysem fuisse illum Assuerum, & Artaxerxem, memoratum ab Esdra capite quarto, qui Iudæos prosequi adificationem templi prohibuit. Istorum quoque auctorum opinio est, nec abnuat D. Augustinus in libro decimo octauo de ciuita. Dei, capite vigesimo sexto, huc Cabysem, fuisse regem Nabuchodonosor, cuius ducè militiæ Holophernè, sancta mulier Iudith, obtruncauit. Sed hoc procul vero esse patet diligenter consideranti, quæ de rege illo Nabuchodonosor scripta sunt in libro Iudith: videlicet, ea in Cabysea minimè conueniunt. Etenim, rex ille Nabuchodonosor dicitur pugnasse cum Arphaxat rege Medorum: at Cambyfes, simul Persarum & Medorum imperium,

Cambyfes secundus Persarum rex quis.

Ioseph. lib. 11. ant. cap. 3.

Iosibid. c. 1. & 3.

Nabuchodonosor, qui memoratur in libro Iudith, non fuit Cambyses.

rium, à patre Cyto sibi relictum, pacificè tenuit vsque ad mortem suam. Illius præterea Nabuchodonosor, memoratur in libro Iudith, decimus tertius imperij annus: omne autem regni Cambyse tempus, octo annos non impleuit. Denique, tempore illius Nabuchodonosor, stabat vrbs & templum Hierosolymitanum, cuius regnante Cambyse, non vltra fundamenta, processit ædificatio.

Smerdes Magus rex Persarum 3.

TERTIVS rex, qui absente Cambyse, bellâque in Ægypto gerente, per fraudem occupavit regnum, fuit Magus, cui nomen Smerdes, simulans se fratrem esse Cambyse sibi cognominem, quem nocturno viso deceptus Cambyse, necari iusserat. Hic Magus, secundum Theodoretum, regnavit decem menses: secundum Iosephum, annum vnum integrum: sed verius dictu est, regnasse eum septem menses, uti tradit Herodotus.

Ios. lib. 11. ca. 3.
Hero lib 3.

Darius Hystaspis Persarum, rex 4.

QUARTVS rex, fuit Darius Hystaspis. Hic diuerse familiæ fuit à familia Cyri, vnusque de septem Persarum principibus, qui facta coniuratione, Smerdem Magum regno vitæque priuarunt. Fuit humanissimus erga Iudæos, quippe facultatem prosequendi refectionem templi, vsque ad principatum eius impeditam, benignissimè Iudæis concessit. Quia, ut in quarto capite libri tertij Esdræ scriptum est, hic Darius, simul ac adeptus est regnum, fecit votum, se urbem & templum Hierosolymitanum Iudæis ædificatorum. Huius regis mentio fit ab Esdra capite quinto, & sexto: & ab Aggæo, & Zacharia, qui eo regnante prophetarunt. Regnavit hic, secundum Herodotum libro secundo, Eusebium in chronicis, Sulpitium in libro secundo, annos triginta sex. Nam Tertullianus in libro contra Iudæos, tribuens ei decem & novem annos, & Orosius in libro secundo assignans triginta, necnon & Clemens in primo libro Stromatum, quadraginta sex annos ei adscribens, omnes aut plus, aut minus vero, eius regni annos determinarunt. Repetita igitur fuit anno regni eius secundo, ædificatio templi: & anno sexto absoluta, ut refert Esdras capite sexto. Sed hoc intelligendum est de absolute partis interioris, quæ proprie nominabatur templum: scilicet in quod fors ingredi sacerdotes fas erat. Nam ædificatio templi secundum

Agg. 1.
Zach. 1.

Ios. li. 11. c. 5.

A secundum omnes patres tam interiores, quàm exte-
riores, atria dico, & porticus, aliâque templi ornâmentâ,
non ante nonum Darij annum completa est: sicut Iosephus
scribit in libro vndecimo antiquitatum. Ex
quo liquet, verum fuisse, quod Iudæi dixerunt Do-
mino nostro, vt narrat Ioannes capite secundo, *Qua-
draginta sex annis templum hoc ædificatum est; &c.* Loque-
bantur enim illi, non de prima tēpli ædificatione sub
rege Salomone: eam namque patet ex libro tertio re-
gum, septem annis esse perfectâ: nec de tertia ædifica-
tione eiusdem tēpli sub Herode rege, quam fuscè narrat
Iosephus lib. 15. antiquitatum: quippe, idē Iosephus tra-
dit, eam intra decennium fuisse absolutam: sed loque-
bantur de secūda ædificatione templi, facta post reuer-
sionem Iudæorum ex captiuitate Babylonica sub Da-
rio, quarto Perlarum rege, quam capite sexto refert Es-
dras. Verum illorum quadraginta sex annorū sumi de-
bet initium, ab anno secundo regis Cyri: nempe quo
anno iacta primū sunt à Iudæis templi fundamenta:
terminum verò eorum annorum, ponete conuenit in
anno Darij nono: quo nimirum, omnem templi ædifi-
cationem fuisse diximus vsquequaque consummatam.
C Si igitur viginti nouem annos Cyri, iungas cum octo
Cambyſis & Magorū, & item cum nouem annis Darij,
reperies illum quadraginta sex annorum numerum, à
Iudæis definitum.

QVINTVS rex, fuit Xerxes Darij filius, bello,
quod aduersus Græcos gessit, valde memorabilis. Hic
enim cum innumerabili exercitu Græciam debellare
aggressus est. Sed quam fuit gloriosus, & formidabi-
lis eius in Græciam ingressus, tam fuit relictus, seu fu-
ga, pauoris atque ignominie plena. Hunc regnasse
annos circiter vnum & viginti, consentiunt multi, o-
ptimique auctores: Diodorus Siculus lib. 11. Eusebius
in Chronicis, Senerus Sulpitius libr. 2. sacre historie,
Orosius, & Beda in libro de sex ætatibus mundi. Vt
non sit dubitandum, errasse Clementem Alexandrinum
in primo libro Stromatum, qui viginti sex imperij an-
nos huic regi attribuit. Iosephus porro in lib. 11. an-
tiquitatum, dicit hunc Xerxē fuisse eū regem, qui pri-
mum misit Hierosolymam Esdrā, deinde Nehemiam;

Locus Ioan-
nis cap. 1. ex-
plicatur.

3. Reg. c. 6.

Li. 15. c. 14.

Xerxes primus
Perlarum rex
5.

Oros. lib. 2. c. 9.

Refellitur Iosephus.

appellatum ab illis Artaxarem, ut videre est apud A Esdram capit. 7. & Nehemiam capit. 2. Sed falsa est Iosephi sententia. Nam illius Artaxerxis, Nehemias memorat cap. 5. trigessimum secundum regni annum, cum tamen Xerxes, omnium concessu, non ultra duos & viginti annos regnauerit. Nec pro Iosepho responderi potest, Xerxem, solum quidem regnasse viginti duos annos: sed ex quo, vinente patre, designatus est regni hæres & successor, regnasse cum plus triginta annos: siquidem Herodotus libr. 7. scribit Xerxem fuisse à patre Dario successorem regni declaratum, duobus annis ante suum obitum. Quo fit, ut etiam si B principatum Xerxis ab eo tempore placeat numerare: omne tamen regni eius tempus, viginti quatuor annos non excedat.

Iustini historici ignorãtia in facie historia.

R I D I C V L V S sanè fuit Iustinus historicus, seu maus dicere Pompeium Trogum, qui in lib. 36. non est veritus dicere hunc Xerxem fuisse primum regem extraneum, à quo Iudæi sint domiti, & primum alienæ gētis principibus subesse, ac parere coacti. Insigne profectò, ac notabile mendacium. Constat enim ex sacris libris, & ex historia Iosephi, quam Iustinus, multis annis posterior, legere potuit, saepenumero Iudæos ante Xerxē, à regibus externis, velut Ægypti, Babylonis, & Assyriorum, esse subiugatos. C

Xerxis diuitiarum copia.

De hoc Xerxe loquitur Daniel capite hoc vndecimo, dicens, eū diuitiis super omnes reges abundaturum. Sic nempe fuit: nam incredibilem eius regis opulentiam atque magnificentiam, & imperij magnitudinem, satis ostendit innumerabilitas exercitus, quem ex Asia traduxit in Europam ad debellandos Græcos. Quem exercitum, terrestrem simul, atque naualem, fuisse tradit Herodotus libr. 7. ter & vicies centena D millia hominum, adiectis decem, & septem millibus, præterque, decem & sexcentis. Ad quem numerum sic adscribatur multitudo eorum, qui exercitui seruebant, ac ministrabant, & qui comitabantur, erant hominum quingentæ & viginti octo myriades, additis tribus millibus ducentis viginti. Continet autem myrias, decem millia hominum. Quare, si ille numerus nostro modo computetur, quinquies continebat dec e:

Magnitudo exercitus Xerxis.

A decies centena millia, & præterea, propè trecenta millia. Hic, vniuersus copiarum Xerxis numerus fuit. Nam mulierum pincentium, & pallacum, & eunuchorum numerum, nemo pro comperto queat dicere.

H V N C Xerxem, præfectus militiæ eius Artabaus, per dolum peremit, & sexto loco regnum Persarum tenuit, septem menses: qui simul cum annis imperij Xerxis computandi sunt.

Artabaus, sextus rex Persarum.

S E P T I M V S rex fuit Artaxerxes, cognomento Longimanus. Hic interfectore patris Artabano, regni que inuasore pari animo prudentiaq; interfecto, quadraginta annos, vt ferè conuenit inter bonos auctores, Persarum rexit imperium. Cognominatus est Longimanus, vel quia secundum Strabonem, libro decimoquinto, adeò longis erat brachijs, vt stans rectusque, manibus genua contigeret: vel quia secundum Plutarchum in vita Artaxerxis, alteram manum haberet longiorem. Hoc excepto, pulcherrimus omnium sui temporis existimatus est. Hic benignissimus fuit erga Iudæos: & est is, qui Efdram, atque Nehemiam misit Hierosolymam, vt legitur Efdra septimo, & Nehemæ capite secundo.

Artaxerxes Longimanus rex Persarum 7.

A N N O vigesimo regni eius, cœpta refici est Hierosolyma & circumstructis validis mœnibus communiti. Ex quo tempore initium computandi septuaginta hebdomadas Danielis, esse sumendum, superioribus duobus libris decimo, & vndecimo, demonstratum est. Iosephus libro vndecimo scribit, hunc regem fuisse maritum Esther, sed Iosepho cõtradicat Eusebius in chronicis, eo argumento, quòd si huius regis coniux fuisset Esther, cum sub eo ipso rege faceret Efdras, haud dubiè facturum eum fuisse in scriptis suis mentionem aliquam de illa historia Esther, & Mardochæi, tam insigni & nobili, Iudæisq; omni tempore celebranda. Seuerus Sulpitius libro secundo sacræ historiæ, hunc regem fuisse putat illum Artaxerxen, à quo memorat Efdras cap. 4. ædificationem templi Hierosolymitani esse impeditam: sed fallitur. Etenim plus quinquaginta annos ante hunc regem, templi fabricata, sexto scilicet anno Darij Hystaspis, perfecta est, vt suprâ lib. 11. in quæst. 3. ostensum est.

Initium hebdomadam septuaginta.

An hic rex fuerit maritus Esther, vt tradit Iosephus contra Sulpitium.

Xerxes secundus, Perfarum rex octauus. **OCTAVVS** rex dictus est Xerxes secundus: nec plus duobus mensibus regnavit: quanquam Diodorus refert regnasse eum, secundum nonnullos scriptores, vnum annum.

Sogdianus, Perfarum rex 9. **NONVS** rex appellatus est Sogdianus, qui regno præfuit septem mensibus: & hi duo, per dolum, & vim regnum inuaserunt.

Darius Noth⁹ Perfarum rex 10. **DECIMVS** rex fuit Darius cognomento Nothus, Nimirum Longimani filius fuit: non tamen ex iusto matrimonio, sed ex pellice susceptus, ob idque Nothi cognomentum habuit. Hic regnavit, secundum Clementem, octo annos: at secundum Philostratum libro primo de vita Apollonij, sexaginta annos in regno exegit. Sed verius est, vt colligitur ex Thucydide, Diodoro, Eusebio, Beda, aliisque laudatis chronologis: regnasse, ipsam annis decem & nouem. Arbitratur Sulpitius libro secundo, hunc fuisse illum Darium, cuius sexto imperij anno narrat Esdras ædificationem templi esse finitam. Quam opinionem esse falsam, constat duobus argumentis. Primò, quia templum illud ædificatum est, Zorobabele principe populi Hebraici, & Iesu summo pontifice, qui reuersi fuerant ex captiuitate Babylonica, anno primo regis Cyri, vt habes in capite secundo Esdræ: à quo tempore, vsque ad sextum annum Darij Nothi, fluxerant anni plus centum quadraginta. Non est credibile, Zorobabelem & Iesum, vixisse eo tempore vltra centum sexaginta annos. Deindè dictum illud Iudæorum apud Ioannem capit. 2. de ædificatione secundi templi, quadraginta sex annis confecta, planè contradicit huic opinioni.

Contra Sulpitium, qui putauit, sub hoc Dario fabricã secundi templi esse perfectam.

Artaxerxes Mnemon Perfarum rex 11. An hic rex fuerit ille maritus Esther. **VNDECIMVS** rex fuit Artaxerxes Mnemon, sic cognominatus, ob singularem memoriæ præstantiam. Hic regnavit annos quadraginta: nam procul vero distat Plutarchus, qui eius regis vitam describens, duos & sexaginta annos eum regnasse affirmat. Eusebius porò, Ildorus, Beda, aliique diligentes & docti scriptores existimant, hunc Mnemonem fuisse maritum Esther, qui eo libro, primùm Assuerus, deinde Artaxerxes nominatur. Et sit mihi hoc simillimum vero. Vnum tamen illud, fidem huic opinioni derogare vide

- A** videtur, quod in capite vndecimo libri Esther scriptum est; Mardocheum, qui sub illo rege floruit, & patruus fuit ipsius Esther, fuisse de numero captiuorum, quos transfulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, cum Iechonia rege Iuda. Atqui, ex eo tempore quo Iechonias transmigravit Babylonem, vsque ad duodecimum annum Aisueri mariti Esther, qui annus memoratur in capite 3. eius libri, anni propè ducenti quinquaginta transierunt, quibus annis addere præterea oportet annos, quos natus erat Mardocheus, cum ductus est Babylonem simul cum Iechonia: excedit autem omnem fidem, vixisse Mardocheum, supra ducentos & quinquaginta annos. Verùm facile occurritur huic obiectioni: si dicamus, quemadmodum etiam supra libro decimo diximus, Mardocheum dici fuisse ex numero captiuorum, qui fuerunt cum Iechonia: non quòd ipse fuerit vnus ex illis, quasi concaptiuus Iechoniæ, sed quòd fuerit ex illorum stirpe ac genere: vt id positum sit ad laudem Mardochei, quod prognatus fuerit ex illis, qui cum Iechonia Hieremiæ monitis, Dei que præceptis obsequentes, vitrò se dediderant regi Babylonis: contra quam fecerant sequaces regis Sedechiæ. Quapropter illi apud Hieremiam capite vigesimo tertio sub figura optimarum ficuum commendantur: hi verò sub specie ac similitudine pessimarum ficuum, quæ nullo modo comedi possunt, vituperantur, atque reprobantur. Nec obscure in capite secundo libri Esther, significatur, proauum Mardochei, dictum Iemini, simul cum Iechonia transmigrasse Babylonem: sic enim est loco: *Mardocheus filius Iair, filij Semai, filij Cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Hierusalem eo tempore, quo Iechoniã transfulerat Nabuchodonosor. Illud enim relatiuum, qui, non ad Mardocheum, sed ad Iemini referendũ est. Et, vt obiter etiã hoc indicẽ lectori, in libro Esther in exordio capituli vndecimi, ita scriptum est; Anno quarto, regnantibus Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem ferebat, &c. quis fuerit ille rex Ptolemæus, & Cleopatra, diu mihi obscure fuit, sed tandem legenti posteriorem Iosephi librum aduersus Appionẽ, enotuit: fuit enim Ptolemæus*
- Questio de zate Mardochei.
- Locus ex vndecimo capite libri Esther explicatus.
- D D 5 ille,

ille, sextus post Alexandrum Magnū, rex Ægypti, quem **A** cognominarūt Philometora, cuius vxor fuit Cleopatra. Iosephus enim eo loci sic habet. *Philometor Ptolemus, & vxor eius Cleopatra, omne regnū cōmiserē Iudeis: & totius militia dūces fecerunt Oniā & Dositheum Iudeos, & cetera, quæ deinceps scribit Iosephus, & apud eū legi possunt.*

Artaxerxes
Ochus Persarum rex 12.

An hic rex fuerit Nabuchodonosor, cuius mentio fit in libro Iudith, vti Sulpitius exillimauit. Ioseph. lib. 11. cap. 7.

Duodecimus rex fuit Artaxerxes Ochus: qui secundum Tertullianum, regnavit annos viginti tres: secundum Sulpitium, viginti quatuor: secundum Eusebium autem & Bedam, & hoc verius est, viginti sex. **B** Tempore huius regis contigisse quæ narrantur in historia Iudith, eo argumento coniectat Sulpitius libro secundo sacræ hystoriæ: quod in libro Iudith nominatur Vagao, vel, vt ipse dicit, Bagua eunuchus: at Vagao fuisse eunuchum huius regis Ochi, patet ex libro 17. Diodori, & Iosephi lib. 11. antiquitatum. Verum fallax ea fuit coniectura. Nam Vagao, qui memoratur in libro Iudith, seruus & eunuchus erat Holofernis, ducis militiæ regis Nabuchodonosor: at Vagoam, eunuchum regis Ochi, tradunt Diodorus, & Iosephus, summum fuisse principem exercitus, tantæque auctoritatis & potentæ apud Persas, vt quos vellet ipse reges Persis & imponeret, & auferret. Illud præterea refellit Sulpitij opinionem, quod in libro Iudith traditur, eo tempore Iudæos recens ex captivitate esse reuerfos, quo tempore regnavit Artaxerxes Ochus, iam transierant anni propè ducenti, postquam Iudæi ex vltima captivitate redierant in patriam.

Arses Persarum rex 13.

Decimus tertius rex dictus est Arsas seu Arses. Hic, Tertulliano, regnavit vno dumtaxat anno, Sulpitio & Diodoro, tribus, Eusebio & Bedæ quatuor.

Darius Persarum rex 14.

Decimus quartus & vltimus rex, appellatus est Darius, quem Diodorus cognominavit Darium Arfani, quod filius fuerit Arfani, qui frater erat regis Ochi. Veruntamen Iustinus & Strabo negant eum fuisse stirpis & familiæ regiæ, ac prius quidem appellatū fuisse Codnanum, ob insignem autem eius virtutem in bellis spectatam, ad regnum esse assumptum. Hic nominatur à Clemente in primo Stromatum, Ochus, & vult eum regnasse tribus annis: à Tertulliano vocatur Darius Melas, & tribuuntur ei vnus & viginti anni. **D**

A anni. At similis vero est, quod Diodorus, Iustinus, Eusebius, Hieronymus, & Beda prodiderunt, regnasse eum sex annis, ut mirer Sulpitium, posthabita tot, & tam grauium scriptorum auctoritate, quatuor ei regi tantum imperij annos tribuisse. Atque tot, & hi fuere Persarum reges: quoad stetit Persarum monarchia, quam Cyrus fundauit, & Alexander Magnus euerit.

RESTAT, ut quot annis ea monarchia steterit, indicemus. Nicolaus de Lyra, & Hebraei putarunt stetit minus centum annis: Tertullianus, sex, & ceterum: Isidorus libro quinto etymologiarum, ceterum octoginonem: Ioannes Annius, Driedo, & Lucidus, centum nonaginta uno: Dionysius Hallicarnassensis in primo libro Romanarum Antiquitatum, paulo plus ducentis annis: Clemens Alexandrinus in primo libro Stromatum, ducentis quindecim: Seuerus Sulpitius libro secundo Sacrae historiae, & Strabo libro decimoquinto, ducentis quinquaginta. Sed profecto, ceteris probabilius sententia est, stetit eam monarchiam, annos circiter duos, & triginta, supra ducentos. Hoc enim dupliciter probari potest: tum ex annis, quibus singulos praedictorum quatuordecim regum Persidis regnasse ostendimus: tum ex notatione temporis, quo capit, & desit haec monarchia, secundum computationem Olympiadum. Primus enim rex Cyrus regnauit annos triginta: Cambyfes simul cum Smerde Mago, octo: Darius Hystaspis triginta sex: Xerxes unum, & viginti: Artabanus, septem menses: Artaxerxes Longimanus, quadraginta annos: Xerxes secundus, duos menses: Sogdianus, septem: Darius Nothus annos decem & nouem: Artaxerxes Mnemon, quadraginta: Artaxerxes Ochus, vigintifex: Artas, quatuor: vltimus rex Darius, sex. Ex his, supradicta ducentorum triginta duorum annorum summa conficitur.

COEPIIT porro monarchia Persarum, initio quinquagesimae quintae Olympiadis: tunc enim secundum omnes bonos auctores, Cyrus eius conditor suscepit imperium: desit autem, cum Darius, postremum ab Alexandro victus, & paulo post a suis occisus est, quod euenit, secundum Diodorum, tertio anno Olympiadis c x i i. Durauerat igitur ea monarchia per quinq

Quandiu stetit monarchia Persarum.

Quota Olympiade cepit, & desit Persarum monarchia.

quinquaginta septem Olympiades, adiectis tribus annis: quod tempus ducentos triginta duos annos continet. Verum hæcenus digressi ab interpretatione Danielis, ad eam rursus regrediamur.

Et cum steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: sed non in posteros eius, neque secundum potentiam illius, qua dominatus est. Lacerabitur enim regnum eius, etiam in externos, exceptis his.

Alexander Magnus quomodo hic designatus fuerit.

Eius imperiū quomodo diuisum.

Eius successores non fuerūt de eius genere.

NON est dubium, quin hæc Angeli verba pertineant ad Alexandrum Magnum. Hic enim cum itecisset: hoc est, cum ad summum gloriæ, potentia, ac felicitatis fastigium ascendisset, & vindicato sibi Persarum imperio, subactoque Oriente, florens ætate, ac rerum gestarum laude, Babylonem venisset, & quasi Dominus orbis, omnium ferè prouinciarum legationibus exceptus, & honoratus esset, repentina morte extinctus est. Quamobrem, tantum, ac tam florens eius imperium, propter ducum eius insanam æmulationem, exitialesque discordias, non modo diuisum, sed etiam dissipatum, atque contritum est.

POST mortem autem Alexandri, dicitur regnum eius diuisum in quatuor ventos cæli, id est, Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem. Nam in Ægypto, primus regnavit Ptolemæus, Lagi filius, id est, ad meridiem: in Macedonia, frater Alexandri Aridæus, id est, ad Occidentem: Seleucus Nicanor, Syriæ, & Babylonis, & superioribus locis imperauit, id est, ad Orientem. Antigonus Asiæ, & Ponto, id est, ad Septentrionem. Hæc dicimus secundum totius orbis plagas. Nam Iudææ, Syria est ad Aquilonem, Ægyptus ad Meridiem.

QUOD autem dicitur, *sed non in posteros eius*, hoc significat, quod Alexander liberos non reliquerit, qui ei successerint in regnum: sed imperium eius diuisum sit in alienos, id est, nulla ei cognationis necessitudine coniunctos, excepto Aridæo fratre, qui sex annos Macedonia tenuit imperium. Rectè autem dicitur, *non secundum potentiam illius*. Diuisum enim in quatuor

A quatuor partes regnum, imbecillius fuit dum aduertum se duces Alexandri dimicant, & intestino furore bacchantur, mutuis cladibus debilitati, atque contriri. Nec tantummodò in prædictos quatuor, dispersitum est Alexandri imperium, sed etiam in alios complures, ut Perdicam, Craterum, & Lyfimæchum: & præter hos, etiam in externos, & genti Macedonum, atque Græcorum alienos. Etenim Cappadocia, Armenia, Bithynia, Bosphorus, & aliæ prouinciæ, de potestate Macedonum recedentes, diuersos sibi reges constituerunt.

B NOTANDVM est, pro illo, non in posteris eius, le-Theodoretum, non in nouissimo eius, & sic interpretati, nullum Alexandri successorum adæquasse potentiam, & gloriam eius, præsertim quam ipse nouissimis annis comparauerat. Illud autem, *Lacerabitur regnum eius etiam in externos, exceptis his*, sic exponit Theodoretus: *Regnantibus posteris, primorum Alexandri successorum, Arsaces Persa, bello victor, adeptus est regnū, & partem quandā Persici imperij recuperauit: ex quo ad hoc usque tempus, Persarum reges Arsacide vocantur, cum superiores reges Chæmenides appellarentur. Et Romanis, Macedonico, seu Græco diuiso imperio maior fuit potentia. Sed hoc strictim à Theodoretico tactum: latius enarrat Iustinus libro qua-*

Theodoretum, expositio.

C dragesimo primo: cuius verba, utile visum mihi est fore intelligentiæ huius loci, hic adscribere. Sic autem scribit: *Parthi, post Alexandrum, à Nicanore, Seleuco, mox ab Antiocho, & successoribus eius, possessi sunt: à cuius pro nepote Seleuco primū defecere, primo Punico bello, Lucio Manilio Pisone, Atilio Regulo consulibus: hanc illi dante impunitatem defectionis, quorum fratrum regum, Seleuci, & Antiochi discordia, qui dum sibi inuicem eripere regnum volunt, persequi defectores omiserunt. Eodem tempore etiam Theodorus mille urbium Bactrianorum præfectus defecit, regemque se appellari insit: quod exemplum sequenti totius Orientis populi, à Macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces, vir, sicut incerta originis, ita virtutis expers. Hic solitus latrocinij, & rapto viuere, accepta opinione, Seleucum à Gallis in Asia victum, solus regis metu, cum prædonum manu Parthos ingressus, & præfecto eorum Andrægora oppresso, imperium gentis inuasit, nec magno post tempore, Hyrcanorum quoque re-*

Iustinus de origine Parthici imperij, quid scripserit.

Arsaces quis, & quomodo Parthicū imperium fundauerit.

quum occupauit. Denique, in tantum preualuit *Arsaces*, que- A
 sito simul constitutoque regno, ut non minus Partbis fuerit me-
 morabilis, quam Persis *Cyrus*, Macedonibus *Alexander*, &
 Romanis *Romulus*. Cuius memorie hunc honorem Partbi tri-
 buerunt, ut omnes exinde reges suos, *Arsacis* nomine nuncupent,
 sicuti *Roman*, *Cæsares*, *Augusti*que cognominarunt. Sic
Iustinus.

Et confortabitur rex Austri.

Cur hic tãdum prædicantur futura bella inter reges Sy- B
 riæ, & Ægypti. **L**ICET quatuor fuerint, qui proximè *Alexan-*
dro in eius successerunt imperium, & horum tres, *Antigonum* dico, *Seleucum*, & *Ptolemæum Lagi*, re-
 gna iua posteris multa in secula reliquere possiden-
 da: attamen omiſſis aliis *Daniel* narrat solùm bella
 gerenda inter reges *Syriæ*, & reges *Ægypti*. Nimi-
 rum, voluit hoc præcipuè *Spiritus Sanctus* docere
Danielem, & ab eo scriptis prodi, quòd *Iudæa* esset
 media inter *Syriam*, & *Ægyptum*, ob idque necesse
 esse participem. Audi *Iosephum*, cuius in libro 12. an-
 tiquitatum, hæc sunt verba: *Antiocho Magno* in *Asiã* re-
 gnante, in continua vexatione *Iudæa* fuit, & *Cælesyria*: quòd C
 eo bellum gerente cum *Philopatore Ptolemæo*, huiusque filio
Epiphane, sine vinceret sine vinceretur, malè multarentur, non
 aliter, quam nauis fluctibus vtriuque oppugnata, inter proſpe-
 ram, & aduersam. *Antiochi* fortunam iactate. Similia
 scribens hoc loco *Diuus Hieronymus*. *Idcirco*, ait, cete-
 ra regna dimittens *Daniel*, *Macedoniæ* videlicet, & *Asiæ*,
 tantum de *Ægypti*, & *Syriæ* narrat regibus: quia in medio
Iudæa posita, nunc ab illis, nunc ab istis regibus tenebatur, &
Scripturæ sanctæ propositum est, non externam absque *Iudæis*
 historiam, texere: sed eam, que *Israëlis* populo copulata est. D
 Commemorat autem *Daniel* bella, que inter istos
 reges, per centum quadraginta annos gesta sunt, vi-
 delicet, à tertio rege *Syriæ*, qui dictus est *Antiochus*
Theos, vsque ad octauum regem, *Antiochum*, *Epipha-*
nem appellatum: & à secundo rege *Ægypti* *Ptolemæo*
Philadelpho, vsque ad sextum *Ptolemæum*, *Phi-*
lometora nominatū. Illud porrò animaduertere oportet,
 sapius in hac narratione nominari regem *Au-*
stri, & regem *Aquilonis*: quibus nominibus signifi-
 cantur

A cantur reges Ægypti, & reges Syriae. Sic autem loquitur Daniel comparatione Iudææ, cui Ægyptus est Australis, seu Meridionalis. Syria verò, & Alia: nam utriusque dominati sunt Seleucidæ, est Aquilonaris.

Et confortabitur rex *Austri*. Hæc verba pertinent ad Ptolemæum Lagi, primū post Alexandri mortem, Ægypti regem, à quo cæteri reges, Ptolemæi nomen acceperunt. Et rectè dicitur, *confortabitur*: scilicet, fuit ille, quatuor rebus clarissimus, prudentia, fortitudine, divitiis, gloria rerum gestarum, ac penè continua felicitate, tantæque fuit potentia, quemadmodum hoc

Ptolemæi Lagi felicitas.

B loco tradit Hieronymus, ut Pyrrhum regem Epirotarum expulsam, restitueret in regnum: Cyprumque obtinuerit, & Phœnicen, & victo Demetrio filio Antigoni, Seleuco regni sui partem, quæ ab Antigono fuerat ablata, restituerit: Cariam quoque obtinuerit, & multas insulas, vrbesque, & regiones, de quibus non est huius temporis scribere. Videtur autem sumptisse hæc Diuus Hieronymus ex Pausania, qui in Atticis (sic inscribitur primus historiae eius liber) similia, sed latius, & enucleatius de hoc rege scripsit. Pto-

C *lemaum*, inquit Pausanias, *Macedons, re vera Philippi, qui pater fuit Alexandri, verbo, Lagi filium fuisse existimant: eius enim matrem, cum gegeret uterum à Philippo, uxorem Lago esse datam ferunt. Hunc Ptolemaum, & alia gessisse in Asia præclara facinora memorant: & Alexandro in Oxydracis periclitanti, præ cunctis eius amicis, auxilio fuisse. Eundem etiam mortuo Alexandro, ius, qui ad Aridaum Philippi filium descebant regnum, acriter restitisse, regnumque in plures partes dividendi auctorem in primis extitisse. Ægyptum profectus, Cleomenem, quem Ægypto præfecerat Alexander, quod Perdica studeret, occidit: Alexandri cadaver, quod Aeoas portabatur, acceptū Macedonico ritu Memphis cõdidit. Post eadē Perdica, ad res gerendas excitatus, Syriam statim, & Phœnicæ imperio suo adiecit: mox Seleucū Antiochi filium, ab Antigono electum, ad se confugientem, in fidem recepit. Antigono autem mortuo, Syriam, & Cyprū ab Antigono sibi ereptas, iterū subegit, Pyrrhūque in Thessprotidē Eptri reduxit, & per Magan filium Berenices, quam tunc in matrimonio habebat, Cyrenem, quæ à se desciverat, quinto post defectionem au-*

Pausanias de Ptolemæi Lagi filio quid scripserit.

no, rece

no, recepit. Sic Pausanias.

Iosephus libro
11. cap. 1.

Ptolemæus La-
gi Hierosoly-
mam dolo oc-
cupat.

I O S E P H V S verò, initio libri duodecimi antiquita-
tum, scribit, hunc Ptolemæum Lagi, præter meritum,
fuisse appellatum Sotrem (sic eum cognominarunt
Rhodij, auctore Pausania in Atticis, quòd ipsos validis-
simè iuisset aduersus Demetrium.) Is enim Hierosoly-
mam dolo circumuentam occupauit, ingressus urbem
sabbatho, veluti sacrorum gratia, Iudæis non arcenti-
bus, quòd eum diem in otio, & quiete agerent, & nihil
ab eo metuerent, aut suspicarentur hostile. At ille acer-
bè atque inclementer, & gentem, & urbem traxit. B
Deinde, humanior fuit & benignior Iudæis : nam cum
plurimos eorum captiuos Ægyptum duxisset, sciretque
ex responso, quod Alexandri legatis post Darij cladem
dederant, Iudæos pertinacissimè iurisiurandi fidem ser-
uare; multa ex ipsis præsidia disposuit per arces, & iure
ciuitatis apud Alexandriam ipsis, pari cum Macedoni-
bus conditione, dato, deuinxit omnes sacramento, ser-
uaturos fidem posteris eius, qui tam multa ipsis credi-
derat. Hoc regnante, multi ex Iudæa, sponte migrarunt
in Ægyptum, partim vbertate terræ, partim Ptolemæi
erga suam gentem liberalitate allecti. Eadem confir-
mat Iosephus in priori libro aduersus Appionem. Poly-
bius libro 2. tradit, hunc Ptolemæum, Seleucum item,
atque Lyfimachum, tres Alexandri duces & successo-
res in primis nobiles, eadem Olympiade centesima vi-
gesima quarta mortem obiisse. C

Mors eius.

*Et de principibus eius, praualebit super eum,
& dominabitur ditioni : multa enim
dominatio eius.*

De Ptolemæo
Philadelpho.

H I C loquitur Angelus de secundo rege Ægypti,
filio eius Ptolemæi, de quo proxime dictum est.
Appellatus est Ptolemæus Philadelphus. Hic dicitur
fuisse, de principibus eius, id est, vnus de filiis Ptolemæi
Lagi. Is enim cum alios haberet filios, hunc, qui
natus erat minimus omnium, cæteris præferens, regni
fecit hæredem. De hoc dicitur, praualebit super eum,
id est,

D

A id est, super patrem suum, maioris enim fuit potentie, opulentie, ac magnificentie: Narrat enim historia, vt refert hoc loco Hieronymus, habuisse eum ducenta millia peditum, equitum viginti millia, curruum duo millia, elephantes, quos primus eduxit ex Aethiopia, quadringetos, naues longas, quas nunc liburnas vocant, mille quingentas, alias ad cibaria militum deportanda, mille, auri quoque & argenti grande pondus, ita vt de Aegypto per singulos annos, quatuordecim millia & octingenta talenta argenti acceperit, & frumenti artabas, quae mensura tres modios & tertiam modij partem habet, quinques & decies centena millia. Nec mirandum cuiquam accidat, tantos ex vna Aegypto redditus annuos prouenire potuisse: nam Strabo in libro decimo seprimo, Ciceronem producit testem, qui in quadam sua oratione, confirmat, Ptolemaeum Auletem, patrem vltimae Cleopatrae, suo tempore in Aegypto regnantem, annuo reditu capere solitum duodena millia & quingena talenta: quem tamen regem negligenter ac dissolutè regnum administrasse constat.

Potentia & opulentia Ptolemaei Philadelphii.

Aegypti annui redditus.

S E D redeo ad Philadelphum, quem Strabo, proxime memorato libro tradit, super omnes Aegypti reges fuisse cupidum, diligentem, atque curiolum, res abditas, nouasque, & admirabiles scrutandi, noscendi, atque comparandi. Nam cum esset tenuissima valetudine, atque imbecillimo corpore, semper noui aliquid perquirebat, in quo sine labore ac molestia sese occuparet atque oblectaret. Sanè Tertullianus in Apologetico, hunc regem confirmat fuisse eruditissimum, atque omnis literaturae sagacissimū. Quem admodum autem huic minimo filiorum, pater regnum detulerit, narrat Iustinus libro decimosexto. Ptolemaeus, inquit, Lagi, contra ius gentium, minimo natu ex filijs, ante infirmitatem, regnum tradiderat: eiusque rei populo ratione reddiderat: cuius non minor fauor in accipiendo, quam patris in tradendo regnum fuerat. Inter cetera patris & filij mutua pietatis exempla etiam ea res amorem patris populi, inueni conciliauerat: & pater regno ei publice tradito, priuatim, officium regi inter satellites fecerat: omnique regno pulcherris, regis esse patrem dixerat.

Ptolemaeus Philadelphus quis.

Ptolemaei Lagi regnum filio minori viuens tradidit.

S E D nescio an haec, quae tradit Iustinus, cum iis
 EE cohæreant,

Pausanias videtur contra Iulianum scribere.

Philadelphi in Iudæos beneficentia. Ios. lib. 11. c. 2. Scripturæ per 70. seniores interpretatio.

cohæreant, quæ scribit Pausanias in Atticis, significans, hunc Philadelphum declaratum esse regem à patre, iam morti proximo. Nam cum Ptolemaus Lagi, ait Pausanias, Eurydicem Antipatri filiam, uxorem duxisset, ex eaque liberos suscepisset: postea Berenices amore captus, filios ex ea quoque genuit: ex his Ptolemaum, iam prope moriens, sibi regni successorem declaravit. Hic autem Philadelphus, Arsinoes germanæ sororis amore victus, eam sibi matrimonio adiunxit: idque non ex Macedonum, sed Aegyptiorum, quibus imperabat lege fecit. Minorem fratrem Aggeum, ut qui sibi insidias ferret, interfecit. Alterum quoque fratrem ex Eurydice natum, & Cyprios ad defectionem sollicitantem, e medio sustulit. Magas vero, qui Cretenis cum imperio præerat, & quantum frater, hostili tamen erat animo erga Ptolemaum: Apamne uxorem duxit Antiochi filiam, socerumque persuasit, ut violenter sudere, quod eius patri Seleuco cum Ptolemæo bellum fuerat, in Aegyptum cum exercitu inuaderet. Quod cum Antiochus comparato exercitu moliretur: Ptolemaus in omnes populos imperio Antiochi subiectos, copias dimisit: quæ partim excursionibus & populationibus, partim instructa acie, omnem eius ditionem infestâ redderent, atque in metu continerent. Quod sane consiliū, omnem Antiochi proficiscendi in Aegyptum facultatē præcidit. Hic Philadelphus filios suscepit ex Arsinoe, non quidem sorore sua, quæ priusquam pareret, excessit, & à qua Arsinoetes regio cognominata est: sed ex altera Arsinoe, filia regis Lyfimachi, quam postea in matrimonium accepit. Hactenus ex Pausania. Denique Iosephus libro duodecimo antiquitatum testatur, hunc Philadelphum, benignissimum fuisse erga Iudæos, quippe Hierosolymitas in Aegypto servientes, numero ad centum viginti millia, sua pecunia redemptos, liberos dimisit, templumque Hierosolymitanum amplissimis donis ornauit: & sacros libros ex Hebræo sermone in Græcum, per duos & septuaginta interpretes cõverti fecit. Celebratissimam quoque instruxit bibliothecam, præfecto ei Demetrio Phalereo viro in civili gubernatione, & in eloquentia nobilissimo (qui rogatus à rege, quàm multa librorum millia comparasset, respondit, circiter ducenta millia: sed breui quingenta millia habiturum. Regnavit hic Philadelphus, secundum Iosephum, vadequadraginta annos: secundum Eusebium & eundem

A dā annos octo & triginta. Sed pergamus, quæ sequuntur apud Daniele, interpretari.

Et post finem annorum fœderabuntur, filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis, facere amicitiam: & non obtinebit fortunam brachij: nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam adolescentes eius, & qui confortabant in temporibus.

B **P**R I M V S in Syria regnavit, post mortem Alexandri, Seleucus Nicanor: secundus, Antiochus cognominatus Soter, id est servator: tertius, Antiochus cognominatus Theos, id est Deus. Hic adversus Ptolemæum Philadelphum, de quo proximè dictum est, gessit bella quàm plurima, & totis Asiæ atque Orientis viribus dimicavit. Volens itaque Philadelphus, post multos annos, molestum finire certamen, filiam suam nomine Berenicen, Antiocho uxorem dedit, qui de priorè uxore, cui nomen erat Laodice, habebat duos filios, Seleucum, cui cognomen erat Callinicus, & alterum, Antiochum. Deduxit igitur filiam Berenicen Philadelphus vsque Pelusium, & infinita auri argentique millia dotis nomine dedit: unde *Phernophoros*, id est, dotalis appellatus est. Antiochus autem, Berenicen consortem regni habere se dicens, & Laodicen in concubinæ locum: post multum temporis, amore superatus, Laodicen cū liberis suis reduxit in regiam.

C Quæ metuens ambiguum viri animum, ne Berenicen reduceret, virum per ministros veneno interfecit: Berenicè autè cum filio, qui natus erat ex Antiocho, principibus Antiochiæ, Icadioni & Genneo, occidendam tradidit, filiumque suum maiorem; Seleucum Callinicum in patris loco regem constituit: & hoc est quod hic dicitur à Daniele, *& post finem annorum fœderabuntur*, id est, post multos annos, quibus inter se belligeraverant Philadelphus & Antiochus, tandem pacificabuntur inuicem. *Et filia regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam*; id est, Berenice filia regis

Alexandri successores in Syria.

Philadelphus quomodo cū Antiocho pacem fecerit,

Antiochus à Laodice uxore interfecit,

Philadelphi, dabitur in matrimonium regi Antiocho, ut inter patrem & vitum iungat amicitias. Et non obtinebit fortitudinē brachij, nec stabit semen eius: id est, Berenice non diu permanebit in regno Syriae, sed per vim & dolū Laodices, vna cum filio suo interficietur. Rex quoque Antiochus eius maritus, qui confortabat eam, id est, per quē poterat praevalere, & apud quē prevaluit, quoad ipse non rediit Laodiceam, Antiochus inquam, veneno vxoris Laodices occisus est. Propter verò hanc indignissimam Berenices eadem, atrocissimum inter regem Syriae, & insequentem Aegypti regem, bellum exarsit: de quo proxime post dicitur. Haec autem in qua diximus ex commentario diui Hieronymi ferè descripsimus: eaque confirmari & illustrari possunt iis, quae Iustinus in exordio vigesimi septimi libri, hunc in modum prodidit. Mortuo Syriae rege Antiocho, cum in locum eius Seleucus filius successisset, hortante matre Laodice, qua inhibere debuerat, auspicia regni à parricidio capit: quippe Berenicen noueram suam, sororem Ptolemei regis Aegypti, cum paruulo fratre ex ea suscepto interfecit. Quo facinore perpetrato, & infamia maculam subijt, & Ptolemei bello se implicuit. Porro Berenice cum ad se interficiendam missos didicisset, paterna Daphnae se claudit: ubi cum obsideri eam cum paruulo filio nunciatum ciuitatibus Asiae esset, recordatione paterna maiorūque dignitatis eius, & casum tam indignae fortunae miserantes, auxilia ei omnes misere, Frater quoque Ptolemeus periculo sororis excitus, relicto regno cum omnibus viribus aduolat. Sed Berenice ante aduentum auxiliorum, cum vi expugnari non posset, dolo circumuenta trucidatur. Indigna res omnibus visa. Itaque cum vniuerse ciuitates, quae defecerant, ingentem classem comparassent: repente, exemplo crudelitatis exterrite, simul & in vltionem eius, quam defensori erant, Ptolemeo se tradunt, qui nisi in Aegyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset. Tantum illi, vel odiū parricidiale scelus: vel huic fauorem, indignè interceptae mors sororis attulerat. Haec uero ex Iustino: cuius posteriora uerba, ad sequentium uerborum Danielis explicationem & intelligentiam, non nihil lucis afferunt. Similia Iustino & Hieronymo scribit Appianus in Syriaco. Tertius, inquit, Syriae rex fuit Antiochus, cui cognomentum Dei est inditum à Milesiis

Iustinus.

Mors Berenices & eius uisio.

A lesius: quod Limarchum eorum tyrannum expulisset. Hunc Laodice vxor, pharmaco necauit, ob nuptias Berenices, filia Philadelphi, quam ipsa simul cum infante, quem ex Antiocho susceperat, occidit: quorum caedem vt Ptolemæus vlcisceretur, Laodice interfecit, & in Syriam deducto exercitu, Babyloniam inuasit: atque ex hoc tempore, Parthi primum deseruerunt à Macædonibus, veluti iam perturbato Seleucidarum regno.

Antiocho cum
Dei cognomen inditum

B Et stabit de germine radicū eius plantatio, & veniet cum exercitu, & ingreditur provincia regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuet per & Deos eorū, & sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti, captiua ducet in Ægyptū: ipse praualebit aduersus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur in terram suam.

C OCCISA Berenice, & mortuo Ptolemæo Philadelpho patre eius, frater illius & ipse Ptolemæus, cognomento Euergetes, tertius successit in regnum, qui dicitur fuisse de plantatione & de germine radicis eius, eo quod esset germanus frater, vt vult Hieronymus: licet Iustinus faciat eum fratrem Berenices, ac proinde, filium Philadelphi. Hic venit cum exercitu magno, & ingressus est prouinciā regis Aquilonis, id est, Seleuci, cognomento Callinici, qui cum matre Laodice regnabat in Syria: & abusus est eis, & obtinuit: intantum vt Syriam caperet & Ciliciam, superioresque partes trans Euphratem & propemodum vniuersam Asiam: cumque audisset in Ægypto seditionem moueri diripiens regnum Seleuci, quadraginta millia talentorum auri tulit, & vasa pretiosa, & simulachra Deorum, duo millia quingenta: in quibus erant & illa, quæ Cambyses capta Ægypto, in Persas portauerat. Denique gens Ægyptiorum idololatriæ dedita, quia post multos uergetes cum annos, Deos eorum retulerat, Euergetem, id est, benefactorem eum appellauit. Et Syriam quidem ipse

Ptolemæus E
uergetes ter
tius rex Ægy
pti.

Iust. lib. 27.
Hic. in hunc
locum,

Ptolemæus E
sic dicitur.

obtinuit : Ciliciam autem, amico suo Antiocho gubernandam tradidit, & Xantippo alteri duci, prouincias trans Euphratem commisit. Consonant his, quae
 Iustinus. in libro 27. prodit Iustinus *Uniuersae*, inquit, *ciuitates Asiae propter eadem Berenices, & filij eius, tanta crudelitatis exemplo exterrita defecerunt à Seleuco: ingentique comparata classe in ultionem eius, Ptolemaeo se tradunt: Qui nisi in Aegyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset.* Huc etiam spectat, quod scribit Polybius. libro quinto. *Seleucia*, inquit, *regnum Aegypti praesidio custodiebatur ab eo tempore, quo regnauit Ptolemæus, cui Euergetis, id est, benefactoris cognomen tum fuit. Hic enim, quo tempore propter casum Berenices, & iram, quam ex ea re animi conceperat, in Syriam exercitum duxit, hac urbe positus est.* Sed latius, & luculentius victoriam huius Ptolemæi describit Iosephus, posteriori libro aduersus Apionem, *Tertius*, inquit, *Ptolemæus, qui vocatur Euergetes, fortiter obtinens Syriam uniuersam, non Diis Aegyptiorum pro victoria solennitates gratificas immolauit, sed ueniens Hierosolymam, multas hostias, sicut nostris moris est, obtulit Deo, dignissimamque dicitur ornamenta victoriae, &c.* Sed idem libro duodecimo Iudaicarum antiquitatum, capite tertio narrat, pusillanimitate atque auaritia pontificis Iudæorum Oniae, factum esse, ut tributum, quod pro populo Iudaico maiores eius solebant regibus pendere, talenta uidelicet argenti viginti, non soluendo, ad iram commoueretur Ptolemæus Euergetes. Qui misso Hierosolymam legato, inculabat Oniam, quod tributum non redderet, minabaturque, ni faceret, regionem eius militibus suis se diuisurum, & nouas colonias eo deducturum. Quod audientes Iudæi perterriti sunt : licet Onias perfricta fronte hæc contemneret, nihil curans præter pecuniam. Sed iuuenis quidam Iosephus, sororis Oniae filius magnitudine animi præstans, legatione ad regem suscepta, non eum modo placauit, sed magnam apud eum gratiam & auctoritatem obtinuit. Regnauit hic Ptolemæus rex annos viginti sex. Post quem, qui deinceps secuti sunt Aegypti reges omnes male uixisse, luxu, delictisque corruptos : sed super omnes, quartum & septimum, atque ultimum, confirmat

A firmat Strabo libro decimo septimo.

Haec tenus interpretati sumus verba Danielis, ex sententia diui Hieronymi, quam iudicauimus & contextui verborum Danielis maximè conuenientem, & aliorum historicorum scriptis maximè consentaneam. Nunc referam breuiter, quemadmodum prædicta omnia verba, multò secus, & in diuersam longè sententiam interpretatus fuerit Theodoretus: adiecta postremò eius interpretationis breui censura. Ipse igitur prædicta omnia refert ad contentiones, & bella quæ inter Ptolemæum Philopatorem Ægypti regem, & inter Antiochum Magnum Asiæ, & Syriæ regem longo tempore, summis vtrinque viribus, varioque euentu gesta sunt. Sed vide, quemadmodum interpretationem suam verbis Danielis, per partes, adapter: *Et confortabitur rex Austri*. Significat Ptolemæum Philopatorem, qui non contentus Ægypti regno, etiam Phœnicem, Samariam, & Iudæam sibi adsciuit. *Et de principibus eius vnus corroborabitur super ipsum, & dominabitur dominatione multa extra perestatem suam*. Hic fuit Scopas, princeps exercitus Ptolemæi Philopatoris, qui optimi ducis partes implens, multa eorum, quæ extra Ptolemæi regnum erant, ditiorum eius adiunxit. *Et post annos eius commiscebuntur, & filia regi Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam*. Post Philopatoris obitum, regnauit Ptolemæus filius eius appellatus Epiphanes: & hunc appellat regem Austri. Regem autem Aquilonis, vocat Antiochum cognomento Magnum, inter quos pax est pacta, data in matrimonium Antiocho, filia Ptolemæi. Sed matrimonium diu non stetit, sed remissa est coniunx ad parentem. *Et surget de flore ex radice eius, in preparatione ipsius*. Hoc est, illa quidem reddet parenti: sed pariet regem, qui regno illius, qui dedit, aduersabitur. Haec tenus retulisse interpretationem Theodoretî, satis fuerit. Posuimus autem verba Danielis, secundum eam translationem, quam Theodoretus in suis commentariis secutus est, & videtur ea fuisse translatio Theodotionis, quam Hieronymus supra dixit, translationi septuaginta interpretum fuisse ab Ecclesia prælatam.

Diuerſa Theodoretî interpretationis distinctio.

Theodoretii
sententia te-
probatur.

VERVM, interpretationem Theodoretii equi-
dem cenſeo multis de cauſis non eſſe probandam:
& vt ſententiæ Danielis alienam, & vt minimè ve-
riſimilem, atque etiam alicubi falſam, & veterum
hiſtoricorum ſcriptis repugnantem. Primum enim
bella inter Antiochum Magnum & duos Ptolemæos
Philopatorem & Epiphaneſem, paulò infra Daniel ſa-
tis multis verbis perſequitur. Quapropter, quæ hic
narrantur ad priores reges Syriæ, & Ægypti referri
debent. Deinde abſurdum eſt, quod dicit Daniel v-
num de principibus illius regis, præuaſiſſe ſuper i-
pſum, interpretari de Scopæ duce Philopatoris: cum
ille quantancumque habuit auctoritatem, & poten-
tiam, à rege ſuo omnem acceperit. Denique falſum
eſt, Antiochum Magnum, in matrimonium accepiſ-
ſe filiam regis Ægypti: quinimo contra euenit: nam
Antiochus, filiam ſuam Cleopatram deſpondit Ptole-
mæo Epiphani, vt tradunt hiſtorici, & nos infra ex-
plicaturi ſumus. Poſſent alia contra Theodoretum
aſſeri: ſed ex his, quæ diximus, facile erit lectori, de-
interpretatione eius iudicium facere. Nos quæ ſe-
quuntur apud Danielem, vt cœpiſmus, interpretari
pergamus.

*Filij eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum, & veniet pro-
perans & inundans, & reuertetur, & con-
cubitur & egredietur cum robore, &
exaltabitur cor eius.*

Seleuci regis
Syriæ mors.

Ex D. Hieron.
hæc ſumpta
ſunt.

S E L E V C V S Callinicus, inter quem, & Ptole-
mæum Euergetem, bella eſſe gerenda, proxi-
mè narrauit Daniel, multis deinde calamitatibus per-
cuſſus eſt, & conſtitatus, tandem amiſſo regno,
cum regnaſſet annos viginti, equo præcipitatus in-
terit: vt eſt apud Iuſtinum libro 27. Hic duos reli-
quit filios, maior natu dictus eſt Seleucus Cerau-
nus: minor, Antiochus, cui poſteà magni cogno-
men

A mentum est inditum. Hi prouocati spe victoriæ, & vltione parentis, exercitu congregato aduersus Philopatore, arma corripunt, sed cum Seleucus, tertio anno imperij, esset occisus in Phrigia per dolum Nicanoris, & Apaturij, exercitus, qui erat in Syria, Antiochum fratrem eius cognomento Magnum, de Babylone vocauit ad regnum. Et propterea nunc dicit Daniel, quod duo filij prouocati sunt, & congregauerunt multitudinem exercituum plurimorum: sed quod vnus Antiochus venerit de Babylone in Syriam, quæ eo tempore tenebatur à Ptolemæo Philopatore, filio Euergetis.

B SED quo propensius credat lector quæ diximus, audiat quæ in eandem sententiam reliquit scripta Polybius libro quarto, *Mortuo*, inquit, *Seleuco patre Antiochi cum regnum ad Seleucum eius filium, qui cæteris fratribus maior natu erat, peruensset, Acheus cum hoc, propter gentis propinquitatem, Taurum montem transcendit. Seleucus enim simul ac regnum inijt, intelligens Attalum omnia loca, quæ erant citra Taurum montem occupasse, rebus suis consulendum ratus, maximis viribus Taurum transcendit: vbi paucis diebus interiectis, ab Apaturio Gallo, & Nicanore, dolo circumuentus atque extinctus est. Acheus propinqui mortem vlciscens, ex templo Appaturium atque Nicanorem interfecit.* Idem libro quinto ita scribit. *Antiochus iunior, filius fuit Seleuci Callinici. Hic mortuo patre cum regnum ad fratrem eius Seleucum, natu maiorem peruensset: principio quidem, in superiori parte regni, priuatam vitam egit: mox fratre, qui Taurum montem cum copiis transceuderat, per dolum interfecto, imperium ipse adeptus, regnare cepit, vix dum decimumquintum atatis annum supergressus.* Sed

Confirmantur dicta ex Polybio. Seleuci Cerauni mors.

C pinqui mortem vlciscens, ex templo Appaturium atque Nicanorem interfecit. Idem libro quinto ita scribit. *Antiochus iunior, filius fuit Seleuci Callinici. Hic mortuo patre cum regnum ad fratrem eius Seleucum, natu maiorem peruensset: principio quidem, in superiori parte regni, priuatam vitam egit: mox fratre, qui Taurum montem cum copiis transceuderat, per dolum interfecto, imperium ipse adeptus, regnare cepit, vix dum decimumquintum atatis annum supergressus.* Sed

D reuertamur ad vaticinium Danielis. Antiochus igitur cum pugnasset aduersus duces Ptolemæi Philopatoris, sicut hoc loco narrat Hieronymus: immò prodicione Theodoti, obtinuisset Syriam, quæ iam per successionem à regibus Ægypti tenebatur: in tantam venit audaciam, contempta luxuria Philopatoris, & magicis artibus, quibus inferuire dicebatur, vt bellum Ægyptiis vltro conaretur inferre. Verùm hæc, quæ nimis pressè, & inuolutè scribit Hieronymus ex Polybio & Iustino, latiùs & explicat

Antiochus Magnus rex Syriæ creatur.

Theodotij legit Victor apud D. Hier.

Ptolemæus
Philopator
cur sic dicitur.

Iustinus de
Philopatore
quid scripse-
rit.

Polybius quid
de Theodoro
seu Theodo-
tione scribat.

tius declaranda sunt. Rex Ægypti, cum quo Magnus A
Antiochus gessit bella; quæ hic narrantur, quartus
fuit post Alexandrum Magnum appellatus Ptole-
mæus: qui quod patrem ac matrem interfecisset,
ex facinoris crimine, cognomentum Philopator, ex
contrario fuit: velut in vigesimo nono libro scri-
bit Iustinus: qui de eodem rege, initio libri trigesimi
hunc in modum scribit. *Philippo in Macedonia mag-
nis rebus intento, Ptolemæi in Ægypto diuersi mores erant.*

*Nam regnum parricidio adeptus, & ad necem viriisque pa-
rentis, cæde etiam fratris adiuncta, velut rebus feliciter gestis, B
luxurie sese tradiderat: regisque mores, omnis secuta regia erat.
Itaque non amici tantum præfælitique, verum etiam omnis exer-
citus, depositis militiae studiis: otio ac desideria corrupti marcebant.
Quibus rebus cognitis Antiochus rex Syria, veteri inter se re-
gnorum odio stimulante, repentino bello multas vrbes eius oppres-
sit, ipsamque Ægyptum aggrediatur. Hæc Iustinus. Quod*

autem dicit beatus Hieronymus, Antiochum proditi-
tione Theodoti, qui nomine Ptolemæi, Syria cum
imperio præerat, eam obtinuisse, enucleatè narrat
Polybius lib. 5. *Theodotus, ait, qui inferioris Syria rebus C
præerat, natione Aetolus, partim regem Ptolemæum, ob in-
curiam atque segnitiam cotemnuens: partim is, qui regiã seque-
bantur diffidens: quod non multò antè, cum rem perquam vti-
lem regi proposuisset, cum ad alia, tum ad obsistendum An-
tiocho, Syriae regnum perturbare volenti: non modo nihil gra-
tiae consequutus fuerat: sed contrà, vocatus Alexandriam
etiam de vita fuerat periclitatus: conuenire Antiochum
decreuit, ei que inferioris Syriae vrbes tradere.*

*Antiocho igitur oblationem eius leto
animo suscipiente, res quàm pri-
mum finem sortita est.*

Sic Polybius.

* * *

Et

A Et prouocatus rex Austri egredietur, & pugnabit aduersus regem Aquilonis, & preparabit multitudinem nimiam: & dabitur multitudo in manu eius, & capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius: quia deiciet multa millia, sed non proualebit.

B **R**EX Aegypti Philopator, aut Hieronymus, amissa Syria, Theodoti prodicione congregauit plurimam multitudinem contra Antiochum Magnum: & inito certamine, iuxta oppidum Raphia, quod in foribus Aegypti est, omnem Antiochus amisit exercitum: & per deserta fugiens, pene captus est, † cumque cepisset Ptolemæus Syriam, ad extremum, federe, & quibusdam conditionibus, pugna finita est. Et hoc est, quod Scriptura nunc dicit: deiciet multa millia, sed non proualebit: aduersarium enim suum capere non poterit. Similia horum scribit Iustinus in libro trigésimo. Trepidat inquit, Ptolemæus aduentu Antiochi: & per legationes, quouisque vires paret, rogat morari Antiochum. Magno deinde in

C Gracia conducto exercitu, secundum prælum facit: spoliauissetque regno Antiochum, si fortunam virtute inuisset. Contentus tamen recuperatione urbium, quas amiserat, factaque pace, auide materiam quietis arripuit: reuolutisque in luxuriam, occisa Eurydice uxore, eademque sorore sua, Agathoclea meretricis capitur illecebris, & regni nominis, ac maiestatis oblitus, noctes in stupris, dies in conuiuijs consumit. Hæc Iustinus. Cæterum causam huius belli inter Antiochum, & Philopatorem, & vtriusque regis magnitudinem copiarum,

D nec non & omnem pugnae successum, distinctè, ac diligenter enarrat Polybius in libro 5. Antiochus enim, causam bello Syriam sibi vindicandi, eam prætexebat, quod Syria sub ditione fuisset Seleuci Nicanoris, cuius esset ipse totius imperij legitimus hæres. Nam quo tempore superato Antigono monoculo, diuidere inter se regna Cassander, & Lyfimachus, ac Seleucus voluerunt, Seleuci esse omnem Syriam indicauerunt. Contra verò Ptolemæus, Syriæ possessionem iure hæreditario ad se pertinere contendebat. Idcirco enim Ptolemæum Lagi, una cum Seleuco aduersus Antigonon

Victoria Ptolemæi Philopatoris de Antiocho Magno.

† Cumque cessisset Syria supple Antiochus, legit Victorius. Iustinus.

Causæ belli inter prædictos reges & copiarum vtriusque regis descriptio.

rigonum gessisse bellum, ut totius Asiae regnum Seleuco vindicaret: Syriam verò, & Phœnicem sibi adseisceret. Cum igitur inter eos reges, pacificatio nulla posset iniri, uterque se ad bellum, amplissimo exercitu comparato, instruxit. Habuit Ptolemæus in exercitu ultra lxx. millia peditum, equitum quinque millia, tres & septuaginta elephantes. Copiæ Antiochi erant ad duo, & sexaginta millia peditum, equitum sex millia, elephanti duo, & centum. Ptolemæus iter per Pelusium faciens, & per Cassium, atque loca arida veniens, quinquaginta stadia ab vrbe Raphia, castrametatus est, quæ vrbs post Rinocolura sita est, prima ciuitas Syriae, quæ Ægyptum aspiciunt. Eodem venit cum exercitu Antiochus, & vix quinque stadiis procul hostibus castra fixit. Paucis post diebus, pugnam conferuerunt, diu ancipiti dubioque euentu: nam dextrum Antiochi cornu vicit, læuum autem victum est. Denique penes Ptolemæum stetit victoria, sed non indemnitas tamen, aut incruenta: in dextero enim cornu Ptolemæi, ex equitibus, ac mercenariis plerique perierunt. Militum porrò Antiochi, desiderati sunt ultra decem millia, & plus trecentis equitibus, viui circiter quatuor millia, in potestatem hostium venerunt, & elephantorum tres in ipso prælio, duo postea ex vulneribus periere: complures viui sunt capti. Hunc igitur finem habuit memorabile prælium, quo duo maximi reges, & propè Raphiam, de imperio Syriae decertauerunt. Et factum est hoc prælium, anno tertio centesimæ, & quadragesimæ Olympiadis, videlicet, eodem anno, quo Romanos ad lacum Thrasymenum Annibal memorabili victoria superauit: quo item anno, pax ab Achæo, & Philippo, cum Ætolis facta est. Atque hæc tempora, primum res Græcas, atque Italicas, necnon etiam Africanas coniunxerunt. Neque enim post eum diem Philippus, nec cæteri Græciæ principes, cogitationes suas ad Græciam referebant, neque bella, aut pacem inuicem moliebantur: sed omnes cogitationes suas curasque ad Italiam conuertebant. Victor igitur Ptolemæus, Raphia, & reliquis ciuitatibus repente positus est, vniuersis populis ei se certatim tradentibus. Antiochus

Pugna inter
Antiochum &
Philopatorē.

Quo tempore
hæc accide-
runt.

A ver
ad
bar
de
ba
rus
hor
ros,
pos
qua
B num
nice
reue
hoc
terti
initi
ab
scrib
tendi
Ant
C Ant
lacry
binas
Itaque
narr
cum
con
tus, a

D E
mult
tem
citu
illis

SV
re
gnum:
Agati

A verò, cum venisset Antiochiam, statim legatos misit ad Ptolemæum, qui pacem à rege precarentur, misit enim incursionem hostium, nec ob recentem cladem admodum militibus suis confidebat. Formidabat insuper Achæum, ne opportunitate temporis motus bello ipsum infestaret. Ptolemæus autem nihil horum cogitans, sed insperata successus felicitate lætus, satis à se actum putans, quòd iam omnem Syriam possideret, pronus ad pacem erat, allectus desidia vitæ, qua semper vsus fuerat. Pacem igitur Antiocho in annum concessit, & tres circiter menses in Syria, & Phœnicie commoratus, Alexandriam, cum sorore, & amicis reuersus est. Hæc nos ex Polybio commemoranda hoc loco duximus. Nec dissimilia traduntur in libro tertio Machabæorum, licet minimè canonico, in cuius initio sic est: Cum Philopator intellexisset, ademptam sibi esse ab Antiocho Syriam, coactis omnibus suis copijs, tam equestribus, quàm pedestribus, assumpta secum Arsinoe sorore, contendit ad vicinas vsque Raphia regiones, vbi erant copie Antiochi. Commisso acri prælio, cum fortius pugnaretur ab Antiocho, Arsinoe copias obambulans, capillis solutis, cum lacrymis obsecrabat milites, vt sibi opem cum audacter ferrent, binas victoribus auri minas daturam se singulu promittens. Itaque hostes prælio vinci, multosque capi contingit. Post hæc narratur quemadmodum rex venerit Hierosolymam, cumque intrare sancta sanctorum, obsistentibus Iudæis conatetur, ingenti diuinæ potentia miraculo castigatus, ab eius loci ingressu deterritus sit.

Pax inter eos facta.

Locus libri tertij Machabæorum, cum Polybij loco conueniens.

D Et conuertetur rex Aquilonis, & preparabit multitudinem multò maiore, quàm prius, & in fine temporum, annorumque, veniet properans cum exercitu magno, & opibus nimis, & in temporibus illis multi consurgent aduersus regem Austri.

SUPER his verbis ita scribit D. Hieronymus. Per regem Aquilonis, Daniel significat Antiochum Magnum: qui contempta Philopatoris ignauia, eo quod deperiret Agathocleæ psaltria, fratremque eius, & ipsum Agathoclem, haberet

D. Hieronymus de Antiocho Magno hæc interpretatur.

haberet concubinum, quem postea Aegypti ducem constituit, A
 incredibilem de superioribus locis Babylonis, exercitū congregavit: & Philopatore mortuo, aduersus filiū eius, qui tunc erat
 quatuor annorum, & vocabatur Ptolemæus Epiphanes, rupto
 fœdere, mouit exercitum. Tanta enim dissolutionis, & superbie
 Agathocles fuit, ut subdita prius Aegypto, prouincie rebellarent, ipsaque Aegyptus seditionibus rexeretur: Philippus quoque
 rex Macedonum, & magnus Antiochus, pace facta, aduersus
 Agathoclem, & Ptolemæum Epiphanem dimicauerunt, sub
 ea conditione, ut proximas ciuitates, regno suo singuli, de regno
 Ptolemæi tuerent. Et hoc est, quod nunc dicitur multos con- B
 surgere aduersus regem. *Austr.* Ptolemæum, uidelicet, Epiphanem, qui tunc puerili erat ætate. Sic Hieronymus. Cuius interpretatio, his, quæ narrat Iustinus libr. 30. confirman-
 da, & illustranda est. Contentus Ptolemæus, ait Iustinus, recuperatione urbium, quas amiserat, factaque pace, auidè materiam
 quietis arripuit: reuolutusque in inxuriam, occisa Eurydice uxore, eademque sorore sua, Agathoclea meretricis capitur
 illecebris, regni que nominis, & maiestatis oblitus, uolens in
 stupris dies in conuiuijs consumit. Adduntur instrumenta luxurie,
 tympana, & tripudia, nec iam spectator modo rex, sed magister etiam
 nequitie, neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primo
 labentis regis tacita pestis, & occulta mala fuere. Deinde
 crescente licentia, iam nec parietibus regie domus, contineri
 meretricis audacia poterat, quam proteruiorem, sociata cum
 Agathocle fratre, ambitiosa pulchritudinis scorto, quotidiana
 regis supra faciebant. Accedebat & mater Euanthe, que gemine
 sobolis illecebris, deuinctum regem tenebat. Itaque non
 contentæ rege, regnum etiam possidebant, in publico uisebantur,
 saluabantur, comitabantur. Agathocles regis lateri iunctus,
 ciuitatem regebat: tribunatus, præfecturas, & ducatus, mulieres
 ordinabant, nec quisquam in regno suo minus, quam ipse rex
 poterat. Cum interim relicto quinquenni ex Eurydice sorore
 filio, rex Philopator moritur. Sed mors eius, dum pecuniam
 regiam mulieres rapiunt, & imperium, inita cum perditissimis
 societate, occupare conantur, diu occultata fuit. Re tamen cognita,
 concursu multitudinis, Agathocles occiditur, & mulieres
 in ultionem Eurydices, patibus suffiguntur. Morte regis suspecto
 meretricum, uelut expiata regni infamia, legatos Alexandrini
 ad Romanos miserunt, orantes, ut tutelam pupilli susciperent,
 tuerenturque regnum Aegypti: quod iam Philippum,

Iustinus ea,
 que scripsi D.
 Hieronymus
 confirmat.
 Vita Philopatoris
 turpillima.

Eius mors.

A lip
 ba
 M
 at
 e
 cel
 siff
 ren
 der
 sup
 pot
 der
 lu
 F
 I
 tra
 m
 lu
 ho
 lic
 ib
 yf
 g
 tit
 do
 ve
 D
 ni
 se
 bo
 D
 ni
 qu
 qu
 su
 in

A lippum, & Antiochum, facta inter se pactione, diuifisse dicebant. His addit Iustinus in principio sequentis libri. Mortuo Ptolemæo Philopatore, contemptaque paruuli filij eius atate, qui in spem regni relictus, prada domesticis erat, Antiochus rex Syria, occupare Aegyptum statuit. Itaque Phoenicem, ceterisque, Syriae quidem, sed iuris Aegypti ciuitates, cum inuasisset, legatos ad eum Senatus Romanus mittit, qui denunciant ei, abstinere à regno pupilli, postremis patris precibus fidei suae traditi. Quibus spreto, interiecto tempore, alia legatio superuenit, quae omiffa pupilli persona, ciuitates, iure belli factae populi Romani, in integrum restitui inbebat. Abuenienti, bellum denunciatur, quod ille facile susceptum, infeliciter gessit. Sic Iustinus.

Romani qua occasione Aegyptiam sibi subiecerint.

Filij quoque prauaricatorum populi tui extollentur, ut impleant uisionem, & corruant.

P VGNANTIBVS contra se, Magno Antiocho, & ducibus Ptolemæi, in medio posita Iudæa, in contraria studia scindebantur: aliis Antiocho, aliis Ptolemæo fauentibus. Denique, Onias sacerdos, assumptis Iudæorum plurimis, fugit in Aegyptum, & à Ptolemæo honorificè susceptus, accepit eam regionem, quæ Heliopoleos vocabatur, & concedente rege, templum inibi extruxit, simile Hierosolymitano: quod permansit vsque ad imperium Vespasiani, annis ducécis quinquaginta. Ipsa autem urbs, quæ vocabatur Oniæ, dimicantibus postea Iudæis aduersus Romanos, ad solum vsque deleta est, ut neque urbis, neque templi ullum restaret vestigium. Sub occasione igitur Oniæ pontificis, infinita examina Iudæorum, Aegyptum confugerunt. Asserebat enim Onias se vaticinium implere Isaia scribentis in c. 19. *Erit altare Domini in Aegypto, & titulus Domini in terminis eius: & hoc est, quod nunc dicit Daniel. Filij prauaricatorum populi tui, scilicet, qui dereliquerunt legem Domini, volentes in alio loco, præterquam iustum erat, victimas Deo immolare: Extollentur in superbiam, & uisionem, hoc est, Domini præceptum se implere iactabunt, sed corruent: quia templum, & dux,*

D. Hieron. hæc habet.

Templum in Aegypto ab Onia conditum.

postea

postea destruentur. Cumque Antiochus teneret Iudæam, missus Scopas Aetoli filius, dux Ptolemæi partium, aduersus Antiochum fortiter dimicauit, cepitque Iudæam, & optimates Ptolemæi partium secum abduccens in Ægyptum reuersus est. Hæc fere sumpra sunt ex commentario D. Hieronymi super hunc locum Danielis.

Quod autem in supradictis verbis scripsit Hieronymus de templo Oniæ, quod in Ægypto simile Hierosolymitano est conditum, ex Iosepho petitum est: qui hanc historiam fusè narrat in decimotertio libro antiquitatum, & capite trigesimo libri septimi de bello Iudaico; ex quo loco pauca hæc referte liber, Onias Simonis filius, vnus ex pontificibus, ex Hierosolymis fugatus, quo tempore Antiochus Epiphanes rex Syriæ cum Iudæis bellum gerebat, Alexandriam venit, & a Ptolemæo Philometore suscipitur humanissime, propterea quod Antiocho erat inimicus. Promittit ille gentem Iudæorum eius se auxilio sociaturum, si concederet sibi templum in aliqua parte Ægypti edificare, & patrio more Deum colere. Ita enim & Antiochum magis odiosum fore Iudæis, qui templum Hierosolymitanum vastauisset, ipsosque Iudæos ipsi futuros etiam beneuolentiores, plurimosque ad eum religionis causa uenturos. Paruit his Ptolemæus, & locum ei dedit, centum octoginta stadiis à Memphi distantem. Hieropolitanus autem ille tractus dicitur, ubi castello fabricato, Onias templum quidem idem simile Hierosolymitano, turrim autem similem extruxit, ingentibus saxi, cubitis sexaginta erectam. Aræ autem fabricam secundum patriam imitatus est: & donarijs similiter exornauit, præter candelabri confectionem: candelabrum enim non fecit, sed informatum aureum lychnum, tanquam iubaris luce radiantem de aurea catena suspendit. Totum uero circa templum spatium, coelo latere circumdedit saxæas portas habente. Concessit etiam rex plurimum agri pecuniæque ad redditus annuos, ut nihil deesset, quod ad cultum Dei ritè peragendum pertineret. Non tamen hæc Onias sana uoluntate faciebat, sed erat ei contentio cum Iudæis Hierosolymæ degentibus, quod ab illis urbe pulsus, peregrinari cogereetur. Itaque templo hoc edificato, sperabat ad id se omnem Hierosolymis multitudinè euocaturum. Prædixerat uero Isaias annis ante nonagenis septuaginta, extructum iri Deo templum in Ægypto, à quodam uero Iudæo: quod uaticinium in hoc Onia fuit impletum. Ac templum quidem ita est edificatum:

Iosephus de templo Oniæ quid scripserit li. 7. de bel. Iud. cap. 30. & lib. 13. Antiq. cap. 6.

Forma templi Oniæ.

Reprehensio Oniæ.

A Lupus autem rector Alexandria, acceptis literis Vespasiani imperatoris, cum ad templum venisset, ablatis nonnullis donariis, templum occlusit. Postea Paulinus, qui demortuo Lupo successit, neque donariorum quidquam reliquit, neque ad templum religionis causa adire volentes admisit, sed clausis foribus, ita fecit inaccessum, ut ne vestigium quidem diuini cultus in eo resideret. Tempus autem fluxerat, usque ad occlusionem templi, ex quo fuerat ipsum ab Onia conditum, anni trecenti triginta tres. Hæc Iosephus.

Templum Oniæ destructū.

B CAETERVM, hoc loco, trium rerum admonere lectorem, non alienum duco. Primò quidem, ex iis, quæ de templo Oniæ Iosephus, & Diuus Hieronymus prodiderunt, manifestum potest esse lectori, non planè ignaro chonologiae, tempus, quo stetit illud templum Oniæ, veriùs definitiuisse Diuum Hieronymum, ut supra retulimus, ducentis quinquaginta annis, quàm Iosephum in proximè memorato loco, annis trecentis triginta tribus. Constat enim, ipso teste Iosepho, templum illud desuisse, imperante Vespasiano: esse autem ædificatum, regnante in Ægypto Ptolemæo Philometore, & quidem circa vigesimum regni eius annum, ut in chronicis signauit Eusebius. Porro, ab exordio regni Philometoris, quod incidit in centesimam quinquagesimam Olympiadâ, usque ad obitum Vespasiani, hoc est, usque ad Olympiadem centesimam decimam quartam, non plus ducētis sexaginta annis, præterit.

Animaduersio in Iosephum prima.

C ILLVD quoque animaduertere conuenit, in supradictis verbis Iosephi, quæ paulò supra, ex libro septimo eius de bello Iudaico protulimus, esse manifestum & insigne admodum chonologiae erratū, minimè quidem Iosepho adscribendum, sed ad librariorum seu typographorum inscitiam, aut incuriam referendum. Traditur enim ibi, Esaiam prædixisse constructionem templi in Ægypto, quam fecit Onias nongentis septuaginta annis priusquàm fieret; quod sanè procul vero est. Nam & ipse Iosephus in libro decimo tertio Iudaicarum antiquitatum, tempus illud, paulò antè sexcentos annos fuisse tradit: & sanè ab initio regni Ozia regis Iuda, quo regnante, cœpit

Alia in Iosephū animaduersio.

Ioseph. lib. 13. cap. 6.

Isaias vaticinari vsque ad ædificationem templi Oniæ, A minus septingentis annis effluxisse reperimus.

Tertia in eundem animadu-
uersio.

Locus Isaiæ
ex cap. 19. ex-
cuius.

Deut. 12.

DENIQUE, illud etiam ignorare lectorem nolumus, in eo falsum esse Iosephum, quod existimauit, vaticinium illud Isaiæ in capite decimonono, de altari in medio Ægypti erigendo, pertinuisse ad hoc templum Oniæ, & tum fuisse completum. Etenim Isaias ita prædixit illud, vt tanquam piè ac religiosè factum, & ad illustrandum Dei nomen, & gloriam spectans vehementer cõmendat, ac prædicat. At Oniam, improbo animo, perversoque consilio adductum esse, ad ædificandum illud templum, Iosephus ipse testimonium perhibet. Et verò, res ipsa loquitur: fuit enim illud, impiè factū, contra legem Mosis: quæ, nisi vno in loco, quem Deus elegerat, templum fieri, & Deo sacrificari verabat. Nec verò non id etiam Daniel indicauit hoc loco, dicens: *Filij præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent. Quasi dicat, Iudæi quidem præuaricati, & violantes legem Mosis, aggredientur in Ægypto construere templum Deo, falso iactantes, ea re impleri ab ipsis visionem, & vaticinium Isaiæ: sed opus, vt improbè, atque impiè susceptum erit, sic illis infeliciter succedet. Nec sanè hoc, perpendenti verba Isaiæ, obscurum, aut dubium esse potest: sic enim ait, In die illa, erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum, & erit terra Iudæa Ægypto in pauorem. Hoc sanè non euenit tempore Oniæ, vel, dum illud templum stetit. Subdit Isaias, forte vt tunc omnes Ægyptij cognoscant, & colant Deum, & vt sit maxima concordia inter Ægyptios, Assyrios, & Iudæos. Quis non videt, hæc temporibus Oniæ, vel eius templi, nullo modo contigisse? Totum igitur illud vaticinium Isaiæ, ad Christi Domini aduentum, & tempus legis Euangelicæ pertinet. Audi Hieronymum, in eius loci commentario idipsum confirmantem. Ab hoc loco, inquit, vsque ad finem Ægyptiæ visionis, & Iudæi & nostri de Christi aduentu intelligi volunt: sed illi vota sua differunt in futurum: nos quasi iam transacta tenemus. Hinc Eusebius libro primo de demon*

Hoc vaticinium tempore Oniæ non impletum est, sed Christi.

D. Hieron. lib. 1. com. in Isa.

A demōstratione Euangelica, capite quarto, hoc tēstimonio Iſaiæ pugnans contra Iudæos, peruincit, fore aliquando, vt antiquata lege Moſis, alia dāda eſſet à Deo mortalibus, longè melior, atque præſtātior. Si enim lex Moſis per omne huius mundi æuum, perduratura fuiſſet, cū extra vnum à Deo electum locum, vel extrui templa, vel ſacrificia fieri, ea lex omninò prohiberet, nunquam profectò, quod Iſaias prædixit de altari erigendo in medio Ægypti, omnique cultu diuino inibi ab Ægyptiis, vero Deo religioſè exhibēdo, ad effectum peruenire potuiſſet, eſſetque falſum Iſaiæ vaticinium.

Eusebius ex hoc loco quid colligat,

B Vide eundem Eusebium libro ſecundo eiusdem operis, capite trigefimo quinto: & libro ſexto, capite vigefimo, & libro nono, capite ſecundo.

C *Et veniet rex Aquilonis, & cōportabit aggerem, & capiet vrbes nouiſſimas: & brachia Auſtri non ſuſtinebunt: & conſurgent electi eius ad reſiſtēdum, & non erit fortitudo, & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur in manu eius.*

HORVM verborum Danielis, hæc eſt, interprete D. Hieronymo, ſententia; *Antiochus Magnus* volens Iudeam, & Syriæ vrbes plurimas priori bello à ſe amiſſas recuperare, maximo cum exercitu venit in eam regionē, & Scopam ducem Ptolemæi, iuxta fontes Iordanis, vbi nunc *Paneas* condita eſt, inito certamine, fugauit, & cum decem millibus armatorum obſedit clauſum in Sidone. Ob quem liberandum, miſit Ptolemæus duces inclytos, *Eropum*, & *Menocleam* & *Damaxenum*. Sed obſidionem ſoluere non potuit: donec fame ſuperatus, Scopas manus dedit: & cum ſocijs dimiſſus eſt. Quod autem hic dicitur, cōportabit aggerē, ſignificat præſidiū Scopæ in arce Hieroſolymorū, adnitētibus & iuuātibz Iudeis, multo tēpore fuiſſe ab Anticho oppugnatum, captumque ſimul cum alijs vrbibz, quæ prius à Ptolemæi partibus tenebantur, *Siria*, *Cilicia* & *Lycia*. Eo enim tempore captæ ſunt, *Aphrodiſias*, & *Soloe*, & *Zephyrion* & *Mablos*, & *Auemurium*, & *Selenus*, & *Choraceſum*, & *Coricus*, & *Andriaca*, & *Limida* & *Patara*, & *Xanthus*, & ad extremum *Ephelus*,

Scopas dux Ptolemæi vincitur ab Anticho Magno.

* Mallos legit Victorius.
* Lymira & Patra legit Victorius.

de quibus vniuersis & Græca & Romana narrat historia. **A**
 Hæc D. Hieronymus mutuatus videtur ex Polybio;
 Iosephus li. 12. sicut conici potest ex Iosepho, qui hanc ipsam histo-
 Antiq. cap. 3. riam commemorans in libro duodecimo antiquita-
 tum Iudaicarum, ita scribit. Tandem victor Antiochus,
 Iudæam suæ ditioni adiecit. Defuncto enim Philopatore, filius
 eius magnum exercitū, duce Scopā, misit in Cœlesyriam, qui &
 multas eius vrbes, & nostram gentem, vi in potestatem eius at-
 traxit. Aliquanto autem post, Antiochus, ad fontes Iordanis
 Iudæi fauent cum Scopā prælio congressus, sit superior, cūque recepisset oc-
 Antiocho Ma cupatas à Scopā, vrbes Cœlesyria, simul Samaria, Iudæi quo-
 gno. que vltro deditionem fecerunt: receptūque intra mœnia eius
 exercitum & Elephantes, liberaliter aluerunt: & oppu-
 gnantibus præsidium in arce à Scopā relictum, impigrè auxi-
 lium tulerūt. Quamobrem Antiochus, equum ducēs aliquam
 Iudæi pro studio suarum partium referre gratiam, scripsit ad
 amicos, & duces suos, literas testes beneficiorum, quæ in ipsum
 Iudæi contulerāt: in quibus etiam significabat, quemadmodum
 remunerari eos decreuisset. Atque hoc Iosephus etiam
 Polybij testimonio, ex libro historiarum eius deci-
 mo sexto probat. Scopas, inquit Polybius, copiarū Pto-
 lemæi dux, ad mediterranea verso impetu, per hyemem, Iudeo-
 rum gentem subegit, ac paulo post in eodem libro, narrat, quo-
 modo victo Scopā, Antiochus Bataneam, Samariam, Gada-
 ra, & Abilā recepit, moxque Iudæi, qui Hierosolymam & ce-
 lebre eius templum incolunt, ad eum defecerunt: de quo cū
 multa essent dicenda, ait se in aliud tempus differre. Hæc au-
 tem scripta Polybij, iam pridem interciderunt: & ad
 Ex Hier. hæc illustrandum D. Hieronymi commentarium hæc retu-
 sumpta sunt. lisse, non fuerit alienum.

SEQUITUR in verbis Danielis; & stabit in terra **D**
 incluta, & consumetur, siue perficietur in manu eius. Terram
 Laus terræ inclutā, septuaginta interpretes verterūt, terram volū-
 Iudææ. tatis, hoc est, quæ cōplaceat Deo. Symmachus vertit ter-
 ram fortitudinis; quod Dei fortissimi munita præsidio,
 fortissima sit & inexpugnabilis. Aquila, quæ Hierony-
 mus est secutus, trāstulit terrā inclutam. Atque his vo-
 cabulis designatur Iudæa, ac propriè Hierusalem. Hanc
 enim terram commendans scriptura, vocat terram
 spatiosam, egregiam, præcipuam. Vide Exodi ter-
 tium

- A** tium caput, & Ezechielis vigesimum: aliàs appellat, terram inclyatam, desiderabilem, fluentem lacte & melle. Significat igitur Daniel, Antiochū venisse in Iudæā & Hierosolymam, ibique obtinuisse ac perfecisse, quicquid volebat: nimirum Iudæis se vltro ipsi dederunt, & ipsum honorificè recipientibus, atque omni studio, opeque adiuuantibus. Theodotio in sua translatione reliquit vocabulum ipsum Hebraicū, *Sabin*: & quia ver sionem Theodotiohis sequitur Theodoretus, super isto vocabulo, hūc in modū scribit. *Quedā exemplaria habent, in terra Sabar: & quidam eorum, qui Hebraicam vocem Græcè transtulerunt, eam, terrā voluntatis appellauerunt, significātes nimirū, terram promissionis, quæ dicitur terra voluntatis, quod Deo cara & dilecta esset: secundū quod in Psalmo septuagesimo septimo scriptū est: montē Syon, quē dilexit Dominus, & in quo beneplacitū est Deo habitare in eo. Sabair quoque significat virtutem suæ exercitum: vt etiam existimari possit, Iudæa dici terra Sabair, id est, virtutum seu exercituum: quod à Deo magis, quā si maximo & validissimo exercitu munita esset, custodiretur, atque defenderetur. Sic ex Theodoro.*

Et ponet faciem suam, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo, & filiam faminarum dabit ei, vt euertat illum: & non stabit, nec illius erit.

- V**OLENS Antiochus, inquit Hieronymus, non tantum Syriam & Ciliciam, & Lyciam, & alias provincias, quæ Ptolemæi fuerant partium, possidere, sed in Aegyptū quoque regnum suum extendere: filiam suam Cleopatram per Euclem Rhodium, septimo anno regni adolescentis, despondit Ptolemæo: & tertio decimo anno tradidit: datā ei dotis nomine Cælesyria & Iudæa. Vocat autem Daniel Cleopatram, filiam faminarū, per pleonasmum, vt est illud poeticum; Sic ore locuta est: & illud, Vocem quæ his auribus hausit: vel filiam faminarum dixit, id est, formosissimam & pulcherrimam feminam. Illud, & non stabit, significat, non successurum Antiocho consilium inuadendi & obtinendi regnum Aegypti, sub obtentu eiusmodi matrimonij. Namque Ptolemæus Epiphanes, & duces eius, sentienti-

D. Hieronymus hæc habet in hunc locum.

Virg. lib. 1. & 2. Aen.

Iosephus li. 12.
cap. 3.

tes dolum Antiochi, cautiùs se gesserunt, & Cleopatra magis viri partes, quàm patris fuit. Huc etiam spectant quæ Iosephus li. 12. Iudaicarum antiquitatum, ad hunc modù scribit, Post hæc Antiochus amicitia & fœdere coniunctus est Ptolemæo, data in matrimonium Cleopatra filia, concessâque ei dotis nomine, Cælestria vnâ cum Phœnice, Iudæaque & Samaria: diuisisque inter vtrumque regem vectigalibus, optimates, sua quisque patriæ exactionem, eorum redimebant: & collecta, quæ imperata esset, pecunia, conferebant eam in regium erarium. Appianus verò Alexandrinus in Syriaco significat Antiochum, metu Romanorum, quos prospiciebat aduersum se bellum comparare, voluisse eo matrimonio deuincere sibi Ptolemæum: vt eius, atque aliorum regum affinitatibus suffultus, robustior esset ad resistendum Romanis. Sic autem scribit Appianus: Cum Antiochus bellum à Romanis contra se parari non obscure cerneret, affinitatibus sibi reges finitimos conciliare studuit, & Ptolemæo quidem in Aegyptum misit Cleopatram filiam suam, cognomine Syriam, gratis inferiorem Syriam illi offerens, quam ipse Ptolemæo patri eius olim ademerat: quo videlicet inuenem demereretur, & in bello contra Romanos, constantiorem redderet. Alteram filiam cognomine Antiochiam, Ariarati Cappadocum regi: tertiam Eumeni, Pergamo imperanti, dare instituit: quam ille tamen, bellum cum Romanis futurum præuidens, uxorem renuit. Hæc Appianus.

Tres filia Antiochi Magni quibus datæ.

Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrij sui, & opprobrium eius conuertetur in eum.

Antiochus Asiæ insulas plurimas occupat, ex D. Hic hæc narratur.

CUM Antiocho, consilium de occupanda Aegypto, per Cleopatram, quam Ptolemæo desponderat, ex animi sententia non cessisset: aliam rationem inuit proferendi, ac dilatandi imperij. Conuersis enim in Asiam viribus suis, naualique certamine, aduersus plurimas insulas dimicans, cepit Rhodum, & Samum, & Colophonem, & Phocæam, & alias multas insulas, multasque Græciæ ciuitates vi expugnatas sibi subiecit. Lege Appianum, de his in Syriaco latius atque distinctius scribentem. Sed occur

- A** tterit ei, ait diuus Hieronymus, Lucius Scipio Nafica, cum fratre suo Publio Scipione Africano, qui Annibalem vicerat. Cum enim consul Nafica hebetioris effet ingenij, & contra regem potentiffimum, Senatus ei bellum nollet credere: Spontaneam legationem obtulit Africanus, pro fratris iniuria. Hanc hiftoriam, strictim hic tactam à diuo Hiero- Executitur fen-
tentia D. Hier.
- B** Plutarchus in vita Scipionis, & Appianus in Syriaco: ex quibus auctoribus licet intelligere, lapfum memoria fuiffe hoc loco D. Hieronymum: qui Lucium Scipionem, cum, qui vicit Antiochum, ex eoque cognomentum Afatici promeruit, dicat fuiffe Naficam: qui non frater germanus Africani, fed confobrini fuit. Nam, vt tradit Plutarchus, duo fuere fratres, Publius Scipio, & Cneus Scipio, qui multis rebus præclare gestis, in Hispania occubuerunt. Huius Cnei Scipionis, filius fuit Publius Cornelius Nafica, vir consularis & triumphalis, qui cum adolefcens effer, pro accipienda matre Idæa, in tota ciuitate, est vir Scipiones a-
pud Roma-
nos maxime
nobiles.
Plutac in vita
Scipionis.
- C** optimus iudicatus. Publij autem Scipionis gemina fuit, & sanè perquam eximia proles: Publius Scipio, qui ob deuictum Annibalem, Africamque, dictus est Africanus, primus omnium Romanorum, deuictæ à se gentis cognomento insignitus: & Lucius Scipio, qui lupurato Antiocho, Afaticus, quæ cis Taurum montem est, ei adempta, Afaticus est cognominatus. Theodoretus super his verbis Danielis, hoc modo feribit: *Multis infulis in suam ditionem redactis, illarum principes, imperio abdicatos, eiusmodi reddidit, qui ludibrio haberentur: verum, nec ipse opprobrij, quo alios affecit, expers fuit.* Theodoret.
- D** Romani enim illo ad Thermopylas debellato, compressu citis ingenti audacia, mille impofuere talentorum tributum, quod sibi in annos singulos soluere coegerunt: & filium eius Antiochum, cognomento Epiphanem, acceptum obfidem, Rome habuerunt: quod etiam narrat prior liber Machabeorum capite primo. Sic Theodoretus.
- Quo d autem Theodoretus dicit, de annuo tributomille talentorum ab Antiocho Romanis pendendo, idem tradit Eusebius in Chronicis: apud Iulianum in libro trigefimo primo, inter conditiones pacis factæ Quantum fuerit tributum, à Romanis Antiocho Magno impofitum.
Iulianus.

à Romanis cum Antiocho, nullum de eo tributo est **A**
 verbum, quamquam proximè sequenti libro non ob-
 scure id significatur: cum dicitur, Antiochum fuisse
 tributo Romanorum valde grauatum, & oppressum.

Appianus. Appianus in Syriaco scribit Romanos imposuisse An-
 tiocho, ad rependendos belli cum ipso gesti sum-
 ptus, talenta Euboica, statim quidem soluenda, quin-
 genta, dum verò fœdus à senatu approbaretur, duo
 millia & quingenta: annis præterea duodecim sub-
 sequentibus, decem millia & quingenta, quæ per

Titus Lilius. partes, singulis annis Romam deferrentur. Titus Lilius **B**
 libro trigesimo octauo scribit, tributum Antiocho
 iniunctum, fuisse argenti probi, Attica talenta duo-
 decim millia, intra duodecim annos æquis pensioni-
 bus persoluenda: ita vt quodlibet talentum, non mi-
 nus penderet octoginta pondo. Ita Lilius. Ex quo sum-
 ptum videtur, quod Eusebius & Theodoretus de tribu-
 to talentorum prodiderunt.

Locus ex 8. c. **A** T enim, videtur tributum illud fuisse duum mil-
 lib. 2. Macha- lium talentorum, sic enim legimus in octauo capi-
 tulo posterioris libri Machabæorum: *Constituit Nicanor,* **C**
vt regi Antiocho Epiphani, tributum, quod Romanis erat
dandum, duo millia talentorum, de captiuitate Iudeorum
suppleret: nisi credere volumus, illud tributum fuisse
postea, vel in ipso Antiocho Magno, vel in eius fi-
liis duplicatum: aut fortasse Nicanor voluit duo mil-
lia talentorum colligere: vt haberet rex pecuniam
in promptu, & tributo Romanis soluendo, & aliis sum-
ptibus faciendis, sufficientem. Illud porro quod in
supradictis verbis Danielis positum est, Et recta faciet
eum eo, vt euertat illum, hanc habent sententiam: An-
 tiochum Magnum, collocata in matrimonium filia **D**
 sua Ptolemæo Epiphani, & data ei nomine dotis Cœ-
 lesyria, & Iudæa; præ se tulisse, bona fide, rectoque
 animi sensu pacem se facere cum Ptolemæo, cum ta-
 men id dolose ac malitiosè fecisset: ratus eo matri-
 monio, meliorem, sibi datum iri occasionem, ad Pto-
 lemæi regnum inuadendum. Simili dolo aliquot post
 annis vsum fuisse Ptolemæum Euergetem, septimum
 Ægypti regem, data in vxorem Alexandro regi Asia
 filia sua Cleopatra, in priori lib. Machab. c. 10. & 11.
 scr

**Doli & frau-
 des regum.**

A scriptum est, ubi sic est. *Exiit Ptolemæus in Syriam verbis pacificis: & aperiebant ei ciuitates, & occurrerunt ei, quia mandauerat eis rex Alexander, ut extrent ei obviam, eo quod socer suus esset, cum autem introiret ciuitates Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus: & ingressus Antiochiam, imposuit duo diademata capiti suo, Aegypti & Asia.*

Cæterum illa verba, quæ proximè sequuntur, *cessare faciet principem opprobrii sui, & opprobrium eius conuertetur in eum*, variam habent lectionem, variâque interpretationes, ob idque perobscurum intellectum. Nicolaus de Lyra, huiusmodi memorat nostræ lectionis

Varia lectio
& interpreta-
tio.

B expositionem: *cessare faciet principem opprobrii sui*: id est seipsum, quia inuadendo multas insulas & ciuitates, procurauit sibi opprobrium suum, nam illæ ciuitates, & insulæ confœderatæ erant Romanis, quamobrem missus in Asiam contra Antiochum Scipio, eum debellauit, ingentiq; damno & dedecore affecit: vnde subditur, *& opprobrium eius conuertetur in eum*. Verum hanc interpretationem non probat Lyranus, dicens eam contrariam esse textui: quia per hoc Antiochus non fecit opprobrium suum cessare: sed magis illud fecit augeri. Quocirca, inquit, recurrendum est ad literam Hebraicam, quæ talis est: *& reducet Dominus opprobrium eius super eum*, videlicet, propter blasphemias contra Deum ab ipso iactas, incurrit Antiochus dictum opprobrium. *Et absque opprobrio suo reddet ei*: quia nimirum propter blasphemias Antiochi, nihil Deo damni, nihil dedecoris accesserat. Hæc Lyranus. Cuius explanationem videtur adiuuare translatio Pagnini, quæ sic habet hoc loco: *Et cessare faciet princeps, probrii afficientem Deum, ne quispiam probrium suum inserat ei.*

Lyranus expo-
sitio.

D Sed propterea hæc mihi interpretatio non videtur probabilis, quod nullus modò probatus auctor tradat, Antiochum iniuriola & contumeliosa verba in Deum Iudæorum dixisse, quin contrâ, fuisse eum beneuolus ac benignus Iudæis, libro duodecimo antiquitatum Iudaicarum affirmat Iosephus. Theodoretus, legens, numero multitudinis, *cessare faciet principes opprobrii sui*, interpretatur de principibus variarum gentium, quos Antiochus à se bello victos, tanta clade & dedecore affecerat, vt non solum eos ad sibi re-

Reprobat
Lyranus expo-
sitio.

Theodoreci le-
ctio & ineg-
pretatio.

Vatabli item.

tistendum inualidos, sed etiam ad ignominiam, & A
 probrum insignes, atque notabiles fecerit. Vatablus
 sic legit hunc locum: & princeps compefecit eius probra:
 retorquens in eum sine omni suo dedecore, & ita exponit. prin-
 ceptus, id est, Scipio Africanus, coget eum desistere in-
 cepto. Cessare faciet eius probrum, quo afficiebat Ro-
 manum populum, socias eius insulas, & ciuitates inua-
 dendo. sine omni suo dedecore, hoc idem valet, quod in
 dedecus illius, quasi diceret, ignominiam eius reuertit
 faciet in caput ipsius.

Glossæ inter
 lienearis expo-
 sitio, quæ ma-
 ximè proba-
 tur.

NEC mihi displicet interpretatio, quam habet
 glossa interlinearis: secundum quam, Antiochus ab B
 Ægypto conuertens se ad Asiam, & insulas, cessare fecit,
 id est fecit quiescere principem, id est, Ptolemæum E-
 piphanem, à quo, probro est affectus, ademptis sibi per
 Scopam duce[m] eius, plurimis ciuitatibus: maximè ve-
 rò à patre ipsius Ptolemæo Philopatore, à quo iuxta
 Raphiam, vt supra diximus, magno cum dedecore &
 vitæ periculo victus est. Illud autem, & opprobrium e-
 ius conuertetur in eum, sic exponi potest: probra & dama-
 na, quibus gentes à se victas, afficiebat, vertentur &
 redundabunt in ipsum: similibus enim malis ipse, vi- C
 ctus à Romanis, afficietur.

*Conuertet faciem suam ad imperium terre suæ, &
 impinget, & corruet, & non inuenietur.*

De morte An-
 tiochi Magni
 variæ senten-
 tiæ, & prim
 D. Hieron.

VICTVS à Romanis Antiochus, intra Taurum
 regnare iussus est: & inde fugit ad Apamiam &
 Sulam, & vltimas regni sui penetrauit vides: cum-
 que aduersus Elymæos pugnaret, cum omni est de-
 lectus exercitu. Et hoc est, quod nunc Scriptura dicit. D
 Antiochum cum multas cepisset insulas, victum à Ro-
 manis, regnum Asiæ perdidisse, & sic opprobrium e-
 ius conuersum esse in caput ipsius: denique fugien-
 tem de Asia, reuersumque ad imperium terræ suæ,
 inpegisse & corruisse, videlicet cum vniuerso exer-
 citu suo cæsum ab Elymæis, sic D. Hieronymus. Cui
 simillima, in libro decimo sexto tradit Strabo: nam
 loquens de potentia Elymæorum, propter quam tam
 Parthorum, quam Macedonum dominationem de-
 trecebant, subdit: *Antiochum Magnum, qui Belsi templum*
 sps

2. Strabonis.

- A *Spoliare conatus est finitimi Barbari, ex sese adorti interemerunt. Paulò secus mortem Antiochi Magni, describit Iustinus lib. 32. Antiochus, inquit, cum graui tributo pacis, à Romanis premeretur, & victus oneratusque esset, seu inopia pecunie compulsus, seu auaritia sollicitatus, qua sperabat se, sub specie tributaria necessitatis, excusatus sacrilegia commissurum, adhibito exercitu, noctu templum Dimidymæ (vel ut alij codices habent Dodonæ) Iouis aggreditur: quia re prodita, concursu incolarum cum omni militia interficitur. Nicolaus de Lyra, & Carthusianus super primum caput posterioris libri Machabæorum, & Melchior Canus in libro 2. de locis*
- B *Theologicis, cap. 11. censuerunt Antiochum Magnum fuisse eum, cuius interitus narratur in libro 2. c. 1. Machabæorum. Sed hanc opinionem esse falsam, supra in libro nono, manifestis argumentis conuicimus. Nescio equidem, unde acceperit Plinius, quod prodidit in libro de viris illustribus, Antiochum Magnum à sodalibus suis, quos in conuiuio temulentus pulsauerat, esse occisum.*

Iustini.

4. Lyrani, & Carthusiani.

Plinius c. 54.

Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio, & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio.

- N**ON rectè Theodoretus hæc verba refert ad Antiochum Epiphanem. Siquidem, proximè post de eo loquitur Daniel, quem prædicit huic, de quo nunc verba facit, in regnum esse successurum. Verum, remotior à veritate, atque absurdior est interpretatio Porphyrij, qui sicut hoc loco testatur Diuus Hieronymus, exposuit hæc de Ptolemæo Epiphane rege Egypti, qui Seleuco regi Syriæ, & filio Antiochi Magni sit molitus insidias: & aduersus eum præparauerit exercitum, & idcirco à suis ducibus veneno sit interemptus. Nam cum vnus ab illo quæreret, tantas res moliens, unde habiturus esset pecuniam: respondit, sibi amicos esse diuitias: quòd cum diuulgatum esset in populis, timuerunt duces, ne suis illos bonis, atque opibus spoliaret: quapropter illum maleficis artibus interfecerunt. Sic explanauit hunc locum

Resellitur interpretatio Theodoreti, & Porphyrij.

Contra Hebræorum interpretationē dixerit.

Libr. 1. Mac.
cap. 15.

Vera interpretatio D. Hieronymi.

Mors Seleuci ex Appiano.

locum Porphyrius: *Sed quomodo, inquit B. Hieronymus, potuit in loco Magni Antiochi stare Ptolemæus, qui nec illi successit in regnum: nec fecit quod narrat Porphyrius? Presertim autem cum septuaginta interpretes pro eo, quod nos verimus, & stabit in loco eius, transfulerint, & stabit de radice eius plantatio, id est, de stirpe, & semine eius. Constat autem, Ptolemæum Epiphanem non fuisse de semine Antiochi Magni. Hebræi, referente eodem Hieronymo, hunc, de quo loquitur Daniel, interpretantur Thryphonem, qui tutor pueri Antiochi cum esset, occiso eo, arripuit imperium: & quia non erat regali genere, & animo: propterea vilissimum, & indignum decore regio, hic à Daniele appellari. Lege quæ de hoc Thryphone scripta sunt apud Iustinum libro 36. & in extremo priore libro Machabæorum. Sed non congruunt Thryphoni, quæ hic dicuntur. Non enim stetit Thrypho in loco Magni Antiochi, ut ait hoc loco Daniel: neque enim proximè successit illi in regnum, sed septimo demum loco, sex nimirum regibus ipsum prægressis, Seleuco, Epiphane, Eupatore eius filio, Demetrio, Alexandro, & filio eius Antiocho. Quod si lectionem septuaginta interpretum hoc loco sequimur, qui verterunt, *stabit de radice eius plantatio*, manifestius apparet hæc Danielis verba non posse in Thryphonem competere, quippe qui ex Magno Antiocho genus minimè duxerit. Vera igitur, & germana huius loci interpretatio ea est, quam in suo commentario ponit sanctus Hieronymus, significari à Daniele his verbis, Seleucum cognomento Philopatorem, filium Magni Antiochi, proximumque in eius Asiæ regna successorem. Qui, quoniam nullis rebus præclare gestis, nec patris nomini, nec imperij magnitudini respondens, inglorius periit, à suis interfectus: propterea Daniel vocat eum vilissimum, & decore regio indignissimum: prædicique eum non in furore, nec in prælio, id est, fortiter dimicando, periturum. Cuius Seleuci mortis genus, docet nos Appianus in Syriaco, ita scribens: *Deceffit Antiochus Magnus, cum regnum tenuisset triginta septem annos, relictis duobus filiis, quorum maior natu Seleucus, annis duodecim, exiit tamen, & infirmè, ob paternam cladem, regno præfuit: & ex insidijs Heliolorum cuiusdam ex suis, incaute occisus est. Heliolorum**

- A** liodorum porro regnum suscipere conantem, Eumenes, & Attalus reges, vi pepulere, Antiocho Epiphane in regem substituto. Consideret lector, an is, à quo Seleucum esse occisum scribit Appianus, fuerit Heliodorus ille, qui missus à Seleuco, vt traditur in cap. 3. posterioris libri Machabæorum, ad expilandum templum Hierosolymitanum, mirabili animaduersione Dei castigatus, incepto desistere coactus est. Sed illud difficilem habet explicatum, quomodò hîc dicat Daniel, hunc Seleucum in paucis diebus contritum iri; cum ex Severo Sulpitio in lib. 2. sacræ historiæ, Eusebio in chronicis, & Appiano in Syriaco, Seleucum per duodecim annos regno potitum esse cõstet? Nisi fortè, quia nihil magnum, & memorabile gessit, & ignauus, atque indignus imperio iudicatus est; propterea, vel non regnasse, vel ad breuissimum tempus regnasse dicatur. Nec euadunt ex hac difficultate, qui locum hunc, de Ptolemæo Epiphane, vel Antiocho Epiphane interpretantur: vt potè quos etiam complures annos regnasse, ex antiquis, & probatis historiis manifestum est.

Heliodorus in templi spoliatione castigatus.

Dubitatio de annis regni Seleuci.

BENEDICTI PERERII SOCIE- TATIS IESV,

Commentariorum in Daniele,

LIBER XIII.

- D** Explicatur reliqua pars capituli vndecimi, vbi fusè de Antichristo disputatur.

PRÆFATIO.



D H A E C vsque verba: *Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius, &c.* de historico, & germano prophetiæ Danielis sensu, inquit D. Hieronymus, mira est interpretum cõcordia, ne ipso quidem Porphyrio à nostris doctoribus discrepante. Superiora enim

D. Hieronymus de sententiâ reliquæ partis huius capituli vndecimi.

enim omnia Danielis verba, ad reges Persarū, & Græcorū, maximè verò, ad reges Syriæ, & Ægypti pertinere, concessu omnium, manifestum, & indubitatum est. Cætera verò, quæ ab hoc loco Danielis sequuntur, vsque ad finem capitis duodecimi, non æquè perspicuam, confessamque habet expositionem. Siquidem Porphyrius, ea omnia interpretatur de persona Antiochi Epiphanis, qui filius fuit Magni Antiochi, & post Seleucum fratrem, regno Syriæ, vndecim annos est potitus, maximisque calamitatibus Iudæos affixit, atque contulit, sicut duobus in libris Machabæorum disertissime narratur. At verò doctores Ecclesiastici, & ferè antiqui patres, hæc omnia de Antichristo prophetari arbitrantur, qui vltimis mundi temporibus futurus est. Si quis autem quærat, cur tot reges in medio reliquerit sermo propheticus, à Seleuco videlicet, vsque ad consummationem mundi: respondendum est idem, quod supra responsum est, cum historiam de regibus Persarum tractarem, & causam aperiremus, cur Daniel post Cyrum, quatuor tantum reges posuerit, & decem alios si-

Consuetudo
Scripturæ est
non vniuersa
narrare, sed in
signiora quæ-
que.

lentio transiliens, repente venerit ad Alexandrum Magnum: Nimirum, hæc est consuetudo Scripturæ sanctæ, non vniuersa narrare, sed ea, quæ maiora, & insigniora videantur, quæque ad rem suam spectent, exponere. Nec officii huic sententiæ, multa eorum, quæ sequuntur, in personam Antiochi conuenire. Censent enim patres, Antiochum gessisse figuram Antichristi, & quæ in illo ex parte præcesserunt, in Antichristo ex toto esse complenda. Solet enim diuina Scriptura, futurorum veritatem, in variis typis, ac figuris præmittere, atque præsignificare. Cuius rei luculentum habemus exemplum in Psalmo 71. qui cum prænotetur nomine Salomonis, quædam tamen continet, quæ Salomoni, aut vix, aut nullo modo, Christo autem Domino nostro verissime perfectissimeque conueniunt. Neque enim regnum, & nomen Salomonis, cum Sole, & ante Lunam fuit: nec ille imperium suum extendit ad terminos vsque orbis terrarum: neque omnes gentes seruiuerunt ipsi, neque benedictæ sunt in ipso omnes tribus terræ: verum quia Salomon figura fuit Christi, hæc in illo ex parte, & adumbratè acta sunt, in Christo perfecte.

- A feſſiſſimè implenda. Sicut igitur Saluator noſter habet Salomonem, & alios ſanctos in typum aduentus ſui: ſic & Antichriſtus, peſſimum regem Antiochum, qui ſanctos perſequutus eſt, templumque violauit, typum ſui habuiſſe credendus eſt. Sequamur igitur expoſitionis ordinem: & iuxta utramque explanationem, quid aduerſariis, quid noſtris videatur, breuiter adnotemus. Haſtenus ex D. Hieron. quæ diximus, ſerè ſumpta ſunt. Simillima horum docet Theodoretus, ſuperiora illa verba Danielis, quæ ſunt paulò poſt initium huius capituli, declarans, *lacerabitur regnum eius, etiam in externos.*
- B Docet enim, regnum Græcorum, multis rebus fuiſſe perquam ſimile imperio Romanorum. Illud enim, ſuprà in octauo capite, ſimilitudine hirci ſignificatum eſt: hoc, ſub figura truculentiffimæ cuiuſdam beſtiæ, cuius, nec nomen, nec forma expreſſa eſt. Illud regnante Alexandro Magno florentiſſimum, & potentiſſimum fuit, poſt eius verò interitum, multos in principes diuiſum, valdè imminutum, & debilitatum, & ante trecentos annos ad nihilum penè redactum eſt, hoc longo tempore, per maximam orbis partem dilatato dominatu, maxima gloria potentiaque præcelluit: ſed paulatim, quaſi magnitudine ſua laborās, & labascens, in varios principatus, & regna diſcerptum, claritatem, & potentiam, maiorem in modum perdidit. Et ſicut conſtracto magno illo cornu hirci, id eſt, mortuo Alexandro, apparuerunt in hircu quatuor cornua, id eſt, quatuor ſucceſſores regni Alexandri, ex quorum vno, exiit cornu modicum, id eſt, Antiochus Epiphaneſ, qui maximis malis Iudæos percuſſit, ſic propè finem mundi, diuiſum erit Romanum imperium in decem
- D reges, quo tempore Antichriſtus exiſtet, peſſimus omnium mortalium, qui poſt orbem conditum fuerunt, & crudeliſſimus omnium Chriſtianorum hoſtis: à quo maior, quam ante id temporis vnquam fuerit contra Eccleſiam Chriſti, concitanda eſt perſecutio. Quoniam igitur in regno Græcorum, & Romanorum multa ſunt ſimilia, ideò mixtè de illis Daniel loquitur, miſcens, & confundens ea, quæ conueniunt Antiocho, cum his, quæ pertinent ad Antichriſtum. Oportet igitur lectorem ad ea diſtinguenda perſpicacem eſſe,

Antiochus figura Antichriſti, vt Salomō Chriſti.

Theodoretus.

Regnum Græcorum multis rebus ſimile fuiſſe imperio Romanorum ostenditur.

Antichriſtus omnium mortalium peſſimus, & crudeliſſimus Chriſtianorum hoſtis.

esse, vt sciat, quid, & de quo, propriè dicatur vnus- A
 quodque. Simile huius cernere licet in doctrina Euan-
 gelica apud Matthæum cap. 24. Cum enim Christus
 dixisset, templum Hierosolymitanum vsque adeò de-
 structum iri: vt non esset relinquendus lapis super lapi-
 dem, interrogantibus illum discipulis, *quando hæc erunt,*
 & quod signum aduentus tui? duplici eorum interroga-
 tioni, duplex item Christus, sed promiscuum mistum-
 que, dedit responsum: simul ea dicens, quæ Hierosoly-
 mis euentura essent, & quæ in consummatione seculi B
 futura erant. Interest autem eorum, qui ritè sunt in di-
 uinis initiati mysteriis, quæ his & illis sunt congruentia
 temporibus & personis, benè discernere. Sic Theo-
 doretus.

Auctoris in
 hoc opere cõ-
 titium.

NO s igitur Theodoret, Diui Hieronymi, alio-
 rumque patrum persequendis vestigiis, nostram inter-
 pretationem, à vera Danielis verborum sententia, mi-
 nimè aberraturam existimamus. Quapropter, in expla-
 nandis vaticiniis, quæ reliqua parte huius capitis vn-
 decimi: & toto capite duodecimo, perscripta sunt à C
 Daniele, sic interpretationem distinguemus: vt quæ
 soli Antiocho Epiphani conueniunt, quæ item soli cõ-
 petunt Antichristo, nec non etiam, quæcunque vtri-
 que communiter aptari possunt, distincè, expresse-
 que lectori ostendamus. Verùm, quia dum non indi-
 ligenter interpretari volumus oraculum Danielis, quo-
 rum non pauca propriè spectant ad Antichristum,
 necesse fuit ipsas in hoc libro multa de Antichri-
 sto, nec ignare, nec incuriosè tractari, visum nobis
 est, ante ingressum interpretationis, nonnulla de An-
 tichristi nomine præloqui: simul etiam præmonstra- D
 re, præcipuos auctores, eorumque scripta, è quibus
 potissimum exprompta sunt, quæ de Antichristo do-
 cere institimus. Videlicet, hoc fecimus, tum ne sæ-
 pius eadem memorando, atque inculcando, superua-
 cunè proximiorum tractationem, non sine fastidio le-
 gentium, faceremus: tum etiam, vt velex ipsa tam
 grauium, & nobilium scriptorum auctoritate, quæ po-
 steà fusiùs de Antichristo dicenda sunt, fidem apud
 lectores præsumerent: ne quispiam fortasse, vel ex no-
 stro sensu ficta, vanaque hominum commenta, vel
 inçer

Cur hæc non-
 nulla de An-
 tichristo præ-
 lari oporteat.

- A** incertis auctoribus temerè vulgata, creditaq; suspicatur. Atque ab hoc, quod posteriore loco proposuimus, quia breuius expedietur, ordiri placet. Quæcunque igitur in hoc libro de Antichristo tractanda sunt, ea nos ferè sumpsimus, partim ex sacris, partim ex ecclesiasticis scriptoribus. Ex sacris, velut ex capite septimo, vndecimo, & duodecimo Danielis: quibus locis dupliciter agitur de Antichristo, partim historicè, narrando ea, quæ soli Antichristo verè, proprièque conueniunt: partim per typum & figuram, sub persona scilicet Antiochi Epiphani: nam multa, quæ de illo rege secundum historiam dicuntur, etiam per figuram competunt Antichristo. Etenim quæ gessit Antiochus aduersus Iudæos, simillima eorū, contra Christianos, in consummatione mundi facturus est Antichristus. Deinde, ex verbis Domini nostri, quæ sunt apud Ioannem capit. 5. & apud Matthæum cap. 24. quæ suo loco infra commemorabuntur: ex doctrina beati Pauli, quæ ab eo traditur in posterioris epistolæ ad Thessalonicenses, capit. 2. denique, ex variis locis Apocalypsis beati Ioannis, maximè verò ex capite decimo tertio. Scriptores autem Ecclesiastici, è quibus pleræque mutuati sumus, plurimi sunt, omnèsque melioris notæ auctores: sed in primis Iræneus, qui de Antichristo scripsit in libro quinto aduersus hæreses: Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi decima quinta, interpretes Danielis, præsertim verò D. Hieronymus & Theodoretus: interpretes quoque libri Apocalypsis, & beati Pauli, super secundum caput posterioris epistolæ ad Thessalonicenses: beatus Ephrem in sermone de Antichristo: Hippolytus martyr in oratione, quæ inscribitur de consummatione mundi, & de Antichristo: Lactantius in lib. 7. diuinarū institutionum: Seuerus Sulpicius in dialogo, cui nomen Galus: D. Gregorius in variis libris moralium: beatus Augustinus diuersis in locis: Prosper in libro de promissionibus & prædictionibus Dei: Damascenus in libro 4. de fide orthodoxa, capite 37. Taceo nunc alios, nā quia vel inferioris sunt classis, vel quia rariùs nobis auctoritate eorum vtendum est, suis locis illi nominabuntur.

Vnde sumpta
sunt, quæ de
Antichristo
tractanda sunt.

De nomine
Antichristi.

Antithesis
Christi & An-
tichristi.

Error Hippo-
lyti, Antichri-
stum non aliū
fore, quā dia-
bolum sub spe-
cie humana
naturæ refuta-
tur.

SED veniamus ad id, quod propositum erat priori loco, & latius explicari oportet. Nomen Antichristi, si notionem eius vocis perpendas, generale est, & dicitur de omnibus, qui contrarij sunt Christo Domino, Nam & Ioannes prioris Epistolæ suæ capite secundo dixit, *Nunc Antichristi facti sunt multi: & Apostoli atque eorum discipuli, Antichristos vocari solebant, principes hæreticorum, & eos maximè, qui negabant Dominum nostrum, esse Deum, aut esse verum hominem: aut esse Messiam illum à Deo promissum: unde Ioannes primæ epistolæ capit. 4. Omnis, inquit, spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui solus Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Verùm nomen Antichristi, ex illa generali significatione contractum, propriè assignatum est ei, qui in fine mundi super omnes, qui ante ipsum fuerint, Christo, & omnibus sectatoribus eius contrarius est futurus. Sed quibus rebus erit ille Christo contrarius? multis sanè, atque his maximè insignibus & notabilibus. Christus natus est ex purissima virgine, Antichristus ex impurissima femina, & per fornicationem, sic aiunt Hippolytus, & Damascenus, Corpus Christi in utero virginis formatum est opera Spiritus Sancti: corpus Antichristi in utero matris, opera diaboli tale formabitur, ut ex naturali temperamento sit propensissimum ad vitia. Nec desunt, qui putent illum generatum iri à Dæmone incubo, non quidem proprio, sed alieno semine, ad vitiosum illud corpus fingendum accommodatissimo. Atque hic maximè cauendum est lectori, ne fortasse per motus auctoritate Hippolyti, in errorem eius à patribus damnatum, impingat. Putavit ille, antichristum non alium fore, quàm ipsummet diabolum, sub specie simulata humani corporis & naturæ: non enim verum fore hominem. Verba eius ita se habent, *Christus Dominus ex immaculata virgine natus, in figura carnis humane, hostem conculcavit, suæ diuinæ propria potentia. Ad eundem modum diabolus, ex impura muliere prodibit super terram, sed falso nascetur ex virgine: nam Christus & ceramarnem, & preter peccatum, nostræ per omnia similem assumpsit: diabolus carnem*

- A** carnem secundum visionem tantum & opinionem assumet, & phantastica carnis substantia, organi vice utetur. Propterea edetur ex virgine, velut spiritus, qui quidem tum reliquis apparebit caro. Sic Hippolytus. Quam opinionem, tacito eius nomine, damnat D. Hieronymus, aduersus eam utens illis verbis Danielis, quæ sunt in capite septimo: Et ecce oculi, quasi oculi hominis, erant in cornu isto. Hoc inquit Hieronymus, propterea dictum est, ne putemus Antichristum, iuxta quorundam opinionem, diabolum esse futurum: sed unum de hominibus, in quo totus satanas habitaturus sit corporaliter. Et Damascenus, Non, inquit, diabolus fiet homo, in star humanationis, absit enim, sed nascetur homo ex fornicatione, & suscipiet omnem operationem satanæ. Nam, præsciens Deus irrationabilitatem future eius voluntatis, permittet, ut illum inhabitet diabolus. Quod autem dixit Hieronymus, totum satanam in Antichristo habitaturum corporaliter, non significat, diabolum coniunctum viri Antichristo secundum unionem personalem: aut penitus animæ ipsius illapsurum: hæc enim præter Deum, nulli sunt possibilia: sed illis verbis significare voluit Hieronymus diabolum habiturum omnino, id est, tam secundum animam, quam secundum corpus, Antichristum in sua potestate, ita ut in ipso, & per ipsum omnem malitiæ suæ vim exerat, atque exerceat. Sed Antichristum fore verum hominem, non autem ipsum Diabolum sub figura hominis, ut credit Hippolytus, præter Ecclesiasticos auctores confirmat etiam beatus Paulus, appellans eum hominem peccati, & filium perditionis: hoc est, hominem, qui & futurus est ipse maximus omnium peccator, & in gravissimos errores atque peccata quam plurimos inducturus: & vocat filium perditionis, quod futurus ipse sit perditissimus miserimèque periturus, qui que multos à se deceptos, æterna perditione secum trahet in tartarum. Subdit etiam Paulus, aduentum Antichristi futurum secundum operationem satanæ, quo non dubiè significatur, eum fore diuersum satanæ. Denique Paulus inquit, de Antichristo, Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: hoc autem minime competit in diabolum, in quem videlicet mors &

Damasc. li. 4 de fide orth. c. 24.
1. Thessal. 3.

Quomodo satan corporaliter habitabit in Antichristo ut dixit D. Hieron.

Cur homo peccati, & filius perditionis, à D. Paulo dictus sit Antichristus.

1. Thessal. 2.

interitus non cadit.

Antiheses
Christi & An-
tichristi.

V E R V M persequamur cœptam Christi & Anti-
christi, in rebus omnino contrariis, comparisonem,
Christus plenus spiritu Sancto eius ductu ad omnia
facta, dicta, & cogitata movebatur ac dirigebatur, ita-
que nihil ab eo proficisceretur, nisi sanctum, Deoque
gracissimum: Antichristus, totus à dæmone obsessus,
atque possessus, quamquam non ob id vsu liberi ar-
bitrij priuatus, eius incitatu ad omnia flagitia impel-
letur, aded vt nihil, quod vel moraliter bonum sit, a-
cturum esse eum, non temerè liceat existimare. Iam
verò, vita, moribus, & conuersatione, Christo erit ma-
ximè contrarius. Christus fuit humilis, vsque ad for-
mam serui seipsum abiiciens: Antichristus superbi-
simus erit, vsque ad vsurpationem diuini nominis &
honoris seipsum extollens. Christus placidus &
mitis, velut agnus & columba: Antichristus vt leo, &
serpens, atque draco, ferox & truculentus: horum e-
nim animalium saeuissimorum nominibus, scelestus
ille in diuinis literis insignitus est. Christus mirè
pius & religiosus erga Deum, eiusque voluntati per-
omnia obsequentissimus: Antichristus contumelio-
sus in Deum, & blasphemus erit, quam ob causam, in
Apocalypsi dicitur esse plenus nominibus blasphe-
miæ. Christus, integerrimus ac simplicissimus, sine
furo & dolo, veracissimus ac fidelissimus: Antichri-
stus, fraudulentissimus, callidissimusque simulator &
hypocrita, mendax pariter atque fallax. Christus gau-
debat & sociabatur humilibus, & simplicibus, & ti-
mentibus Deum: Antichristus versabitur cum iis, qui
improbitate, & impietate præter cæteros insignes
erunt, cum magis, incantatoribus, qui que maleficis &
abominatis artibus studebunt. Sanè, quales futuri fini
Antichristi sectatores, amici, & ministri, mirabiliter
expressit Ioannes in Apocalypsi capit. 9. ad similiudi-
nem locustarum, propriis eos coloribus depingens,
si quis proprietates earum locustarum allegoricè in-
telligens, ad sectatores Antichristi scienter accommo-
det. Age verò, quàm diuersum erit Christi & Anti-
christi propositum, quàm diuersus, immò aduersus ve-
triusque

Sectatores An-
tichristi quam
bellè præsi-
gnentur in
Apocal.

Attiusque finis? Christi finis fuit, docere homines veritatem: in hoc, dixit ipse apud Ioannem, Ego natus sum, & veni in mundum, ut testimonium perhibeam *Ioan. iii* veritati: venit ille, ut omne genus hominum, peccati & mortis necessitate constrictum exolueret atque liberaret, ut Deum verum, paucissimis mortalium cognitum, per uniuersum orbem manifestaret, & ad eum ritè colendū, omnes adduceret: denique venit, ut imperium diaboli, quo cubctos mortales tenebat oppressos, penitus euecteret. Finis Antichristi erit, planè **B** contraria docere & facere: sed in primis, suadere hominibus, Dominum Iesum non fuisse verum Messiam, nec Dei filium, nec legem eius esse bonam & vtilem hominibus: se autem esse Deum, promissumque Iudæis Messiam. Christus contempsit, & contemnere docuit, omnes mundi huius diuitias, delicias, honores, atque dignitates: quin eum regem ipsum facere velent Iudæi, fugit, testatusque Pilato est, regnum suum non esse de hoc mundo. Contrà, super omnes homines, Antichristus erit ambitiosissimus, cupidissimusque *Ioan. 6. & 16* **C** laudis, gloriæ, & imperij, quas res per summam vim acquirere conabitur, atrocissima gerens bella, plurimum fundens humanum sanguinem, maximasque bonorum, qui ei parere reculabunt, faciens strages. *Quomodo Antichristus caput sit malorum, sicut Christus bonorum.* Christus caput fuit omnium bonorum: at Antichristus caput erit malorum. Verùm, non omnino simili ratione: illud simile in utroque, quòd sicut omnium bonorum & sanctorum hominum, Christus fuit optimus & sanctissimus, ideòque meritò caput, & perfectum exemplar omnium virtutum, omnisque sanctitatis censetur: sic Antichristus, quia omnes improbos, qui post orbem conditum fuerunt, suntque, & vsque ad extremum mundi erunt, nequitia, impierate, crudelitate, omniq̃ genere improbitatis longè superabit, propterea rectè ponitur malorum caput, & exemplum. Verùm, illud dissimile est, quòd Christus verissimè caput est bonorum: nam quemadmodum ex capite motus & sensus defluit, & per omne corpus dispensatur: sic ex Christo, quicquid boni est in sanctis viris profluit, ipse enim omnis gratiæ, omniumque bono-

rum ad æternam vitam pertinentium, causa fuit, non tantum exemplaris, sed meritoria & efficiens. Hoc autem dici non potest de Antichristo: neque enim ipse eorum hominum, qui ante ipsum fuerint, nequitia & improbitatis causa esset poterit.

S E D concludamus tandem hanc comparisonem. Christus Dominus eo tempore natus est, quo tempore maxima toto orbe pax erat, & Romanum imperium ab vno principe Augusto, tranquillissimè ac florentissimè regebatur. Hoc nempe fuerat à Davide prædictum in Psalmo septuagesimo primo, *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* At cum veniet Antichristus, exitium bellorum incendiis totus deflagrabit orbis: & Romanum imperium à decem regibus dissectum ac dilaceratum, non tantum robur, & dignitatem, sed etiam nomen suum profus amittet. Tertullianus in libro ad Scapulam, & in libro de resurrectione carnis, & in apologetico: Oputatus etiam Mileuitanus in libro secundo contra Donatistas: Lactantius quoque libro septimo diuinarum institutionum, capite vigesimo quinto, docent fuisse antiquissimam & Apostolicam traditionem, Romanum imperium pariter cum ipso mundo statutum & casurum, eundemque futurum vtriusque finem & interitum: mansurum namque Romanum imperium vsque ad aduentum Antichristi. Id quod, visum est nonnullis, significasse Paulum illis verbis, quæ sunt in capite secundo posterioris epistolæ ad Thessalonicenses: *Nisi venerit primi discessio, & reuelatus fuerit homo peccati: &c.* Discessionem namque interpretantur isti, defectionem hominum ab imperio Romano. Ponam hic verba Lactantij: quippe hoc breuiter, discretè ostendit: cum enim dixisset, finem mundi non longius à sua ætate ducentis annis abesse: subiicit hæc, *Etiam res ipsa declarat lapsum, ruinamque rerum breuifore: Nisi quod in calum vrbe Roma, nihil istiusmodi videtur esse metuentum. At vero, cum caput illud orbis occiderit, & prius esse ceperit, quod Sybilla fore aiunt: quis dubitet venisse iam finem rebus humanis, orbique terrarum? illa est enim ciuitas, quæ adhuc sustentat omnia: precandusque nobis, & adorandus Deus cæli, si tamen statuta eius, & placita differr*

Antichristus
quando ven-
turus.

Sententia trul-
torum tuit Ro-
manum impe-
riū vsque ad
tempora An-
tichristi per-
mansurum.

Lactantius mun-
di finem quan-
do futurum di-
xerit.

A differri possunt, ne citius quam putamus, tyrannus ille abominandus veniat, qui tantum facinus moliat, ac lumen illud effodiat, cuius interitu mundus ipse lapsurus est. Hæc Lactantius, Tradunt illi ipsi auctores, quos supra nominavi, solitos olim Christianos assidue religioleque Deo supplicare, pro conseruatione ac felicitate Romani imperij, videlicet, persuasum illi habebant, quoad staret & floret Romanum imperium, non esse venturum Antichristum: & differri atrocissimam illam Ecclesie persecutionem, quam aduersus Christianos in fine seculi Antichristus concitabit.

B
 ADNOTAVIT D. Hieronymus in suis commentariis super hoc caput vndecimum Danielis, quosdam scriptorum Ecclesiasticorum opinatos esse, non alium fore Antichristum, quam ipsum Neronem, qui in fine mundi venturus est: vt qui Ecclesiam Christi, in eius exordio, primus crudeliter persecutus est: idem sub finem eius, & prope mundi interitum, eandem crudelissimè persequatur. Scilicet, hoc illos putasse verisimile est propter magnitudinem crudelitatis & turpitudinis, qua cunctos mortales Nero superauit. Certè, id memorat etiam Seuerus Sulpitius in libro secundo sacre historię, cum de Nerone scribit. Nero, inquit, creditur etiam si seipsum gladio transfixerit, curato vulnere eius, seruatus: secundum illud, quod de eo scriptum est in Apocalypsi, capite decimotertio: & plaga mortis eius curata est. Idemque putatur sub finem seculi mittendus, vt mysterium iniquitatis exerceat. Verum idem Sulpitius, in dialogo secundo, hæc de Nerone & Antichristo, à beato Martino prodita, Gallum facit referentem: ante finem seculi, Neronem, & Antichristum esse venturos: Neronem in occidentali plaga, regibus subactis decem imperaturum: persecutionem autem ab eo eatenus exercendam, vt idola gentium colli cogat. Ab Antichristo autem, orientale imperium esse capiendum: qui quidem, sedem & caput regni Hierosolymam sit habiturus, ab illo urbem & templum esse reparandum: illius eam persecutionem futuram esse, vt Christum Dominum cogat negare, se potius Christum esse confirmans: omnesque secundum legem Moſis circumcidi iubeat, & ipsum denique Nero-

Antichristum fore Neronè quidam putat.

Seuerus Sulpitius putauit Neronem futurum Antichristum.

nem ab Antichristo esse perimendum : atque sub il-
 lius potestate, vniuersum orbem, cunctasque gentes
 esse redigendas, donec aduentu Christi, impius op-
 primatur. Non esse autem dubium, quin Antichri-
 stus malo spiritu conceptus esset etiam in annis puerili-
 bus constitutus, ætate legitima sumpturus impe-
 rium.

D. Augustin.
 sententia.
 Locus Pauli
 ex 2. ca. epist.
 ad Thess.

RELIGIO mihi esset, hic præterire silentio, quod
 fuerit Beati Augustini de istiusmodi opinione iudi-
 cium : Cum enim in libro vigesimo de ciuitate Dei,
 & in capite decimo nono, tractaret locum illum Pau-
 li, ex secundo capite posterioris epistolæ ad Thessa-
 lonicenses, sanè obscurissimum, & ex quo prædicta o-
 pinio, quasi caput sustulit. *Et nunc quid detineat scitis, vt
 reueletur in tempore suo: iam enim mysterium operatur iniqui-
 tatis. Tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat.*
 Subdit Augustinus. Ego prorsus quid his verbis dixerit Pau-
 lus, me fateor ignorare: suspiciones tamen hominum, quas
 vel audire, vel legere de hac re potui, non tacebo. Quidam pu-
 tant, hoc de imperio dictum fuisse Romano: & propterea Pau-
 lum non ita apertè scribere voluisse, ne calumniam videlicet in-
 curveret, quòd Romano imperio malè optauerit, cum speraretur
 æternum: vt hoc, quod dixit, iam enim mysterium in-
 iquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi: cuius iam fa-
 cta velut Antichristi, videbantur. Vnde nonnulli ipsum resur-
 rectorum, & futurum Antichristum suspicantur. Alij verò,
 nec eum occisum putant: sed subtractum potius, vt putaretur
 occisus: & occultari in vigore eius ætatis, in qua fuit, cum
 crederetur extinctus: donec suo tempore reueletur, & restituat-
 ur in regnum. Sed multum mihi mira est hæc opinantium tan-
 ta præsumptio. Sic Augustinus. Est igitur ea opinio, Au-
 gustini iudicio, temeraria: sed est præterea omnino
 improbabilis. Nam siue Nero non sit mortuus, sed vi-
 uat, victurusque sit vsque ad finem seculi: siue mortuus
 fuerit, & in finem mundi, ante generalem hominum
 resurrectionem, sit in vitam reuocandus: neutrum
 profectò sine maximo diuinæ omnipotentis miracu-
 lo fieri potest. Deum autè tanto miraculo, Neronem,
 aut viuum tot secula conseruare, aut mortuum ad vi-
 tam esse redacturum: scilicet, hominem flagitiosissi-
 mum, & pestilentissimum humano generi, futurumque

Neronem hõ
 fore Antichri-
 stum ostendi-
 tur,

A ut illi dicunt, Antichristum, Christianus animus planè respuit credere. Cui etiam fidem illud addit, quod secundum antiquam traditionem futurus Antichristus creditur Hebræus, & ex Hebræis generandus: quod ad illam de Nerone opinionem, minimè quadrat.

Antichristus
Hebræus futurus.

CAETERVM, hæc de Antichristo legenti, illud fortasse mirandum accidet, cur passurus sit Deus, horrendum illud omnis nequitie, atque improbitatis monstrum, & illam Ecclesie sue calamitatem ac pestem, in terris existere. Verùm exploratis, cognitisque causis,

Cur permittet
Deus aduentum
Antichristi.

B diuini circa eam rem consilij ac prouidentie, protinus excidet admiratio. Nimirum, aduentus Antichristi multum proficiet in bonum, & in gloriam electorum, pariterque ad improborum confusioem, atque condemnationem. Principiò, ea re, pernoscet hominibus, quanta sit malitia diaboli, quantum odium generis humani, quam insatiabilis cupiditas perdendi bonos: tunc enim omnem malitie sue atque crudelitatis vim ostendet, effundet, & per Antichristum exercebit. Deinde ex eo clarissimè agnoscitur

C beneficium prouidentie Dei: qui diabolum tam potentem, & perniciosum hominum hostem, ab exordio mundi, vsque ad finem eius, tenet, quasi vincitum, repressa eius potestate: ne possit, quantum vellet nocere homini. Si enim solutus esset, fecisset omni tempore & faceret nunc, similiter vt extremo seculo facturus perhibetur. Postea, quantum maior cæteris futura est illa persecutio, tanto illustrior erit bonorum fides, & admirabilior in tantis malis ferendis superandisque patientia, & constantia. Quapropter arbi-

D tratur Hippolytus, martyres illius temporis, omnibus superiorum temporum martyribus fore præstantiores. Sicut igitur vltima Ecclesie persecutio, erit omnium atrocissima: sic erit victoria illa Ecclesie, omnium triumphorum eius clarissima. Ad hoc, tanta erit illius nouissimi temporis, in omni flagitiorum, & scelerum fœditate immanitas, vt Antichristi aduentum promeritura sit. Solet enim Deus pro variis hominum meritis, varios illis principes imponere, qui vel ceasolentur eos, vel affligant. Quanta sit futura illo tempore nequitia, & improbitas hominum, sa-

Martyres futuri tempore
Antichristi or-
runt cæteris
illustriores.

Luc 18.

Matt. 24.

Quanta sub fi-
nem mundi fu-
tura sit homi-
ni improbitas
ex Hippolyto
demonstratur.

tis ostendit Dominus noster, cum dixit, vix reper-
tum iri tunc in terris fidem: & fore, vt refrigerat
tunc charitas, & abundet iniquitas multorum. Et
quales scripsit Paulus in capite quarto prioris episto-
læ, & in tertio posterioris ad Timothæum, futuros
homines nouissimis temporibus, tales planè tunc erunt.
Audi quid Hippolytus de moribus illius seculi scrip-
tum reliquerit. *Omnes, inquit, tunc suo arbitrari vi-
uent: filij manus iniicient in parentes: vxor virum suum
tradet in mortem, vir uxorem suam, vt ream trahet in
iudicium: domini crudeles erunt in seruos: serui aduersus do-
minos contumaces erunt atque infideles, senem nemo reue-
rebitur, nemo pauperum miserebitur: vigeunt tunc incan-
tationes, & magia: pastores enadent in lupos: monachi
concupiscent, & seclabuntur, quæ sunt mundi: nulla e-
rit reuerentia rerum sacrarum: nulla religio temerare ac vio-
lare diuina. Hæc & plura alia Hippolytus. Sic igitur,
auctore Iob Deus facit regnare hypocritam propter
peccata populi: ita propter multitudinem, & ma-
gnitudinem scelerum illius temporis, sinet regnare,
& aliquandiu viribus præpollere Antichristum. Postre-
mò, id permisurus est Dominus, ad edarguendam,
& conuincendam perfidiam Iudæorum, qui verum
Christum noluerunt recipere, vtrò recepturi Anti-
christum. Hoc prædixit Christus Iudæis apud Ioan-
nem capite quinto. *Ego veni, inquit, in nomine patris mei,
& non recepistis me: veniet alius in nomine suo, & eum reci-
pietis. Illum alium in nomine suo venturum, & à Iu-
dæis recipiendum, ferè patres interpretantur Anti-
christum: Consona his sunt, verba illa Pauli in capite
2. posterioris epistolæ ad Thessalonicenses: Quia, in-
quit, charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, i-
deo mittet illis operationem erroris, vt credant mendacio: vt iu-
dicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt
iniquitati. Quam enim excusationem tunc afferent
Iudæi, cur Christum Dominum vt verum Mes-
siam non receperint? Cauillabuntur illi, Domini
nostri miracula, blasphemo ore dicentes, in prin-
cipe Beelzebub esse facta: at veniet Antichristus re-
uera in principe dæmoniorum, faciens non vera, sed
falsa & fallacia miracula, & illum tamen recepturi sunt.**

Negab

Iob. 34.

Locus Ioannis
in cap. 5.
Iudæi receptu-
ri sunt Anti-
christum.

Matt. 9. &
12.

Luc. 12.

A Negabant illi, Dominum nostrum esse Messiam, quod non esset ex stirpe Dauid, nec in Bethlechem natus, quod tamen falsissimum erat, ac recepturi sunt Antichristum, natum Babylone, ut mox dicam, & ex tribu Dan. Blasphemabant illi Christum, quod se Dei filium faceret, & æqualem Deo: Antichristus se solum Deum adorari faciet ab omnibus, sibi que templa dicari, erigi altaria, & publicè sacrificia fieri coget: nec ob id tamen non eum recipient Iudæi. Erunt igitur profus inexcolabiles.

B SED illud præterea videtur, iis, quæ de Antichristo sunt dicenda, esse præuertendam, Antichristum esse nasciturum Babylone, è gente Hebræorum, & ex tribu Dan. Hoc enim ex antiquissima traditione accepimus: hoc ab Irenæo, Hippolyto, Cyrillo, Hieronymo super hoc caput undecimum, Augustino in libro questionum, in Iosue, questione vigesima secunda, Prospero in libro de promissionibus, & prædictionibus Dei, Gregorio in libro trigesimo primo moralium, capite decimo, Ambrosio, & Ruffino in libris, quos scripserunt de benedictionibus Patriarcharum,

C & item à Beda super 49. capite Geneleos, & Rupertto in libro nono cap. 2. de Trinitate, & eius operibus. Ab his enim, in explanando vaticinium illud Iacob de tribu Dan: *Fiat Dan sicut coluber in via, &c.* pro certo traditur, ex tribu Dan futurum esse Antichristum. sicut igitur post diluuium, gigantes ædificare voluerunt turrim Babel, vsque ad cælum: sic extremo mundi tempore, Antichristus ædificare conabitur, & stabilire imperium suum, etiam vsque ad Dei contemptum. Et quemadmodum rex Babylonis, maximis calamitatibus afflixit, & contriuit populum Hebræum:

D ita populum Christianum vexabit, & pessundabit Antichristus. Et quidem Antiochus Epiphanes, qui insigne præfigurauit Antichristum, rex fuit Babylonis, ubi nasciturum diximus Antichristum. Fore autem eum ex tribu Dan, prædicti auctores ostendunt, ex verbis illis Hieremæ, quæ sunt in capite octauo:

A Dan auditus est fremitus eorum eius, & à voce hinnituum pugnantium eius, commouebitur omnis terra. Et ex eo vaticinio, quod Iacob in capite quadragesimo nono,

libri

Antichristus nasciturus Babylone, ex Hebræis, & tribu Dan probatur.

Gen. 12.

libri Geneſeos edidit de tribu Dan : quod ſic habet **A**

Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Quæ verba luculentè tractans, ſuprà dicto loco Gregorius : Hoc, inquit, vaticinium, præcipuè pertinet ad Antichriſtū : qui futurus creditur ex tribu Dan. In cuius rei figuram, in libro Numerorum,

Locus ex capite 49. Geneſeos.

Luculéte tractatus à Gregorio, libr. 31. Moral. c. 10.

*capite ſecundo, ſcriptum eſt, tribum Dan poſuiſſe caſtra ad Aſquilonem: videlicet Babylon Antichriſti patria, comparatione Iudææ Aquilonaris eſt. Appellatur autem Antichriſtus in hoc vaticinio Iacob, coluber in via, & ceraſtes in ſemita, quia dupliciter perdet homines: nam mundanæ felicitatis amatores, **B***

Num. 2.

Cur Antichriſtus dicatur coluber, & ceraſtes.

*latamque huius mundi viam ingredientibus, mordebit: id eſt, decipiet, atque corrumpet lenocinijs, & blanditijs ſuæ prædicationis, & ampliffimis promiſſis terrenorum bonorum. At verò qui anguſtam terunt ſemitam virtutis, & perfectionis: eos ille adorietur tamquam ceraſtes: qui ſerpens geminum capite præterendit cornu. Soler autem Scriptura vocabulo, cornu, denotare fortitudinem, & potentiam. Duplici verò potentia ad ſubiugandos ſibi homines, vtetur Antichriſtus: nam, vel ſucatis blanditijs, & ſpecioſis promiſſis alliciet, vel terrificis minis ad ſe pertrahet. Mordebit **C***

Cornu in Scriptura, fortitudinem ſignificat.

*vngulas equi. Equus animal ambitioſiſtiſtus, & ſuperbiæ, deſignat hunc mundum: equi vngula, quæ extremum eius corporis eſt ſignificat Antichriſtū, nouiſſima mundi ætate venturum. Aſcenſor eius, indicat poteſtates, & principes huius mundi, qui ei quodammodo infident, & præſident: quique omnes ſuas cogitationes, cupiditates, curas, & ſpes in huius mundi bonis locatas, & fixas habent. Hos igitur mundi præſides, & amatores, maximè decipiet, & deiiciet Antichriſtus. Vt cadat retro. Hoc indicat, qualis futurus ſit exitus reproborum. Cadunt boni, & cadūt mali: ſed longè diſſimilis eſt vtroſumque caſus. Cadunt quidem boni, ſed in faciem ſuam: nam etſi peccant nonnumquam boni, ſua tamen peccata agnoſcunt, & dignis penitentia lamentis eluunt. Audi Dauidem: Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Lauabo per ſingulas noctes lectū meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Cadunt etiam mali, ſed retro: non enim vident quantum peccent: nam, vt ait Salomon: Impi ambulant in tenebris, & nesciunt vbi corrumpantur, neque **D***

Diſſimilis caſus bonorum, atque malorū.

Pſal. 6.

Proverb. 4.

iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Lauabo per ſingulas noctes lectū meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Cadunt etiam mali, ſed retro: non enim vident quantum peccent: nam, vt ait Salomon: Impi ambulant in tenebris, & nesciunt vbi corrumpantur, neque

A neque enim considerant, quantum malum sit in peccato; nec quantum supplicij cuiuslibet peccato mortali, sit in inferno comparatum. Illud porro etiam à prædictis auctoribus traditum est, in odium, & execrationem Antichristi: Ioannes in Apocalypsi capite septimo, recensitis omnibus aliis tribubus Israël, solam tribum Dan, quod ex ea futurus esset Antichristus, omisisse. Nam etiamsi, nec tribum Ephraim eo loci numeraverit, tamen pro ea posuit tribum Ioseph: siquidem postea in locum vnius tribus Ioseph, duæ tribus ex duobus filiis eius, Manasse, & Ephraim, suscite sunt. Atque hæc visum nobis est hoc loco, de Antichristo præfari. Nec cætera, quæ ad eundem spectant, deinceps, in explanatione verborum Danielis, suo quæque loco opportunius reddemus.

Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia, &c.

NON est dubium, quin hæc verba Danielis, secundum historiam, & ut vocant, secundum litteralem sensum, pertineant ad regem Antiochum Epiphanem. Hic enim stetit in loco fratris Seleuci quia ei proximè in regnum successit, clam, & fraudulenter regnum præripens Demetrio filio Seleuci: maximè ipsam Epiphanem adiuuantibus, sicut inquit Appianus in Syriaço, Eumene, & Attalo, Asia regibus. Epiphanes igitur, ut ex Porphyrio, & Suctorio refert hoc loco Diuus Hieronymus: *A principio, non est acceptus, ut rex: quippè ex iis, qui in Syria Ptolemæo fauebant, non ei dabatur honor regius: sed postea simulatone, Clementia, obtinuit regnum Syriae: & in tantum prævaluit potentia, ut brachia Ptolemæi, id est, exercitus, & vires omnes expugnavit, atque contrinuerit. Cuiusque ipse, dux, & auctor federis fuisset percussus cum Ptolemæo, & ultro pacem ei obtulisset: postea tamen insidias ei molitus est. Ptolemæum autem hoc loco intelligimus, non Epiphanem, sed eius filium Philometorem, qui filius etiã fuit Cleopatrae sororis huius Antiochi Epiphanis.*

Cum

Quomodo hæc ad literã de Antiocho intelligenda sũt.

Eulalius habet
Victor.

Antichristus
ab initio ob-
securus, & inua-
lidus erit.

Cum autem post mortem Cleopatrae, Leneus, & Eulalius eu-
nuchus, nutritus Philometoris, Aegyptum regerent: & repe-
rent Syriam fraude occupatam ab Antiocho, ortum est inter
ipsum, & Ptolemeum, bellum. Ceterum, ut praedicta Danie-
lis verba, secundum historiam verissimè conueniunt
Antiocho Epiphaniita, quia is fuit multis in rebus fi-
gura Antichristi, eadem verba per typum, restituntur in-
telliguntur de Antichristo. Hic enim à principio, erit
valde obscurus, abiectus, & nullius potentiae, aut nomi-
nis: quam obrè Daniel, capite septimo, appellauit eum,
cornu modicum, velut in eius loci expositione, Theodo-
retus, & Hieronymus tradiderunt. Ioannes quoque in
Apocalypsi, de Antichristo loquens, ait se vidisse be-
stiam de terra ascendentem: id est, Antichristum, qui
primum humili, & infimo loco futurus erat. Latino-
rum enim proverbio, ignobiles, & obscuro homines,
appelluntur filij tetrae. Pauplatim tamen Antichristus
vires acquirere, & potentiam augebit. Principium au-
tem crescendi faciet, conciliando sibi multos, qui
eum sectentur, & potentiam eius quoquomodo ex-
tendant.

Quibus mo-
dis potentiam
sibi compara-
turus sit Anti-
christus.

Antichristus
maximus si-
mulator, & hy-
pocrita esse fu-
turus.

SED quibus modis tantam potentiam, quantam
habiturus est, sibi comparabit Antichristus? Enimue-
rò, eum sit futurus omnium callidissimus, & vaserri-
mus, prout varia erunt hominum ingenia, & studia,
variis ipse artificijs utetur ad circumueniendos ho-
mines, sibi que subiiciendos. Equidem sex modos
colligo, ex Patrum doctrina, quibus ille innumerabi-
les sui sectatores efficiet. Principiò, eos, qui studebunt
virtuti, ac religioni, capiet specie, ac simulatione san-
ctitatis: praecipuè trium virtutum, castitatis, absti-
nentiae, & pietatis. Et verò, Antichristum egregium
fore simulatorem, & hypocritam, testantur patres. Cy-
rillus, Ephrem, Damascenus, sed in primis Hippo-
lytus, qui ad hunc modum scribit: *In primordiis suis
Antichristus, clemens erit, quietus, religiosus, odio habens ini-
stium, detestans munera, idololatriam non admittens, amans
Scripturas, obseruans sacerdotes, honorans senes, scortationes, &
adulteria repudians, non dans aures obrectatoribus, hospitalis,
studiosus pauperum, pupillos, & viduas defendens, disiden-
tes inter se pacificans, & concilians, nullum diuitiarum studium*
praese

A præ se ferens. Atque hæc omnia faciet cōsilio simulato, ac fraudulento, quo circumueniet omnes, vt se regem creet. Nam, vbi populi tantas eius virtutes perspexerint, vno consensu conuenient omnes vnum in locum, ad creandum illum regem. Sic Hippolytus.

D E I N D E, homines sciendi cupidos, & curiosos trahet ad se, mira ostentatione scientiæ. Dæmon enim, docebit eum scientiam rerum multarum, & admirabilem, quæ nimirum, vel nullis mortalium, vel paucissimis notæ sunt. Harum rerum, duo sunt genera, Sciēt namque occultas vires rerum naturalium, quibus inuicem vitæ applicatis, & compositis, mirifica perficiet opera. Alterum est genus rerum futurarum, quas noscendi, incredibili mortales ardent cupiditate. Huc spectat, quod sub figura Antiochi de eo supra dixit Daniel, capite octauo. *Et erit intelligens propositiones: vel, vt alij verterunt, enigmata, quo significatur, cum fore intelligentissimum rerum obscurarum, ad quarum, scilicet intelligentiam, cæteri homines aspirare minime possint.*

Antichristus professor curiosarum artium erit.

P O S T E A maximè omnium sibi Iudæos adiunget Antichristus, mentiendo se esse Messiam, & promittendo facturum se omnia, quæ sancti Vates prædixerunt, Messiam esse facturum. Sed eò præcipuè Iudæis placebit, quòd profitebitur se acerrimum hostem Christi, & Christianorum. Iudæos autem recepturos esse Antichristum pro Messia, tradunt Patres, & probant illis verbis Christi, quæ sunt apud Ioannem capite quinto. *Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me, veniet alius in nomine suo, & illum recipietis.* Lege Irenæum, ac Damascenum prædictis locis, & Chrysostomum homilia quadragesima in Ioannem: & item Diuum Hieronymum, qui verba illa Danielis in hoc capite vndecimo, *simulabit se ducem fœderis*, pertinere ait, ad Antichristum, qui faciet se principem fœderis, & testamenti Iudæorum, id est, Messiam. Verùm, præter cæteros, disertè hoc tradit Hippolytus. *Potissimum, inquit, gens Hebræorum præ omnibus, Antichristo chara erit: dicetque alij: numquid in generatione nostra, talis, & tam bonus, iustusque homo inueniri potest? Iudæi igitur, sperantes illum amplissimo potiturum imperio, his verbis*

Iudæos in primis decipiet Antichristus.

Iren. li. 5. c. 25.

curs

eum alloquentur, omnes tibi obtemperare volumus: agnoscimur enim te iustum super omnem terram: omnes à te salutem consequentur nos speramus, & ex ore tuo iustum, & incorruptum iudicium accipiemus. Atque initio quidem, mendax & iniquus ille, subdole gloriam hanc repudiabit, at perseverantes homines, & obsecrantes, illum declarabunt regem. Hactenus

Hippolytus.
ex Hippolyto.

AD HÆC, quos viderit Antichristus terrenorum bonorum cupiditatibus incensos, quæ maxima pars mortalium est, eos pelliciet magnorum largitione munerum, & ampliorum præmiorum promissione. Hoc indicavit Daniel in hoc ipso capite, cum paulò infra dixit, Multiplicabit, scilicet Antichristus, gloriam illius, id est, se Actoribus suis, dabit potestatem multis, & terram gratuito dividet. Quæ verba explanans beatus Hieronymus, Quos Antichristus, inquit, minis & terroribus non subijciet, eos subiugabit avaritia. Largietur enim deceptis munera, & terram suo dividet exercitus. Habiturum verò esse Antichristum immensam vim auri & argenti, ac divitiarum, præsignificavit Daniel extremo hoc vndecimo capite, illis verbis. Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis. Tantas has divitias comparabit sibi Antichristus, ex plurimis gentibus & provinciis, quas à se debellatas, & suo imperio subiectas, bonis omnibus spoliabit. Diabolus insuper, ingentem copiam auri & argenti, ei suppeditabit, ex naturalibus venis vbi nascitur, ipsum eruens: id enim faciendi, dabitur tunc ei à Deo potestas: nunc autem eius rei facultas non illi permittitur, esset enim vehemens malorum omnium illecebra, & maximum hominibus ad peccata incitamentum, si posset dæmon arbitrato suo quibuscumque vellet divitias elargiri.

MINIS, & terroribus alios ad se pertrahet. PRAETEREA, quos aliter non poterit Antichristus suos facere, eos minis terroribusque concussos, atque tremefactos, ad sui obedientiam compellet. Etenim, tanta est futura eius persecutio, sicut infra docebinus, ut pauci etiam de probatissimis viris, futuri sint, qui non succumbant. Atque hoc Daniel supra pronunciauit capite septimo, dicens: Et prævalebit adversus sanctos, Ioannes quoque in Apocalypsi capit. 13. Datum est, inquit, ei bellum gerere cum sanctis, & eos vincere.

A VLTIMVS modus, & quidem omnium efficacif-
 simus ad seducendos homines, quo vtetur Antichri-
 stus, erit, faciendo plurima & admiranda prodigia; Prodigia, quæ
 faciet Anti-
 christus.
 Nec solum ipse faciet, sed etiam in eius nomine fa-
 cient ea, ipsius ministri atque sectatores. Nec de hoc
 vlla ratione dubitandum est; nam Dominus noster
 apud Matthæum capite vigesimo quarto, loquens de
 tempore Antichristi, dixit: *Tunc surgent Pseudochristi*
 & Pseudoprophetae, & facient signa, & prodigia magna. Sed Insignis D.
 Gregorij de
 prodigijs An-
 tichristi scate-
 tia.
 quàm magna: ita, inquit, Dominus, vt si fieri potest, indu-
 cantur in errorem etiam electi. Hoc luculenta oratione
 declarat beatus Gregorius in libro trigesimo secun-
 do moralium, capite duodecimo. Nam explanans il-
 la verba Iob, quæ sunt in capite quadagesimo de
 Behemor, *Stringit caudam suam tanquam cedrum;* ait
 per caudam significari extremum mundi tempus, quo
 venturus est Antichristus; & quia hoc tempus breuis-
 simum erit, *Breuiabuntur enim*, vt ait Dominus, *dies*
illi propter electos: propterea dæmon stringet caudam, Matth. 24.
 breuitatem temporis, magnitudine persecutionis
 compensans: veniet enim tunc magnam iram ha-
 bens, vt est in Apocalypsi, capite duodecimo, sciens
 quia modicum sibi tempus superest. Illud autem, *quasi*
cedrum, significat extremi illius temporis persecutio-
 nem omnibus alijs, quæ fuerant antea persecutio-
 nibus, fore maiorem. Sed quid est, inquit Gregorius, quod
 illa persecutio: maxima omnium futura est, nisi quia tunc
 diabolus, non solum per ministros suos tormenta adhibebit:
 sed etiam miracula faciet? Nunc enim fideles mira faciunt, cum
 peruersa patiuntur: tunc autem diaboli satellites, etiã cum per-
 uersa inferent, mira facturi sunt. Pensemus ergo: quæ erit hu-
 mane mentis illa tentatio, quando pius martyr, & corpus tor-
 menti subicit, & tamen ante eius oculos, tortor miracula fa-
 ci: Cuius tunc virtus, non ab ipso cogitationum fundo quæri-
 tur, quando is, qui flagris cruciat, signis coruscet? Dicitur igitur
 rellè, *Stringet caudam quasi cedrum*: quia nimirum, & al-
 tus tunc erit veneratione prodigiij, & durus crudelitate tor-
 menti. Non enim sola tunc potestate erigetur, sed etiam syno-
 rum ostensione fulcietur. Vnde & per Dauid dicitur, Psal. 6.
*Infidia-
 tur in occulto, quasi leo in cubili suo.* Nam quia hic antiquus
 hostis, in cunctis suis viribus effrenatur, scire per vtraque per-

mittitur, ut contra electos in certamine, & fraude, & virtute laxetur: Virtute per potentiam; Fraude per signa: recte ergo, & leo, & insidians dicitur. Insidians per miraculorum speciem: Leo per fortitudinem secularem. Ut enim eos, qui aperte iniqui sunt, pertrahat, secularem potentiam ostentat: ut vero iustos etiam fallat, signis sanctitatem simulat. Illis enim suadet elatiorem magnitudinis, istos decipit ostensione sanctitatis. Hæc beatus Gregorius.

S E D quæ signa faciet Antichristus? Audi Hippolytum: Leprosos mundabit, paryliticos sanabit, demones expellet, longinqua non aliter, quam presentia denunciabit, mortuos suscitabit, transferet montes ante oculos spectantium, suis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem de caelo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem, solem circumaget quocumque libuerit: demque omnia elementa sibi obtemperare demonstrabit. Adstabunt illi innumerabiles demones, in specie splendida angelorum, parati ad eius iussa capeffenda, ipsique varijs canticis, & hymnis celebrabunt. Sic Hippolytus. Verùm nos hæc ipsa paulò distinctius dicamus.

Qualia sint futura prodigia, quæ faciet Antichristus.

U. 35. Faciet per simulationem Antichristus, imprimis ea miracula, quæ facturum olim Messiam, sancti vates prædixerunt. Deinde faciet ea, quæ maximi facere solent Iudæi, velut sunt prodigia, quæ in caelo fiunt. Iudæi namque non contenti tot & tantis miraculis à Christo factis, quærebant ex eo signum aliquod de caelo videre. Addit præterea Lactantius li. 7. c. 17. Antichristum etiam iussurum solem à suo cursu stare, & imagines loqui. Talia igitur faciet Antichristus. Iubebit enim ignem de caelo descendere, tum ad vindictam sibi repugnantium, sicut Helias de caelo deuocauit ignem aduersus illos quinquagenarios: tum ad declarandam grata sibi esse, & accepta eorum sacrificia, qui sacrificabunt ipsi, quemadmodum legimus in veteri testamento, Deum sæpenumero sacrificia, quæ ipsi erant gratissima, igne cælitus misso consumpsisse. Testificatur hoc ipsum de Antichristo Ioannes in Apocalypsi, scribens de Antichristo in capite decimotertio: Et fecit, inquit, signa magna, ut etiam ignem faceret de caelo descendere in terram, in cōspectu hominum, & seducos

Mat. 24. & 12

4. Reg. 1.

Gen. 4.

Iud. 13.

3. Reg. 18.

A *Aduert habitantes in terra, propter signa, quae data sunt illi, facere in conspectu bestiarum. Faciet praeterea signa, quae vulgo, & curiosius hominibus, ingentem facient admirabilitate. Huius generis sunt, facere animalia loqui humano modo: pueros & idiotas variis linguis uti, & de rebus abstrusorum disciplinarum doctè disputare: eicere daemonia ex humanis corporibus, clamantia, ipsum esse Messiam, & Deum, Iussu eiusdem videbitur caelum aperiri, & spiritus forma, splendoreque angelorum, descendere ad ipsum adorandum: mortuos etiam verbo ad vitam reuocabit.*

B *CAETERVM, quia D. Paulus in secundo capite posterioris epistolae ad Thessalonicenses, eiusmodi signa Antichristi appellat mendacia, dicens: *Ipsum esse vereturum secundum operationem satanae, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus*: ideo B. Augustinus in lib. 20. de Ciuitate Dei, capit. 19. ponit hanc quaestionem: *Vtrum propterea intelligendum sit, signa, quae faciet Antichristus, fore mendacia: quia non sint futura vera, sed tantum simulata & ficta, sensusque humanos fallentia: an potius ideo dicta sint mendacia, quod etsi vera sint futura, iis tamen vsurus sit Antichristus ad fallendos homines, & in errorem inducendos.* Augustinus quaestionem in medio relinquit, quasi iudicio lectoris, solutionem eius existimandam permittens. Verum tamen, non est arduum, propositam quaestionem discutere. Duo quippe genera sunt miraculorum, quae facturus est Antichristus, Quaedam enim eiusmodi sunt, ut verè fieri nequeant nisi per Dei omnipotentiam: superant enim omnis creaturae naturae potentiam: cuiusmodi est resurrectio mortuorum. Huiusmodi miracula, non poterit reuera facere Antichristus: & si quae faciet, erunt ficta & planè mendacia. Alia sunt prodigia, quae possunt fieri potentia naturalium causarum, praesertim cooperante daemone, & ad id omnem suam operam nauante. Hoc dixi, quia, ut doctè disputat beatus Thomas in libro tertio aduersus Gentes, multi effectus admirabiles fieri possunt à causis naturalibus, si illis cooperentur vel angeli boni, vel daemones, qui sine eorum cooperatione nullo modo existerent, quemadmodum arte, atque*

Locus Pauli ex 2. ca. 2. epist. ad Thessalon. explicatur.

An omnia prodigia, quae faciet Antichristus, erunt ficta & simulata.

Potentia daemonum ad producendos effectus occultos & mirabiles qualis. D. Thom. li. 3. cont. Genes. cap. 103.

Signa Antichristi quomodo vera sunt.

August. lib. 10. de ciuit. cap. 8.

industria hominum, multa efficiuntur, velut à pharmacopolis, alchimistis, & stillatoribus, ex variarum rerum naturalium mixtione ac temperatione, quæ citra hominū operam nullo modo ad effectum peruenirent. Quoniam autem vires naturalium causarum, quas ad agendū impicē applicabunt, & temperabunt demones hominibus occulta, & ignota, & modo quodam inuisibili adhibebuntur: propterea quæ ex ipsis efficietur, prodigiola, & quasi miracula existimabuntur.

Hæc igitur signa, per se vera erunt: sicut illa magorum Pharaonis, vera fuisse arbitrat̄ Augustinus: nihilominus tamen etiam hæc intelligere possumus dicta esse à Paulo in mendacia, quod ea falso, atque mendaciter proficibitur & iactabit Antichristus se facere miraculosè ac supernaturaliter, & diuina potestate. Et vt yerro dicam, omnia signa Antichristi, cuiuscunque modi fuerint, appellari debent mendacia: ob finem videlicet, propter quem fient ab Antichristo, qui non erit alius, quàm vt eiusmodi miraculis contestetur ipse, ac probet, Dominū nostrum Iesum non fuisse Messiam, nec Dei filium, nec bonam esse ipsius legem: se vero verum esse Messiam, verumque Deum, quem adorare omnes debeant. Sed pergamus, yerro Daniælis, quæ sequuntur, interpretari.

Et abundantes, & vberes vrbes ingreditur: & faciet, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: vsque ad illud: Et cor eius aduersus testamentum sanctum, &c.

Historicus sen sus de Antiocho Epiphane. Ex Hieron. hæc referuntur, qui ita hæc Porphyrium ait exponere.

DI X I M V S supra exortum fuisse bellum inter principes Egypti, qui nutricij & tutores erant Ptolemæi Philometoris, atque inter Antiochum Epiphane, propter Syriam occupatam ab Antiocho, quam illi regno Egypti restituere volebant. Cum igitur inter Pelusium & montem Casium commissum fuisset prælium, victi sunt duces Ptolemæi. Porro Antiochus, parcens puero, & amicitiam simulans, ascendit Memphim, & ibi ex more, Egypti regnum acci

A accipiens, puerique rebus se providere dicens, cum modico populo omnem Aegyptum subiugavit sibi, & abundantes, atque yberrimas ingressus est civitates: fecitque, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum illius. Nullus enim regum Syriæ, ita vastavit Aegyptum, & omnes eorum divitias dissipavit, & tam callidus fuit, ut prudentes cogitationes eorum, qui duces pueri erant, sua fraude subverteret. Et hoc est, quod hic dixit Daniel: *Et contra firmissimas cogitationes imbit. Quod sequitur, Et concitabitur fortitudo eius, &c.* significat, Antiochum profectum fuisse cum magno exercitu adversus regem Aegypti, sororis suæ filium. Huius etiam regis Aegypti duces, magnas congregarunt copias, & amplissimum coegerunt exercitum: sed non potuerunt resistere fraudulentis Antiochi consiliis, qui simulans pacem cum rege Aegypti, comederit simul cum eo panem, id est, inierit cum eo convivia, & regnum eius capere tentaverit, verum nihil profecerit, à militibus Ptolemæi eiectas. Quanquam quod subiungitur, *Duorum illorum regum fuisse cor fraudulentum, ut sibi mutuo male facerent*, id non videtur congruere regi Aegypti: qui cum esset tunc puerili admodum ætate, non videtur malitiosè quidpiam machinari potuisse adversus Antiocha. Nisi fortè, quod nutricij & tutores eius, qui administrabant regnum nomine eius, fecerunt, id fecisse regem dicatur.

C **E**CCLESIASTICI autem scriptores, & hoc, & superiora referunt ad Antichristum, qui ante omnes, regem Aegypti superatus est. Horum nos exemplo, supradicta Danielis verba de Antichristo, cuius typum gessit Antiochus interpretabimur. Antichristus igitur, comparata, sex illis modis, quos supra enarra-
D **D**ui, ingenti auctoritate, potentia, & sectatorum turba, aggredietur ad inuadendum & occupandum Romanum imperium, quod extremo illo tempore, divisum erit in decem reges: hoc enim supra, capite septimo, designavit Daniel per decem cornua, quæ habebat quarta bestia, significans Romanum imperium. De quibus, primò quidem tria cornua euellet Antichristus: hoc est, de illis decem regibus, tres priuam vincet: regem dico Aegypti, Africae, & Æthiopiae: quibus debella-

Mystica interpretatio de Antichristo,

tis, reliqui septem, falces ei & colla submittent. **A**
 Atque hoc quod diximus, sensisse, & tradidisse scri-
 ptores Ecclesiasticos, super septimo capite Danielis,
 confirmat Diuus Hieronymus. Tantam porro con-
 sequetur potentiam Antichristus, & tam longè, latèque
 dominatum & imperium suum extendet, vt maximus
 omnium, qui fuerint ante ipsum, monarcha futu-
 rus sit: maximam namque orbis terrarum partem, sub
 ditionem suam, & potestatem subiiciet. Hæc præ-
 nuntiauit Daniel in capite hoc vndecimo, hoc ipso **B**
 loco, quem nunc tractamus. Enarrans enim nobiles
 victorias, prosperosque successus Antichristi, sub fi-
 gura regis Antiochi, ita dixit: *Faciet, quæ non fecerunt pa-
 tres eius, & patres patrum eius. Quem locum explanans*
 Diuus Hieronymus, *Nullus, inquit, Iudeorum, præter An-
 tichristum, toto orbe regnavit*: Et Chrysostomus super se-
 cundo capite posterioris epistolæ Diui Pauli ad Thes-
 salonicenses: *quemadmodum, ait, monarchiam Assyriorum*
*destruxerunt Medi, & Medorum Persæ, & Persarum Macedo-
 nes seu Græci: denique Græcorum Romani: ita Romanorum*
*monarchiam eueriet Antichristus: eius verò imperiū de-
 lebit Christus Dominus, cuius regnum manebit in æternum.* **C**
 Daniel præterea, capite septimo, inquit, regem il-
 lum quem significabat cornu modicum, potentio-
 rem ac maiorem fore prioribus regibus: quod nequa-
 quam competit in Antiochum Epiphanem: quippe
 multò potentior eo fuit pater eius Antiochus Ma-
 gnos, priusquàm belligerasset cum Romanis. Nectæ-
 deat lectorem audire, quid super hac re Lactantius
 libro septimo, capite decimosexto, ex vetustis, opi-
 nor, traditionibus mutuatus, prodiderit: *Multiplica-
 bitur, ait ille, extremis mundi temporibus imperium, & sum-
 ma rerum potestas, per plurimos dissipata & concisa, minuetur.* **D**
*Tunc discordiæ in perpetuum serentur, nec vlla requies
 bellis existialis erit, donec reges decem pariter existant, qui
 orbem terræ, non ad regendum, sed ad consumendum partiantur.*
*Hi exercitibus in immensum auctis, & agrorum cultibus
 destitutis, quod est principium euerisionis & cladis, disperdent
 omnia, & comminuent, & vorabunt. Tum repente aduersus
 eos, hostis potentissimus, ab extremis finibus plage septem-
 trionalis vrietur, qui tribus ex eo numero deletis, qui tunc
 Asiam*

Superabit An-
 tichristus prio-
 res omnes re-
 ges imperij
 amplitudine.

D. Hieron.
 Chrysost.

Lactan. quid
 de fine regno
 Tum mundi
 accipiesit.

A *Asia obtinebunt, assumitur in societatem à ceteris, ac princeps omnium constituetur. Hic insustentabili dominatione vexabit orbem: diuina & humana miscet: infanda dicta, & execrabilia molietur: noua cōsilia in pectore suo volutabit, vt proprium sibi constituat imperium, leges commutabit aliorum, suas sanciet, contaminabit, diripiet, spoliabit, occidet. Demque immutato nomine, atque imperij sede trāslata, confusio, ac perturbatio humani generis consequetur. Sic Lactantius.*

Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Austrū:

B *& non erit priori simile nouissimum. & venient super eum trieres, & Romani, Et percutietur, & reuertetur.*

ET Daniel hoc loco significat, & in commentario huius loci confirmat D. Hieronymus, nec non & Latina, Græcæque narrat historia; bis venisse Antiochum in Ægyptum, vt eius gentis regnum sibi assereret. Primum enim prælio inter Pelusium, & montem Casium commisso, deuictis Ptolemæi ducibus,

C Antiochus, vt supra diximus, simulans amicitiam cum puero rege, eius rebus se prouidere dicens, facile omnem sibi Ægyptum subiugauit. Non tamen quod intendebat, omnino consequi potuit: nam detecta eius fraude consiliisque perspectis, non potuit eius propositum ad effectum peruenire. Reuersus igitur est, sed tanta victoria gloriosus: & vt dicit hoc loco Daniel, reuersus est in terram suam cum opibus multis. Iterum vero cum magno exercitu rediit in Ægyptum: nec iam dissimulans consilium suum, directo petiit caput Ægypti Alexandriam, quo rex se præsidij causa incluserat, vel statim expugnaturus eam, vel arctissima durissimaque obsidione ad deditionem coacturus. Sed omnes eius conatus legatio Romanorum, qui iusserunt eum protinus obsidionem soluere, & Ægypto discedere, planè fregit, & ad nihilum redegit. Et hoc est, quod hic ait Daniel, hanc posteriorem eius aduersus regem Ægypti expeditionem, non fuisse similem priori, id est, non æquæ, atque illam, benè ipsi cecisse. Et causam mox subdit: *Venient, inquit, super eum*

Antiochus in Ægyptum bis venit,

De legatione
Romanorum
ad Antiochū
Epiphānem,
cū obsideret
Alexandriam.
Ioseph. lib. 11.
cap. 6.

Publius Popi-
lius legatus
Romanorum
ad regem Epi-
phanem.

trieres & Romani, percutietur & reuertetur. Legatus enim **A**
Romanorum, nauibus, seu tritremibus appulsus Alex-
andriam, regem Antiochum conatibus inceptis-
que suis desistere coëgit. Sed præstat, quod nos Itri-
chum nunc diximus, explicatius id narrantem audire
Iosephum, cuius in libro duodecimo Antiquitatum,
hæc sunt verba: Antiochus domi vsus fortuna prospera, ex-
peditionem Aegyptiam tentare statuit, captus eius regionis
tupidine, contemptaque Ptolemæi filiorum ætate, rebus admini-
strandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exerci-
tu Pelusium, aflu circumuento rege Philometore, Aegyptum **B**
occupat; & redacta prius in potestatem Memphi, locis que
circumvicinis, ad Alexandriam duxit exercitum, & urbem,
& regem subiugaturus. Sed omnes eius conatus, vna Romano-
rum denunciatione repressi sunt, ita vt iam occupata relinqueret.
Sic Iosephus. Quemadmodum verò id factum sit,
narrat Iustinus libro trigesimoquarto. Pulsus, inquit,
regno Ptolemæus ab Antiocho, ad fratrem minorem Ptole-
mæum Alexandriam confugit: participatōque cum eo regno,
Romam legatos ad Senatum mittunt, auxilia petunt, fidem so-
cietatis implorant. Nouere Senatum precēs fratruū: mittitur
legatus Publius Popilius ad Antiochum, qui abstinere eum
Aegypto, aut si iā incesisset, excedere iuberet. Cum in Aegypto **C**
eum inuenisset, osculumque ei rex obtulisset: nam coluerat
inter ceteros Popilium Antiochus, cū Romæ obses esset: tum
Popilius, facessere interim priuatam amicitiam iuberet, cū man-
data patrie intercedant: prolatōque Senatus decreto, & tra-
dito, cū regem cunctari cerneret, & ad amicos referre vel-
let: ibi Popilius, virgā, quam in manu gerebat, amplo circulo
inclusum, vt amicos etiam caperet, consulere iubet: nec prius
inde exire, quā respōsum Senatui daret: aut pacem, aut bel-
lum cū Romanis habiturum. Adeoque hæc asperitas animi
regis fregit, vt pariturum se Senatui responderet. Hæc Iusti-
nus. Illud porro mandatum Senatus ad Antiochum, **D**
refert Appianus in Syriacho, fuisse in tabella scri-
ptum in hæc verba: Non pugnare in Ptolemæum An-
tiochum;

CAETERVM verba illa Danielis, quæ supra po-
suimus, Et uenient super eum trieres & Romani, &c. sub-
obscuram habent sententiam: & similis quidem lo-
cus legitur in extremo capite vigesimo quarto libri
Nume

A Numerorum, ubi sic est: *Venient in trieribus de Italia, & superabunt Assyrios.* Vtroque autem in loco, pro voce, *trieres*, & *Romanis*, pro *Italia*, sunt duæ voces Hebrææ, quarum propria vñ & notio, necdum vsquequaque explorata & perfecta est. Vna vox est, *Sim*, quam D. Hieron. Latine vertit *trieres*, alij *naues*. Tradunt Hebræi radicem huius vocis esse à *Saiah*, unde descendit vox, *Sim*, cuius singulare est, *Si*, proprie significans autem: præsertim eam, quæ deserta incolit loca: atque hinc, per translationem trahitur ad significandam

B nauem, vel tiremem, quod propter vela & remos, & celeritatem, qua fertur per aquas, referat autem passis alis per aërem volentem. Hoc igitur loco Danielis, quidam vertunt *trieres*: alij *naues*, veluti Pagninus. Altera vox est, *Chittim*, quam Hieronymus, & ipso referente, Hebræi, Romanos, seu Italos interpretantur. Certè prædictum locum libri Numerorum, Paraphrastès Chaldæus, vt eius verba Latine exprimamus, sic reddidit, *Et naues venient à Romanis*: Thargum verò Hierosolymitanam, eundem locum ita conuertit, *Et egrediètur copia multa ex prouincia Italia, vna cum multis legionibus Romanorum*. Alij, *Chittim*, significare autem insulam Cyprum: & huius sententiæ est hoc in loco Theodoretus. Adquam confirmandam eo vititur argumento, quod ad vsque suam ætatem, oppidum quoddam Cypri, *Chittim* appellaretur. Suffragatur Theodoretus Iosephus in primo libro Antiquitatum, scribens, *Chittim* filium lauam, à quo dicta est Ionia, occupasse insulam primò nominatam ex ipso *Chittim*, postea Cyprium: atque ex eo factum esse, vt tum insulas omnes, tum pleræque loca matitima, Hebræi, gentili voce, *Chittim*, appellent. Nec dissimile est quod scribit Diuus Hieronymus super vigesimotertio capite Esaiæ: *Cethim*, inquit, quidam Cyprium interpretantur: vsque hodie enim est apud eos vrbs *Cittum*, de qua Zeno, Stoicæ sectæ heresiarches, fuit: quamquam pietate nostrorum, *Cethim*, *Italia*, *Macedoniæque insulas* arbitrentur. Certè Hieremias capite secundo, *Transite*, inquit, *ad insulas Cethim*. Et in exordio prioris libri Machabæorum, dicitur rex Alexâder, egressus esse de terra *Cethim*, id est, Græcia vel Macedonia. Et auctor prioris lib. Machabæorum

וִי
Vox Hebræica vna dicitur, & quæ significet.

Vox Hebræa *Chittim*, seu *Cethi*, quid significet.

Iosep. li. i. c. 7.

D las omnes, tum pleræque loca matitima, Hebræi, gentili voce, *Chittim*, appellent. Nec dissimile est quod scribit Diuus Hieronymus super vigesimotertio capite Esaiæ: *Cethim*, inquit, quidam Cyprium interpretantur: vsque hodie enim est apud eos vrbs *Cittum*, de qua Zeno, Stoicæ sectæ heresiarches, fuit: quamquam pietate nostrorum, *Cethim*, *Italia*, *Macedoniæque insulas* arbitrentur. Certè Hieremias capite secundo, *Transite*, inquit, *ad insulas Cethim*. Et in exordio prioris libri Machabæorum, dicitur rex Alexâder, egressus esse de terra *Cethim*, id est, Græcia vel Macedonia. Et auctor prioris lib. Machabæorum

D. Hierony. ff. s. com. in Ha.

bæorum, ca. octauo, duos Macædoniæ vltimos reges, A
 Philippum & Persem, appellat Ceteorum reges. Colla-
 ris igitur inter se variis Scripture locis, videtur hæc vox
 significare, tum insulas maris Mæditerranei: præfer-
 tim Aegypto, & Syriæ adiacentes, quæ Græco sermo-
 ne, & institutis utebatur, ut est Cyprus, Rhodus, &c. tum
 etiam vltiora maris Mæditerranei loca maritima,
 præcipue verò Græciam & Italiam. Et quanquam na-
 ues, seu triremes Certhim, existimat Theodoretus,
 venisse in auxilium regi Antiocho contra Ptolemæum
 regem Aegypti: sicut etiam indicare videtur transla-
 tio Græca & ipsius Pagnini: similis tamen vero est,
 eas venisse aduersus Antiochum, missas à Romanis,
 sicut ostendit versio, & commentarius Diui Hierony-
 mi. Et hæc est Hebræorum sententia.

*Et reuertetur, & indignabitur contra testa-
 mentum Sanctuarij, &c. vsque illud,
 Eleuabitur, & magnificabitur
 aduersus omnem Deum.*

Antiochus vr-
 bem Hieroso-
 lymam occu-
 pat.

Io. li. 12. ca. 7

Antiochus Iu-
 dæos bis affli-
 xit primo per
 se.

VALET ad illustrandum hunc locum Danielis,
 quod scribit Iosephus in libro duodecimo An-
 tiquitatum. Reuersus, inquit, ab Aegypto, quam metu Ro-
 manorum reliquerat rex Antiochus, ad urbem Hierosoly-
 mitanam mouit exercitum. Ingressus autem eam centesimo
 quadragesimo tertio anno, ex quo primùm ad Seleuci familiã,
 Syriæ regnum deuenerat: siue vilo negotio dominus eius factus
 est: admissus apertis portis per suæ factionis homines: quam
 dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis, qui di-
 uersarum erant partium, direptisque pecuniis, & asportatis
 Antiochiam. Sic Iosephus. Bis autem rex Antiochus
 ingenti clade Iudæos afflixit: primùm veniens ipse
 Hierosolymam, anno regni Græcorum centesimo qua-
 dragesimo tertio. Quæ tunc mala Iudæi sint passi, re-
 cenlet auctor prioris libri Machabæorum, in exordio
 primi capituli: eadêmque narrantur in capite quinto
 posterioris libri. Et inter alia traditur, id temporis,
 fuisse solo triduo interfectos Iudæos ad octoginta
 millia:

A millia : vinctos autem , ad quadraginta millia : nec pauciores venundatos. Illud, *Et cogitabit de his, qui dereliquerunt testamentum Sanctuarij, eam reddidit sententiam, vt censer diuus Hieronymus : Antiochum multa machinatorum, & moliturum aduersum eos, quos volet legem Dei derelinquere. Et hoc significantius, & apertius Aquila interpretatus est, hunc in modum : Et cogitabit, vt deseratur paculum Sanctuarij, & brachia ex costabunt, & polluent Sanctuarium fortitudinis. Pro brachijs,*

D. Hieron. in hunc locum,

B geniem Antiochi, siquidem filius eius Antiochus cognominatus Eupator, duce exercitus Lyfia, sicut in priori libro Machabæorum scriptum est, bella gessit cum Iudæis. Sed probabilior est versio B. Hieronymi : & per brachia significantur duces, & principes missi ab Antiocho contra Iudæos. Maxime ¹⁰ biennio pōst, quā ipse rex Hierusalem vastauerat, & omnibus bonis, & rebus præiudicatis Iudæos spoliauerat, misit principem tributorum in ciuitates Iudææ & Hierosolymam, cuius aduentus longè funestior, & exitialis fuit Iudæis, quam fuerat ipsius regis Antiochi. ¹⁰

2. Mach. 10.
-p. 1. & 4.

C regis Antiochi. *Legit caput primum prioris libri Machabæorum. Et quia tunc in templo Hierosolymitano positum est Iouis Olympij simulachrum, & statua regis Antiochi, sublato iugi sacrificio, videlicet, quod fiebat quotidie mane, & vespere, ideo hic dicitur : Aufirent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem. Idola enim Scriptura vocat abominaciones. Addit, in desolationem, quia illa regis Antiochi simulachra, posita sunt in templo Dei expilato, profanato, & desolato. Atque hunc locum Danielis expressit auctor prioris libri Machabæorum, in capite primo : cum dixit, Anno centesimo quadagesimo quinto die decima quinta mensis Casleu, regem Antiochum ædificasse abominandum idolum desolationis super Altare Dei. Non enim his verbis spectauit ad illa verba eiusdem Danielis, quæ sunt in capite nono, Et erit in templo abominatio desolationis, quemadmodum malè Caietanus existimauit. Patet enim ex capite vigesimo quarto Matthei, ea verba ad aliud tempus longè posterius rege Antiocho pertinere.*

Secundò, Antiochus per suos duces Iudæos afflixit.

Idola à Scriptura, vocantur abominaciones.

D sit auctor prioris libri Machabæorum, in capite primo : cum dixit, Anno centesimo quadagesimo quinto die decima quinta mensis Casleu, regem Antiochum ædificasse abominandum idolum desolationis super Altare Dei. Non enim his verbis spectauit ad illa verba eiusdem Danielis, quæ sunt in capite nono, Et erit in templo abominatio desolationis, quemadmodum malè Caietanus existimauit. Patet enim ex capite vigesimo quarto Matthei, ea verba ad aliud tempus longè posterius rege Antiocho pertinere.

Iudeorum ex-
positio; quam
refert D. Hic
1. en. vbi supra.

tinere. Iudæi autem, huius loci verba Danielis, non de rege Antiocho: sed de Romanis intelligi volunt, de quibus supra dictum est: *Et venient super eum triveres, & Romani, & humiliabitur.* Post multa, inquit Iudæi, tempora, de Romanis, qui Ptolemæo venere auxilio contra Antiochum, consurget rex Vespasianus, surgentque brachia eius, vel semina, id est, Titus filius eius cum exercitu, & polluent Sanctuarium, auferentque iuge sacrificium, & templum tradent æternæ solitudini. Sic illi. Verum, consideranti antecedentia, & consequentia huius loci Danielis verba, luce clarius fit, quæ hic dicuntur à Daniele, ad regem Antiochum propriissimè; B ad Vespasianum, & Titum, nullo modo pertinere. Et *impij in testamentum simulabunt fraudulenter.* Hoc etiam in libris Machabæorum legitur, quosdam simulasse legis Dei esse cultores, & postea cum gentibus mixtos abdicatisque patriis legibus, & moribus, fuisse proditores patriæ, bonorumque civium hostes, & insectatores; sicut de Alcimo traditur in capite septimo prioris libri Machabæorum: *Convenere, inquit, ad Alcimum congregatio scribarum, requirentium ab eo pacem, & quæ iusta sunt.* Dixerunt enim; Homo sacerdos à semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica, & iuravit illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris: C & crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in vna die. Similia narrantur in posteriori libro de Simone, Iafone, & Menelæo.

Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in captivitate. Palàm est hæc dici in probos, & pios Iudæos, qui tempore illius persecutionis Antiochi, quiduis pati maluerunt, quàm à lege Dei recedere. De his ita scribit Iosephus libro duodecimo Antiquitatum. *Et maxima quidem Iudeorum pars, vel sponte, vel metu supplicij, parebat edictis regis Antiochi: qui verò probatioribus erant, & generose indolis, maiorem rationem habuerunt legis patriæ, quàm pœna proposita sibi ab adversarijs.* Quamobrem quotidie necabantur, crudelissimis torti cruciatibus. Nam flagris vehementer casti, & lacerati corpore, vini etiamnum, spirantisque suffigebantur crucibus. Vxoribus item & circumcisos liberos strangulabant, & suspendebant à crucibus: fixorum parentum cervicibus: sacros libros comburebant, &

Piorum Iudæo-
rum constan-
tia.
Iosephus libri
12. cap. 7.

apud

A apud quos reperti erant, eos neci dabant. Sic Iosephus. Similia horum prodita sunt in primo capite prioris libri Machabæorum. Pergunt autem Iudæi, ut superiora, sic etiam hæc, de calamitatibus, & malis, quibus oppressi sunt sub Tito, & Vespasiano interpretari. *Cumque corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo.* Haud dubiè hæc spectant ad Machathiam, & filios eius, Iudam, Ionatham, & Simonem, qui cum aliis Dei cultoribus, & patriæ legis amatoribus, se fortiter opposuere Antiocho, & eius ducibus: Deo quæ mirabiliter ipsos iuante, parua licet manu, ingentes tamen robustosque exercitus profligauerunt: denique, multis gloriôsè partis victoriis, iugum seruitutis Græcorum à certuibus suorum ciuium depulerunt. *Vi consentur, & eligantur, & dealbentur.* Significatur his verbis, tantam honorum vexationem, eo permitturum Deum, quo huiusmodi malis, boni purgentur ab omnibus vitiis, eorumque virtus præstantior, & illustrior existat: Quod enim est ignis auro, & thuri, & lima ferro, hoc est, tribulatio iuris iustis. Videtur cauterium esse vulnus, sed

De Machabæis
quid sit prædi-
ctum.

C est remedium vulneris: ita vexatio, malum esse videtur: sed reuera malorum est remedium. Simile huius loci Danielis est, quod scribit Malachias, capite tertio. *Deus, inquit, quasi ignis constans, & quasi herba fullonum, & sedebit constans, & mundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos, quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.* Refert hoc loco Diuus Hieronymus, quosdam Hebræorum, quod dixit Daniel: *Cum corruerint, subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulentè, de Se-*

Magnum bo-
num viris bo-
nis, est tribu-
latio.

D uero, & Antonino principibus intellexisse, qui Iudæos plurimum dilexerunt: alios verò, de Iuliano imperatore, qui Iudæos amare se simulans, in templo eorum immolaturum se esse promisit. In quo tamen Iudæi, paruam auxilij spem habituri essent, & applicatum iri illis plurimos gentilium, non verè, sed mendaciter: pro idolorum enim cultu, eorum simulabunt amicitias. Tempus tamen veræ salutis eorum, & auxilij, tunc demum fore, cum veniet Christus ipsis promissus. Non me fugit, superiora verba Danielis, quæ non interpretati sumus de persequutione regis

Interpretatio
Iudæorum.

Antiq

Antiochi contra Iudæos, multos scriptorum Ecclesiasticorum interpretatos esse, de vltima persecutione Ecclesiæ, quam sub finem mundi, concitaturus est Antichristus. Verum nos de persecutione Antichristi, latius infra dicturi sumus, cum explanabimus illa verba duodecimi capitis: *Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse ceperunt.*

Et eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorum, loquetur magnifica, & dirigitur, donec compleatur iracundia, perpetrata quippe est desinitio.

Antiochi Epiphaniis arrogantia.

Polybius, & Diodorus de infœlici exitu regis Epiphanijs.

PORPHYRIUS, vt refert hoc loco Diuus Hieronymus: Diuus item Chrystostomus in secunda oratione aduersus Iudæos, hæc verba Danielis, de rege Antiocho interpretantur. Nec sanè ipsi aliena sunt: Erectus quippè ille est aduersus Deum, & in tantam superbiam elatus est, vt in templo Hierosolymitano simulachrum suum poni iusserit. Illud autè: *Et dirigitur, donec compleatur iras*, significat, illi prosperè cessura omnia, quoad eius immanissimis sceleribus iratus, & infensus Deus, terribili morte, eius finiat impietatem. Narrant Polybius, & Diodorus, vt memorat hoc loco Beatus Hieronymus, non modò contra Deum Iudææ Antiochum peccasse; sed avaritiæ facibus incensum, etiam Dianæ templum, in Elymaide opulentissimum, spoliare conatum esse; sed oppressum fuisse à custodibus templi, & vicinis circum gèibus: postea verò phantasiis, erroribusque versum in amentiam, tandem miserabili morte interiisse. Quem exitum vitæ, contigisse ipsi arbitrantur prædicti auctores propter sacrilegam templi Dianæ violationem. Sed verius dictum est, eam calamitatem ipsi accidisse, propter innumerabilia mala, quibus Iudæos affixerat: & quia sanctissimum veri Dei templum, quod erat Hierosolymis, sacrilegè expilare, atque impiè contaminare veritus non fuerat.

At enim verò, plerique scriptorum Ecclesiasticorum, & ipse Hieronymus, & Prosper in libro de promissioni

- A** missionibus Dei, parte quarta, capite nono : nec non & ipsi Hebræi, quemadmodum hic affirmat Hieronymus, verba hæc Danielis, ad ipsum Antichristum referunt : qui amplissimo terrarum imperio acquisito, & innumerabilibus ad eum hominibus sequendum, & colendum confluentibus, in tantam extolletur superbiam, ut non modò se Regem regum, sed etiam Deum deorum faciat, nullum superiorem se agnoscens Deum. Prædixerat hoc suprâ Daniel, capite septimo, cum appellavit eum, *Os loquens ingentia* : & hoc loco ait, *Magnificabitur supra omnem Deum* : & paulò infra subdit, *Et Deum Patrum suorum non reputabit*. Qua etiam de causa dictus est à Daniele in capite octavo, *Rex impudens facie* : videlicet, quia sine vilo pudore, summi Dei nomen, atque honorem sibi arrogabit. Hoc ipsum significavit Dominus noster, apud Ioanem, capite quinto, dicens : *Se venisse in nomine patris sui*, id est, prædicando, & honorando Deum patrem suum : *Alium vero*, id est, Antichristum, *in nomine suo venturum* : quia vnum se tantummodo iactabit Deum : & se solum à suis, ut Deum coli, & adorari coget. His consona sunt, quæ scribit Diuus Paulus in secundo capite posterioris Epistolæ ad Thessalonicenses : Nam de Antichristo loquens, sic ait : *Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus*. Hanc ob causam Ioannes in Apocalypsi, bestiam, id est, Antichristum, plenum fore scribit nominibus blasphemiarum. Et in capite decimo tertio, eiusdem libri ita scribit : *Dabitur ei os loquens magna, & blasphemias : & aperiet os suum in blasphemias ad Deum : & blasphemabit nomen eius, & tabernaculam eius, & eos, qui sunt in cælo*. Theodoretus super hoc vndecimo capite Danielis, tradit : Antichristum, & facturum se Deum, & imperaturum gentibus, ut erigant sibi templa magnificentissima, & argento, auro, ac lapidibus pretiosis ornatissima.
- B**
- C**
- D**

Antichristus
Deum se faciet.

CAETERVM, quia Beatus Paulus eo loco, quem in quo templo proxime posui, affirmat, sessurum in templo Dei Antichristum, ambigunt Doctores, de quo templo Dei, Pauli dictum

In quo templo
sessurus sit An-
tichristus.

Irenæus. dictum sit intelligendum: Irenæus, Hippolytus & Cy- A
 Hippolytus. rillus Hierosolymitanus, interpretantur dictum Pau-
 Cynillus. li, de templo Iudæorum, quod fuit olim Hierosoly-
 mis, & hoc putant in gratiam Iudæorum renouatum
 iri ab Antichristo, in eoque sessurum ipsum quasi
 Deum. Neque hanc opinionem improbant Chrylo-
 stomus super caput secundum posterioris epistolæ
 ad Thessalonicenses; nec Hieronymus in epistola
 ad Agathiam, quæstione vndecima; nec Augustinus
 libro vigesimo de ciuitate Dei, capite decimonono.

Theodoretus.
 Damascenus.

At verò Theodoretus, Damascenus, alijque, intelli-
 gendum esse opinantur, de templis Christianorum:
 hæc enim sola verè dici possunt templa Dei, Nam il-
 lud Iudaicum templum post mortem Domini no-
 stri, omni sanctitate, religioneque priuatum, profa-
 num, impurum & impium euasit. Adice quòd & Do-
 minus noster, & Daniel prædixerunt, desolationem
 illius templi fore in omne reliquum tempus irrep-
 rabilem.

Hippolyti de
 legatis, & nū-
 cis Antichri-
 sti sententia.

NON grauabor hic ponere, quæ de legatis ad om-
 nes gentes ab Antichristo mittendis læculentè scri-
 psit Hippolytus. Sic enim scribit: *Impurus ille tyrannus*
Antichristus, mandata mittet per vniuersam terram, mimi-
sterio ritens; partim improborum hominum, partim etiam
ipsorum demonum: qui palàm dicent omnibus, Rex magnus
natus est super terram: venite omnes ad eum adorandum: pro-
perate omnes ad spectandas vires potentie eius. En vobis ille
præstabit frumentum, vinum vobis largietur, opes pretiosas,
ac sublimes dignitates donabit. Eius namque imperio om-
nis terra, mareque obtemperat, ad illum omnes accedite. Cun-
ctis autem populis ad eum congregatis, & fausta ei acclaman-
tibus grandi, & magnifica voce, ita vt moueatur locus, in quo
turba consistet, ita eos alloquetur: Perspicite, populi, ac gentes
omnes, incomparabilem gloriam meam, atque imperij po-
tentiam, & magnificentiam. Quis princeps tam potens,
vt ego sum? Quis Deus magnus præter me? Potentia mea, quis
resistet? Assistent præterea ipsi demones splendensium angelo-
rum speciem referentes, eumque diuinis laudibus, & honori-
bis celebrantes, aliquando in culum euehentes: deinde, ingenti
pompa, & spectantium stupore, de coelo in terras deducentes.
 Sic Hippolytus.

Oratio Anti-
 christi ad sui
 sectatores.

A *Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis fœminarum.*

NE c Piora verba huius sententiæ, nec quod postea subiicitur, *Et deum, quem ignorauerunt patres eius, colet*: possunt verè competere in regem Antiochum: sed necessario referenda sunt ad Antichristum, Nam, vt docent hoc loco Hieronymus & Theodoretus, & perspicuis verbis tradit historia Machabæorum, rex Antiochus Deos Græcorum colebat: & ad eorum

B cultum etiam Iudæos compellebat. Quin templum Hierosolymitanum, Iouis Olympii, & templum, quod erat in Garizim, Iouis Hospitalis cognominari iussit, Antichristi superbia.

Quadrant igitur hæc in Antichristum, qui gente Iudæus cum sit futurus, & à primo simulaturus magnam pietatem & religionem aduersus Deum Iudæorum, postea procedet in tantam impietatem & superbiam, vt se solum ab omnibus credi, adorari, & prædicari Deum velit, ac iubeat. Quod autem sequitur, *& erit in concupiscentiis fœminarum*, videtur non ad Antichristum, sed ad Antiochum pertinere. Etenim Antichristus, vt fertur, quò plurimos decipiat, simulaturus est castitatem, At rex Antiochus, & priuata, & publica omnium libidinum obscœnitate infamis fuit: & in tantum dedecus, vt refert diuus Hieronymus, post stupra & corruptelas, venit regiæ dignitatis, vt mimis quoque & scortis publicè commisceretur, & libidinem suam etiam populo præsentem completeret. Cuius rei etiam illud argumentum, ex quarto capit. posterioris libri Machabæorum, affert Theodoretus, quòd vni concubinæ suæ dono dedit Tharsenses, & Mallotas populos, vnde turbulenta inter eos concitata fuit seditio.

C An sit Antichristus futurus libidinosus.

D

V E R V M scire oportet, Theodoretum prædicta verba Danielis legere per negationem hoc modo, *& super concupiscentias fœminarum non intelliget*: quo significatur, cum voluptatibus venereis nequaquam fore deditum. Atque huic lectioni fauet translatio Septuaginta interpretum, & Theodotionis, necnon & nouæ versiones ex Hebræo, velut Pagnini,

& Vatabli. Secundum hanc verò lectionem, liqui-
 dō apparet, verba Danielis in regem Antiochum,
 scdissimarum libidinum turpitudine insignem atque
 famosum, quadrare non posse: sed referenda esse ad
 Antichristum. Hæc autem lectionum varietas, nata est
 ex ambiguitate scripturæ Hebraicæ: quæ si verbum ex
 verbo exprimas, hunc reddit sensum: *Super Deum pa-*
trum suorum non intelliget: & super concupiscentias femina-
rum, & super omnem Deum non intelliget, in his verbis,
 negatio illa, *non intelliget*, potest referri ad primum tan-
 tū membrum orationis: ita vt secundum mem-
 brum proximè consequens, *super concupiscentias femi-*
narum, relinquatur affirmatum, & subintelligatur ver-
 bum, *intelliget*. Potest etiam illa negatio, *non intelliget*,
 extendi ad proximè sequens membrum, & *super con-*
cupiscentias mulierum, ipsūque pariter atque primum
 membrum negare. Ex hac igitur lectionis ambiguita-
 te, duplex, quam suprā posui, lectio & interpretatio ex-
 rir. Adnotarunt quidā magno Spiritus Sancti consilio,
 Scripturam Hebraicam huius loci ambiguum esse fa-
 ctam, itaque constructam, vt etiam de ipso Antichri-
 sto contrarias sententias reddere posset, videlicet ipsū,
 & futurum esse mulierosum: & à muliebribus deliciis &
 voluptatibus sibi tēperaturum: vtūque enim verè con-
 ueniet in Antichristum. Nam intimis animi sensibus,
 super omnes, voluptuarius & libidinofus erit: externa
 verò conuersatione castimoniam mentietur. Et item,
 à principio simulabit continentiam, quoad sibi potentiam
 & imperium comparet: sed postea in omni genere
 voluptatum & libidinum volutabitur. Atque huius sen-
 tentiæ, Carthusianus, auctorem laudat D. Augustinum.

*Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: &
 faciet, vt munit Maozim cum Deo suo.*

Quisnam fu-
 rurus sit Deus
 ille Maozim,
 quem colet
 Antichristus.

IRRIDET Porphyrium hoc loco D. Hieronymus,
 quod per, *Maozim*, interpretatus sit vicum Mo-
 din, quæ patria fuit Mathathie & filiorum eius, &
 in eo loco ait, duces Antiochi posuisse statuas Iou-
 is, & compulisse Iudæos, vt ei victimas immo-
 larent

- A** larent, tanquam Deo Maozim, id est, Modin. Sed sciendum est, vocabulum Hebræum, *Maozim*, si spectetur eius etymologia, significare præsidium, fortitudinem, auxilium: & inde, arcem, sine propugnaculum. Vnde Theodoro vertit, præsidia: Symmachus, confugia. Intelligi autem possunt verba hæc de rege Antiocho, qui in vrbe Hierosolymitana firmissimam extruxit arcem: & tum in ea, tum in aliis ciuitatibus valida posuit præsidia, Iudæos cogens adorare Deos alienos: id est, Iouem. Quem cum illis ostendisset, & adorandum esse persuasisset, tunc tribuebat deceptis magnum honorem & gloriam, eosque faciebat cæteris Iudæis dominari: & pro præuicatione locupletes possessiones, & ampla dona illis largiebatur.
- B** Nicolaus de Lyra, & quidam alij recentiores existimant *Maozim*, esse nomen proprium, significans proprium Deum, quem Antichristus colet. Nam licet in propatulo & publicè, nullum se Deum colere ostendet, & se solum vt Deum adorari volet: attamen priuatim & clam, pro Deo colet certum quandam dæmonem, in cuius ipse tutela erit, qui appellatur, *Maozim*, quia in eo robur omne suum, & præsidium Antichristus locatum habebit, eique omnem suam potentiam & felicitatem acceptam feret. Theodoretus sic interpretatur hunc locum: *Cum maiores Antichristi, agnita propria nature conditione, Deum, qui omnibus præest, seipso nominare ausi non fuerint, ipse Antichristus, Deum fortem & potentem, hoc enim significat Maozim, seipsum appellabit. Nam illud, in loco suo glorificabit, positum fuit, pro se ipsum glorificabit.* Glossa interlinearis, utrumque sensum prædictum complexa, indicat verba hæc intelligi posse, vel de diabolo, quem Antichristus, vt fortem & potentem Deum colet, vel de ipsomet, qui se vt potentem & fortem Deum ab omnibus coli iubebit. Auctor historię scholasticę super Daniele, c. 12. hunc locum paraphrasticè perstringens, ita scribit: *Quod vero sequitur, Deum Maozim in loco suo venerabitur, tam Antiocho, quam Antichristo congruit. Maozim enim præsidium sonat, & Antiochus in Hierusalem præsidium posuit, atque idolum Iouis: Antichristus vero diabolum vt Deum, roboris & potentie sue auctorem, venerabitur.*

Lyra, in hunc
Danielis lo-
cum.

Theodoretus.

Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum A
 rex Austri, & cætera vsque ad illud,
 Et fama turbabit eum ab Oriente,
 & Aquilone, &c.

Refertur & re-
 fellitur inter-
 pretatio Por-
 phyrj.

ETIAM hæc verba refert Porphyrius ad regem
 Antiochum Epiphaniem : quem ait vndecimo
 regni sui anno, iuratus contra Ptolemæum Philome-
 torem regem Austri, id est, Ægypti, dimicauisse : qui
 audiens aduersum se cum numerosissimo exercitu ve-
 nire Antiochum, contra ipse quantum maximum B
 potuit congregauit exercitum. Sed Antiochus qua-
 si vehemens quædam tempestas, ingenti curruum,
 equitum, & naualis classis apparatu, & præfidis fre-
 tus, ingressus Ægyptum, plurimaloca cepit, omnia
 vastauit, magnamque vim auri, argenti, & rerum præ-
 tiosarum, deprædatus, venit in terram inclytam, seu
 gloriosam, id est, Iudæam : quam incredibiliter vexauit,
 gentemque eius innumerabilibus malis contri-
 uit. Verum facile est Porphyrium mendacij arguere. C
 Etenim, Antiochus vndecimo regni sui anno mor-
 tuus est, longissimè ab Ægypto & Iudæa, id est, vel in
 Perside, vel in Media, vel, vt aliis visum est, Babylo-
 ne. Quinimò, postquam Antiochus ex mandato Ro-
 manorum, Ægypto decedere iussus est, nunquam po-
 stea eam bello tentare aggressus est. Decedens autem
 Ægypto, primum venit in Iudæam, quemadmodum
 conici potest ex 5. cap. posterioris libri Machabæo-
 rum, & apertissimè id tradit Iosephus libro 12. Anti-
 quitatum. Quæ igitur Daniel hoc loco narrat, factum
 iri à rege Aquilonis, contra Ægyptios & Iudæos, ea D
 cum vndecimo imperij regis Antiochi anno, mini-
 mè competunt.

Interpretatio
 huius libri se-
 cundû patres,

QUOCIRCA Ecclesiastici scriptores ea verba
 referunt ad Antichristum, qui aucta mirandum in mo-
 dum potentia & imperio, decem reges, qui tunc præci-
 puè in orbe regnabunt, bello aggredietur. Quorum
 tres, sibi nempe viciniore, regem, inquam, Ægypti,
 Æthiopiæ, & Libyæ, seu Africæ, primum debella-
 tos sibi parere coget. Et hoc est, quod Daniel in qua-
 dam

A dam visione vidisse se, suprâ retulit, capit. 7. visa esse sibi decem cornua cuiusdam bestię, & postea vnum cornu modicum: quod postmodum in tantum ceteris præualuit, vt tria illorum frangeret, atque euelleret.

Hæ autem sole saluabuntur de manu eius, Edom, Moab, & principum filiorum Ammon. Antiochus, inquit Porphyrius, festinans contra regem Egypti Ptolemæum, Idumæos, & Moabitas, atque Ammonitas, qui ex latere Iudææ erant, non tetigit: ne occupatus alio bello, Ptolemæum contra se redderet fortiorem. Vel isti dicuntur euasuri manus Antiochi, quia vltro se illi dediderunt, cuiusque partes contra Iudæos secuti sunt. Quapropter, illis Antiochus, vt amicis & subditis, nihil detrimenti afferri passus est.

SED Theodoretus negat hæc conuenire in regem Antiochum: quippe qui istis populis à se bello subactis, & oppressis, ducem præfecerit Timothæum. Ipse refert ad Antichristum, & duas ponit huius loci interpretationes: vnam historicam, propterea istis populis Antichristum nihil esse nociturum, quia eo tempore futuri sint sceleratissimi, & studiosissimi sectatores Antichristi. Altera, interpretatio mystica est, ex significatione illorum vocabulorum exrompta: Edom significat rufum: Moab, quasi dicas de patre: Ammon, populum eius: significatur igitur, in persecutione Antichristi, eos fore constantes & inuictos, ideoque saluos, qui virtute sanguinis Christi, quasi purpurati, & in electum populum eius adscripti, neque ex sanguinibus, aut ex voluntate carnis, sed ex Deo patre nati fuerint: Communior est Patrum interpretatio, quam refert hoc loco Hieronymus: in regionibus istarum gentium esse præruptos montes, inuias solitudines, profundosque specus, & occultissimos ad latendum secessus. Huc igitur multi sanctorum fugientes persecutionem Antichristi, sese conferent, & abdent: atque ea ratione Antichristi manus effugient. Et ad hanc interpretationem rectè accommodari possunt quæ vaticinatus est Isaias de Moabide regione: sic enim est in cap. 16. *Abconde fugientes, & vagos ne prodas: habitabunt apud te profugi mei, Moab*

Theodoretus
duplex interpretatio.

est latibulum eorum à facie vastatoris, finitus est pulvis, con- **A**
summatius est miser, defecit, qui conculcabat terram.

CIRCA illud, quod sequitur, per Libyam quoque
& Aethiopiam transibit, sic ait Hieronymus. Hoc nostri
magis asserunt Antichristo, quàm Antiocho convenire. Si-
quidem Antiochus neque Libyam, quam plerique Africam
intelligunt, neque Aethiopiam tenuit: nisi forte, quia in eodem
climatae sunt provinciae Aegypti, & longè per deserta vicinae,
ideo captis Aegyptiis etiam iste provinciae conturbatae sint. **B**
Vnde non dicit, quod ceperit eas, sed quod per Libyas Aethiopiae-
que transferret. Antichristum verò, fertur, primò debella-

D. Hieron in
hunc locum.

Theodoretus.

turum Aegyptum, atque Libyam, Aethiopiàmque va-
staturum. Similia super hoc ipso Danielis loco scribit
Theodoretus, Haec, inquit, minimè conveniunt Antiocho,
quippe qui neque Libyam, neque Aethiopia, quin etiam nec Ae-
gypto potitus est. Iussu namq; Romanorù, ea provincia decedere
coactus est. Hoc igitur declarat, quod supra c. 7. in visio-
ne, demonstratum fuerat Danieli, ex decem cornibus
cuiusdam bestiae, tria ab vno cornu modico destitui
& reuelli: hoc est, sicut hic apertius dicitur, tres re-
ges Libyae, Aethiopiae, & Aegypti, superatum iri ab **C**
Antichristo.

Et fama turbabit eum ab Oriente, & ab Aquilone.

Somniat hoc
loco Porphyr.

ETIAM hoc loco, ait D. Hieronymus, nescio
quid de Antiocho somniat Porphyrius. Pugnans,
inquit, aduersus Aegyptios, & Libyas, Aethiopiaeque per-
transiens, audit contra se ab Aquilone, & ab Oriente bella
concitari. Vnde regressus, cepit Aradios resistentes, & om-
nem in littore Phoenicis vastauit provinciam, confestimque per-
rexit ad Artaxiam regem Armeniae, Qui de Orientis partibus
mouebatur: de cuius exercitu interfecit quamplurimos, victor
euasit. Sic Porphyrius. Cuius tamen interpretationem, **D**
Theodoretus eo redarguit argumento, quòd non O-
rientis vel Aquilonis fama, coegerit Antiochum ab Ae-
gypto recedere: sed Romanorum decretum, ab Occi-
dente, non ab Oriente missum. Ergo ad Antichristum
hoc pertinet: qui audiens Orientis vel Aquilonis reges
aduersum se comparare bellum, vel proceres Chri-
stianorum eius decreta iussaue aspernari, omni-
que contentione sese illi opponere, incredibili rabie ac
furore ad illos profigandos, & delendos rapietur
Et figet

Ad Antichri-
stū hic locus
referendus.

A *Et figet tabernaculum suum in Apadno, inter
duo maria, super montem in-
clytum & sanctum.*

ET hoc Porphyrius refert ad Antiochum, qui profectus ad compefcendas Orientis & Aquilonis seditiones, deinde tabernaculum suum posuit in quodam loco, cui nomen erat Apadno, qui inter duo flumina, Tigrim & Euphratem situs est. Verum, fig-

B *menta sunt hæc Porphyrij : nam nec ostendere po-
tuit, quis locus inter Euphratem & Tigrim, fuerit
vnuquam vocatus Apadno : & ridiculum est, quæ vo-
cat Scriptura hoc loco duo maria, ipsum duo Meso-
potamiæ flumina interpretari. Theodoretus existi-
mat, Apadno, vel, vt ipse Græcam translationem
secutus, vocat Apadnum fore certum quendam locum,
non procul Hierosolymis : in quo ad extre-
mum residebit Antichristus, atque inibi supremo
perdetur exitio : Verum, nemo diligentius hunc
locum enucleauit, quam Diuus Hieronymus. Pri-
mo, is memorat varias huius loci interpretum transla-
tiones : Symmachus ita vertit : *Et extendet papiliones
equitatus sui inter maria, super montem fortitudinis san-
ctum : & veniet vsque ad verticem montis. Theodotio
sic reddidit : Et figet tabernaculum suum in Apadno in-
ter maria, & in monte Sabin sancto, & veniet vsque ad
partem eius. Aquila verò hunc in modum transtulit :
Et plantauit tabernaculum pratorij sui Apadno inter maria,
in Sabin glorioso & sancto, & veniet vsque ad finem eius.
Soli Septuaginta interpretes, omni se nominis quæ-
stione liberantes, hoc modo interpretati sunt : Et sta-
tuet tabernaculum suum inter maria, & montem voluntatis
sanctum : quos Apollinarius secutus de nomine Apadno
planè contieuit. Hæc ideo, inquit Hieronymus, posuit, vt
& Porphyrij ostenderem calumniam : qui hæc omnia aut i-
gnorauit, aut nescire se finxit : & scripturæ sanctæ diffi-
cultatem indicarem, cuius intelligentiam, absque Dei
gratia, & maiorum doctrina sibi imperitissimi vel maxi-
mè vendicant. Notabilis sanè studiosis diuinarum li-
terarum, & digna Hieronymo, necnon ad contun-
dendam superbiam hæreticorum nostri temporis, vali-**

Figmentum
Porphyrij,
quod D. Hiero-
nyum. refert,

Quid sit A-
padno, vbi An-
tichristus fi-
xurus dicitur
tabernacu-
lum suum.

D. Hieronymi
expositio.

Difficultas di-
uinæ Scrip-
turæ sine Dei
gratia & ma-
iorum doctri-
na superari
non potest.

dissima sententia.

Vocabulum autem Apadno, eodem auctore Hieronymo, compositum est ex voce, *Apad*, quæ significat solium, seu thronum, seu palatium, & particula, *no*, quæ sonat idem, quod sui: & est sensus, Figet tabernaculum suum & thronum suum inter duo maria, hoc est, mare mortuum ab Oriente, & mare magnum, seu mediterraneum ab Occidente: in quorum medio, sita est Hierosolyma. Montem autem sanctum & inclytum, appellat, vel montem Sion: ubi erit templum, in quo Iesurus est Antichristus: vel montem Oliueti, ex quo Dominus ascendit in cælum: quo in loco fertur periturum esse Antichristum. Porphyrius interpretatur montem, qui est in Elimaide prouincia, quæ est vltima Persarum ad Orientem regio. Sed ridiculum est, montem Elimaidis, hoc est gentis superstitiosæ, & cultricis idolorum, hic ab angelo, sanctum, inclytum, vel gloriosum appellari.

Et nemo auxiliabitur ei.

Contumacia
Porphyrij.

Septuaginta, teste D. Hieronymo, sic verterunt, *Et veniet hora consummationis eius. Theodoretus ita legit, Et nemo erit, qui liberet eum.* Porphyrius, vt fuit aduersus manifestam veritatem contumax, hoc etiam interpretatur de rege Antiocho: quem ait in Elimaide prouincia, quæ est vltima Persarum ad Orientem regio, cum templum Dianæ in finitibus donariis opulentissimum spoliare vellet, fugatum esse à barbaris, qui mira veneratione sanum illud suspiciebant, & paulò post, incero consumptum, in Tabes oppido Persidis esse mortuum. Sic Porphyrius, vt refert hoc loco D. Hieronymus. Verùm de loco, ubi mortuus est rex Antiochus, supra in libro nono, satis copiose & accuratè dictum est. In præsens autè patet esse falsum, quod ait Porphyrius. Nam cum extrema verba huius capituli, cum proximè antecedentibus omninò cohareant, & illa nō dici de Antiocho, manifestis argumētis ostensū sit: necessariò sequitur, hæc quoque ad Antiochū referri nō posse.

Pertinent igitur, vt interpretaantur omnes scriptores Ecclesiastici, ad Antichristum: cuius interitus, his verbis

Refellit
Porphyrius

A verbis describitur. Sciendum autem est, Antichristum ad extremam prouectum impietatem ac superbiam, in finem simulaturum se mori, & rursus ad vitam redire. Hoc tradunt Haymo & Beda, super 13. c. Apoc. idque colligi putant ex verbis Ioannis, quæ sunt in eo capite. *Et vidi vnum de capitibus bestie, id est, vnum de principibus ministris diaboli, ipsum videlicet Antichristum, quasi occisum in morte, id est, videbatur esse mortuus, quia mortem simulabat: & plaga mortis eius curata est, id est, finixit se rursus quasi extincta morte reuiuiscere. Cuius rei spectaculo, eui ingenti miraculo obstupere omnes: vnde sequitur, Et admirata est vniuersa terra post bestiam: & adorauerunt eam: quia quis similis bestie, & quis poterit pugnare cum ea? Habeo eiusdem sententiæ grauissimum testem & auctorem Gregorium, qui libro vndecimo Epistolarum, ex Registro indictionis sextæ, capite 3. ad hunc modum scribit: Veniens in mundum Antichristus, diem sabbathi & diem Dominicum ab omni iubebit opere custodiri. Nam quia simulaturus est mori se, ac resurgere, ideo diem Dominicum in veneratione haberi precipiet. Quia vero Iudæi dare populū compellet, vt ritus Mosæica legis renocet, & Iudeorum sibi subdat perfidiam, diem sabbatum obseruari coget. Hæc Gregor.*

Post simulatam igitur resurrectionem, spectante infinita hominum turba, ascendet in verticem montis Oliueti, vnde Dominus assumptus est in cælum: sic enim hoc loco præsignificauit Daniel, & simulabit se in cælum redire velle, vnde ad homines descenderat, atque ipsum extollentibus, specie angelorum dæmonibus per aëra euehetur in cælum cunctis admirantibus, & diuinitati eius acclamantibus. Sed eo ipso temporis puncto, Dominus Iesus, vt Paulus docet in cap. 2. posterioris epistolæ ad Thessal. interficiet eum spiritu oris sui: id est verbo vel imperio suo. Ad quod confirmandum affert Hieronymus. verba Isaie ex cap. 25. secundum translationem, non septuaginta interpretum, vt hic putauit Carthusianus, sed Symmachi, vt in commentario eius loci tradit D. Hieron. Quod autem Antichristus, ait Hieronymus, venturus sit usque ad summitatē montis sancti & inelyti, & ibi periturus, Isaias plenus loquitur, dicens: Precipitabit Dominus in monte sancto

Locus ex 13. c. Apoc. explicatur. Antichristus simulabit se mori, & postea ad vitam redire.

Antichristus obseruaturus est diem Dominicum, & diem sabbathi ex Diuisi Gregor. lib. 11. c. 3. ad Rom. Actor.

Interitus Antichristi.

Quo verbo
Christi occi-
dendus sit An-
tichristus,
Contest. in hi-
stor. Dan. c. 12.

Sententia La-
tanti de An-
tichristi exitu
& interitu.

Hæc sunt c. 9.

faciem dominatoris tenebrarum super omnes gentes, & eū, qui A
dominatur in cunctis populis, & vnctionem, qua vncta est, con-
tra vniuersas nationes. Tunc ergo nullus, vt ait Daniel,
auxiliabitur Antichristo: tunc, quemadmodum idem
supra dixit c. 8, impius ille sine manu conteretur: id est,
non bello, non ferro, non humanis viribus, sed inuisibili
Christi potentia exanimatus interibit.

Quoniam autem Paulus dixit eum Christi verbo
occidendum iri, quæri posset, quali Christi verbo sit occi-
dendus. Solus omnium, quos adhuc legerim, au-
tor scholasticæ historiæ id expressit, Ascendente, in-
quit, per aëra Antichristo, audietur vox Christi, de caelo mis-
sa, moreæ: & confestim fulmine percussus interibit. Hæc non
vt mihi explorata certaquæ, sed vt ab aliis prodita,
nec iniucunda lectori futura, hîc referre volui. La-
tantius capite 17. & 18. libr. 7. diuinarum institutio-
num, Antichristi exitium & interitū secus enarrat. Non
pigebit ex eo loco verba eius hunc in locum tran-
scribere. Cum hæc ita, inquit, gerentur, iusti, & seclato-
res veritatis segregabunt se à malis, & fugient in solitudines.
Hinc impius rex inflammatus ira veniet cum exercitu magno,
& admotis omnibus copiis, circumdabit montem, in quo iusti
morabuntur, vt eos comprehendat: illi verò vbi se clausos vn-
diq; atque obsessos viderint, clamabunt ad Deum voce ma-
gna, & auxilium cæleste implorabunt. Quorum aucipiti pericu-
lo & miseranda consolatione commotus Deus, mittet protinus
liberatorem.

Tunc aperietur cælum medium, in tempesta nocte, & tene-
brosa, vt in orbo toto lumen descendantis Dei, tanquam fulgur
appareat. Qui priusquam descendat hoc signum dabit: cadet
repente gladius de caelo, vt sciant iusti, ducem sanctæ militiæ
descensurum, & descendet ille comitantibus angelis in medium
terræ. Virtus autem angelorum tradet in manus iustorum, mul-
titudinem illam, quæ montem circumfuderit, & concidetur ab
hora tertia vsque ad vespèrum, & fluet sanguis more torren-
tis: deletisque omnibus copijs, impius solus effugiet, & peribit
ab eo virtus sua. Hic est autem, qui appellatur Antichristus:
sed se ipse Christum mentietur, & contra verum dimicabit, &
victus effugiet, & bellum sæpè renouabit & sæpè vincetur, do-
nec quarto pralio, cõfectis omnibus impijs, debellatus, & captus,
tandem scelerum suorum luet penas. Hæc Latantius.

BENE

BENEDICTI PERERII SOCIE- TATIS IESV,

Commentariorum in Daniele,

LIBER XV.

CAPVT DVODECIMVM.



N tempore autem illo, consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse ceperunt, usque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his, qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt: * alij in vitam eternam, & alij in opprobrium, ut videant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt * quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas aternitates. Tu autem Daniel, claude sermones, & signa librum usque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et * dixi viro, qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis, usque quo finis mirabilium? Et audiui virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, * cum eleuasset dexteram & sinistram suam in caelum, & iurasset per viuentem in aeternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa haec. Et ego audiui, & non intellexi. Domine mi, quid erit post haec? Et ait, vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones, usque ad praefinitum tempus. Eligentur, & dealbabitur, & quasi ignis probabuntur multi: & impii agent impij, neque intelligent omnes impij: porro docti intelligent. Et a tempore, cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille, ducenti, nonaginta.

Beatus

* Matth. 25.

46.

Mat. 13. f. 4.

* Sap. 3. 7.

Mat. 13. 43.

* Dixit habent

2. M. S. Rom.

& Heb. exem-

plar.

* Apoc. 10. 5.

Beatus, qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem vade ad profinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua, in finem dierum.

Huc vsque Danielem in Hebræo volumine legitimus. Que sequuntur, vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

PERGIT angelus Gabriel prænnunciare Danieli, ea, quæ tam ipso tempore persecutionis Antichristi, quàm transacto eo tempore, sub finem mundi ventura sunt. Porphyrius quidem, vt superiora, ita quæ traduntur hoc capite, de rege Antiocho Epiphane interpretari, quoquo modo contendit: verum, tam inscienter, tam insulse, denique tam absurdè, vt ridere magis libeat, & contemnere tantam hominis, vel inscitiam, vel impudentiam, quàm confutare sententiam. Sed nimirum, vsque adeo mentem eius obcæcauerat odium Christiani nominis & doctrinæ, vt clarissimam veritatis lucem, aut non viderit, aut vidisse se dissimulans, eam peruersarum interpretationum offusus tenebris, obscurare, atque aliis eripere conatus fuerit. Audi, quemadmodum hoc loco eum diuus Hieronymus scitè derideat, Haftenus, inquit, Porphyrius, utcumque se tenuit, & tam nostrorum imperitis, quàm suorum malè eruditissimos imposuit. De hoc capitulo quid dicturus est? in quo mortuorum describitur resurrectio, alijs suscitatis in vitam æternam, & alijs in opprobrium sempiternum? nec potest dicere, qui fuerint sub Antiocho fulgentes quasi splendor firmamenti: & alij quasi stelle in perpetuas æternitates. Sed quidem facit pertinacia: Quasi contritus coluber, eleuat caput, & moriturus in eos, qui morituri sunt, venena diffundit. Sic Hieronymus. Nos fictitias eius interpretationes, suo quamque loco prodentes, refellemus.

Summa huius
capitis.

Contumacia
& cecitas Por-
phyrij.

D. Hieronymi
in Porphyriū
sententia.

In tempore autem illo consurget Michaël
princeps magnus, qui stat pro
filijs populi sui.

Signi

A **S**IGNIFICATUR his verbis illud tempus, quo vigebit persecutio Antichristi, appropinquante iam mundi huius fine. Tunc enim Michael, qui summus creditur ordinis archangelorum, & olim praeses fuit Synagogae, custosque ac defensor populi Hebraei, postea vero propter necem Messiae, reprobata reiectaque Synagoga, in tutelam & defensionem transit Ecclesiae, hic, inquam, Michael, extremis illis mundi temporibus omnem suam vim, atque potentiam intendet atque conferet (hanc enim vim & notionem habet verbum

B illud, *consurget*) in auxilium bonorum, qui in illa persecutionis acerbitate, in summis constituti angustiis, maioribus quam credi possit malis conflictabuntur. Nec solus Michael, inuisibilis erit defensor Ecclesiae: sed etiam ipsorum hominum quidam, praeter ceteros sanctitate praestantes, sese opponent Antichristo, & ceterorum erunt fortissimi duces, acerrimique propugnatores Ecclesiae. Horum duo erunt principes & antesignani, Christianae veritatis testes ac praecones: de quibus Ioannes in Apocalypsi capite undecimo, praenunciata extremi illius temporis vexatione Ecclesiae, haec

C subiungit. *Dabo duobus testibus meis*, os nempe & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarii: & *propheta-bunt*, vel breui futurum praedicantes finem illius persecutionis, extincto Antichristo, & mox venturo ad iudicandum mundum Christo domino: vel praedicantes fidem Christi, & diuinam scripturam interpretantes. & Antichristi mendacia detegentes ac redarguentes: *diebus mille ducentis sexaginta*. Hoc tempus continet tres annos circiter & dimidium annum: tanto enim tempore praedicaturos Eliam & Enoch, antiqua traditione

D proditum, & a patribus confirmatum est. *Amicti saccis*, ut non solum verbo, sed etiam habitu ipso, poenitentiam praedicent. Deinde Ioannes comparat eos duobus candelabris & duabus oliuis. Candelabra dicuntur, quia in densissima illa persecutionis caligine, lucem veritatis hominibus ostendent. Oliuae appellantur, quasi oleo spiritus Sancti, per gratiam, largissime vincti: vel quia magnam exercebunt misericordiam, afflictos consolando, infirmos roborando, nutantes in fide succedendo, denique

Enoch & Elias testes futuri veritatis aduersus Antichristum.

Locus Apoc. ex c. ii. explicatus.

denique sustentando omnes promissione diuini auxiliij, mox ipsis, Antichristo perempto, affuturi. A

Eliam ante Iudicium venturum certissimum est.

SED qui erunt illi duo testes? De Elia non video dubitari. Nam & hunc videtur Ioannes significasse eo ipso loco, cum subiecit, *Ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & rursus, Hi habent potestatem claudendi celum, ne pluat diebus propheta ipsorum: quibus verbis haud dubiè indicauit Eliam, de quo legitur Ecclesiastici capite 48. Et surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat: verbo domini continuit celum, & deiecit à se ignem terræ.* Nota est lectori historia, ex libro tertio regum, cap. 17. & ex libro quarto regum, capite 1. Ex his, quæ dicta sunt palàm est, non rectè Lactantium libro septimo, cap. 17. vnum dumtaxat prophetam venturum contra Antichristum, memorare. B

Elias Iudæos ad fidem conuertet.

Theodoretus hoc loco scribit, sæuiente in bonos Antichristo, Michaëlem omnino moliturum, vt Elias adueniens, domini nostri prænunciet aduentum, quò Iudæi, qui tunc extiterint, salutem consequentur. Beatus Augustinus libro vigesimo, de ciuitate Dei, cap. 29. *Per Eliam, inquit, magnum mirabilemque prophetam, exposita sibi lege, vltimo tempore ante iudicium, Iudæos in Christum dominum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibusque fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicis saluatoris, non immeritò venturus creditur. Cum venerit ergo, exponendo legem spiritualiter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt, ad Christum verum eos conuertet. Nec modò, quod diximus de Elia, & proditum est à patribus, id sola ex traditione fidem capit: sed etiam ex ipsa scriptura. Nam Malachias extremis verbis suæ prophetiæ hoc ipsum vaticinatus est de Elia: facit enim Deum hæc loquentem. Ecce, ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.* Loqui Malachiam propriè & secundum literalem sensum, de Elia propheta, & non de Ioanne Baptista, vt putauit Iansenius, explanans quadragesimum octauum caput Ecclesiastici, indicant verba illa Malachiæ, *Antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, quo, haud dubiè significatur secundus Domini aduentus, qui futurus est magnus* C

D

D

- A** est magnus & horribilis, cuiusque testis & præco futurus est Elias. Confirmat hoc auctor libri Ecclesiastici in capite quadragesimo octavo: ubi laudans Eliam prophetam, & de ipso commemorans prædicta verba Malachiae, sic ait: *Qui scriptus es in iudicijs temporum, lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Jacob.* Nam quod ait Iansenius super his verbis, auctorem libri Ecclesiastici, secutum esse receptam suo tempore Iudæorum opinionem, qui existimabant, vaticinium Malachiae pertinere ad personam Eliæ prophetæ, qui antecessurus esset Messiam: cum id tamen non esset implendum in propria persona Eliæ, sed in Ioanne Baptista, qui præueniens primum Christi aduentum, in spiritu & virtute Eliæ, venturus erat, sicut ab Angelo Gabriele, & à Christo domino declaratum est in Euangelio; hoc, inquam nec mihi placet, nec opinor doctis & piis viris placebit. Quale enim est, sacrum & canonicum scriptorem, in scriptura canonica secutum esse, vel falsam, vel incertam hominum opinionem: in quo ipse, vel falsus sit, vel alios sibi absque dubitatione, ut par erat, credentes, fefellerit, atque in errorem induxerit. Verum de Elia satis.

Quis futurus sit alter ille testis, & Eliæ socius, deinceps excutiamus. Victorinus in commentariis suis in Apocalypsim enarrans caput vndecimum, affirmat alterum illum testem domini aduersus Antichristum, fore Hieremiam, idque colligit ex illis verbis domini, quæ sunt in capite primo Hieremiae: *Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te.* Sed Hieremias adhuc non prophetauit gentibus,

- D** nam olim cum vixit, solis Iudæis prophetauit: ergo venturus etiamnum est, ut propheteret gentibus, scilicet tempore Antichristi. Verum, leue est hoc argumentum. Nam propterea Hieremias dicitur prophetauisse gentibus, quia non tantum prophetauit in Iudæa, sed etiam in Ægypto, & in Babylonia, videlicet per scribam suum Baruch, & per epistolam, quam scripsit ad Iudæos, qui in Babylonia morabantur. Vel quia non tantum prædixit exilium Iudæorum, sed etiam aliarum

Luc. 1.
Matth. 11.
& 17.

Quis futurus sit Eliæ socius aduersus Antichristum.

Locus ex c. 1. Hieremias: & an Hieremias venturus sit cum Elia.

Ioachimus
Abbas.

Aut Moses vé-
rurus sit cum
Elia.

Cum Elia vé-
rurus esse
Enoch.

rum gentium, vt Ægyptiorum, Moabitarum, Ammo-
nitarum, Philistinorum, denique Chaldæorum. Ioa-
chimus Abbas in commentariis suis in Apocalypsim,
alterum testem & socium Eliæ futurum esse cenet,
Mosem. Nam sicut ambo in transfiguratione Domi-
ni apparuerunt, tanquam testes prioris Christi aduen-
tus: sic iidem in consummatione seculi, testes ac præ-
cones venturi sunt, posterioris Domini aduentus.
Huic opinioni accessit Gagnæus in scholiis suis super
vndecimum caput Apocalypsis: neque putat huic opi-
natiōi officere, quod Moses sit mortuus. Nam sicut
tempore transfigurationis, reuocatus est ad vitam, vt
priori aduentui Christi testimonium perhiberet: ita
rursus in consummatione seculi, ad prænunciandum
Christi posteriorem aduentum, ex mortuis excitabi-
tur. Adiuuare videtur hanc sententiam Ioannes in
Apocalypsi, capite vndecimo, scribens, duos illos tes-
tes, potestatem habituros super aquas, conuertendi
eas in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga.
Cum enim hoc in Ægypto Moses fecerit, videtur Ioa-
nes his verbis eum ipsum significare voluisse. Sed ve-
rior est communis, & ab antiquis temporibus re-
cepta in populo Christiano, sententia: duos illos tes-
tes futuros Eliam & Enoch. Lege Chrylostomum su-
per secundum caput posterioris epistolæ ad Thessalo-
nicenses, & B. Gregorium libro decimoquarto mo-
ralium, capite vltimo, & in homilia duodecima su-
per Ezechielem. Neque caret communis hic populi
Christiani sensus, vel testimonio Scripturæ, vel ratio-
ne probabili. Siquidem in quadragesimo quarto capit,
Ecclesiastici, sic est, *Enoch placuit Deo, & translatus est in
paradisum, vt det gentibus penitentiam, id est, vt sub extre-
ma mundi tempora veniens, sua prædicatione & bo-
nos confirmet, & malos ab Antichristo seductos, cor-
rigat, atque ad penitentiam adducat.* Sanè, cum adhuc
videre Enoch certum sit, vt docet Augustinus libro
secundo de natura & gratia, contra Cœlestium &
Pelagium, capite vigesimo tertio, nulla profecto alia
idonea ratio esse potest, cur is, tot millia annorum,
tanto diuinæ potentie miraculo seruetur in vita, nisi
quia instante mundi huius dissolutione, testis veritati
Christi

A tis Christiana venturus est aduersus Antichristum.

HIPPOLYTUS autem in oratione de consummatione seculi, & Ambrosius Catharinus super secundum caput Geneleos, his duobus, tertium adiungunt, Ioannem Euangelistam, quem existimant non esse mortuum, sed translatum esse in paradysum terrestrem: ibique simul cum Enoch & Elia mansurum, vsque ad tempus Antichristi. Videtur enim valde congruum esse, vt quemadmodum tres floruerunt in mundo leges: prima fuit lex naturæ, sub qua vixit

Secundum Hippolytum & Catharinum, cum Enoch & Elia etiam Ioannem venturum esse.

B Enoch: altera lex Mosaisca, cuius ardentissimus prædicator fuit Elias: tertia lex Euangelica & Christiana, quam Ioannes verbis pariter, atque scriptis per totum orbem publicauit: ita ex vnaquaque earum trium legum, vnus aliquis existeret grauissimus testis aduersus Antichristum. Aræta, qui ex Græcorum Patrum sententiis commentarios composuit in Apocalypsim, explanans vltima illa verba capituli decimi,

Oportet te iterum prophetare gentibus, populis, linguis, & regibus multis: nonnullos refert, ex hoc loco Ioannis argumentari voluisse, Ioannem viuere adhuc, & venturum extremo seculo ad prophetandum contra Antichristum. Postquam enim rediit ex insula Pathmos, nusquam legitur Ioannes prophetasse multis

Locus ex c. 10 Apocalypsis.

C regibus, & gentibus: nondum igitur illud vaticinium completum est: sed in posterum impleri debet. Verum infirma est hæc argumentatio. Illis namque verbis significatur, Ioannem, præter visiones propheticas, quas habuerat vsque ad illud tempus: alias complures, pertinentes ad varias gentes, deinceps habiturum, quæ nimirum visiones in sequentibus capitibus descriptæ sunt. Vel significatur, & hoc similius vero multis videtur, Ioannem, postquam fuit ab

D exilio reuocatus, id est, post descriptionem Apocalypsis, prophetaturum, id est, scripturum Euangelium, per quod ipse, plurimis regibus, populis, & gentibus prophetauit, & vsque in finem mundi prophetabit. Neque verum est, quod isti sumunt quasi verum & certum, diuum Ioannem adhuc viuere: nam eum esse mortuum, vetus est, & multorum grauium ac nobilium auctorum sententia: ira enim tradunt

Ioannem esse mortuum probatur.

KK

Hier-

Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, Augustinus in tractatu ultimo super Euangelium Ioannis, Eusebius item libro tertio historiae Ecclesiasticae, cap. vigesimo quinto: citans ad hoc probandum verba Polycratis, qui fuit Apostolorum discipulus. Neque contemnendum videri debet huius rei argumentum: Non esse morem Ecclesiae, eorum, qui necdum vita decesserunt: sed mortuorum dumtaxat, festos dies anni versarios agere, eorumque memoria in templis publice, sacris officiis atque sacrificiis recolere: quod tamen per singulos annos facit erga Ioannem. Illi ergo duo testes, Enoch & Elias, praedicabunt per tres annos & dimidium: quo expleto tempore, occisi ab Antichristo, martyrij gloriam consequentur. Hoc docet Hippolytus: & plane significat Ioannes cap. 11. *Testimonium*, inquit, *dicent, dies mille ducentos sexaginta*. Quod tempus continet tres annos & sex menses, minus quindecim dies. Post eorum necesse saevissima existet persecutio Antichristi, quam significavit angelus iis verbis, quae proximè sequuntur,

Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse coeperunt, usque ad tempus illud.

I N T E R P R E T A T U R hanc Porphyrius, de tribulatione Iudaeorum, quam ipsi à rege Antiocho Epiphane passi sunt; quam ipse arbitratur fuisse maximam omnium, quae usque ad illud tempus Iudaeis acciderant: Verum, ignorantione temporum, & historiarum inscitia, falsus est Porphyrius. Siquidem persecutio & tribulatio, quam septuaginta & quadringentos annos ante regem Antiochum, passi sunt Iudaei à rege Chaldaeorum Nabuchodonosor, illam regis Antiochi dupliciter superavit: & duratione, quia septuaginta annos perduravit: Iudaeis toto eo tempore extra patrias sedes, miserissima oppressis servitute: & magnitudine, atque acerbitate: omnibus enim Iudaeis, vel ferro caesis, vel captivis Babylonè abstractis, in cœlo templo, eversa civitate, vastataque omnifariam regione nullus

Inscitia
Porphyrij.

Comparatio
persecutionis
Antiochicæ
persecutione
Nabuchodo
nosor.

A nolius fuit, qui tunc restiterit Chaldaeis, aut eorum manus euaserit. In persecutione autem regis Antiochi, non tantum, nec tam diuturnum malum fuit: intra sex enim annos constitit. Et quamuis magna fuit clades Iudaeorum, non sunt tamen illi patriis sedibus exterminati: quin etiam fuere multi, & horum principes, atque duces Machabaei, qui non tantum audacter, & fortiter ducibus Antiochi obstiterunt: sed etiam saepe, parua manu, numerosissimos eorum exercitus profligarunt, gentique suae ademptam libertatem, armis uiuicarunt. Ergo supradicta verba angeli, non de tribulatione regis Antiochi: sed de persecutione Antichristi aduersus Christianos, interpretanda, atque intelligenda sunt. De qua nimirum tribulatione similiter dixit Dominus noster in Euangelio Matthaei, cap. 24. *Erit tribulatio, qualis non fuit ab initio, neque erit.* Tradunt Patres, tantam fore persecutionem Antichristi, ut eo tempore omnes Christiani, aut futuri sint martyres, aut emiraturi, sint fidem Christi: aut, qui nec uolent fidem deserere, nec tamen fortes erunt tantis perferendis cruciatibus, huius more ferarum, laiciturum sint in solitudinibus, & speluncis.

B **C** **D** **E** **F** **G** **H** **I** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **V** **X** **Y** **Z**

C **E** **R** **I** **T** autem duplex persecutio Antichristi, una quidem corporalis: altera uero spiritualis. Corporalis quidem erit omnium grauissima, tum multitudine, tum magnitudine tormentorum. Nam, quae, uel audiuius, uel legimus fuisse ullo tempore Christianis admota tormenta, ea fertur, uelut ludum, & iocum fuisse, prout erunt tormenta, quibus Christianos torquet Antichristus. Indicauit hoc Daniel capit. 7. illis uerbis: *Ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & preualebat eis, & sanctos Altissimi conteret.* Et cap. 11. *Ruent, inquit, plurimi in gladio, in flamma, in captiuitate, & in rapina.* Ioannes quoque in Apocalypsi, capit. 13. praedicat, datum iri Antichristo, ut bellum faciat cum sanctis, & vincat eos. Vincet autem sanctos, uel corporaliter: quia multi manus ipsius non poterunt effugere, sed ab eo crudelissime necari, gloriose mortis triumphum in caelis agent: uel etiam spiritualiter: multi enim Christianorum, qui generali uocabulo nominantur sancti, aut etiam, qui habentur tunc sancti,

Quanta futura sit persecutio Antichristi.

Duplex persecutio Antichristi, corporalis, & spiritualis.

Locus Apocalypsis ex c. 13.

Quomodo Antichristus vincet sanctos.

Quinque genera persecutionum Ecclesie.

Persecutio spiritualis.

& fortasse eo tempore facti erunt, Antichristi, vel allecti A
 muneribus, vel tormentis deterriti, à fide Christi deficiant. Denique persecutionum & tribulationum, quas diuersis temporibus passa est Ecclesia, quinque insigniora & nobiliora genera numerare ac distinguere licet. Primò enim, passa est Ecclesia in ortu & infantia sua persecutionem à Iudæis, nascentis Christianæ religionis primordia, opprimere & extinguere conantibus: Deinde, à Gentilibus, Christianorum corpora exquisitissimis & acerbissimis cruciatibus variè torquentibus. Decem imperatorum Romanorum aduersus B
 Christianos, videlicet à Nerone vsque ad Constantinum Magnum, persecutiones. Vide apud Diuum Augustinum in libro 18. de ciuitate Dei, capite 52. Tum, ab hæreticis, veritatem & sinceritatem fidei Catholicæ impugnantibus. Postea à schismaticis, unitatem Ecclesie disceptantibus, & obedientiam vnus capitis, atque pastoris abiicientibus. Postremò à malis Christianis, integritatem disciplinae Christianæ, probritatemque morum, quantum in ipsis est, dissoluere ac labefactare volentibus. Hæc autem omnia persecutionum, ac tribulationum genera, vnus persecutionis Antichristi magnitudo & atrocitas continebit.

VERVM TAMEN longe acrior & exitiosior erit C
 persecutio spiritualis, in qua quæ mala futura sint, multis verbis indicat Hippolytus in oratione de consummatione seculi. Toller enim de medio Antichristus omnes sacras imagines. Prohibebit omnes cantus, preces, & officia Ecclesiastica, Tempora omnia aut funditus euertet, aut in usum, abernarum & stabulorum conuertet. Comburet omnes libros sacros, quoscumque inuenire poterit; & vt scribit Lacti, cap. 17. libro 7. viros iustos, libris prophetarum obuolutos cremabit. Vtabit administrationem, usumque sacramentorum, præcipue verò Baptismi & Eucharistie; quemadmodum Antiochus vetuit Iudæos circumcidi, & iuge sacrificium eorum abstulit. Fore autem eo tempore maximam baptizandi infantes Christianorum difficultatem, indicat B. Augustinus libro 20. de ciuitate Dei, capite 8. Per tres porrò annos & dimidium Eucharistie

A ristie sacramentum non erit in locis publicis, nec publice debitus ei honor & cultus adhibebitur: sed priuatum & occultè seruabitur & honorabitur à Christianis. Ad hæc, uerabit Antichristus, quemquam signare se signo crucis: & hoc signum ex omnibus locis, ubicūque erit, auferri præcipiet. Pro signo autem crucis Christianorū, dabit ipse sui amatoribus & sectatoribus, suum characterē & signum, quod qui non gestauerit, aut in fronte, aut in dextera: ut Ioannes inquit in Apocalypsi cap. 13. non poterit emere quicquam, vel vendere, vel alia, quæ ad commoditatem humanæ uitæ pertinent, commercia tractare. Quod autem Antichristi futurum sit in signis, variè traditur: sed inter plures tamen conuenit, fore vel hoc, *Nego Baptisma, vel, Nego Iesum.*

Antichristus præcipue conabitur, de modo tollere Baptismum, Eucharistiam, & signum crucis.

Symbolum & insigne Antichristi.

In tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit in libro.

C SALVI erunt ex Iudæis, inquit hoc loco angelus Danieli, extremo illo mundi tempore, scruentē in bonos Antichristo: non quidem omnes Iudæi, sed, interprete Theodoro, quicumque Eliæ prædicationi obtemperantes, salute digni erunt: scilicet, quos Deus iam inde à principio præcognouit: Dei quippe cognitionem, librum angelus nuncupauit. Ergo notitia Dei, quæ prædestinauit eos, quibus præsciuit se daturum uitam æternam, per quandam similitudinem, & hic, & compluribus aliis Scripturæ locis, liber appellatur. Audi. B. Augustinum in libro vigesimo de ciuitate Dei, cap. 15. de huiusmodi libro, in quo scripti dicuntur electi, ad hunc modum scribentem: *Non Deum liber iste commemorat, ne obliuione fallatur: sed prædestinationem significat eorum, quibus æterna dabitur uita. Neque enim nescit eos Deus, & in hoc libro legit, ut sciat: sed potius ipsa eius præsentia de illis, quæ falli non potest, liber est uitæ, in quo illi sunt scripti, id est, prædestinati.* Variè autem Scripturæ describit hanc Dei præcognitionem electorum: namque hic eos appellat scriptos in libro: præcisè, in epistola ad Philipenses cap. 4. dicuntur eorum nomina scripta in libro uitæ: apud Lucam cap. 10. dicuntur eorum nomina scripta in cælis: Ioan-

Iudæi in fine saluandi.

Liber Dei, in quo scripti sunt electi, quid sit.

nes verò in Apocalypsi, dixit eos scriptos esse in libro vitæ agni.

Quanti facien-
dus sit liber
vitæ.

TANTUM potest esse hic liber, ut qui in eo scriptus non fuerit, vitam æternam consequi nequaquam possit. Etenim Ioannes in Apocalypsi capite vigesimo primo, cum locus esset de cælesti ciuitate, subdit: *Non intrabunt in eam, nisi qui scripti sunt in libro vitæ agni: & vltimis verbis capit. 20. Quicumque, inquit, non est inuentus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.* Et hoc loco angelus dixit, eos duntaxat in persecutione Antichristi fore saluos, qui scripti fuerint in libro. Omnes autem, qui in hoc libro non sunt scripti, eos omninò perituros, æternisque mactandos suppliciiis declarat Ioannes in Apocalypsi c. 13. 17. & 20. Quin pro maximo præmio pollicetur Deus iustis, apud Ioannem in Apocalypsi capite tertio, non deleturum se nomina eorum de libro vitæ: & Dauid in Psal. 23. vbi maximam pœnâ imprecatus & minatus est impiis hominibus, dicens; *Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.*

Locus Psalmi
28. explicatur.

Quomodo
possit aliquis
deleri de libro
viuentium.

D. August.
Conc. 2. in Pf
68.

a Ioann. 19.
b Rom. 21.

VERVM, hi duo posteriores Scripturæ loci, ferunt secum nonnihil quæstionis, quomodo qui scripti sunt in hoc libro, deleri vnquam possint. Siquidem, qui semel prædestinatus est, non potest non semper esse prædestinatus: neque is gratia illa prædestinationis potest vnquam excidere. Hanc quæstionem posuit & explicuit Augustinus, tractans prædictam in Psalmo sexagesimo octauo sententiam: sic enim scribit. *Fratres, non debemus intelligere, quod Deus quemquam scribat in libro vitæ, & postea deleat ipsum: si homo a dixit, quod scripsi scripsi, de titulo, in quo scriptum erat, rex Iudeorum: Deus quemquam scribit & delerit: Præfatus est, prædestinauit omnes ante constitutionem mundi regnuros cum filio suo in vita æterna. Hos conscripsit, ipsos continet liber vitæ. Et in Apocalypsi scriptum est: Consentient illi, id est Antichristo omnes, qui non sunt scripti in libro vitæ. Ergo non ei consentient quicumque in libro vitæ scripti fuerint. Quomodo igitur de libro vitæ delentur, qui in eo nunquam scripti sunt?* Hoc dictum est secundum spem ipsorum, quia ibi se scriptos putabant. Quid est deleantur de libro vitæ nisi, etiam ipsis constet, non se in libro esse. Sicut Iudei, qui sperabant se tanquam

A merito iustitiæ suæ in libro Dei esse scriptos, quibus dixit Do-
 minus: *Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æ-*
ternam habere, cum perducta fuerit damnatio eorum, ad ipso-
rum etiam cognitionem, delebuntur de libro viventium, id est,
non ibi se esse scriptos agnoscent. Nā versus sequens, exponit
quod dictum est, & cū iusti non scribantur. Dixi ergo, deleantur,
secundum spem eorum, secundum autem equitatem tuam,
quid dico? non scribantur. Hactenus ex Augustino. Voluit
B *igitur David, ut Deus ita tractaret impios homines, ut*
& ipsimet, & alibi omnes liquidò intelligerent, ipsos
nunquam fuisse scriptos in libro vitæ, id est, non fuisse
ex eorum numero, quos Deus ab æterno elegerat &
ad vitam æternam prædestinaverat.

B. THOMAS in prima parte, quæstione 24. dispu-
 tans de libro vitæ, docet, quosdam esse in hoc libro
 scriptos simpliciter, & hos esse, qui secundum Dei propo-
 situm, ad consequendam æternam vitam prædestinati
 sunt: atque hos nequaquam deleri posse. Alios esse,
 qui tantummodo secundum quid, in libro vitæ scri-
 pti sunt, hoc est secundum solam gratiam præsentis
C iustitiæ, in qua nonnunquam & aliquandiu perman-
 ent. Sed quia isti non sunt de prædestinatis: non
 enim permansuri sunt in gratia, & ad extremum, cum
 peccato mortali decessuri sunt, propterea non simpli-
 citer, sed secundum quid, dicuntur in libro vitæ scri-
 pti. Ergo & prædestinati secundum quid dici possunt
 deleri de libro vitæ: videlicet ea ratione, ut versan-
 tur aliquando in peccatis: & habita ratione huius
 temporis atque status, indigni sunt vita æterna, rei-
 quæ æternæ damnationis. Similiter etiam reprobis, & ut vo-
D cantur in scholis, præciti, dici possunt secundum quid,
 scribi in libro vitæ: quia nonnunquam, & quidam
 sanè ad longum tempus, sunt in gratia Dei, & secundum
 quem statum, sunt filij Dei, & digna vita
 æterna, quàm, si in eo statu perseverarent, proculdubio
 consequerentur.

H V I V S rei figuram putant fuisse nonnulli librum
 illum Ezechieli ostensum, qui erat scriptus intus &
 foris: & interior quidem scriptura eius continebat
 electos ac prædestinatos, qui verè & coram Deo scri-
 pti sunt in libro vitæ: exterior autem scriptura con-
 tinebat

D. Thom. in 2.
 par. q. 24. art. 3.

Alios esse scri-
 ptos in libro
 vitæ simpliciter,
 alios secun-
 dum quid ab-
 scribit.

Liber Ezechie-
 lis, scriptus fo-
 ris & intus, ca-
 2.

tinebat alios, qui ad aliquod tempus sunt in gratia Dei, & vel suo, vel aliorum iudicio scripti esse in libro vitæ existimantur.

Euthymius.

Triplex Dei liber.

EUTHYMIUS super Psalmo 68. & 138. triplicem in Sacra scriptura reperiri librum affirmat: *Liber Dei*, ait ipse, est summa eius scientia: Scriptura vero, perpetua memoria. Per libros enim variam & multiplicem Dei cognitionem diuina litera figurant & intelligunt. Est autem triplex diuina scientia liber, & vnus quidem magis est vniuersalis, in quo omnes tam iusti quàm peccatores in hanc mortalem vitam venturi, & postea morituri scribuntur: quem David insinuauit in Psal. 138. dicens: In libro tuo omnes scribentur, hoc est, tam perfecti quàm imperfecti. Alter liber scientiæ Dei, est magis priuatus, in quo soli iusti scribuntur, quos etiam solos Deus nosse dicitur, scilicet cognitione approbationis, vnde cecinit David Psalmo primo: *Novit Dominus viam iustorum*: & Paulus secunda ad Timotheum secundo, *Firmum*, inquit, *fundamentum Dei stat: novit dominus qui sunt eius*. Et hunc librum significauit David Psalmo 68. cum dixit de impijs: *Et cum iustis non scribentur*. Tertius liber est, in quo peccatores scribuntur: de quo libro supra capite septimo, scripsit Daniel, *Iudicium sedet, & libri aperti sunt, & ex his iudicati sunt viuentes & mortui*, vt ait Ioannes in Apocalypsi capite vigesimo. Sic Euthymius. Verum de libro vitæ, quatenus ad loci huius Danielis explicationem pertinebat, satis dictum sit.

Catharini opinio de prædestinatione, reprobatur.

QUANQUAM illud quoque monere lectorem volumus, locum hunc Danielis valere ad confutandam opinionem Ambrosij Catharini, qui in libro suo de prædestinatione, eos, qui æternam vitam consecuturi sunt, in duas tribuit classes: in priorem reponit prædestinatos, id est, insignes quosdam viros sanctos: in posteriori numero complures alios, qui etiam si non fuerint prædestinati, id est, sola Dei gratia, non ob præuisa eorum merita, electi ad vitam æternam, nihilominus tamen æternam felicitatem consequentur. Hanc, inquam, opinionem excludunt verba Danielis, qui hoc loco scripsit, *Eos tantum, qui scripti fuerint in libro, id est, velut interpretati sumus, qui prædestinati fuerint, esse saluandos*. Danieli consona loquitur Ioannes in Apocalypsi, in cap. 16. & 21. affirmans.

A firmans fore, vt quicumque inuenti non fuerint in libro vitæ scripti, hi omnes mittantur in stagnum ignis: negans item vllum cœlestem Hierusalem intraturum, qui in libro vitæ scriptus non fuerit.

H A B E T præterea hic locus Danielis quæstionem, sanè dignam, quæ tacita minimè relinquatur: An in fine mundi, omnes Iudæi conuertendi sint ad fidem Christi? Videtur Daniel id negare: Refert enim dixisse sibi angelum: eos dumtaxat saluandos esse ex populo Hebræo, qui scripti in libro vitæ inuenti fuerint: id est, tantum prædestinatos. Præterea, Theodoretus in

An in fine mûdi omnes Iudæi sint ad Christi fidem conuertendi.

B commentario huius loci, & D. Gregorius homilia duodecima in Ezechielem, tradunt non quidem omnes, sed multos tamen Iudæorum, Eliæ & Enoch prædicatione doctos atque permotos, fidem Christi suscepuros. Ad hoc, Ioannes in Apocalypsi ait, Eos qui consentient Antichristo, eumque adorabunt, miserimo exitu perituros. Constat autem ex relatione Patrum, vt nos præcedenti libro commemorauimus, Iudæos fore primos, maximèque studiosos Antichristi

Theodoreti & D. Gregor. sententia.

C sectatores. D. quidem Augustinus in libro vigesimo de ciuitate Dei, c. 29. indefinitè dixit, Iudæos in fine seculi credituros in Christum. *Per Eliam*, inquit, *exposita sibi lege, vltimo tempore, ante iudicium, Iudæos in Christum verum esse, credituros, celeberrimum est in sermone, cordibusque fidelium.* Ex aduerso autem, omnes Iudæos tunc amplexaturos fidem Christi, non dubiè videtur nos docere D. Paulus in vndecimo capite epistolæ, quam

Apoc. 14.

D. August.

D scripsit ad Romanos. Sic enim ait, *Nolo vos ignorare, fratres, mysterium hoc, quia cecitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret.* Vult igitur Paulus, omnem Israël, vicinè illo tempore, futurum esse saluum. Chrysostomus item homilia decimanona in hanc ipsam epistolam Pauli, explanans illa eius verba, quæ sunt in eodem capite: *Quod si delictum illorum diuitie sunt mundi, & diminutio eorum, diuitie gentium: quanto magis plenitudo eorum? non dixit Paulus, ait Chrysostomus, quanto magis conuersio, vel correctio ipsorum: sed quanto magis plenitudo ipsorum, hoc est, quando vniuersi ad fidem accessuri sunt.* Hoc verò dicens, ostendit tunc

Locus Pauli ad Romanos 11. cap.

D. Chryf.

plus fore gratiæ, donique Dei, ac prope totum. Ita ^A
Chrysoſtomus.

Auctoris ſen-
tentia, nō om-
nes Iudæos in
ſine ſaluandos.

Ego, vt meum quoque iudicium, ac ſenſum lecto-
ri aperiam, ita ſentio. Non omnes Iudæos, qui extremo
illo mundi æuo futuri ſunt, conuerſam iri ad fidem
Chriſti, aut æternæ ſalutis fore participes. Hoc enim
expreſſè declarauit angelus, cū dixit Danieli:
In illo tempore ſaluum eſſe futurum omnem popu-
lum Hebræum, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro.
Illud enim, *qui inuentus fuerit ſcriptus in libro*, reſtringit,
ac contrahit ſignum illud vniuerſale, omnes. Si enim ^B
omnes Iudæi tunc futuri eſſent ſalui, angelus ſimpli-
citer ac præciſè dixiſſet, *In illo tempore ſaluabitur om-
nis populus tuus*: præſertim cū id audire ac noſſe læ-
tiſſimum ac iucundiſſimum futurum eſſet Danieli.
Atque idipſum etiam Theodoretum & Beatum Gre-
gorium ſenſiſſe ſuprà oſtendimus. Illud præterea cen-
ſeo, licet non omnes Iudæos, plerōſque tamen eo
tempore fidem Chriſti accepturos: ita vt tanta eius
populi credentium futura ſit multitudo, vt propter
eorum, qui non ſunt credituri, paucitatem, omnis po- ^C
pulus Hebræus, crediturus eſſe, verè dici poſſit. Nam
quod plurimum eſt in aliquo genere, id humano quo-
dam loquendi modo, ſimpliciter, *omne*, appellamus.
Quam loquendi rationem, ne ipſa quidem diuinæ ſcri-
pturæ grauitas & veritas reſpuit: ſolet enim genera-
les qualdam ſententias enunciare, quæ tamen non
ex toto, ſed plurimum, maximaque in parte veræ ſunt.
Atque hanc ob cauſam Dominus noſter dixit, vt Mar-
thæus refert cap. 17. *Elias quidem veniet, & reſtituet om-
nia*. Et Paulus dixit, *Cum intrauerit plenitudo gentium,
tunc omnis Iſraël ſaluus erit*. Quin eo ipſo loco Paulus ad
id comprobandum citat verba Dei, quæ ſunt apud
Iſaiam capite quinquageſimo nono, ſecundum tran-
ſlationem ſeptuaginta interpretum: *Veniet ex Sion, qui
eripiat & auertat impietatem Iacob*. Quorum verborum
hæc eſt ſententia: E gente Iudaica ſecundum carnem
naſcetur Meſſias, qui ſit liberator eius gentis, hoc eſt
qui deleat peccata populi Hebræi, qui ſecundum car-
nem ex Patriarcha Iacob deſcendit. Hæc autem aboli-
tio peccatorum populi Hebræi, cuiusque ad fidem
conueſ

Scripturæ moſ
tribuere gene-
ri, quod ma-
ximè parti cō-
uenit.

Locus Iſaiæ
ex c. 59. expli-
catur.

A conuersio, cum neque ad Christi & Apostolorum prædicationem, neque adhuc quidem perfecta sit, (non enim propter paucos Iudæos, qui conuersi sunt ad Christum, innumerabilibus, omni seculo in sua impietate, cæcitateque permanentibus, verè dicere- tur, populum Hebræum fuisse ab impietate libera- tum, & ad Christi fidem conuersum) cum inquam, illud vaticinium Isaiaæ adhuc completum non fue- rit, necessario sequitur, complendum esse in fine se- culi, quo tempore videlicet tanta sit futura Hebrææ gentis, ad fidei Christianæ, æternæque salutis parti- cipationem conuersæ, frequentia, vt propter eius nu- merosissimam multitudinem, omnis populus Hebræ- us ab impietate liberatus, & ad æternam salutem per- ductus, verè dici queat.

Et multi de ijs, qui dormiunt in terra puluere, eu- gilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper.

RE C T E monuit August. libro 40. de ciui. Dei, c. 15. huius sententiæ Danielis perquam similem esse illam Domini nostri, quam memorat Ioannes c. 5. *Veni hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurre- ctionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Nam pro eo, quod Christus dixit, *qui in monumentis sunt, angelus dixit, qui in puluere terræ dormiunt.* Siquidem il- lud, *dormire*, significat, hominis mortui viuacem esse animum, licet eius vita, sensus hominum lateat: cor- pus autem humatum, vel sepulchro conditum, pau- latim in terrenum puluerem resoluatur. Illud igitur, *dormiunt*, dicitur de mortuis, propter animas superstitas morti, sed quarum vita mortales lateat: Illud autem, *in terra puluere*, propter corpora dictum est, quæ paula- tim in puluerem dissoluuntur. Hic præterea dicitur, *eu- gilabunt*, illic dictum est, *audient vocem filij, & procedent.* Denique hic dicitur, *alij in vitam æternam, & alij in oppro- brium, vt videant semper*, id est: non tantum afficiuntur opprobrio, verum etiam illud ipsi ante oculos sem- per habentes, semperque intuentes, incredibiliter cru- ciabuntur. Pro hoc dictum est à Domino nostro, *Qui*

D. August.

Collatio vnius loci Dan. cum alio D. Ioan- nis ex D. Aug. Differentia resurre- ctionis bonorum, & malorum.

bona

1. Cor. 15. *bona fecerunt, procedent in resurrectionem vite; qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.* Communis enim quomodo angelus dixit, multos ex mortuis resurrecturos, cum omnes sint resurrecturi.

Multos pro omnibus, & omnes pro multis vsurpat scriptura.

August. libr. 10. de Ciuit. cap. 23.

a Gen. 17.
b Gen. 22.

Locus ex quo to libro Eisdif.

AT enim, videtur illud in vitæque sententia dissonum ac diuersum, quod Dominus illic dixit, omnes resurrecturos: hoc autem loco angelus inquit, multos euigilatuos. Certum autem est, omnes homines tam probos, quam improbos ad vitam resurrecturos. Etenim præter illam Domini sententiam, idem quoque testificatur Paulus in prioris epistolæ ad Corinth. cap. 15. dicens: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur.* Et paulò infra, *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Soluit hunc nodum Diuus Augustinus eo loco, quem proxime posui:

Non putetur, inquit, diuersum, quod cum ibi positum sit, omnes, qui sunt in monumentis, hic non dicat propheta, Omnes, sed, *Multi dormientium in terrâ agere.* Ponit enim aliquando Scriptura, pro omnibus, vocabulum, multos. Propterea, & Abraham dictum est; a Patrem multarum gentium posui te: cui tamen & alio loco dicitur: b *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Idem docet Theodoretus, & alio exemplo confirmat, sumpto ex capite quinto epistolæ ad Romanos: ubi Paulus, cum prius dixisset, propter peccatum Adæ factos esse omnes peccatores: posterius subdit, propter eius inobedientiam multos esse constitutos peccatores: manifestè vsus vocabulo, multorum, pro voce, omnium. Huius loci Danielis de resurrectione mortuorum, similia leguntur in libro quarto Esaræ, capite septimo; *Excitabitur, inquit, quod nondum rigilat seculum, & morietur corruptum, & terra reddet, quæ in ea dormiunt: & puluis, qui in eo silentio habitauit: & promptuaria reddent, quæ eis commendate sunt*

animæ

A *animo. Et reuelabitur Altissimus super sedem iudicij, & pertransibunt miseria, & longanimitas congregabitur. Iudicium autem solum remanebit, veritas stabit, & fides conualescet, & opus obsequetur, & merces ostendetur, & iustitie vigilabunt, & iniustitie non dominabuntur. Sic est illic.*

B Nec mirandum accidat lectōri, me vsum esse sententias libri quarti Esdræ, qui non modò non est canonicus, verùm etiam, vt apocryphus à Patribus reiectus est. Equidem sequutus in hoc sum diuum Ambrosium, qui in libro de bono mortis, eum ipsum locum Esdræ, quem nunc memoravi, sub nomine Esdræ, & cum magna laude sententiæ, ad confirmandam fidei nostræ doctrinam, quæ est de resurrectione mortuorum, adhibuit. Quia idem in Epistola vigesima prima, quam scripsit ad Horontianum, suadet, librum quartum Esdræ legendum esse, quòd in ipso, anima, cælestis esse naturæ demonstratur, & Philosophorum nugæ de ipsius substantia confutentur. Sed quid ego, eius libri, Ambrosium, Cyprianum, aliòsve Patres probatores, & laudatores memorem, cum eius libri sententias aliquot, etiam Catholica

C Ecclesia in sacrosanctæ Missæ mysterio, & in publicis suis prececionibus vsurpet? Siquidem per singulos annos in feria tertia Pentecostes, Missam orditur ab ea sententia, quæ in 2. capite libri 4. Esdræ legitur: *Accipite iucunditatem gloriæ vestre, gratias agentes Deo, qui vos ad cælestia regna vocauit. Et ex eodem capite in solennitatibus martyrum decantat illud: Modo coronantur, & accipiunt palmam. Atque ob hanc causam factum arbitror, vt hi duo posteriores libri Esdræ, cum aliis sacris, & canonicis libris coniuncti, ederentur & circumferrentur. Verùm, quia hic ipse liber, sicut multas habet ad veritatem Christianæ fidei, pietatèque commendandam insignes, & admodum probabiles sententias, ita quoque non paucos permittit continet errores, ac fabulas, quibus maxime libri fides, & auctoritas eleuatur: propterea is liber, à Diuo Hieronymo, & à multis patribus, non tantum, vt apocryphus repudiatur, sed etiam vt fabulosus contemnitur, ac deridetur.*

D Sententias aliquot libri quarti Esdræ, non solum Patres, sed ipsa Ecclesia vsurpat.

D. Hier. in præfat. in Esdræ epist. 109.

Quæ

Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas aternitates. A

ANGELVS proximè docuerat de resurrectione iustorum, id quod est omnium commune, eos, scilicet, ad vitam æternam resurrecturos. Nunc nonnullam eorum diversitatem secundum gloriam accidentalem, fore indicat, docens, qui aliorum fuerint magistri, & doctores, eosque ad iustitiam, id est, ad omnem virtutem, prout ad Deum refertur, colendam, & capiendam erudierint, atque induxerint, eos præcipuo quodam, & singulari gloriæ splendore cæteris clariore fore: comparando eos cum splendore cæli, & stellarum fulgore. Cuius simile quid scripsit Paulus in posterioris epistolæ ad Corinthios, capite decimoquinto: *Alia est, inquit, claritas solis, alia claritas lune, alia claritas stellarum: stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum.* Sed quia duas sententias, prædictis verbis complexus est angelus, priorem illis verbis: *Qui docti fuerint, fulgebunt ut splendor firmamenti:* posteriorem illis, *& qui ad iustitiam erudiunt multos, differt inter ipsos interpretes: alii consentibus, diversi gradus beatorum his duabus sententiis insinuant: alii verò affirmantibus, vnum, eundemque gradum doctorum, utraque sententia diversis verbis indicat.* B

Differencia inter beatos futura.

Docti, qui fulgebunt, quina sint.

CARTHVSIANVS igitur Albertum secutus, priori sententia ait significari omnes electos, qui non excellunt scientia, ut alios docere & possint, & pro officio debeant: & istos vocat hic angelus doctos, vñctione nimirum Spiritus sancti, qui nota fecit eis, quæcumque ad salutem consequendam, nosse illis opus erat: de quibus Dominus dixit, Ioannis sexto: *Et erunt omnes docibiles Deo.* Omnes enim uesti, simul cum gratia habent septem dona Spiritus sancti, in quibus numerantur, intellectus, scientia, & sapientia. Itaque docti appellantur hoc loco, quicumque simplici, & quæ privatim ipsorum tantum vitæ regendæ, ac moderandæ sufficiat, doctrina sunt prædicti. Horum gloria comparatur cum firmamenti splendore D

A dore, qui nō est lux condensata: quoniā horum gloria, præsertim accidentalis, minor est, quàm eorum, qui in docendis aliis, & ad vitam æternam perducendis versantur.

POSTERIORI verò sententia, putat Carthusianus declarari gloriam eorum, qui in Ecclesia munus, & dignitatem doctorum, atque magistrorum obtinent, de quibus lege Paulum ad Ephesios cap. 4. Hi plurimos iuvant, seruituteque dæmonis, & peccati ereptos, veræ libertati, & gloriosæ seruituti iustitiæ, ac Dei assentes, idque præstant verbis, exemplis, scriptis, denique quoquomodo possunt. Horum magnam esse in cælis gloriam ostendit Dominus noster apud Matthæum capite quinto, dicens: *Qui fecerit hæc, & docuerit homines, magnus vocabitur in regno cælorum.* Horum gloriam fecit angelus similem claritati stellarum, quarum videlicet lux densior est, & ad res alias collustrandas efficacior. Sanè, si ex astris cælestibus multa, & magna commoda in terram desfluunt, non minora ex doctis, sanctisque magistris, in Ecclesiam, populūque Christianum redundant. Ac isti quidem, in omnium, quos erudiunt ad iustitiam, meritis, quodammodo merentur, atque in eorum omnium coronis, & ipsi coronantur. In hos verissimè competit, quod prodidit beatus Dionysius, diuinarum omnium perfectionum, diuinissimam esse perfectionem, Dei cooperatorem esse in reductione animarum ad creatorem. Hastenùs ex Carthusiano.

AT verò glossa interlinearis, & Lyranus, contra sentent. Priori enim sententia, magistrorum gloriam; posteriori autem eorum, qui non sunt magistri, & sanctitate magis vitæ, quàm præstantia doctrinæ, prædicatores sunt, significari arbitrantur. Horum opinio adiuuat verho Theodotionis, & Græca editio vulgata, quam hic sequitur Theodoretus, & refert Diuus Hieronymus. Ea verò sic habet: *Et intelligentes, fulgebunt sicut splendor firmamenti: & à iustis multis, quasi stelle in sæcula, & ultra.* Quam lectionem memorans hoc loco Hieronymus: *iuxta Theodotionem, inquit, significatur hoc loco, quod docti similitudinem cæli habeant: & absque doctrina, iusti, stellarū fulgore comparentur: tantūque sit inter eruditam sanctitatem, & sanctā rusticitatem, quantum cælum*

Eorū, qui alios erudiunt gloria.

Alia eius loci expositio,

caelum distat, & stelle. Theodoretus tamen hanc ipsam translationem aliter interpretatur. Nam priori sententia significari putat, insigniores omnes Sanctos, & Beatos: posteriori verò alios, qui sunt inferioris meriti, & gloriae. Sic enim scribit: *Probatissimi electorum, splendori firmamenti, & solis lumini similes sunt: inferiores illi, hos enim significavit per multos, stellarum lumen imitabuntur. Similiter etiam Paulus, beatorum ordines distinxit, dicens: Quemadmodum alia est claritas solis, alia luna, alia stellarum: ita diuersitatem fore in resurrectione mortuorum.*

Auctoris sententia.

SED mihi videtur simplicior, atque planior, ob id quæ probabilius huius loci explanatio, quam habet commentarius Diui Hieronymi, vt per vtramque sententiam, idem (& hoc frequentissimè fit in sacris literis) diuersis verbis significatum sit, id est, singularis quædam excellentia gloriae eorum, qui multos docuerunt veritatem, & ad studium, cultumque virtutum instruxerunt. Itaque in supradictis sententiis, qui prius appellatur doctus, post dicuntur erudire multos ad iustitiam, vt hac diuersitate verborum, idem munus, & meritum significetur eorum, qui sunt aliorum magistri, & doctores. Idemque significari putandum est, splendore firmamenti, atque stellarum fulgore: neque enim alius est splendor cæli, & alius stellarum. Enimverò, omnis cæli lux, & claritas ex astris est. Audi Hieronymum. *Magistri habebunt similitudinem cæli, & qui alios erudierunt, stellarum fulgore comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam, nisi, & alios erudias: tacitûsque sermo doctrinæ, alium non edificans, mercedem operis recipere non potest: iuxta illud Sapientis in libro Ecclesiastici, cap. 41. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, que utilitas in vtrisque?*

SED hoc Hieronymi dictum, de iis accipiendum est, quorum interest alios docere: vt sunt pastores, & doctores Ecclesiæ. Nam monachum, & qui solitariam vitam agit, nihil prohibet esse doctum sacrarum literarum, cuius tamen non est, auctore B. Dionysio, alios purgare, illuminare, & perficere: & cuius est, vt quodam loco dixit Hieronymus, lugere potius, quam docere.

Diony. libr. de Eccl. hier. c. 6.
Hier. in lib. ad uer. Vigilantium.

H V N C ipsum locum Danielis commemorans, & tra

A & tractans D. Hieronymus in epistola centesima tertia, quæ scripta est ad Paulinum: *Daniel*, inquit, *in fine sacratissime visionis*, ait, *iustos fulgere sicut stellas: & intelligentes, id est doctores, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent iusta rusticitas & docta iustitia? Alij stellas, alij celo comparantur. Quoniam iuxta Hebraicam veritatem utrumque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudunt multos, quasi stella in perpetuas eternitates.*

Hier. in li. ad uer. Vigilantium.

B **P** O N I T item Hieronymus hoc loco quaestionem. *Solent*, inquit, *nonnulli querere, utrum doctus sanctus, & simplex sanctus, eandem mercedem habeant, & unam in caelestibus mansionem? Quam ipse videtur soluere secundum translationem Theodotionis, dicens: Quantum differt inter caelum & stellas; tantum distare inter eruditam sanctitatem, & sanctam rusticitatem. Idem in epistola, quam scripsit ad Paulinum. Sancta, inquit, rusticitas sibi tantum prodest, & quantum edificat ex vite merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si eam destruuntibus non resistat. Verum ea questio facile soluitur hac distinctione scholastica: si comparatio docti & indocti hominis, & utriusque iusti ac sancti, fiat in gratia essentiali mensura meriti & praemij sanctorum, non aliunde quam ex magnitudine gratiae, & charitatis eorum aestimari debet. Maior tamen occasio sese offert, uberiorque suppetit materia augendae gratiae, gloriaeque amplificandae, doctoribus Ecclesiae, quam idiotis: eorum quippe munus, & officium est, in docendis iuuantisque hominibus, Dei que nomine, atque honore illustrando, perpetuo versari. Quod si non agatur de gloria essentiali, sed de accidentali, non dubium est, quin praecipua quaedam, & singularis huiusmodi gloria, sanctos Ecclesiae doctores in caelis maneat: quam Theologis appellare libuit, aureolam, eamque triplicem distinguere, unam doctorum, alteram martyrum, tertiam virginum.*

Docti plus pro sunt Ecclesiae Dei, quam indocti etiam, sancti.

Ridicula interpretatio Porphyrij ex D. Hier.

C **A** E T E R V M, vera superiorum verborum angeli interpretatione posita & constituta, iuvat etiam hoc loco, deridendam propinare lectori, insulsiſſimam Porphyrij interpretationem, qui superiora, verba, quae angelus

gelus de resurrectione omnium hominum aperte & A
 expresse dixit, ea conatus est ad regis Antiochi, & Machabæorum tempora & gesta detorquere: Parta, inquit, victoria à Machabæis, cæsis Antiochi ducibus, ipsoque Antiocho in Perside mortuo: saluatus est populus Israël, qui scriptus erat in libro Dei: & hoc, quia legem Dei fortissimè defenderat. E contrario, delati sunt de libro illi nimirum, qui præuaticatores fuere legis, & partes Antiochi secuti sunt. Tunc, qui in puluere terræ dormiebant: id est, operati erant malorum pondere, & tanquam in sepulchris miseriarum reconditi iacebant: ad insperatam victoriam, de terræ puluere surrexerunt: & B
 de humo eleuauerunt caput suum: custodes quidem legis, resurgentes in vitam æternam præuaticatores autè in opprobriū sempiternum. Magistri autem & doctores, qui legis notitiam habuerunt, fulgebunt quasi cælum: & qui inferiores populos exhortati sunt ad custodiendas ceremonias Dei, ad instar astrorum splendebunt. Ponit quoque Porphyrius historiam de Machabæis, in qua dicitur, multos Iudæorum sub Machathia, & Iuda Machabæo, ad eremum confugisse, & latuisse in speluncis, atque cauernis petrarum: & post C
 victoriam, processisse. Et hæc nunc metaphoricè, quasi de resurrectione mortuorū essent prædicta, Hæc Porphyrius.

Refellitur
 Porphyrius.

Cv i v s interpretationem, meras esse nugas, ineptias, atque figmenta, facile est, vel nullo docente, aut dicente, cuius intelligere. Si enim quod proximè antecessit de tribulatione illius temporis, quæ tanta dicitur esse futura, quanta nunquam antea post orbem conditum fuerit, id nullo modo intelligi potest, vt supra ostendimus, de tribulatione, quæ ab Antiocho Iudæis accidit: quanto minus eo referri hæc poterunt, quæ tam euidenter de resurrectione mortuorum prædicta sunt? Quod si per dormientes in puluere terræ intelligere oportet, secundum Porphyrium, Machabæos, & eorum socios, qui, vt fugerent persecutionem Antiochi, in specus, & subterranea loca sese abdiderant, atque inibi tamquam mortui in sepulchris versabantur: cum isti ea calamitate premerentur propter pietatem erga Deum, & obseruantiam diuinæ legis, eos profecto, viros bonos & pios fuisse necesse est. Quomodo igitur de istis loquens angelus

A angelus dixit : Aliquos eorum resurrecturos ad vitam æternam, alios vero ad opprobrium sempiternum ? Sed præstat hic adscribere, quemadmodum hæc Porphyrij, contumaciter veritati repugnantis explanationem, refellat Theodoretus : Dicant, inquit, qui hæc Antiocho aptare conantur, quinam resurrexerint illo regnante, quorum alij vitam æternam, alij sempiternum dedecus perceperint? Quod egregiè refellit. Theodoretus Porphyrium egregiè refellit.

B si istis verbis significari dixerint Machabæos, qui è speluncis, & impios necesse erit: cum prophetia dicat: Eorum, qui dormiebant in pulvere terræ, alios resurrexisse ad vitam æternam, alios ad opprobrium sempiternum: at hoc minime quadrat in Machabæos: pius quippe fuit omnis eorum catus. Neque in eos competit, quod dicitur de vita æterna: siquidem illi omnes, etiam post victoriam, vel per fraudem, vel in prælio interfecti, præsentem vitam perdididerunt. Igitur anilibus fabulis relicto, communè hinc mortuorum resurrectionem, & post resurrectionem, iudicium futurum discamus: quo iudicio, alij æterna vita, alij sæpiteris opprobrijs digni declarabuntur. Hactenus ex Theodoro.

C Tu autem Daniel, eluade sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.

A V D I S, hæretice, quid hic dicat angelus: Iubet enim Danieli, vt prophetiam suam obscurer, atque occultet, ita vt fiat tanquam scriptura, quæ clausa est & signata, legere volenti. Ex quo apparet, & Daniele auctorem fuisse huius libri, & librum ipsius esse perobscurum, & perdifficilem ad intelligendum. Inuehitur in hæreticos. non ita temporis.

D Atque hoc ipsum de compluribus alijs diuinis scriptoribus, alibi traditum est. Idemque proditum est à patribus, de libr. Genesis, Iob, Cantorum, de primis & vltimis visionibus Ezechielis, de Apocalypsi Ioannis, cuius tot esse mysteria, quot sunt verba, dixit Hieronymus: denique de Pauli epistolis, in quibus quædam esse difficultia intellectu, diuus Petrus affirmavit. I nunc igitur, hæretice, perfrica frontem, & audacia vtens pro sapientia, in concioni

L L 2

Hier. ep. 103. ad Paulinum. 2. Pet. 3.

cionibus imperitorum, & perditorum, tuique simi-
 lium hominum, tua ista circulatoria loquacitate &
 iactantia, licet reclamantibus sacris libris, cunctis-
 que partibus repugnantibus, dic nihilominus tamen
 confidenter, omnem diuinam Scripturam, cuiuslibet
 etiam de vulgo, facilem esse intellectu, ac peruiam.
 Sic profecto est ingenium hæreticorum; piget eos
 recte ac modicè mentiri. Nam quia semel veritatis
 fines transierunt, insigniter atque impudenter iuuat
 esse mendaces. Nimirum, similes isti sunt Herostra-
 to, quem ferunt, incendio Ephesini Dianæ templi,
 toto orbe celeberrimi, nomen suum nobilitate volu-
 iisse: sic isti, ruina Catholica religionis & doctrinæ,
 gradum sibi struunt ad gloriam. Sed nos verba Da-
 nielis, quæ proposita sunt, excutiamus.

Interpretatio
 verborum Da-
 nielis.

Tu, inquit, Daniel, claude sermones, & signa librum, &c.
 Angelus, qui Danieli multiplicem reuelauerat veri-
 tatem, occulta esse significans, quæ ipsi locutus est,
 præcepit, vt sermones suos inuolueret, librumque
 ita signaret, vt quamuis plurimi eum legerent, at-
 tamen obscuritatis eius profunditatem minimè pen-
 trantes, diuersa admodum de libri eius intelligentia
 opinarentur. Et hoc est, quod ait, *pertransibunt plurimi,*
 id est, plurimi tuum librum perlegent: solemus enim
 dicere, percurri librum, pertransui historiam, Vel
 illud *pertransibunt plurimi*, significat fore plurimos,
 diuersis temporibus & omni æuo, qui lecturi sint
 has prophetias. Quod autem sequitur, *Et multiplex
 erit scientia*, significat, obscuritatem libri, causam
 fore, vt eum legentes, atque interpretantes, pluri-
 mas maximèque diuersas interpretationes afferant:
 quæ res, multiplicem diuinæ Scripturæ scientiam pari-
 rit. Tanta enim est sacræ Scripturæ vbertas & fer-
 cunditas, vt multorum, & inter se discrepantium, ve-
 rorum tamen omnium sensuum, non modò capax,
 sed ferax etiam sit. Nam vt omitam, quod idem Scri-
 pturæ locus, multos sensus etiam literales habere
 potest, habet præterea sensus mysticos, quorum na-
 tura & tractatio multiplex est, parem utilitati iucun-
 ditatem habens. Quod autem subditur, *vsque ad tem-
 pus statutum*, triplicem habet intellectum: vel, quoad
 veniat tempus à Deo præfinitum, quo tempore euen-
 tura

Fecunditas
 sacræ scriptu-
 ræ.

Prophetia an-
 te adimpletio-
 nem angima.

Atura sunt, quæ in hac visione angelus prænuñciauit Danieli: tunc enim, quæ nunc obscura sunt, ipso euentu patefacta & comprobata, liquidò intelliguntur. Nam, vt rectè Irenæus dixit: *Omnis prophetia, priusquam impleatur, enigma est: cum autem impleta est, manifestam habet expositionem & intelligentiam.* Vel significat tempus consummationis seculi: nam Pagninus vertit, *vsque ad tempus finis.* Græcè autem est, *vsque ad tempus consummationis:* Nam quia multa hic prædicta sunt de persecutione Antichristi, & resurrectione mortuorum, quæ in fine mundi futura sunt; eorum perfecta vsquequæ cognitio, ante illud tempus percipi non poterit.

Iren lib. 4. aduer. hæret. c. 43.

Notabilis sententia Irenæi.

POSTREMO, illud, *vsque ad tempus statutum,* referri potest ad tempus legis Euangelicæ, & aduentus Messia: tunc enim per illuminationem Spiritus sancti, omnia diuinæ Scripturæ mysteria erant reuelanda. Vnde Ioannis capite decimo sexto, Dominus dixit discipulis suis, se missurum spiritum sanctum, qui omnia ipsis suggereret, omnemque ipsos docebit veritatem. Et post resurrectionem aperuit illis sensam, vt intelligerent Scripturas.

Scripturæ post Christi aduentum faciliores quàm antea.

Luc. 24, Matth. 27.

ATQVE in huius rei signum moriente Domino, velum templi discissum est: videlicet, quia per Christi mortem, impletis Dei promissis, vatùmque oraculis ad exitum, effectumque perductis, diuina mysteria, quæ ante id temporis velata tectaque fuerant, ex toto sunt patefacta. In hanc tertiam interpretationem consentiens Theodoretus, ita scribit: *Præcipit angelus Danieli, vt libro suo sigilla obscuritatis imponat, neque per spicua omnibus faciat, quæ scriptis mandauerit, donec multiplicetur scientia, & impleatur omnis terra scientia Domini, vt prædixit Isaias, c. vndecimo. His enim omnibus signis & sigillis, diuini spiritus gratia, post nostri Saluatoris aduentum, ablatis, quæ prius obscura erant, credentibus fecit manifesta.*

OBSERVANDA porro est in præsentia, phrasis diuinæ scripturæ satis frequens: nam cum ea vult significare librum aliquem, vel descriptionem obscuram, & ab intelligentia hominum remotam, clausam, vel signatam, appellare consuevit. Exemplum habes luculentum apud Isaiam, cap. 29. Sic enim de obscuritate sui voluminis

Scripturæ phrasis satis frequens.

loquitur; Et erunt sermones libri huius, quasi verba voluminis signati: quod si dederint homini nescientis literas, dicentes ei: Lege, respondebit, nescio literas: si autem dederint illud homini scienti literas, & dixerint, Lege librum, respondebit, non possum legere, signatus enim est. Ioanni quoque in Apocalypsi ostensus est liber signatus sigillis septem, in-
 tus & foris scriptus: & quia nullus inueniebatur, qui posset signacula illa soluere, propterea Ioanni flenti dictum est: Ne flueris, ecce vicit leo de tribu Iuda radice Dauid, aperire librum, & soluere signacula eius.

Apoes.

Quis idoneus
 sacre scriptu-
 ra interpres.
 D. Hieron. in
 hunc locum.

SIGNATOS autem libros sacros, inquit D. Hieronymus, potest soluere, qui scripturarum sacramenta cognouit, & intelligit anigmata, & verba tenebrosa propter mysteriorum magnitudinem: & interpretatur parabolas: quiq; occidentem literam transferre potest in spiritum viuificantem. Et verò quemadmodum diuina Scriptura non humano ingenio & arte adinuenta, & elaborata, sed diuino spiritu condita est: sic ad eam intelligendam, & interpretandam, eodem spiritu Dei, super omnia, opus est, eo, inquam, spiritu Dei, cuius Ecclesia illuminatione illustratur, magisterio docetur, ductu regitur, instinctu mouetur, denique gratia viuificatur.

Et vidit ego Daniel, & ecce, quasi duo alij stabant, vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis, &c.

Daniel cur de
 duratione per-
 secutionis An-
 tichristi, inter-
 rogauerit an-
 gelum.

NARRAT Daniel, vidisse se in vtraque fluminis ripa, duos angelos stantes: & tertium angelum stantem super aquas fluminis: atque eos tres, sub virili forma & habitu. Se autem quæsisse de illo tertio angelo, qui stabat super aquas fluminis, vsquequo finis esset futurus earum rerum mirabilium, quas ipse in ea visione audisset. Quibus verbis significauit se nosse cupere, quandiu duratura, & quando finem habitura esset persecutio Antichristi. Breuitas enim tribulationis, si nota sit, magna est leuatio doloris, magnumq; eam sustentibus, solatium. Quocirca Paulus 2. ad Corinth. 4. cap. quò præsentis vitæ tribulationes, magno animo ferrent Christiani, docet, quantumcunque sit, quod in præ-

- A** fecti vita toleratur, momentaneum esse ac leue: id tamen immensum gloriæ pondus in æternitatem operari. Duos illos angelos stantes in duabus fluuij ripis, putat diuus Hieronymus fuisse principem regni Persarum, & principem regni Græcorum, aduersantes Hebræis, & liberationi eorum renitentes: angelum verò stantem super aquas fluminis, esse Gabrielem, peramantem ipsius Danielis, & populi Hebræi patronum ac defensorem: Quapropter Daniel non illos, sed hunc interrogauit. Quamquam lectio, quam hoc loco sequitur Theodoretus, & commentarius eius habet, non significat Danielem, sed duos illos angelos interrogasse tertium angelum, qui stabat super flumen. Quam lectionem si admittimus, consequenter dicendum erit duos illos angelos fuisse bonos angelos, nec aduersarios Danieli, aut Iudæis. Atque huic lectioni magis, quam nostræ, congruit Pagnini & Varabli translatio. Flumen autem, cuius nomen hic non est expressum, rectè existimat D. Hieronymus, intelligendum esse Tigrim, scilicet quem suprâ, capite decimo, nominauerat. Quod sanè secundum nostram sententiam verissimum est: quippe qui, vnâ eandemque visionem, his tribus capitibus continenter narrati arbitramur. Per duos illos angelos stantes in ripis fluuij, significatur, stetisse tunc & floruisse imperium Persarum, & Græcorum, quarum gentium illi angeli præfides ac tutores erant: Gabriel verò, qui patrocinium Iudæorum gerebat, stans super aquas fluminis, significauit, gentem Iudæorum, magnis calamitatibus, & ærumnarum procellis, sæuisque malorum fluctibus fuisse tunc agitatum, & diuexatum: Vel significauit, omnium gentium & populorum impetia, ad modum aquæ, fluxa & fugacia esse, & in fine, planè interitura.

Et cum iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis.

QVAESIT Daniel ex Gabriele, qui sub forma & habitu virili stabat super aquas Tigris, quouique duratura esset illa persecutio Antichristi: Respondit Angelus, adhibito iurando,

Quidnam de-
notet angelū
inire, & ma-
nus in cœlum
tolere.

duraturam in tempus, & tempora, & dimidium tem-
poris. Iurat Deus per semetipsum, vt legitur in Deu-
teronomij capite 32. & in Psalmo centesimo nono:
iurat etiā angelus, & hoc loco, & in Apocalypsi, ca-
pite decimo: sed iusurandum eorū, non aliud est,
nisi magna eius, quod dicitur, confirmatio: videlicet,
significando id esse immutabili Dei sententia, & de-
creto ratum, fixum, & prorsus irreuocabile. Eleuatio
autem tam sinistra, quā dextera manus angeli
in cœlum, significabat, immutabilia esse decreta Dei,
sue quæ in bonum hominum, sue quæ in malum spe-
ctant: siue quæ ad res temporales, siue quæ ad æter-
nas pertinent: vel omnium rerum, siue bonarum, siue
malarum, siue temporalium, siue æternarum disposi-
tionem atque dispensationem, ex immutabili æter-
noque Dei consilio & prouidentia pendere. Illud

Apoc. 12.

autem in tempus, & tempora & dimidium temporis, phra-
sis est vsitata Danieli, & ad eius imitationem, etiā
Ioanni in Apocalypsi, significans tres annos, super-
que dimidium annum. Nam tempus significat vnum
annum, tempora duos annos, dimidium tempus, di-
midium anni. Et de hac quidem phrasi diximus supra
in libro quinto, quod lectorem scire conuenit, cum ex-
planaremus verba illa, quæ sunt in 4. cap. huius libri,
Septem tempora mutabuntur super te.

Quandiu da-
rabit perse-
quutio Anti-
christi.

Cæterum in quæstionem vocaturus posset, an his verbis
significetur omne tempus, quo regnaturus est Au-
tichristus: an tempus dumtaxat, quo sæuissima ad-
uersus sanctos persecutio eius duratura est? Verum in
promptu est respondere huic quæstioni. Nam quamdiu
simpliciter regnaturus sit Antichristus, à nullo, quod
ego sciam, traditur: & nulli opinor mortalium fuisse
compertum: quamdiu vero regnaturus sit, ex quo tem-
pore incipiet atrociter & crudeliter insectari sanctos,
ipsiſque præualebit, & ex hoc loco, & ex aliis, tam
ipsius Danielis, quā B. Ioanni in Apocalypsi, ex-
ploratum habetur. Daniel supra in cap. 7. similiter vt hic
loquens de persecucione Antichristi, dixit. Sanctos tra-
diturū iri in manus eius vsque ad tempus, & tempora,
& dimidium temporis. Et in hoc ipſo capite paulò
infra, *A tempore, inquit, quo ablatū fuerit iuge sacrificium,*
id est

Aid est, ex quo atrocissima Christianorum persecutio sub Antichristo cœpta fuerit: *Transibunt dies mille ducenti nonaginta, qui efficiunt tres annos, & dimidium, additis insuper duodecim diebus.* Similia Danieli vaticinatur Ioannes in Apocalypsi: siquidem in capite 11. sic ait: *Calcabunt gentes civitatem sanctam per menses quadraginta duos, in capite 12. Mulier, inquit, id est, Ecclesia Christi, fugiet in solitudinem, & abscondet se à facie serpentis, id est, à persecutione Antichristi: per tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Denique in c. 13. loquens de Antichristo, data est illi, ait, *potestas facere, & bellum gerere cum sanctis, & vincere eos, per menses quadraginta duos.* Quamobrem tempus hoc Antichristi, nominatur in Scriptura modicum tempus. Ioannes enim in Apocalypsi capit. 12. ita scribit: *Ve terra & mari: quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet.* Et in capite 20. ait, post aduentum Domini nostri, vsque ad finem mundi, quod tempus denotat ipse mille annis, ligatum esse diabolum, id est, potentiam eius repressam atque frenatam, expletis autem mille annis, id est, propè finem seculi, solutum iri diabolum, quia tunc amplissimam habebit facultatem impugnandi & infestandi homines: sed ad breue tamen tempus: *Post hæc, inquit, oportet illum solui modico tempore; id est, ut dixit Angelus Danieli, per tres annos & dimidium, quo videlicet tempore, per Antichristum, quibuscunque modis poterit, crudelissime infestabitur bonos, & eos perdere quoquo modo conabitur.* Huc spectat etiam, quod dixit Dominus, referente Matthæo capite 24. *Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: verumtamen breuiabuntur propter electos.* Dixit, breuiabuntur, pro eo, quod est, breues & pauci erunt: quippe non amplius tres annos, præterque sex menses.

Atque hic licet admirari, summisque laudibus prædicare providentissimam Dei misericordiam: qui vim dæmonis in oppugnandis & infestandis hominibus, mirabiliter temperet, ad utilitatem electorum suorum. Siquidem omni hoc tempore præsentis seculi, vsque ad finem mundi longissimum dæmoni concessit spatium oppugnandi hominem, sed exiguam dedit ei po-

Mira Dei clementia in moderandis diaboli tentationibus.

testatem eum lædendi: at verò propè finem mûndi, amplissimam is accipiet à Deo potestatem vexandi & affligendi homines, & maxime per ipsam Antichristum: sed ad id tamen, angustissimum ei tempus præfinietur, nempe non plus tribus annis & dimidio. Itaque cùm diabolus longum habet tempus tentandi, parum potest nocere: cùm autem plurimùm nocere poterit, tunc is breuissimo tempore à Deo erit coarctatus.

Et cùm fuerit completa dispersio manus populi sancti, complabuntur vniuersa hæc.

Quid significet hæc vox completa hoc loco.

IL L V D, *completa*, vel significat idem, quod transacta & finita, vt sit sensus: postquã sancti, qui propter Antichristi persecutionem multifariam dispersi fuerant, destructa potentia Antichristi, & ipso interfecto, rursus ad suas sedes reuersi, publicè ac liberè fidem & religionem Christianam prædicabunt, tunc ventura esse, quæ hic prædicta sunt de resurrectione mortuorum, & bonorum præmiis, atque improborum suppliciis sempiternis: Vel potiùs, vt interpretatur D. Hieronymus, illud, *completa dispersio*, significat tempus, quo sancti declinantes Antichristi persecutionem, dispersi fuerint completè, id generali quadam dispersione, vt intelligamus non paucos aliquos, sed ferè omnes id temporis per varias regiones dispersum iri, vt Antichristi, ad tempus cedant furori.

Manus quid hic significet.

Illud verò vocabulum, *manus*, vel significat multitudinem, vel robur & fortitudinem: vt sensus sit: Eo tempore, non tantùm infirmiores Christianos, sed etiam fortiores & sanctitate insignes, subducturos se furentis Antichristi persecutioni, non quidem metui tormentorum, aut mortis: sed quò se ad tempus cedentes Antichristo, maiori Ecclesiæ vtilitati & gloriæ Dei seruent. Est autem futura hæc generalis sanctorum dispersio, vt hic significat angelus, velut signum quoddam & indicium eius temporis, quo, ea, quæ ab ipso hic Danieli prænuñciata sunt, compleri debent. Sed est tamen signum, partim nonnulla eorum comitans, veluti est, quod dixit de tribulatione illius temporis, & de remotione iugis sacrificij

A crificij: partim verò aliqua eorum antecedens, scilicet resurrectionem mortuorum, & vltimum, ac generale iudicium. Sciendum porrò est, Theodoretum aliã huius loci habuisse lectionem: sic enim legit: *Cum perfecta fuerit dissipatio populi, sanctificati cognoscent sanctum, & perficientur omnia hæc.* Explanans autem ipse illud, *cognoscent sanctum*, ita scribit: Magnum Eliam hic innuit: nam circa finem imperij Antichristi cum apparuerit magnus Elias, secundum Saluatoris nostri prædicans prænunciabit aduentum. Græci codices, qui nunc sunt, pro illo, *implebuntur vniuersa hæc*, habent *υπόστυα τὰ πάντα*, id est, cognoscent, omnia, vt sit sensus, homines illius temporis cognoscent, vera fuisse omnia, quæ tibi, ô Daniel, pronunciaui, ipso nimirum euentu rerum mirificè cum meis prædictis congruente.

Et ego audisi, & non intellexi: & dixi, Domine mi, quid erit post hæc?

MULTA eorum, quæ in hac visione Daniel ab angelo audierat, nequaquam satis intellexerat. Audierat enim, inquit Hieronymus, regum bella diuersa, & inter se prælia, & multiplicem historiam, sed nomina non audierat singulorum. Si autem tantus propheta audiuit, & non intellexit, quid facient hi, qui signatum librum, & vsque ad tempus consummationis, multis obscuritatibus inuolutum præsumptione mentis edisserunt? Itaque Daniel multorum, quæ in hac visione audierat, singulares quasdam circumstantias, velut personatum, locorum, temporum, nominum, & negotiorum, ignorabat. Quarum autem rerum eiusmodi circumstantiæ sunt ignotæ, fieri non potest, vt earum rerum explicata, & perfecta cognitio habeatur.

Et dixi, Domine mi, quid erit post hæc? Quia Daniel erat vir desideriorum, propterea, quæcumque ad res, in hac visione sibi patefactas pertinebant, scire cupiebat: in primis autem tempus consummationis seculi, resurrectionis mortuorum, & generalis iudicij: nam in hoc significat, quod hic sciscitatur ab angelo, *quid erit post hæc?* Siquidem tempus persecutionis Antichristi, & generalis Christianorum dispersionis, de quo temp

Daniel non intellexit omnia, quæ viderat.

Vult omnia scire, quæ ad suas visiones pertinebant.

Naturale est
sciendi deside-
rium.

tempore paulò ante locutus est angelus, subsequetur A
finis, & renouatio mundi, resurrectio omnium, ac ge-
nerale iudicium. Hinc discite, quàm sit naturale, & com-
mune omnium hominum, sciendi desiderium. Enim-
uerò, quantiò quis plura nouit, tanto is ardentiori alia
sciendi cupiditate inflammatur:

Deus finem
mundi vult ab
hominibus
ignorari.

Et ait, *Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones,*
vsque ad præfinitum tempus. Reprimit angelus intempe-
stium Danielis sciendi desiderium, & sensus horum
verborum est: Abi Daniel, & desine plura sciscitari su-
per hae visione, neque enim plura à me nunc docen- B
dus es, nec vult Deus te, quæ nunc audisti, ea diluci-
dius, & explicatius scriptis prodere, & legenda posteris
tradere, sed vult ea Deus esse obscura, & incomprehen-
sibilia, quoad ipso rerum euentu patefacta & compro-
bata, sub finem mundi per se innotescant. Similiter Do-
minus noster, discipulis curiosè interrogantibus, tem-
pus secundi aduentus sui, quo tempore restituendum
erat regnum Israël, immoderatam eorum sciendi cu-
piditatem compefcens, dixit: *Non est vestrum scire tempo-*
ra, & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.

Act. 1.

Piorum afflictio
Antichristi te-
pore multum
eis proderit.

SEQUITUR, *Eligentur, & dealbabitur, & quasi*
ignis probabuntur multi: Hoc dictum est de bonis, & piis
viris, quorum sub Antichristo incredibilis erit vexatio,
& afflictio: sed ea multum eis proderit ad omnes ani-
mi sordes penitus abstergendas, ad toborandas, augen-
dasque virtutes, ad nomen nobilitandum, & illustran-
dum, denique ad vberiore[m] cœlestis gloriæ, ac sempit-
ernæ fœlicitatis segetem, & materiem. Explorat autem
Deus, rebus aduersis piorum animos, non quo eos ipse
agnoscat: quippè, cui ex omni æternitate sunt ipsi quàm
notissimi, sed potius, vt ea ratione, & sibi ipsis & aliis D
pernotescant: vt in malis, quæ ipsos premunt, discant, &
assuescant ad Deum, quasi tutissimum per fugium, fir-
missimumque præsidium confugere, atque in eo omnes
spes suas collocare: de se humiliter sentire: suisque dif-
fisi viribus, solius Dei potentia & misericordia confide-
re. Huius loci alterum planè similem, superioris vnde-
cimi capituli supra in lib. 14. interpretati sumus.

Cur Deus pius
afligi permit-
tat.

An omnes in
fine mundi hu-
ius prophetiæ
veritatem in-
telligent.

Et impie agent impij, neque intelligent omnes impij: porro
docti intelligent. Quia paulò supra dixerat angelus, hos
sermo

- A sermones suos fore clausos, & signatos vsque ad tempus præstitutum, id est, vsque ad consummationem sæculi: potuisset fortasse quispiam existimare eos sermones, omnibus, qui eo tempore, id est, sub finem mûdi futuri sunt, qualescunque illi fuerint, siue boni, siue scelerati, tunc fore perspicuos, atque manifestos. Hanc igitur remouens opinionem, dixit angelus, etiam illo ipso tempore, quo hæc implenda sunt, non omnes, quæ hic à se prænunciata sunt, esse intellecturos. Siquidem impij, id est, hostes fidei, & veritatis, Dei quæ cõtemptores, in sua impietate obfirmati, & scelera sceleribus cumulantes, nihil planè intelligent, sed vt cæci, clarissimam veritatis lucem non videbunt. At, qui diuinitus eruditi, & vnctione S. Spiritus edocti fuerint, his patefcent omnia, & quæ nunc latent futurarum rerum mysteria, tunc ipsis patefacta innotescunt. Similia horum leguntur in aliis Scripturæ locis. Nam Paulus in 3. cap. posterioris epistolæ ad Timochæum: *Homines, inquit, mali, proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes: & in capit. 3. Ecclesiastici, scriptum est: Peccator adiciet ad peccandum.* Simile est, quod legitur in Apocalypsi, cap. 22. *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Atque hinc natum est illud apud Iudæos olim tritum prouerbium, & ab ipso Dauide, vt in 1. lib. Reg. c. 24. traditur, vsurparum: *In prouerbio, inquit, dicitur: Ab impio egredietur impietas.*

QVOD autem dixit angelus, impios diuinæ mysteria non esse intellecturos, idem alibi testatur Scriptura. Nam Paulus in c. 1. epist. ad Rom. cum de Philosophis, & sapientibus huius sæculi loqueretur; *Obscuratum est, inquit, insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Idem in 2. c. prioris epistolæ ad Corinthios, sic ait: *Animalis homo, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia est enim illi, & non potest intelligere.* Denique in exordio libri Sapientiæ celebris illa ponitur sententia: *In maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Possunt quidem etiam improbi, multa de rebus diuinis intelligentia consequi: nam, & in summis flagitijs, sapè fidem diuinam retinent, quæ velut quædam lux est humanæ menti, ad intelligendas aliquatenus res sacras: & scientia sacrarum literarum,

1. Cor. 12.

An improbi,
rerum diuina-
rum, sciẽtiam
habere possint

inter

inter gratias gratis datas numeratur, ideóque scelera-
tis etiam hominibus donari potest.

Intelligentiæ
diuinorū fru-
ctus, quo im-
probi carent.

VERVM isti diuinas quidem res intelligunt: sed
non vt pat est. Nuda enim est, & ieiuna, ipsisque infru-
ctuosa ea cognitio: quippè, principali effectu, & fructu
caret; hic autem est, Dei amor, & obedientia, vitiorum
curatio, emendatio vitæ, recta morum institutio, stu-
dium iuuandi quamplurimos, & ad salutem æternam
adducendi, vt vno verbo dicam, inuenta, & frequens
in omnium virtutum cultu, honestarumque rerum tra-
ctatione exercitatio. Quamquam quod angelus hoc
loco dicit: propriè spectat ad intelligentiam eorum **B**
mysteriorum, quæ circa finem mundi manifestanda,
& complenda sunt, & in hac visione prænunciata sunt
sub angelo: horum enim cognitionem affirmat ange-
lus, impiis fore occultam, & abstrusam: diuino autem
spiritu eruditus, apertam, & promptam. Nec videtur an-
gelus de quibuslibet, sed tantum de impiis, hoc est,
diuini luminis fidei non solum expertibus, sed etiam
hostibus: quibus, ob eam causam, præclusus est adi-
tus ad scientiam diuinorū mysteriorum capessendam.

*Et à tempore, cùm ablatum fuerit iuge sacrifi-
cium, & posita fuerit abominatio in desolationem,
dies mille ducenti nonaginta.*

Quædiu dura-
tura, & incor-
ptura Antichri-
sti persecutio.

AB initio saeuissimæ persecutionis Antichristi,
vsque ad eius finem, qui erit interitus Antichri-
sti, transibunt tres anni, & insuper sex menses, addi-
tis præterea decem diebus: tantum enim temporis
denotant dies mille ducenti nonaginta. Sed vnde ob-
seruandum erit principium illius atrocissimæ per-
secutionis? ab eo videlicet tempore, quo Antichri-
stus, ferè orbis tenens imperium, tollet è medio iu-
ge sacrificium, vel, vt est Græcè, endelechismum, quod
vocabulum sonat continuitatem, nimirum, diuini
cultus, qui in Ecclesia omni tempore Deo exhibetur:
sic enim interpretantur Hieronymus, & Theodoretus:
& hunc Dei continuum cultum appellauit ange-
lus iuge sacrificium.

QVAM

- A** QVAM QVAM id nominis præcipuè referri posset ad sanctissimum Missæ sacrificium: hoc enim, super omnia odio prosequetur, insectabitur, & omnino tollere conabitur Antichristus. Et hoc ritè nominatur iuge sacrificium: nam non vno dumtaxat in loco, nec bis tantum per singulos dies, mane, & vesperi, vt illud Iudaicum, sed in omni loco, vt ait Malachias cap. I. & omni tempore agitur, & offertur Deo. Cùm enim Ecclesia Christi per omnes orbis partes sparsa sit, nullum est tempus diei, quod non alicubi terrarum sit antemeridianum tempus, id est, peragendo Missæ sacrificio idoneum. Abominationem appellant Iudæi, idolum, cui diuinus cultus impiè stultèque ab hominibus adhibetur. Quare rectè significatur eo vocabulo Antichristus, qui sedebit in templo Dei, & iubebit, se ab omnibus quasi Deum adorari.

Missæ sacrificium præcipuè insectabitur Antichristus.

- B** ADDITVR, In desolationem, quia impius ille, erit non tantum diuini cultus, sed etiam bonorum omnium calamitas, perniciosa, desolatio, & exitium. Tollit autem iuge hoc sacrificium Antichristus, non quidem omnino, sed quatenus eius noritia, vel potentia pertinere poterit. Nam sancti perpetuò ipsum custodient, & colent, nec vnquam agere desinent, non tamen vbique, aut publicè: sed priuatim, & occultè, atque in locis secretis, & à cognitione Antichristi remotis.

Antichristus tollit Missam, sed non penitus.

Beatus, qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem vade ad præsinitum, & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum.

- D** BEATVS erit, inquit angelus, qui vixerit vsque ad finem mille ducentorum, & nonaginta dierum, id est, trium annorum, & sex mensium, quibus duratura est atrox illa persecutio Antichristi, & in cuius temporis extremo occidendus est Antichristus: & præterea superuixerit per dies quadraginta quinque, per quos dies, inquit Diuus Hieronymus, Christus Dominus in sua maiestate venturus est.

Quot dies supererunt à morte Antichristi, vsque ad Christi aduentum.

SED cur post necem Antichristi, datum sit spatium horum

Refellitur
Theodoret.

horum quadraginta quinque dierum latet mortales, & A
folius Dei, scientiæ est, vt putat Hieronymus: nisi forte
inquit ille, dilatio regni sanctorum, patientiæ eorum
comprobatio futura sit. Theodoretus tradit, per eos
dies occiso iam Antichristo magnum Eliam esse præ-
dicaturum. Sed reclamat Ioannes, qui in Apocalyp. ca-
pite vndecimo, significat Enoch & Eliam occisum iri
ab Antichristo. Quin Hippolytus affirmat: Enoch &
Eliam prædicaturos per tres annos & dimidium, & oc-
cisos iri ab Antichristo, eumque post illorum necem,
tribus annis & dimidio regnaturum. Denique, com- B
munis est omnium sensus: Enoch & Eliam, martyres
sub Antichristo futuros. Similior vero est Lyriani &
Carthusiani, aliorumque coniectura, qui existimant,
id temporis, summa Dei clementia concessum iri, ad
agendam videlicet pœnitentiam, iis, qui vel per igno-
rantiam, vel per infirmitatem carnis, Antichristo con-
senferant. Nec tamen credendum est, omnes, qui eo
tempore fuerint, acturos pœnitentiam. Siquidem mul-
tos, in sua nequitia permanentes, repentinus Christi
aduentus, & mundi interitus opprimer. Scilicet, non C
secus quàm diluuium eos, qui fuerunt tempore Noë,
sicut Dominus noster testatur in Euangelio Matthæi,
24. cap. & Lucæ 17. Paulus item prioris epistolæ ad
Thessalonicenses, cap. 5.

Deliramentū
Iudæorum.

Eius confu-
tatio.

REFERT hoc loco Lyranus, quosdam Iudæos
prodidisse, per hosce mille trecentos triginta quin-
que dies, designatum esse tempus, quo Iudæi expe-
ctaturi sunt aduentum Messia, & positum esse diem
pro anno, sicut ponitur etiam apud Ezechielem, ca-
pite quarto: eorum vero annorum sumendum esse D
initium ab eo tempore, quo positum fuit idolum in
templo Hierosolymitano: ita vt post id temporis,
transactis 1335. annis, venturus sit Messias. Verum
hanc opinionem, & ipse rerum euentus, & ratio tem-
porum manifestè redarguit. Ab eo namque tempore,
quo Antiochus idolum posuit in templo (id quod si-
gnificauit Eusebius in Chronicis, in Olympiade cen-
tesima quinquagesima tertia) vsque ad præsentem an-
num, præterierunt anni plus mille septingenti. Ex
quo autem tempore, postremum sub Adriano Ro-
mano

A manorum imperatore, in loco templi, posita fuit statua equestris ipsius Adriani, quod factum est, secundum Eusebium, circa annum Domini 140. transiere usque ad hodiernam diem amplius, quam mille quadringenti & quadraginta anni; ut, vel hinc palam sit quam facile gens Iudæorum, figmentis & mendaciis capiatur, delecteretur, pascatur.

B VERBA, quæ sequuntur apud Danielem, hanc habent sententiã: Tu Daniel vade, pro vades; id est, secundum tempus tibi præfinitum, morieris: *Et requiesces*, quasi dixerit angelus Danieli, morietis tu quidem Daniel, sed morte iustorum, quæ nimirum est requies ab omni labore, de qua dixit Ioannes in Apocalypsi, Beati, qui in Domino moriuntur, amodo enim dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur ipsos. *Et stabis*, videlicet inter electos, qui in illo tremendo iudicio stabunt à dextris Dei; nam improbi, primùm sua ipsorum conscientia, deinde iustissimo Dei iudicio condemnati, non stabunt, neque consistent, sed in profundissimas inferni tenebras præcipitabuntur. *In sorte tua*, id est, in

Apoc. 14.
Matth. 25.

C parte, gradu, loco, & ordine beatitudinis, quæ tibi dabitur pro mensura tuorum meritorum. Sortem appellat, gratiam æternæ prædestinationis, qua Deus sanctos eligit ad participationem æternæ gloriæ: Ea dicitur fors, quæ significat aliquid, non ex propria virtute & facultate proveniens, sed quod incerto & improviso contingit euentu: sic gratia prædestinationis contingit electis, nullo ipsorum merito, sed gratuita solius Dei benevolentia & charitate. Atque hac significatione, appellatur in Scriptura fors sanctorum, ut videre licet in libro sapientiæ, capite quinto, in Actis apostolorum capite vigesimo sexto, & apud Paulum in capite primo epistolæ ad Colossenses. Denique, illud, *In fine dierum*, idem significat, quod in fine mundi: quando erit resurrectio mortuorum, & generale iudicium. Simile est, quod scripsit Paulus prioris epistolæ ad Corinthios, capite decimoquinto: *Vnusquisque, inquit, resurget in ordine suo.*

Quid sit fors
in Scripturis.

BENEDICTI ^A PERERII SOCIE- TATIS IESV,

Commentariorum in Daniele,

LIBER XVI. ^B

CAPVT XIII. ^B

ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim: & accepit uxorem nomine Susannam, filiam Helcia, pulchram nimis, & timentem Deum. Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioachim diues valde, & erat ei pomarium vicinum domus sue, & ad ipsum confluabant Iudei, eo quod esset honorabilior omnibus. Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno de quibus locutus est Dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone, à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioachim, & veniebant ad eos, omnes, qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, ut non viderent cælum, neque recorderentur iudiciorum istorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: erubescabant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitq; alter ad alterum, eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. Cumque reuertissent, venerunt in vnum: & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Factum est autem, cum obserua

- A** obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando, sicut heri & nudistertius, cum duabus solis puellis: voluitque lauari in pomario, astus quippe erat; & non erat ibi quisquam, prater duos senes absconditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferite mihi oleū & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauet. Et fecerunt sicut praeceperat, clausurūque ostia pomarij, & egressae sunt per posticum, vt afferrent quae iusserat: ne sciebantque senes intus esse absconditos. Cum autem egressae essent puellae, surrexerunt duo senes, & accurrentes ad eam, dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tua sumus: quamobrem assentire nobis, &
- B** commiscere nobiscum: quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam miseris puellas a te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustiae sunt mihi iudicuae. Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autem & senes aduersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. Cum ex eo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, vt viderent quidnam esset. Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cumque venisset populus ad Ioacim virum eius, venerunt & duo presbyteri, pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interficerent eam. Et dixerunt coram populo, mittite ad Susannam filiam Helciae, vxorem Ioacim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. Porro Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur (erat enim cooperta,) vt vel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui, & omnes, qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. Quae stans suspexit ad caelum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est haec cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. Et

illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostis exiliuit: hanc autem cum apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, noluit indicare nobis: huius rei testes sumus. Creditis eis multitudo, quasi senibus, & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit, Deus eterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me, & ecce morior, cum nihil horum fecerim, quae isti maleuose composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Cumque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel: & exclamauit voce magna, Mundus ego sum a sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit, quis est iste sermo, quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum ait, Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes, Veni, & seade in medio nostram, & iudica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit unum de eis, & dixit ad eum? Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quae operaberis prius iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino, Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo, si vidisti eam, dic, sub qua arbore videris eos colloquentes sibi? Qui ait, sub schimo. Dixit autem Daniel, recte mentitus es in caput tuum: Ecce enim angelus Dei, accepta sententia ab eo, scindet te medium. Et amoto eo, insit venire filium, & dixit ei, Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: sic faciebatis filiabus Israel, & illae timentes, loquebantur vobis: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait, sub primo. Dixit autem ei Daniel, recte mentitus es & tu in caput tuum: Manet enim angelus Domini, gladius habens, ut fecerit te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaque omnis catus voce magna, & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros: conuictat enim eos Daniel,

eos ore

Exod. 23. 4.

7.

Alterum habent 2. M. S. & Graecū exemplar.

A Ex ore suo falsum dixisse testimonium fecerunt que eis, sicut male egerant aduersus proximum, vt facerent secundum legem Moysis, & interfecerunt eos: & saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helcias autem & vxor eius laudauerunt Deum, pro filia sua Susanna, cum Ioachim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa deinceps. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

Deut. 7. de
19.

P R Æ F A T I O.

B **D** I V V S Athanasius in synopsi exorsus est librum Danielis ab historia Susannæ, quæ narratur hoc capite. Fortasse quòd cum hæc historia contigerit, puero admodum Daniele, quo tempore is primum habere se spiritum Dei propheticum declarauit: propterea visa est hæc historia, primum locum libri Danielis tenere debere. Sed profectò, rem ipsam bene consideranti manifestum erit, quæ traduntur in primo capite huius libri, de Danielis captiuitate, educatione, atque institutione, ea cæteris omnibus, quæ in eodem libro scripta sunt, esse præponenda. Verùm, de historia Susannæ, & Belis, quæ sequenti capite traditur, & à multis, & diuersis temporibus, dubitatum est, vt rum eiusmodi historiæ fidem & auctoritatem sacræ & canonicæ scripturæ habeant. At enim, si fortè olim de his, quibusdam licuit ambigere, nunc tamen nulli planè licet. Siquidem in nouissimo concilio Tridentino sessione quarta, constitutum est; Librum Danielis cum omnibus suis particulis, prout legitur publicè in Ecclesia, & continetur in latina translatione vulgata, pro sacro & canonico libro esse recipiendum. Nec leue ad id confirmandum pondus habet Ecclesiæ auctoritas: quippe ab ortu suo, vt tradit Origenes in epistola, quam scripsit ad Iulium Africanum, & in tractatu trigesimo primo in Matthæum, publicè in cõuentibus fidelium, hanc Susannæ historiam, vt sacram & diuinam scripturam, recitare cõsuevit.

D. Athanasius cur ab hac historia librum hunc sit exorsus.

An historiæ Susannæ & Belis, auctoritatem canonicæ scripturæ habeant.

D N O N sumi nescius, multa recitari publicè in Ecclesia

Multa in Missa leguntur, quæ Sacre Scripturæ auctoritatem non habent.

Tres obiectio- nes contra auctoritatem historie Susannæ, diluuntur.

clericalibus precationibus, aliisque ceremoniis: quin etiam in ipso Missæ sacrificio peragendo, quæ, ut vera esse existimare conuenit, ita liquet, ea ex sacris & canonicis scripturis non esse deprompta. Legitur in Missa, quæ in honorem diuæ Catharinæ celebratur, corpus eius super montem Syna ministerio angelorum esse collocatum: hoc ex veris historijs & traditionibus sumptum esse, extra controuersiam est: fidem tamen & auctoritatem, qualis nempe diuinis historijs, & scripturis canonicis debetur, nequaquam habet. Ante Pium quintum, publicè legebatur in Ecclesia officium & Missa, de immaculata conceptione beatæ Virginis Mariæ, cum tamen eam fuisse absque originali peccato conceptam, non sit adhuc in Ecclesia secundum Catholicam fidem definitum. Quinimo superiore libro decimoquinto docuimus, quædam ex quarto libro Esdræ, utique Apocrypho, vsurpari ab Ecclesia. Sed ut hæc non ignoro, ita scio & contèdo, quæ Ecclesia publicè, ut sacra & diuina proponit, in quo numero hæc historia roponenda est, ea sacra & diuinæ auctoritatis apud omnes esse debere. Accedit ad hoc ipsū persuadendum, auctoritas septuaginta interpretum: qui, ut refert Origenes in epistola ad Africanū, & indicat beatus Hieronymus in commentario huius capitis, historiam Susannæ in sua translatione posuerunt: quo licet intelligere, fuisse eam illo tempore, id est, annos circiter trecentos ante Saluatoris nostri ortum, maximæ in Synagoga auctoritatis, & fuisse scriptam, vel Hebraico, vel Chaldaico sermone. Quid plura? patres tam Græci, quàm Latini, historiam hanc Susannæ & frequenter, & ut sacram Scripturam vsurpant. Lege Athanasium in synopsi, Chryostomum in homilia de Susanna, quæ est in fine primi tomi: duos item sermones diui Augustini, ambos de tempore: alterum quidem centesimum decimum octauum, alterū verò ducetesimum quadagesimum secundum.

VEXVM, qui auctoritatem huius historie oppugnant, tria nobis contra eam obiciunt. Primum, non esse aiunt eam in libris Hebræis, ob idque in sacrorum librorum numero non esse ponendam. Sed respondet Origenes, multa pro sacris & canonicis scriptis, venerari

A nerari & vsurpare Catholicam Ecclesiam, quæ non sunt in Canone Hebræorum. Nos, exempli causa, afferre possumus librum Iudith, Tobix, Sapientix, Ecclesiasticum, librosque Machabæorum. Ad hæc, respondet Origenes, accepisse se à doctissimis Hebræorum, hanc historiam contineri ab Hebræis in arcanis, nec velle eam publicari, & in vulgus efferri, videlicet, ne propter execrandam presbyterorum, qui memorantur in hac historia, nequitiam, dignitas, & potestas, atque auctoritas iudicum, senum, & sacerdotum, populo in odium & contemptum veniret. Adde,

B quòd, vt hæc historia non fuerit scripta Hebraicè, nihil tamen id officit eius auctoritati: potuit enim scripta esse Chaldaicè, seu magna huius libri pars: potuit etiam fieri, vt Græcè scripta fuerit, non à Daniele, sed ab alio quopiam Iudæo sapienti, & Græcæ linguæ perito, & cui in scriptione huius historiae, spiritus Dei affuerit: quemadmodum contigit Iesu Syrach, qui librum Ecclesiasticum Græcè conscripsit: neque enim ad auctoritatè diuinæ scripturæ refert, vel qua lingua, vel à quo scripta sit.

C **D**ENIQUE opponitur nobis auctoritas Iosephi, qui in libro decimo antiquitatum Iudaicarum, reliquas omnes, quæ sunt in hoc libro, enarrans historias, has duas, Susannæ & Belis, scilicet vt Apocryphas, referre superfedid. At enim Iosephus ipse profiteretur, se in illis libris Antiquitatum multa prætermisisse, nec nisi quæ in sacris Hebræorum annalibus Hebraicè scripta & prodita essent, commemorare voluisse. Ac ne hæc quidem omnia persequutus est: nam de historia Iob, tam illustri, & memorabili, nullum ipse verbum fecit.

D **V**ERVM, vrget nos Eusebij & Apollinarij testimonio: qui, vt refert in præfatione cõmentariorum suorum in librum Danielis, D. Hieronymus, Porphyrio has historias calumnianti propterea non esse respondendum dixerunt, quia eiusmodi historiæ, nec sunt in libris Hebræis, nec diuinæ Scripturæ auctoritatem habent. Verùm nobis curæ non sit, quid isti senserint, quidve scriptis prodiderint. Mihi pluris est diuus Ignatius martyr, Athanasius, Chrysoftomus, Augustinus, alisque

Ecclesiasticos multos iam antiquitus recepit, qui non sunt in Hebræorũ canone.

Su'annè historiã cur Iudæi in vulgus non prodiderint.

2. Obiectio: Iosephus hæc historiam prætermisit.

Obiectio, sumpta ex Eusebij & Apollinarij auctoritate.

Mag'ſter in
hiſtor. Dan. c.
23 reprehē-
ditur.

inier ſcriptores Eccleſiaſticos quāmplurimi, primā nobilitatis auctores, qui his duabus hiſtoriis fidem & honorem diuinæ Scripturæ derulerunt. Miror equidē auctorem hiſtoriæ ſcholæſtica, ſuper hoc loco Danielis, non eſſe veritum inſimulare falſitatis hanc hiſtoriam, quod in ea ſcriptum ſit, duos illos preſbyteros fuiſſe lapidatos à populo, cum conſter ex capite vigefimonono Hieremiæ, eos fuiſſe à rege Babylonis trixos, & igne combuſtos. Quam eius inutiliſſimam aduerſus veritatem ratiocinationem, infra diſſoluemus. Miror magis Nicolaum de Lyra, & Dionyſium Carthuſianum, qui non negant has hiſtorias eſſe veras, ſed negant eas tamen ad canonicam ſcripturam, ſicut nec librum Tobię, Iudith, & Machabæorum pertinere: Verum hoc fortalſe iſtis condonari poſſit, quorum tempore non adeo erat veritas hæc, vt nunc eſt, diſcuſſa omni dubitatione, ſacri Tridentini concilij ſententia & conſtitutione, declarata, ſancita, & confirmata.

Quis fuerit
Ioacim ſufan-
næ maritus.

Obieſtio Iulij
Africani con-
tra hiſtoriam
ſufannæ.

Reſolutio,

Erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim.
ET Græci codices, & Latini emendatiores habent Ioacim; alij tamen habent Ioachim, & ſic legunt Lyranus, & Carthuſianus. Ex hoc loco arripuit Iulius Africanus, ad reſellendam hanc hiſtoriam, ſatis firmum, vt ipſi videbatur, argumentum. Eam namque fabuloſam eſſe hoc modo argumentabatur: Vel ille Ioacim maritus ſufannæ, fuit rex Iuda, alio nomine dictus Iechonias: ſed huius regis vxorem non auſi fuiſſent ſenes illi aut ſollicitare ad tantum ſeculus, aut eam morte condemnare: vel fuit alius quidam homo priuatus: at quomodo credibile eſt hominem priuatum & captiuum in ſuo exilio & captiuitate tantam habuiſſe palatii magnificentiam, tantamque apud omnes Iudæos auctoritatem? Sed facile repellitur hoc telum Africani. Non enim ille Ioacim, fuit rex Iechonias: ſiquidem ille, ex quo tempore ductus fuit Babylonem, ſemper in carcere fuit, & ſque ad mortem regis Nabuchodonofor, vt ſcriptum eſt in fine libri quarti Regum, & in fine libri Hieremiæ, id eſt, per ſeptem & triginta annos: poſt cuius

A cuius mortem, eductus est è carcere Ioacim: cum ià eo tempore, maior quinquagesimo anno esset Daniel, qui tamen tempore huius historiæ, puer fuisse dicitur. Nec fuit maritus Susannæ, Ioacim, etiam rex Iudæ, pater Iechoniz: is namque, vel non fuit Babylone, vel breuissimo tempore fuit, & dum fuit, semper in custodia & vinculis fuit, quibus solutus, confestim remissus est Hierusalem. Fuit igitur Ioacim maritus Susannæ, non rex, sed vir priuatus, inter omnes tamen Iudæos prædiues, & maximè honoratus, ac Iudæorum, qui morabantur Babylone, facillè princeps. Nec mirum est, fuisse eum in captiuitate adèò magnificum & opulentum, cum legamus multos alios in captiuitate, & abundasse diuitis, & gratia floruisse apud Barbaros reges, & insuper publicis, atque regalibus muneribus & honoribus fuisse ornatos: id quod de Tobia, Eldra, Nehemia, Mardocheo, ipsoque Daniele, atque eius sodalibus, in factis literis proditum est.

Multi in captiuitate fuerè prædiuites.

Et constituti sunt duo senes, Iudices in illo anno: & ueniebant ad eos, omnes, qui habebant iudicia.

C **E**X hoc loco tria contra historiam Susannæ Africanus obiicit: Primò, quomodo, inquit, credibile est, Iudæos in captiuitate habuisse proprium tribunal, propriosque iudices, & auctoritatem ac potestatem cognoscendi & decidendi causas, etiam criminales, & pœnam capitis inferendi? Deinde, si tempore Christi Domini, quo tempore Iudæi non erant captiui, & in patriis sedibus morabantur, & secundum leges suas liberè uiuebant: atamen, quia erant sub imperio Romanorum, & Iudæa per procuratores & præsidès à Cæsare missos regebatur, non erat Iudæis licitum, quemquam interficere: sicut ipsi dixerunt Pilato. *Nobis non licet interficere quemquam*: quantò minus uerisimile est, Iudæis, sub durissima Chaldæorum feruitute miserimè uiuentibus, factam esse potestatem suo arbitrio interficiendi, quos secundum leges suas mortis supplicio dignos esse iudicassent? Ad hæc uidetur historia hæc Susannæ, iis, quæ narrat Hieremias capite uigesimo nono, planè aduer-

Tres obiecta Africanus.

Ioan. 18.

Susannæ accu-
satores qui
fuerint.

fari. Cùm enim antiqua sit Hebræorum traditio, quam A
Origenes, Hieronymus, & ferè omnes interpretes, ap-
probasse & sequi videntur, hos presbyteros accusatores
Susannæ, fuisse eos ipsos, quos prædicto loco Hiere-
mias nominat Achab filium Coliæ, & Sedeciam filium
Maasiæ: genus tamen mortis, quo eos fuisse multa-
tos refert Hieremias, longè diuersum est ab eo, quod in
hac historia traditur. Illic enim dicitur eos fuisse à re-
ge Babylonis in igne frictos: hîc autem scriptum est
eos fuisse à populo lapidatos.

Responsio ad
tres Africani
obiectiones.

SED non erit magni negotij, has obiectiones dis- B
cutere. Ad primam respondet Origenes: Etiam suo
tempore, Iudæis, qui variis in regionibus sub impe-
rio Romanorum captiui erant, permissum fuisse vti
propriis legibus. Et verò solent nonnunquam prin-
cipes, gentibus à se debellatis, etiam quas in dispo-
ne sua captiuas tenent, propriarum legum vsam,
propriæque cultum religionis concedere: vel quò
æquitatis & clementiæ laudem ac famam colligant:
vel potius, quò eas gentes quietiores, sibi que obse-
quentiores, atque fideiiores habere possint. Ad se-
cundam responderi potest, quod respondet hoc lo-
co Hieronymus, explanans illa verba: Et consurrexe-
runt aduersus duos presbyteros, & interfecerunt, &c. Sic enim

D. Hieronym.

scribit. Si interfecit eos omnis synagoga, videtur illa opinio
refutari, de qua supra diximus, quod secundum Hieremiam,
ipsi essent presbyteri, Achab & Sedecias, qui ab ipso in vige-
simono capite nominantur. Nisi forte hoc, quod scriptum est,
interfecerunt eos, sic interpretamur, ut ita dictum sit, pro eo,
quod est, regi Babylonis occidendos tradiderunt. Sicut & nos
dicimus, quod Iudæi interfecerint Saluatorem: non quod ipsi
eum percusserint, sed quod eum tradiderint occidendum: &
succlamantes dixerint; Crucifige, crucifige eum. Hactenus D
sunt Hieronymi verba. Ergo, quia Iudæi, secundum
leges suas iudicarunt eos presbyteros esse reos mor-
tis, & lapidari debere, & ministris regis occidendos
tradiderunt, propterea dicuntur eos interfecisse, &
lapidasse. Vel fortasse, in aliquo casu permissum ip-
sîs fuerat à rege Babylonis, in suos populares sen-
tentiam mortis pronunciare, & exequi. Ad tertiam,
ita respondent Lyranus, & Carthusianus, vocabulum
ignis

- A** ignis nonnunquam in sacris literis significare quamlibet grauem, & acerbam afflictationem, pœnam & cruciatum: sic enim sumi hoc vocabulum in Psalmo 65. in eo loco: *Quoniam probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum: induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Transiimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Idem igitur genus supplicij significatur ab Hieremia per ignem, atque in hac historia per lapidationem. Verùm, nisi ego fallor, hoc responsum, nec difficultatem exhauriet, nec intelligentis lectoris animum explebit. Nam, vt concedatur, nonnunquam pœnam ignis poni pro quacumq; pœna corporali: attamen, nimis durum, & insolens est, qui igne combusti dicuntur, interpretari eos fuisse lapidibus interemptos. Præsertim verò, cum Hieremias singularem designans eorum combustionis modum, dixerit, eos fuisse à Rege Babylonis in igne frixos. Quid enim minus probabile est quàm dicere idem significari per frictionem in igne, atque per lapidationem? Quocirca expectitius videtur responsum, negare veram esse illam Hebræorum traditionem: & profectò potest ea sine aliqua religione negari: quippè quæ nulla probabili ratione, aut coniectura fulciatur.

Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.

ROMANI pudicitiam suæ Lucretiæ, tanquam incomparabilis exempli, non sine causa, sed sine modo laudarunt. Illa tamen apud intelligentes rerum æstimatores, veræ pudicitæ, & castitatis laude, cum beata Susanna, nullo modo est comparanda. Etenim Lucretia, vel mortis metu, vel (quod malunt Romani) timore dedecoris, cessit alienæ libidini: innatus enim ipsi fuerat Sextus Tarquinius, nisi suæ voluntati obsequeretur, se nõ tantùm eam interfeciturum: sed etiã positurum iuxta eã, iugulatũ seruũ, vt in sordidissimo adulterio necata existimaretur. Verũ quocumque illa sensu animi, aut perturbatione Tarquinio consenserit:

Comparatio
Lucretiæ Romanæ cum
sancta Susanna.

consensit

Lucretiæ pec-
cata tria.

D. Augustini
iudicium de
facto Lucre-
tiæ.

Christianæ sci-
minæ propter
vim sibi illatâ
non se interfi-
ciunt.

Laus Christia-
næ pudicitie
in quo consi-
tit.

consensit tamen. At Sufanna, nec mortis timore, nec
horrore futuri dedecoris, & infamiæ de custodiendâ
castitatis firmissimo proposito dimoueri potuit: nec
vllatenus flecti, vt illoiu senum libidini, vel minimum
præberet obsequium. Itaque pudicitie honestatem, &
vitæ, & famæ anteposuit. Porro, Lucretia in vno illo
suo factò, tria peccauit. Nam seipsam, contra legem na-
turalem occidit, neque criminis excusatio est, sed ex-
aggeratio potiùs, fuisse innocentem. Deinde, admisit
in ic libidinem Tarquiniij: cuius consensui, vel ipsa
mors præoptanda fuit. Denique, pluris fecit existima-
tionem hominum, & famam, quàm honestatem pudici-
tiæ, & suæ conscientie, ac veritatis testimonium. Au-
diat lector, quid Beatus Augustinus de hoc Lucretiæ
factò, in cap. 19. libri primi, de ciuitate Dei, scriptum re-
liquerit: *Quod Lucretia, inquit, seipsam, quoniam adulte-
rium pertulit, etiam non adultera occidit, non est pudicitie cha-
ritas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim eam turpitudinis
aliene in se commissa, etiam si non secum: & Romana mulier,
laudis auda, nimium verita est, ne putaretur, quod violenter
est passa cum viueret, libenter passa, si viueret. Vnde ad oculos
hominum, quibus conscientiam demonstrare non poterat, illam
penam, quasi mentis sue testem adhibendam putauit: sociam
quippe facti, se credierubuit: si quod alius in ea fecerat turpi-
ter, ferret ipsa patienter. Non hoc famine Christiane fecerunt,
quæ passæ similia, viuunt. Nec in se vltâ sunt crimen alienum,
ne aliorum sceleribus adderent suâ: si quoniam hostes in eis con-
cupiscendo supra commiserant: ille in seipsis homicidia erube-
scenda committerent. Habent quippe intus gloriam castitatis,
testimonium conscientie: habent autem coram oculis Dei sui,
nec requirunt amplius: ne deusent ab auctoritate legis diuinæ,
cum malè deuitant offensionem suspicionis humane. Sic Au-
gustinus.*

EST autem solida, & perfecta laus Christianæ pu-
dicitie, quæ verè virtutis nomen, & gloriam sola me-
retur, duabus in rebus posita. Primum enim interi-
ori sensu oblata voluptatis nullo modo capi oportet,
nec impuræ libidini vlla ratione consentire,
etiam vitæ prælata pudicitia. Deinde, si fortè per
vim corpus oppressum, & alienam libidinem passum
sit, etiam fœdato corpore, nihilominus tamen pro
certo

A certo habendum est, integram, atque illibatam manere castitatem. Nimirum ratio virtutis, & vitij, non in corpore, sed in animi studio, & proposito versatur. Rectè igitur Augustinus in eius libri, quem proximè nominaui. c. 18. admonet, Cuius corpus violentia alienæ libidinis oppressum fuit, ei nequaquam periisse animi, aut etiam corporis sanctitatem: ita enim non amitti corporis sanctitatem, manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amittitur corporis sanctitas, violata animi sanctitate, etiam corpore intacto.

Animi sanctitas non amittitur corpore violato.

Cumque duceretur ad mortem, suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel: & exclamavit voce magna, Mundus ego sum à sanguine huius.

His verbis ostenditur, inquit D. Hieronymus hunc locum explanans, non tunc primum intrasse in Daniele Spiritum sanctum, sed eum, qui iam erat in illo, & quiescebat propter ætatis infirmitatem, nec sua poterat opera demonstrare, data occasione pro sancta femina à Domino esse suscitatum. Sed quod ait D. Hieronymus, mansisse prius in Daniele Spiritum sanctum, quàm ipse cepit prophetare: si intelligatur de mansione Spiritus sancti, secundum gratiam gratum facientem, proculdubio verum est: si autem intelligatur de mansione eius, secundum domum prophetiæ, non est simpliciter verum: siquidem supra in primo libro horum commentariorum docuimus; domum prophetiæ, nec Danieli, nec aliis prophetis datum esse à Deo, ad modum cuiusdam qualitatis, firmiter in animis prophetarum inherentis, nec quasi habitum permanentem, sed modo cuiusdam diuinæ motionis, afflatus, & illuminationis brevè transeuntis. Quod sanè indicat non obscure diuina Scriptura, cum ait: Factum est verbum Domini ad Oseam, vel Isaiam: vel irruit spiritus Domini in Heliseum, vel, raptus in spiritu, vel, suscitavit spiritum eius. Quamquam Daniel, & iam priusquam prophetare ortus est, dici potest habuisse spiritum prophetiæ, ex electione, & prædestinatione Dei, qui cum ad hoc munus

Spiritus sanctus quomodo in Daniele habitauerit.

elegerat, & prædestinarat, & miris in puerili ætate virtutibus, ac donis cœlestibus præcultum, & præparatum ad id muneris ritè obeundum habilem, atque idoneum fecerat. Atque hac ratione Deus dixit Hieremix: *Præquam te formavi in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificavi te, & prophetam in gentibus dedi te.*

An se vera Daniel tunc fuerit in ætate puerili.

S E D quia dicitur in hoc loco Daniel fuisse eo tempore puer, quo hæc Susannæ historia contigit: quæritur, cuius ætatis tunc eum fuisse intelligendum sit. Etenim, vocabulum pueri, non semel in sacris literis ponitur in eo, qui iuuentutem iam exegit: Siquidem in libro Exodi, capite trigésimo tertio, Iosue administrator Mosis, appellatur puer, quem tamen multi existimant, nec temerè, non fuisse id temporis minorem quadragesimo anno. Et Saluator noster, ut refert Ioannes capite vigésimo primo, discipulos suos post resurrectionem appellauit pueros. Verùm, sine dubitatione dicendum est, fuisse Danielem tempore huius historix, in ætate puerili, aut certè fuisse eum perquam adolescentem: id enim significari videtur supradictis verbis huius historix, & pro certo traditum est à grauissimis auctoribus. Augustinus quidem certè in sermone 242. de tempore, Danielem scribit nondum fuisse tunc pubescentis ætatis. Severus Sulpitius in libro secundo sacre historix, & qui hunc plus ducentis annis præcessit, & discipulus Apostolorum fuit, Beatus martyr Ignatius, in epistola, quam scripsit ad Magnesianos, tradunt, duodecim annorum fuisse Danielem eo tempore, quo hæc gesta narrantur: nec ab istis dissentit Theodoretus, qui super 1. c. Ezechielis, in commentariis suis scriptum reliquit; duodecim annis cœpisse Danielem vaticinari ante Ezechielem, cuius principium prophetix, ab ipso met, in anno quinto transmigrationis Iechonix, competit cum quarto, vel quinto anno Ioacim regis Iudæ, cuius regis anno tertio captus est, & ductus Babylonem Daniel, annum agens circiter decimum, ut ostensum à nobis est in primo libro. Ex his concluditur, cum Daniel cœpit prophetare, cœpit autem in hoc casu Susannæ, fuisse cum annorum circiter duodecim.

At enim opponit nobis Africanus clausulam huius

A huius historiae, & extrema illa verba huius capituli decimitertij; Et rex *Astyages* appositus est ad patres suos, & suscepit *Cyrus* *Perfes* regnum eius. Ex quibus verbis significatur, quod in hac historia narratur, id contigisse circa exordium regni *Cyri*, quem supra, libro vndecimo probauimus, inisse imperium, eo ipso anno, quo *Babylonica* *Iudæorum* captiuitas soluta est. Quo licet argumentari, fuisse id temporis *Danielem* iam senio confectum, id est, centesimo anno affinem. Ductus enim est *Babylonem*, decem natus annos, & tertio anno regis *Ioachim*, à quo tempore vsque ad captiuitatem *Sedechiæ*, numerantur vndeviginti anni: hinc verò vsque ad solutionem *Babylonicæ* captiuitatis, & *Cyri* exordium imperij, anni septuaginta transierunt. Ad hanc obiectionem *Africani*, plerique respondent, clausulam illam huius decimi tertij capituli de rege *Astyage*, & *Cyro*: non pertinere ad tempus historiae *Susannæ*, sed eam potius referendam esse ad historiam *Belis*, & *draconis*, quæ sequenti capite narratur. Verum, id non esse probabile, nos, cum ad proximè sequentis capituli explanationem ventum erit, ostendemus. In præsens, illud dicere satis sit, eam clausulam ad tempus historiae *Susannæ* nullo modo pertinere: sed præter ordinem temporum, & rectam seriem historiae *Danielis*, vt quædam alia huius voluminis, fuisse hoc loco positam. Verum hoc iterum paulò infra executi sumus.

PORRO illud etiam, quod hic dicitur, Deum suscitasse spiritum *Danielis*, calumniari non prætermisit *Africanus*; Ait enim, consuetudinem *Danielis* fuisse, vaticinari per somnia, vel per visiones angelorum, non autem per subditum Dei afflatum, atque instinctum. Sed hoc futile, ac friuolum est. Respondemus enim, *Danieli* fuisse à Deo datum tribus modis vaticinari, per somnia, per visiones angelorum, & per repentinam *Sancti* spiritus incitationem, & inspirationem. Cur enim hoc negetur *Danieli* concessum, quod legimus in libr. *Gen.* *Iacob* Patriarchæ contigisse? Is enim prophetauit per somnia, quando vidit in somno mysticam illam *scalam*: prophetauit per visiones angelorū, cum fortiter luctatus est cū angelo: denique prophetauit sancti Spiritus

Obiectio *Africani* aduersus historiam *Susannæ*, ex clausula 13 cap.

Alia *Africani*, sed inutilis obiectio.

Danieli tribus modis datum vaticinari.

Spiritus afflatu, & incitatu, cum morti proximus, filiis suis, quæ nouissimis diebus ventura erant, præ-nunciavit.

Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicē procul, & diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operaberis prius. Nūc ergo dic mihi, sub qua arbore videris eos colloquentes simul: qui ait, sub schino. Dixit autem Daniel: recte mentitus es in caput tuum: Ecce enim angelus Dei, accepta sententia ab eo, scindet te medium. Et amoto eo, iussit venire alium: & dixit ei: Semen Chanaan, & non iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi: qui ait, sub primo. Dixit autem ei Daniel, recte mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus Domini gladium habens, vt secet te medium & interficiat vos.

Ratio seruanda in examinandis testibus.

Tria in examinandis testibus necessaria.

HOC iudicium & factum Danielis, separatim, & cum graui quadam increpatione senes illos interrogantis, atque ex discrepantibus eorum responsis, manifeste eos falsi testimonij conuincens, cum id non potuerit in ea ætate, & humani animi solertia, & prudentia, sed ex sola Dei inspiratione proficisci, magno esse debet omnibus exemplo pariter, atque documento. Nimirum, eo planè intelligitur, in iudicandis causis, maximè verò capitalibus, nulli testi, licet is propter ætatis reuerentiam, dignitatē, ac potestatis excellentiam, dignissimus fide videatur, nisi legitimo prius examine adhibito, esse credendum. Tria verò in examinandis testibus seruanda esse, facto suo docuit, & probauit Daniel. Primo enim conuenit alter ab altero separare, ut communicato inuicem consilio, ad vnum idemque testifican

A ficandum conueniant. Tum, expedit nonnunquam eos vehementer increpari ac terreri, quò scilicet incussus terror, omnem ex eorum animis simulationem excutiat. Denique, interrogandi sunt artificiosè & aptè ad eliciendum verum: videlicet, vt ex constantia, vel inconstantia, & ex concordia, vel discordia responsionum, veritas aut falsitas eorum, quæ ab ipsis dicta testatæque sunt, liquidius exploretur.

CIRCA illam verò agnominacionem, & allusionem vocabulorum, quæ in Latina translatione lateret, in Græca verò conspicua est, sciendum primò est, eiusmodi agnominaciones, etiam alibi vsitatas esse in sacris literis. Nam in libro Geneseos, capite 2. Eva appellata est Hebraicè, *Isa*, quòd ex viro, qui Hebraicè dicitur *Is*, sumpta, & formata esset: & in Evangelio Saluator noster dixit Petro, *Tues Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam*. Huc etiam pertinet illud Pauli dictum aduersus quosdam, qui Galatas ad Christum conuersos, ritu Iudæorum circumcidi iubebant, sicut in quinto capite eius Epistolæ scriptum est: *Vinam, inquit, abscindantur siue concidantur, qui vos conturbant*: allusio enim est in verbo concidendi, ad verbum circumcidendi. Porò duarum arborum vocabula Græca, quæ hic ponuntur, sunt hæc, *prinos*, quæ Latinis vocatur *ilex*, arbor glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, læui cortice, cuius duo genera in libr. 16. capite 6. enarrat Plinius. Ad hoc nomen, agnominacionem habet verbum Græcum *prio*, quod significat scindere, & diuidere. Alterum vocabulum est, *schinos*, significans, arborem, quam Latini nominant *Lentiscum*, magnitudine roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis, vbi maturuerint, nigris: sudat resinam, quam in Chio insula *mastichen* vocant. Hanc Cicero in libris de diuinatione adductis ex vetusto quodam poëta versibus, testatur perpetuo virere, tæque in anno fructus proferre. Ad hoc nomen, habet agnominacionem verbum Græcum, *schizo*, idem significans, quod Latinis *disumpo*, & quasi *serra seco*. De huiusmodi agnominacionibus ita scribit Diuus Hieron. in epistola. 120. quæ est præfatio quædam in Danielem.

De nominum
agnominatio
ne & allusio
ne, qua hic v-
sus est Daniel.
Matth. 16.

nielē. Audini ego, inquit, quendam de preceptoribus Iulio-
 rini, eūm Susanna derideret historiam, & à Greco nescio quo,
 eam diceret esse confictam, illud opponere, quod Origeni quoque
 Africanus opposuit, etymologias has, apo tou schinou schisa kai
 apo tou prinou prisai, de Greco sermone descendere, cuius rei nos
 intelligentiam hanc nostris dare possumus, ut verbi gratia, dica-
 mus de arbore ilice dixisse eum ilico peras: & de arbore lenti-
 sci, dixisse, in lentem te comminuat angelus, vel non lente pe-
 ras, aut lentus, id est, flexibilis, ducaris ad mortem: siue aliud
 quid ad arboris nomen conueniens. Sic Hieronymus. D. Au-
 gustinus in sermone ducentesimo quadriagesimo se-
 cundo de tempore, per vocem, prinos, intellexit, sed
 non rectē, prunum. Posslet autem similis agnominatio
 in pruno & malo exprimi, ut de pruno diceretur, re-
 ctē dixisti sub pruno, quia mox ardentibus prunis ab
 angelo cremandus es. Et item de malo, rectē dixisti:
 venit enim iam tempus, ut digna sceleribus tuis mala &
 supplicia, à Deo recipias.

D. August.

Responsio ad
 potissimum
 Africani ar-
 gumentum,
 quo de fide
 huius histo-
 riæ dubitat.

Ex hac vocabulorum agnominatioe firmissimum
 existimauit Africanus duci argumentum, ad hanc
 historiam refellendam. Hæc, inquit ille, vocum allu-
 sio, planè Græca est, nec in Hebræo sermone inueni-
 tur: auctor igitur historiæ non fuit Daniel, quapro-
 pter eam, vel hoc solo conuincitur, esse fictitiam. Ve-
 rum hanc objectionem non erit operosum, etiam
 multis modis dissoluere. Principid an eiusmodi a-
 gnominatio fuerit quondam in libris Hebræis, in-
 compertum est, nec sciri potest, tum quia hæc histo-
 ria Susannæ, neque nunc est scripta Hebræo sermo-
 ne, nec erat in ecclesia, tempore Origenis, tum etiam
 quod nomina earum arborum, non inueniuntur in
 Sacra scriptura, quocirca nec ea nunc habet lingua
 Hebræa, ut potè cuius non sunt alia vocabula pro-
 priè Hebræica, nisi quæ in sacris voluminibus repe-
 riuntur: ad ea namque explicanda, quæ non sunt in
 diuinis libris, vtuntur Hebræi vocabulis, vel Chal-
 daicis, vel Arabicis, vel aliarum gentium, apud quas
 aut nati, an diu multumque versati sunt. Sed esto,
 non fuerit ea nominum agnominatio in sermone He-
 bræo, at potuit esse in Chaldaico, quo forrasse vsus
 est Daniel. At licet nec in Hebræico: nec in Chaldaico

- A** eo sermone fuerit, id tamen non eleuat fidem, & auctoritatem huius historiae. Potuit enim fieri, ut in Hebraeo, vel in Chaldaico sermone, fuerit agnominatio aliarum arborum, quae in Graeco sermonem translatae, omnem illam agnominatiois gratiam, & vim perderent. Cõstat enim, ut in Hebraea lingua, & in Graeca, multas esse vocabulorum agnominatioes, multasque verborum figuras, quae, si in Latinum sermonem transferantur, vim, proprietatem & venustatem suam amittunt.
- B** Quamobrem Graecus, huius historiae vel interpres, vel scriptor, ut similem in Graeco sermone agnominatioem exprimeret, loco earum arborum, quae erant in scriptura Hebraica, siue Chaldaica, posuit alias arbores, in quibus simili expressa agnominatioe, eadem Danielis seruaretur sententia. Consueuisse autem sacrorum voluminum, tam Graecos quam Latinos interpretes, vocabula Hebraica, vel arborum, vel lapidum, vel locorum ignota gentibus, quarum lingua scribebant, in vocabula aliarum rerum, quae illis tamen similes essent, ac ratione quadam responderent, commutare: quod quia satis liquet peritis diuinarum literarum, propterea hic exemplis declarari superuacuum est. Denique, non abhorret à fide, has extremas historias, non esse scriptas à Daniele, sed ab alio quopiam linguae Graecae perito, scilicet eo tempore, quo gens Iudaica sub Graecorum imperio fuit. Haec autem scriptura, & afflatu spiritus sancti composita est, & Synagogae auctoritate antiquitus fortasse probata: & quoniam ad res gestas Danielis pertinebat, tanquam appendix, libro eius adiuncta est. Non recte igitur argumentatur Africanus, hanc historiam esse fictitiam, quod Graeco sermone constet, vel quod
- C** non fuerit à Daniele conscripta.
- D**

Hæc à Daniele scripta non esse probabile est.

Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros, ut facerent eis secundum legem Moysis & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innocuus in die illa.

Quae poena fuerit in adulteros, secundum legem Moysis, constituta.

Lex Moysis, ut scriptum est Deuteron. 19. iubebat, ut qui conuictus esset, falso accusasse proximum suum alicuius criminis, is puniretur eadem poena, quae esset ei crimini à lege constituta. Eadem

lex c. 22. eiusdem libri, & cap. 20. Leuitici, præcipiebat, **A**
 adulterium morte vtriusque adulteri vindicari. Verum, quod esset illud genus mortis, non videtur expressum lege: nisi quod, prædicto loco Deuteron. scribit Moses, si quis virginem desponsatam alij viro, compressisset, & virginem & corruptorem eius, extra ciuitatem lapidibus obrui debere. Similis pœna inferitur puellæ, quæ in domo patris sui, voluntariè perdidit virginitalatem, vt eodem loci traditur. Fuisse tamen pœnam adulterorum, secūdā legem Moisaicā, lapidationem, non sinit nos dubitare, quod **B**
 Scribæ, & Pharisei, vt refert Ioannes cap. 8. dixerunt Saluatori nostro, adducentes ad eum mulierem in adulterio deprehensam, *Magister, inquit, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio: in lege autem Moyses mandauit nobis, huiusmodi lapidare.* Ezechiel quoque cap. 16. satis indicat, id genus supplicij in adulteros, fuisse apud Iudæos constitutum: sic enim inducit Deum loquentem. *Iudicabo te iudicij, adulterarum, adducens super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, &c.* Ceterum ante legem Moysi, adulterium fuisse pœna ignis **C**
 apud Hebræos vindicatum, patet ex trigésimo octauo capite libri Genesios. Cùm enim apud Iudam, nurus eius Thamar, accusata esset adulterij, is eam iussit ad ignem duci, *Perducite, inquit, eam, vt comburatur.* An hoc genus supplicij, tunc Hebræis in more & instituto fuerit, an id potiùs illi vsurpauerint, secundum leges & instituta earum gentium, quibus cum mixti vivebant, mihi quidem nequaquam exploratum est. Sacerdotis quidem filia, deprehensa in stupro flâmis exurebatur, vt est in Leuitico, c. vigésimo primo. **D**

Locus ex capite trigésimo octauo libri Genesios.

Apud varias gentes, varia fuisse adulterorum supplicia.

I L L V D equidem scio, apud varias gentes, varia fuisse adulterorum supplicia, quin etiam apud eandem gentem, non semper idem, sed aliàs mitiùs, aliàs verò grauius, & saeuiriùs. Dicam primum de Romanis. **D.** Augustinus libro tertio de ciuitate Dei, capite quinto. *Romani, inquit, antiqui in stupro detectas Vestales, viuas etiam defodiebant: adulteras autem feminas, quamuis aliqua damnatione, nulla tamen morte plectebant.* Fuit igitur apud ipsos varia, diuersis temporibus, adulterorum pœna: vel nota publicæ ignominia, vel pœna pecuniaria

- A niaria, vel exilium, vel verbera, vel contusio neruorum, vel castratio, vel etiam mors. Valerius Maximus libro sexto capite primo, commemorans eos, qui in vindicando adulterio, publica pœna vsi sunt, *Sempromius*, inquit, *Musca*, *C. Gallium deprehensum in adulterio, flagellis cecidit. C. Menius. L. Octauium similiter deprehensum neruis contudit, Carbo Achiemus à Dibieno, item Pontinus à P. Cernio deprehensi, castrati sunt.* Iulius Cæsar, libertum sibi gratissimum ob adulteratam equitis Romani vxorem, quamuis nullo accusante, capitali pœna affecit. Augustus Proculum clarissimū libertum, ob idem facinus, pœna eadem puniuit. Lege Suetonium in vtriusque vita. Iulius Capitolinus scriptum reliquit, *Macrinum imperatorem adulterij reos, viuos simul incendiisse, iunctis corporibus. Aurelianus quoque imperator, referente Vopisco, militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligatas, subito dimitti iussit, vt discissus ille vtrinque penderet.* Constantinus Magnus legem sanciuit, qua violatores coniugij gladio plectebantur. Tempore D. Hieronymi qui Constantio imperante natus est adulterium morte puniri solitum, patet ex ipsius epistola ad Innocentium, de muliere septies ista. Transeo ad alias gentes. Parthos, nulla delicta quàm adulterium grauius vindicasse, auctor est Iustinus libro 41. Apud Ægyptios, in adulterio deprehensus virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. Si quis præterea mulierem liberam violasset, virilia ei amputabantur, quoniam vno crimine tria non parua damna intulisset, iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionem. Vide Diodorum Siculum libro secundo Bibliothecæ, cap. 2. Zaleucus Locrensis legislator, in primis nobilis, legem tulit, vt adulteris vterque oculus erueretur, cum autem filius eius in adulterio esset deprehensus, & tota ciuitas in honore patris, pœnam ei remitteret, aliquandiu repugnauit: ad vltimum victus populi precibus, suo prius vno, deinde filij altero oculo eruto, debitum supplicij modum legi reddidit: mirabili æquitatis temperamento, se se inter misericordem patrem, &

Valerius Maximus.

Iulius Cæsar.

Augustus.

Macrinus.
Aurelianus.Constantinus
Magnus ex epi. 49.
Parthi.
Ægyptij.

Memorable factum Zaleuci.

Insignis severitas Hippomenis in filia adulterio commissa.

Saletus.

Turcae.

trēm; & iustum legislatorem partitus, velut scitè scribit Valerius Maximus lib. sexto, cap. quinto, & Aelianus in libro decimotertio variae historiae. Ac licet apud Athenienses, ex lege Solonis, ut in eius vita tradit Plutarchus, is, qui liberè mulieri vim attulisset, decem tantum drachmarum poena multaretur: atramen Hippomenes Athenarum princeps, cum filiam in adulterio deprehendisset, eam cum equo iunxit: qui clausus, cum alimentis careret, dentes in puellam ingestit, adulterum verò testatur Suidas, per regionem Atticam fuisse ab equis tractum, atque discerptum. Saletus Crotoniensium princeps legem tulit, ut moechi cremarentur vivi. At cum ipse fratris uxore polluisset, & ciues oratione eius permoti, poenam illam in exilium commutare vellet: ille magnitudinem culpe cum animo suo reputas, in ignem sponte insiliit, sicut refert Lucianus in apologia, pro iis, qui mercede conducti seruiunt. Apud Turcas, ex lege impurissimi Mahumetis, adulterij convictus, centum ictibus flagellatur.

Et rex Astyages appositus est ad patres suos:

& suscepit Cyrus Perses regnum eius.

Quando Susanna historia contigerit.

HÆc clausula, terminans decimumtertium capitulum huius libri, licet cum historia Susannae coniuncta sit, ad eius tamen historiae tempus minime pertinet. Etenim, historia Susannae contigit puero admodum Daniele, primisque annis regni Nabuchodonosor: Cyrus autem regnare cepit eo ipso anno, quo finita est septuagenaria Iudaeorum captivitas, ut postremis verbis libri secundi Paralipomenon, primisque libri Esdrae testatum est. Ab initio autem regni Nabuchodonosor, usque ad principium regni Cyri, numerantur anni octoginta novem: Nam decimonono anno regni Nabuchodonosor, coepit captivitas, quae per septuaginta annos duravit, usque ad exordium imperij Cyri: atque eo quidem tempore, Daniel erat propè centenarius. Hæc igitur clausula, præter rectam historiae seriè, atque ordinem temporum, hoc loco posita est: quemadmodum alia nonnulla in hoc libro præposterè, confusioque temporum ordine collocata sunt. Idonea verò huius clausulae,

Quo in loco huius libri clausula sit apponenda.

A

 A sulae sedes, atque opportunus locus fuisse videretur, aut in fine ca. 9. aut in exordio 10. Quod autem hoc loco tradunt, Lyranus & Carthusianus scholasticam historiam sectuti, hanc clausulam denotare tempus historiae Belis & draconis, qua sequenti capite narratur, quamobrem ea rectius poneretur in principio cap. 14. quam in fine 13. hoc inquam, quod ab illis traditur, mihi quidem neutiquam probatur. Historia namque Belis & draconis accidit cum staret regnum Babylonis, & regis proprios haberet reges: at Cyrus inivit principatum eo anno, quo, soluta captiuitate, Iudaei libertate ab ipso donati sunt, videlicet post necem Balthasaris, ac Babylonici regni euersionem. Nihil magis probabile est, quod Hector Pintus hoc loco scriptum reliquit, ait per verba huius clausulae, non aliud significari, quam quo tempore contigit historia Susanna, eo ipso tempore regnasse in Media Astyagem, aut Cyri, eoque vita defuncto, regnum peruenisse ad Cyrum: propterea vero mentionem Cyri esse factam, quod eius nomen Iudaeis notissimum, & celebratissimum esset. Verum haec interpretatio nimis dura & violenta est. Non enim hic dicitur, tunc regnasse, aut regnare coepisse Astyagem, sed tunc fuisse mortuum, & regnum ipsius suscepisse Cyrum. Sed ut hoc donemus Pinto, nihilominus tamen, interpretatio eius non procedet: falsum enim in chronologia sumit, casum illum Susannae fuisse eo tempore, quo regnum Medorum tenebat Astyages. Historia enim Susannae, ut non semel diximus, euenit in principio regni Nabuchodonosor, qui regnauit 3. & 40. annos: 10. autem annos post eius mortem, regnare coepit Astyages. Quod ita colligo. Cyrus proximè regnauit post Astyagem, & regnauit in fine septagenariae Hebraeorum captiuitatis. Porro Astyages, ut in libro primo confirmat Herodotus, 5. & 30. annos regnauit: coepit igitur regnare 35. anno captiuitatis Babylonicae, qui fuit annus decimus post mortem Nabuchodonosor: illa enim captiuitas coepit anno 19. regni eius: & cum constet, eum regnasse integros quadraginta tres annos, necesse est, mortem eius in 25. annu eius captiuitatis incidisse. Mirabitur fortasse lector, multa nos hic sine probatione posuisse, & quasi

Historia Belis
& draconis
quando accidit.

Astyages quādo regnauit.

certa sumpſiſſe, cum ea tamē ſint inter viros doctos cō A
trouerſa. Sed cum ea fuerint à nobis ſupra, in libro
10. & in quæſtione ſecunda, copioſè tractata, & con-
firmata, nolimus, quod veteri prouerbio vetatur, a-
ctum agere, & ſuperuacua earundem rerum repetitio-
ne, tædium hæc lecturis afferre.

CAPVT DECIMVM
QVARTVM.

ERAT autem Daniel conuina regis, & honoratus ſuper B
omnes amicos eius: erat quoque idolum apud Babylonios
nomine Bel: & impendebantur in eo per dies ſingulos, ſimila
artaba duodecim, & oues quadraginta, & vini que amphora ſex.
Rex quoque colebat eum, & ibat per ſingulos dies adorare
eum: porrò Daniel adorabat Deum ſuum. Dixitque ei rex,
quare non adoras Bel? Qui reſpondens ait ei: quia non colo
idola manu facta, ſed viuentem Deum, qui creauit calum &
terram, & habet poteſtatem omnis carnis. Et dixit rex ad
eum: num videtur tibi eſſe Bel viuens Deus? An non vides
quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens, C
ne terres rex, iſte eſt enim intrinſecus luteus, & forinſecus
areus, neque comedit aliquando. Et iratus rex vocauit ſacer-
dotes eius, & ait eis: niſi dixeritis mihi, quis eſt qui comedat
impenſas hæc, moriemini: ſi autem oſtenderitis quoniam Bel
comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel. Et
dixit Daniel regi, fiat iuxta verbum tuum. Erant autem ſa-
cerdotes Bel ſeptuaginta, exceptis vxoribus, & paruulis, & fi-
lius. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt
ſacerdotes Belis, ecce nos egrediemur foras: & tu rex pone es-
cas, & vinum miſce, & claude oſtium, & ſigna annulo tuo: D
& cum ingreſſus fueris mane, niſi inueneris omnia comeſta à
Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mētitus eſt aduerſum nos.
† Conſidebant
MS. legunt, &
exemplar Ro-
manum.
† Contemnebant autem quia fecerant ſub menſa abſconditum
introitum, & per illum ingrediebantur ſemper, & deuora-
bant ea. Factum eſt igitur, poſtquam egreſſi ſunt illi, & rex
poſuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris ſuis, & attule-
runt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: &
egreſſi clauserunt oſtium, & ſignantes annulo regis abierunt.
Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte, iuxta conſuetudinem
ſuas

A suam, & uxores, & filij eorum: & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex, saluane sunt singula Daniel: qui respondit: salua rex. Statimque cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamauit voce magna: magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur intro, & dixit, ecce panimentum, animaduerte cuius vestigia sunt hec. Et dixit rex, video vestigia virorum & mulierum & infantium: Et iratus est rex. Tunc apprehendit sacerdotes, & uxores, & filios eorum: & ostenderunt ei abscondita ostiola, per que ingrediebantur, & consumebant, que erant super mensam. Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subuertit eum, & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danielis: ecce nunc non potes dicere, quia iste non sit Deus viuens: adora ergo eum: Dixitque Daniel, Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus viuens. † Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam Draconem absque gladio & fuste. Et ait rex, do tibi. Tulit ergo Daniel picem & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas, & dedit in os draconis, & disruptus est Draco. Et dixit, † ecce quem colebatis.

C Quod cum audissent Babylonij, indignati sunt vehementer: & congregati aduersum regem, dixerunt, Iudaus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt cum venissent ad regem, Trade nobis Danielelem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer, & necessitate compulsus tradidit eis Danielelem. Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem, & dabatur eis duo corpora quotidie, & dua oues: & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielelem. Erat autem Habacuc propheta in Iudea, & ipse coxerat pulmentum, & intrinerat panes in aluicolo, & ibat in campum, vt ferret messoribus. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc, ser prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. † Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum, in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens: Daniel † tolle prandium quod misit tibi Deus. Et ait Daniel, Recordatus es enim mei Deus, & non dereliquisti

Quare notaciones Louaniensium,

† Iste autē nō est Deus viuēs MS. quādam addunt & Ro. exemplar & D. Hier. † Daniel addunt. MS. Ro. exemplar. & D. Hier. verum in Græco non additur.

† Ez. 8. a. 3. † Serue Dei addūt MS. Rom. exempl. & D. Hier. in Græco Daniel additur.

† Quærentes legunt MS. & Græcicodices. † In medio leonum addunt MS. quædam Rom. exemplar. & D. Hierony. † De lacu leonum addunt D. Hi. & Rom. exemplar.

† diligenter te, Surgensque Daniel comedit. Porro angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo, ut iugeret Daniëlem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens: † Et exclamavit voce magna rex, dicens: Magnus es Domine Deus Daniels. Et extraxit eum. † Porro illos, qui perditionis eius causa fuerant, intramisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

Erat Daniel conuiuia regis, & honoratus super omnes amicos eius.

Sub quo rege, historia huius capitis acciderit. Animaduërso in Chrysoftomi sententiã.

An hæc historia contigerit sub rege Cyro.

QU I S fuerit rex, cuius Daniel conuiuia fuisse dicitur, non tam facile est liquidò docere, quàm promptum est, quorundam ea de re sententias refellere. Si vera esset sententia Diui Chrysoftomi, qui in prima homilia super psalmum quinquagesimum affirmat, Daniëlem fuisse puerum duodecim annorum, cum is in lacum leonum coniectus est, in promptu esset scire, sub quo rege id euenisset: non enim aliud esse potuisset, quàm Nabuchodonosor: huius enim in exordio regni, captus est Daniel, & decem cititer annos natus, Babylonem ductus est. Verùm, opinionem Chrysoftomi, principium huius capitis manifestè refellit. Scriptum enim est, Daniëlem fuisse eius regis conuiuam, & honoratum super omnes amicos regis: quod vique in puerum duodecim annorum minime competit. At dicit aliquis, Chrysoftomum de altero coniectu Daniels in lacum leonum, qui supra, capite sexto, descriptus est, esse locutum. Verùm, multò minus in illo procedit Chrysoftomi sententia: ille namque, longo tempore, eum, qui memoratur hoc capite, consequutus est. Siquidem ille fuit sub Dario Medo, post euerfionem scilicet regni Babylonici, quo tempore Daniel, ab anno centesimo proximè aberat: hic autem, stante regno Babylonis contigit. Irenæus libro quarto aduersus hæreses, capite vndecimo, & Theodoretus in suis commentariis in Daniëlem, & hos auctores sequuti complures alij existimant, regem illum fuisse Cyrum, propterea quod proximè antè, in fine decimij tertij

Iechoniam, qui sub Nabuchodonosor per 37. annos fuerat in custodia, & contra fidem ipsi datam, regalemque dignitatem, abiecit, & asperè tractatus, statim vt in regnum demortui patris successit, eduxit è carcere, & regali cultu honoreque affecit, sicut extremis verbis libri 4. Regum, & libri Hieremiæ scriptum est. Danielem præterea ob singularem eius sapientiam, & propter maxima ipsius erga parentem suum officia, & merita, summè dilexit, & honorauit.

Erat quoque idolum apud Babylonios, nomine Bel.

Bel, seu Belus, quis fuerit.

Lapsus Theophili, & Lactantij in chronologia Bel.

De idolo Bel.

H V N c. Belem, seu Belum, fuisse illum ipsum, quem historia Geneseos c. 10. appellat Nembroth, fundatorem regni Babylonici, patremque Nini, Assyriorum monarchiæ conditoris, ab Eusebio, Hieronymo, Augustino, Cyrillo, aliisque traditum est, & à nobis supra, libro 5. confirmatum. Lactantius quidem, extremo primo libro diuinarum institutionum, Theophilum sequutus auctorem, affirmat, Belum, & Saturnum eius æqualem, non plus viginti duos, & trecentos annos, fuisse ante bellum Troianum. Sed vterque lapsus est in chronologia. Etenim, Belo proximè successit Ninus, cuius quadragesimo tertio regni anno, vt scripsit in chronicis Eusebius, multis idè censentibus, natus est Abraham. Ab huius ortu, vsque ad tempora Heli pontificis, simul & iudicis Hebræorum, in cuius principatum incidisse casum Troianum, supra ostēdimus, libro vndecimo, quæstione 2. anni circiter nongenti numerantur. Verùm de idolo Belis hic nominato, nonnihil dicendum est, ex antiquitatis monumentis expromptum. Simillimum vero est, illud Belis simulachrum, fuisse in templo Iouis Belii, quod extractum magnificentissimè fuerat à Semiramide: cuius templi amplitudinem, & magnificentiam exposuit Diodorus Siculus, libro tertio, cap. 4. præcipuè autem Herodotus libro primo, quem, hic ipse Diodorus, capite nono, eiusdem libri, claruisse scribit eo tempore, quo Xerxes transiit in Græciam, id est, circa septuagesimam quintam Olympiadem. Quo licet intelligere,

- A** gere, fuisse Herodotum, ipso Daniele, minus centum annis posteriorem. Scribit igitur Herodotus, fuisse in medio Babylonis, Iouis Beli templum æreis portis, duorum vndecumque stadiorum amplitudine, figuræque quadrata. Fuisse præterea in sacri medio, turrem solidam, crassitudine simul, & altitudine stadij, cui alia rursus erat superimposita turris, & huic subinde alia, ad octauam vsque. Hic ego fuisse crediderim sepulchrum Beli, operis magnitudine structuraque mirandum. Erat pyramis (Strabo inquit, libro decimo sexto) quadrata, ex latere coctili constructa, stadij altitudine, quolibet eius latere, pariter vnus stadij spatium completo. Hanc demolitus est, atque subuertit Xerxes: eamque reparare voluit Alexander Magnus: sed morte occupatus, id perficere non potuit: res enim magnæ molis erat: nimirum ad expurgandam tantummodo terram, decem millibus hominum, duorumque spatio mensium opus erat. In hoc templo, cum alia idola, tum præcipuè Iouis Beli statua erat aurea, longitudine pedum quadraginta, mille Babyloniorum talentorum pondere: cui dicatus ex auro erat crater, mille, & ducentorum talentorum, sicut refert Diodorus. Atque hoc ipsum fuisse idolum Belis, quod hic memoratur, satis probabili coniectura credi potest. Herodotus inquit, ad suam vsque ætatem, stetit templum illud Beli. Plinius verò, quinquaginta, & quingentos annos recentior Herodoto etiam suo tempore templum Beli extare, in libro sexto, capite vigesimo sexto, scriptum reliquit. Porro Ninum regem, scribit Diuus Hieronymus super caput 2. Osæ, ad tantam peruenisse potentiam, & gloriam, vt patrem suum Belum, in Deos retulerit. Quin Plinius libro trigesimo septimo, capite 10. indicat, Belum fuisse apud Assyrios, deorum omnium sacratissimum.

Descriptio tēpli Beli, ex Herodoto.

Sepulchrū Beli, ex Strabone.

ATQVE hinc primam originem duxit idololatria, videlicet post diluuium, annos minus trecentos. Nam licet Tertullianus in libro de idololatria significat, etiam ante diluuium cæpisse coli ab omnibus idola: mihi tamen, ac plerisque viris doctis, propior vero sententia Diui Cyrilli Alexandrini videtur, qui in libris quos scripsit aduersus Iulianum, primo, & tertio,

Origo idololatriæ ex Belo multis annis post diluuium capiti.

& tertio, sine dubitatione tradit, idolatriam non fuisse ante diluuium, sed post diluuium, amplius ducentos annos, initium sumpsisse à parte regis Nini, quem ipse nominat Arbelum: sed is à plerisque appellatur Belus. Atque huius rei illud, nec obscurum signum, nec leue argumentum existimari debet, quod pleraque idola variarum gentium, & præcipuè orientalium, ex hoc Belo, qui in scriptura dicitur Bel, vel Beel, appellationem traxerint, velut Beelzebub Deus Accaron, cuius mentio fit in primo capite libri quarti Regum: Belphegor, Deus Moabitarum, quem nominauit Moses in capite vigesimoquinto Numerorum: Baal, Deus Sidoniorum: Belial, cuius frequens in sacris libris mentio est: denique Baalames, quem D. Augustinus in questionibus super libros Iudicium, questione decima sexta, Deum Punicorum fuisse docet. Est item hæc Cyrilli opinio, cui nos accessimus, satis consentanea diuinis literis, siquidem in 24. cap. libri Sapientiæ legimus, idola nec fuisse ab initio, neque in perpetuum, nec in finem mansura.

Et impendebantur in eo per dies singulos, simila artaba duodecim, oues quadraginta, viniq; amphora sex.

Quæ mensura fuerit artaba.

ARTABA, inquit Herodotus libro primo, mensura est Persica, capiens unum medimnum Atticum, & propterea tres chœnices. Chœnix verò, secundum Budgum libro quinto, de alle, est octaua pars modij, & quadragesima octaua medimni, continens duos sextarios: & putatur fuisse mensura frumenti, in viuis dici victum homini sufficiens. Continebat igitur artaba, unum, & quinquaginta chœnices, vel centum, superque duos sextarios. Epiphanius in libro de ponderibus, & mensuris ait, chœnicem paulò plus quam duos sextarios capere: vult autem artabam, mensuram esse Ægyptiacam, duorum, & septuaginta sextariorum. Isidorus libro decimo sexto etymologiarum, capite vigesimoquinto, arbitratu chœnicem capere quatuor sextarios: de artaba verò idem sentit quod Epiphanius. Sed artaba Epiphanio continebat triginta

Aginta sex chœnices: Iſidoro autem non plures decem & octo. Verum, vt difficultas, quæ lectori poſſet accide-
re ex varietate artabæ, quam diſparis menſuræ, atque capacita-
tis faciunt auctores, ſcire oportet, triplicem fuiſſe quondam in uſu artabam, & vnã quidem fuiſſe Perficam capace-
m, vt diximus, vnũs medimni, & prætereã trium chœnicum, alterã Medicã, cuius me-
minit in quinto libro Polybius, non plus vno medimno Attico continentem, vt Suidas, & Heſychius, me-
moriam, ac literis prodiderunt: tertiam Ægyptiam, quæ
B capiebat modios quinque: quapropter vno modio mi-
nor erat, medimno Attico, qui ſex modios continet. Sanè Diuus Hieronymus libro vndecimo commenta-
riorum in Iſaiã, pro eo, quod ſeptuaginta interpre-
tes verterant, ſex artabas, ipſe reddidit, triginta mo-
dios, haud dubiè ratus, vnã artabam, quinque modios capere. Ex his apparet, magnam fuiſſe vim, & copiam ſimilæ; quæ illi ſimulacro Beli impendebatur: duode-
cim quippe ad illum per ſingulos dies, artabæ ſimilæ deferebantur.

C CIRCA id quod ſequitur (vini quæ amphoræ ſex) ſcire oportet, menſuras liquorum apud Romanos fuiſſe has, culeum, amphoram, vnã, congiũ, ſextarium, heminã, quartarium, acetabulum, cyathum, ligulam, ſeu cœlear. Apud Hebræos verò liquorum menſuræ, quantum ex ſacris literis intelligi poteſt, tres fuere: bath, hin, & log. Culeus, erat omnium maxima menſura liquorum, capiens viginti amphoras. Siquidem Plinius libro decimo quarto, capite 4. ſcribit, ſeptenos culeos, capere centenã quadragenã amphoras. Amphora, Græca vox eſt, ſignificans vas vtrinque habès anſas, quibus capi, & portari poſſit, ſignificabat etiã menſurã liquorum, quæ capiebat duas vnas, vt indicat Columella capite 20. libro 12. & Fannius in verſibus, quos de menſuris, & ponderibus ſcriptos reliquit. Pro voce Græca, amphora, antiqui Romani auctoribus Feſto Pompeio, & Volutio Meriano, uſurparunt latinã vocem, quadrantal, ſic dictã à figura quadratã: erat enim menſura vnus pedis, vſquequaque quadrati, continens ſextarios quadraginã octo. Vna capit quatuor congios: nam Merianus ait, amphoram capere duas vnas

Menſura liquorum apud Romanos.

Culeus quid ſit.

Amphora.

Quadrantal.

Vna.

vnas

Congius. urnas, & octo congios. Congius capit sextarios sex. A
 Etenim Metianus scribit, quadrantal, quod idem est
 atque amphora, congios capere octo, & sextarios qua-
 draginta octo. Et à congio quidem nomen sextarij du-
 ctum est, quod videlicet is pars sexta sit congij, vt in
 Epiphanius
 Sextarius. versibus suis scripsit Fannius: Epiphanius in libro de
 ponderibus, & mensuris ait, congium simpliciter di-
 ctum, capere octo sextarios: congium verò sanctum,
 sex duntaxat. Sextarios quem diximus sextam esse
 partem congij, continet duas heminas, seu cotylas, vn-
 de Fannius, B

At cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit,

Heminas, recipit geminas sextarius vnus.

D. Hieron. D. HIERONYMVS super quartum caput Eze-
 chielis, facit duplicem sextarium, vnum castrensem,
 æqualem sextario Iudaico, qui Hebraicè vocatur hin,
 continentemque duos choas seu congios Atticos: al-
 terum Italicum æqualem ipsi congio Attico: quæ si
 vera sunt, necesse est triplicem fuisse sextarium,
 vnum communem, sextam nempe congij partem, al-
 terum Italicum, congio Attico parem, tertium cas-
 trensem, duorum congiorum incapacem. Epipha-
 nius tradit, sextarium continere sex tantum cyathos,
 sed verè, vt mox dicturi sumus, duodecim continet. C

Hemina Hemina duos quartarios capit. Nam Metianus, qui
 apud duos Antonios, Pium, & Philosophum, vt re-
 fert Iulius Capitolinus gratia, & auctoritate pluri-
 mum valuit, scribit quadrantal, siue amphoram, con-
 tinere duas urnas, congios octo, & quadraginta, he-
 minas sex & nonaginta, quartarios centum nonagin- D

Quartarius. ta duos, cyathos quingentos septuaginta sex. Quar-
 tarius, sic appellatus, quod sextarij quarta sit pars, con-
 tinet duo acetabula: id planè intelligitur ex iis, quæ
 scribit Plinius capite vltimo, libri 21. dicens, men-
 suram acetabuli esse quartam heminae partem. Sed
 quartarius, vt diximus, est dimidia pars heminae, is igitur
 duo acetabula continebat. Acetabulum conti-
 nebat sesquicyathum. Fannius enim dicit, cyathum
 capere decem drachmas, acetabulum vero, quod
 ipse appellat vocabulo Græco oxybaphum, capere
 drachmas quindecim. Dictum est acetabulum, quod
 primo

Acetabulum.

prin
 pani
 ceba
 thus
 tar
 la
 capi
 dict
 deru
 tres
 add
 cum
 cem
 qua
 sex
 T
 seu
 bro
 rios
 æqu
 infra
 anti
 Eze
 est, d
 Log
 mus
 pars
 men
 Hie
 brai
 deo
 ri co
 ris
 cus
 pro
 taba
 Lyr
 der
 A
 amp

A primo fuerit vas, in quod acetum infundebatur, vt in id panis intingeretur, cum ad carnes acorem addere placebat. Postea id nominis ad mensuram translatum est. Cyathus, vt ex supradictis patet, duodecima pars erat sextarij, continens quatuor ligulas seu cochlearia. Ligula, seu cochlear, vt colligi potest ex Columellæ 21. capite, li. 20. quarta pars erat cyathi. Quod, si placet prædictarum mensurarum capacitatem ad rationem ponderum redactam considerate, scire licet, ligulam scilicet tres drachmas & vnum scrupulum, cyathum scilicet addita drachma & scrupulo: acetabulum duas drachmas cum dimidia: quartarium quinque: heminam decem: sextarium viginti: congium, libras decem: vnam, quadraginta libras: amphoram octoginta: culeum mille & sexcentas.

Cyathus.

Ligula, seu cochlear.

B
C
D
TRANSEO ad mensuras liquorum Hebraicas, Bath, seu Latina inflexione, Bathus, secundum Iosephum libro octauo antiquitatum Iudaicarum, continet sextarios septuaginta duos, seu congios duodecim. Itaque æqualis mensura est metretæ, ceramio, & cado, de quibus infra dicemus. Hin, secundum Iosephum in libro tertio antiquitatum, & D. Hieronymum super quartum caput Ezechielis, capiebat duos choas, seu congios Attichos, id est, duodecim sextarios: quapropter erat sexta pars Bathi. Log, duodecima pars erat Hin: & quia illud, vt diximus, continebat duos congios, congiij verò sexta pars erat sextarius, ex eo licet intelligere, eandem mensuram fuisse Log, atque sextarium. Quæ circa D. Hieronymum, Leuitici capitulo decimoquarto, vbi Hebraicè legitur, log, rectè vertit Latine sextarium. Sed redeo ad amphoram. Cuius, vt explicatam aliquam lectori cognitionem traderem, ob idque, non nihil de mensuris liquorum strictim attingerem, hic me Danielis locus inuitauit. Præsertim autem, cum animaduertentem, procul verò esse, quæ super hunc locum Danielis, de araba, & amphora, tum auctor historiæ scholasticæ, tum Iyranus & Carthusianus in suis commentariis prodiderunt.

Mensuræ liquorum apud Hebræos, Beth seu Bathus, Hin, Log.

A M P H O R A igitur duplex erat: altera dicebatur amphora simpliciter & præcisè, vel amphora Romana,

Duplex amphora, Romana vna, Attica altera.

OO

na,



ne, octo scilicet congiorum, ut supra docuimus, capax: altera verò appellabatur Amphora Attica, quatuor nimirum congiis priore maior. Ea namque capiebat duodecim congios: vel, quod idem valet, duos & septuaginta sextarios. Atque id sanè liquet ex illis Fannij verbis.

Attica præterea dicenda est amphora nobis,

Seu cadus: hanc facies, nostræ si adieceris vrnam.

Si enim Attica amphora capit amphoram Romanam, & præterea vnam vrnam, cum Romana amphora capiat octo congios, & vna quatuor, nonne sequitur, amphoram Atticam duodecim congios capere? Porro, nomen amphoræ in hoc loco Danielis positum esse, non pro amphora Romana, sed pro Attica, patet ex lectione Græca, quæ, pro eo, quod nos legimus: *Vinque amphoræ sex*, sic habet hoc loco, *Vinque metreta sex*. Nomen verò metretæ, significare mensuram liquorum, duodecim congiorum, siue quod est idem, septuaginta duorum sextariorum capacem, præter confessionem omnium, qui de mensuris, & ponderibus verius atque diligentius scripserunt, etiam probari potest auctoritate septuaginta interpretum, qui in libro Esdræ capite septimo, cum Hebraicè bis ponatur vocabulum Bath, ipsum Græco vocabulo metretæ reddiderunt. Et Diuus Hieronymus libro secundo Paralipomenon capite quarto, ubi est Hebraicè, tria millia Bath, vertit Latine, tria millia metretas. At Hebraicum Bath, capacem fuisse septuaginta duorum sextariorum, vel duodecim congiorum, supra auctore Iosepho confirmauimus. Si igitur in hoc loco Danielis, amphora idem est quod metreta, & metreta fuit capax duodecim congiorum, id est, æqualis est amphoræ Atticæ, relinquitur, nomen amphoræ hoc loco, non pro Romana, sed pro Attica amphora esse positum.

Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij.

Draconem
Babylonij
quomodo eo-
luerunt.

MIRVM asque incredibile viderit posset, Babylonios, ceteroqui omnium, gentium id temporis, sapientissimos iudicatos, serpentem siue draco-

nem

nem, horrendum scilicet animal, & homini, naturali quodam odio inimicissimum, a que infestissimum, pro Deo coluisse, nisi certis ex historicis constaret, Romanos, gentem omnium, ut fortitudine, sic prudentia praestantissimam, ad triennalem pestilentiam, quae urbem vehementer afflixerat, depellendam, misisse legatos Epidaurum, & inde serpentem Aesculapij, magna religione delectam Romanam, diuinis honoribus affectam. Sed iuvat historiam eius rei, illis ipsis verbis referre, quibus eam Valerius Maximus, vir Romanae nobilitatis, & scriptoram laude clarus, in primo libro capite octauo scriptam reliquit. Is enim cum narrasset legatos Romanorum benignè admodum fuisse ab Epidauris acceptos, deductisque illis in templum Aesculapij, quinque milia passuum ab eorum urbe distans, amplissimam esse factam copiam, inde, pro suo iure, arbutaque sumendi, quicquid salubre Romanis futurum existimarent: cum hæc dico narrasset, subiungit: *Anguis, quem Epidaurij raro, sed nunquam sine magno ipsorum bono, visum, in modum Aesculapij venerari solebant: eo tempore, per urbis celeberrimas partes, mitibus oculis, & leni tractu labi cepit, triducque, inter religiosam omnium admirationem conspectus, non dubiam pre se appetitæ clarioris sedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexerit, paudentibusque inusitato spectaculo nautis, eo conscendit, ubi Quinti Ogulini legati tabernaculum erat: inque multiplicem orbem per summam quietem est conuolutus. Tum legati perinde atque exoptata rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis à peritis excepto, leti inde soluerunt: ac prosperam emensi navigationem, postquam Antium appulerunt, anguis, qui ubique in nauigo remanserat, prolapsus in vestibulo edis Aesculapij, myrto frequentibus ramis diffuse, supereminentem excelsæ altitudinis palmam circumdedit: perque tres dies, positus quibus vesci solebat: non sine magno metu legatorum, ne in triremem reuerti nollet, Antiensis templi hospitio usus, ubi se nostræ aduehendum restituit: atque in ripam Tyberis aggressis legatis, in insulam, ubi templum dicatum est, tranauit: aduentuque suo, tempestatem, cui remedio quaesitus erat, dissipuit. Hæc Valerius.*

Valerius Maximus, de serpente Epidauri Romano aduecto, & diuinis honoribus affecto, quid scripsit.

Notabile dictum est.

Cur Diabolus serpentium ministerio, potius quam ceterorum animalium ad homines decipiendos abutatur.

Gene. cap. 3.

D. August.

Hic ego cuperem, ut diligenter secum lector cogitaret, ac perpenderet, quanta fuerit cecitas earum gentium, quae veri Dei notitia caruerunt. Ecce, Romani, ad alia omnia perspicacissimi atque prudentissimi, in religione tamen & cultu Dei, foedissimis erroribus, execrandisque superstitionibus miserè implicati tenebantur, et am ut serpentem, instar numinis colerent: eiusque adventu & praesentia, pestilentiam ex urbe profligatam & discussam esse crederent. Ludouicus Viues Valentinus, cuius meus, in commentariis, quos edidit in libros B. Augustini de ciuitate Dei, super vndecimo capite libri decimi quarti, auctorem laudat Pherecydem Syrum, à quo scriptum sit, demones è caelo fuisse à Ioue deturbatos, quorum princeps dictus sit Ophioneus, id est, serpentinus. Sane, quia Diabolo, primorum hominum tentatio per serpentem facta, bene processerat, exinde si eueniret ipse ministerio serpentium ad iudificandos & fallendos homines variè abusus est. Atque id magno Dei consilio ei permissa est, scilicet, tanta daemonum cum genere serpentium consociatio, non obscura est significatio nec leuis testificatio eius, quod scriptum est in libro Geneleos, parentes humani generis, primum fuisse à Diabolo per serpentem tentatos atque deceptos. Quam, ne quis putet, meam esse coniecturam, Augustini ea fuit sententia, qui in libro vndecimo de Genesi ad litteram, ca. 28. ita scribit: *Quod magis habeat usus, serpentes moueri criminibus hominum, quam vllum aliud genus animantium, etiam hoc non parua testificatio est, naturam primitus humanam, serpentis seductam esse colloquio. Gaudent enim daemones, hanc sibi potestatem dari, ut ad incantationem hominum, serpentes moueant, ut quolibet modo fallant, quos possunt. Hec autem permittuntur, ad primi facti memoriam commendandam, quod sit eis quaedam cum hoc genere animantium familiaritas. Sic Augustinus.*

*Erat autem Habacuc propheta in Iudaea, & ipse coxe-
rat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, &
ibat in campum, ut ferret messoribus.*

Si

SI quo tempore contigerunt ea, quæ hoc capite nar-
rantur, eo tempore iam pridem destructis Hieroso-
lymis Iudæisque Babyloniem in servitutem abstractis, om-
nis ea regio vastata, & ad solitudinem redacta fuerat, quomodo id temporis Habacuc in Iudæa commorari, & culturæ agrorum vacare potuit? Verum, hanc dubita-
tionem planè tollit, quod scriptum est in extremo libro
quarto regum, regem Chaldæorum, ita plerosque Iudæos,
aut interfecisse, aut captiuos duxisse Babylonem, ut non
paucos tamen de pauperibus terræ, agricolas dico, &
vinitores, inibi reliquerit. Ex horum numero fuisse Ha-
bacuc existimandum est: multos namque post genera-
lem illam captiuitatem ibi remansisse, manifesto est ar-
gumento, quod tradit Hieremias cap. 52. Nabuzardan
magistrum militiæ regis Nabuchodonosor, in anno vi-
gesimo tertio regni eius, id est, quarto vel quinto anno
post excidium Hierusalem, & captiuitatem Iudæorum,
transtulisse ex Iudæa Babylonem, septingentos quadra-
ginta quinque Iudæos. Si quis porro insistat vrgere
nos, eo quod scriptum est in vigesimo quinto capi-
te libri quarti regum, post necem Godoliæ, quæ se-
ptimo mense post captiuitatem facta est, omnes Iu-
dæos, à paruo vsque ad magnum, relicta Iudæa, fugisse in
Ægyptum, respondebimus, post eam fugam, non
paucos de illis, qui fugerant, reuertisse in Iudæam: alio-
qui, quatuor annis post, non tam multos in Iudæa, ut di-
ximus, Nabuzardan inuenisset. Sed quia hoc à nobis supra
in libro tertio, super illis verbis, *non est in tempore hoc
princeps & propheta, neque holocaustum*, pluribus verbis de-
claratum est, superuacaneum fuerit, hoc loco fubiùs ex-
plicare.

QUO D autem hic dicitur, Habacuc fuisse trans-
latum ab angelo in impetu spiritus sui, hanc ha-
bet sententiam, Angelum efficacia potentæ suæ, ut
appellant Theologi, notitiæ secundum locum, vehem-
menti & concitato motu atque impetu, cum tulisse.
Nam magnitudinem potentæ angeli ad mouendum
quodlibet corpus secundum locum, motus primi mo-
bilis, cuius comparatione, omnis terræ simul & aquæ
globus instar puncti censetur, quatuor & viginti ho-
ris

Dubitatio.
Quomodo
Habacuc pro-
pheta in Iu-
dæa post de-
solationem
esse potuerit.

Quid scim-
petu spiritus
sui ab Angelo
transferti.

ris ab angelo confectus, manifestè declarat. Non erit alienum, pro huius capitis, & libri quasi clausula, ponere hic, quæ de hoc propheta Habacuc, Dorotheus in Synopsi, & Epiphanius in libro de vita & interitu prophetarum, tradiderunt. Cum Nabuchodonosor, inquit, postremum venit, Hierusalem cum exercitu oppugnaturus, Habacuc fugit in terram Ismaëliitarum. postea verò reuersus est in terram suam. Et cum aliquando messoribus suis pulmentum preparasset, apud suos prophetauit, dicens: Proficiscor in terram longinquam, ac cito reuertar: si autem tardauero, ferte messoribus escam. Cum autem Babyloni fuisset, & prandium dedisset Daniel, astitit messoribus vescentibus, nec quicquam dixit eorum, quæ ipsi contigerant. Sciebat autem, populum breui reuersurum Babylone, & biennio priusquam populus reuerteretur, mortuus est, ac sepultus in agro suo. Hæc ab illis de Habacuc, literis mandata sunt. Fuisse autem hunc Habacuc, eum ipsum, qui inter duodecim prophetas ponitur, præter Dorotheum & Epiphanium, etiam in præfatione suorum commentariorum in prophetiam Habacuc, affirmat Diuus Hieronymus.

F I N I S.

Laus Deo Optimo, Maximo, ac Beatissimæ
virgini Mariæ.

INDEX

Historia Dorothei & Epiphaniij de Habacuc.

I N D E X
RERVM, ET VERBORVM,
QVÆ IN HOC OPERE
CONTINENTVR, PRIORE
copiosior, & ordina-
tior.

- A** Breniatus esse septuaginta hebdomadas, quid significet. pag. 573. c. d
- Abominatio Iudais quid sit. 915. c
- Abominatio desolationis stans in loco sancto, quid sit. 640
- Abraham cur dilectus Deo vocetur. 171. a. b
- Abstinencia.
- Abstinencia ad sapientiam con-
ducit. 41
- Abstinencia Christiana octo
causa. 38
- Abstinencia damnata quatuor
genera. 37
- Abstinencia in Ecclesia olim
consuetuta septem gradus. 39
- Eiusdem laudes apud omnes
gentes. 40
- Abyssus quid, & quomodo Deus
intuetur abyssum. 203
- Acetabulum, quæ mensura. 948
- Aethiaca victoria unde dicta. 678
- Adam ubi sit sepultus. 255
- Adam in statu innocentie, per
arborem illam visam regi
Nabuchodonosor significa-
tus. 322. b
- Adorare Deum cadendo, & hu-
mi procumbendo, an sit tan-
tum impiorum hominum, &
non sanctorum, ut tradit D.
Hieronymus. 152. c. d
- Adhuc significat, post, apud He-
braeos. 786
- Adulter tria damna infert. 937
- Adulterij poena ex lege Mosis.
936
- Eiusdem poena apud alias gen-
tes. 936. 937
- Aegypti sacerdotum abstinentia. 39
- Aegyptij Christi natalem quan-
do celebrabant. 707. c
- Eorum mos condiendi corpora
mortuorum. 746
- Aëris qualitates Græcorum cõ-
sonans imperio. 114
- Aëris natura. 224. d
- In aëre prodigia visa. 225. 266

I N D E X.

- Aetas prolem generandi potens.* *Eius statua à Lyfipo formata, & qualis ab Apelle depictus, & fulmini similis.* 117.c
- 538.c
- Quot annos cōplectitur.* 534.b
- Agnominatio nominum illarum Pardo similis: eius vir tutes, diuinarum arborum apud Danielem. cap.13. diligenter explicatur.* 433.a. 434.a
- 933
- Agrippa Iudaorum rex, se iungit Romanis.* 608
- Deo Iudaorum Hierosolymis sacrificauit.* 493
- Pontificem Iudaorum adorauit.* 570.a. 435.a
- Alexander Magnus.
- Eundem res decem mirabiliter illustrarunt, vbi multa de Alexandro. 115. nominis eius fama* 115.b
- Alexander Magnus hirco cur comparatur.* 489.d
- Eius imperiū, cur femoribus, & ventri comparatū fuerit* 113.a
- temulentia.* 114.a
- Eius monumenta. 118.d. virtutes eius. 119. 120.a. scriptores vite eius.* 120.c.d
- Eius corpus cur afflabat suauem odorem.* 114.c
- Eius regnum post mortem diuisum.* 800.c
- Mors eius.* 492.a. 494.c
- Vbi sepulū.* 803.d
- Eius vita breuiter descripta. pa.* 492.a. b. 493
- Quos habuit successores.* 494. 495. 800.a
- Eius imperij diuisio, quando facta, an eo viuente, an post eius mortem.* 485.d
- Allegoria historia ordinē sequi debet.* 401.d
- Aman in Iudaos crudelitas.* 485.
- America regionis mira.* 250.d
- Amphora qua fuerit liquorum mensura.* 947.c
- Quam fuerit varia.* 948.d
- Angelus.
- Angelum custodem singuli homines habent, & gētes Archangelum.* 770.a
- Angelus Persarum cur Iudeos liberari*

I N D E X.

- berari à captiuitate nolebat. *Facies Angeli fulgurās, brachia*
 768.a *& pedes ex are candenti, vox*
Angelus cur vigil vocetur. 319. multifona, &c. quidnam de-
 d. 321. 322.a *notent. 749. 750. 753.a*
Quid de Angelis Christiani Aliquando Angeli in scriptura
 sentiant. 92.a *Dij, vel Deorum filij sunt vo-*
Angeli regnis praesunt, & quo- cati. 190.d
 modo inter se pugnare dicantur, & cur uenis comparentur. 425. d. sunt incorporei. *Angelum tollere in caelum manus*
 190.b. dum apparent: non omnia, & possunt tamen impediri ab eorum cognitione. 90.b
 nibus se demonstrant. 756.c *Malus Angelus quomodo ange-*
 Eorum aspectus primò homines terrere solet. 754.d. 757.a *lo bono resistere audeat, &*
Alij ab alijs docentur, & de eorum nominibus. 505. 506 aliquando preualeat. 764.d
 765.a
Eorum vera est in Hierarchias, An malis Angelis sit aliquis in
 & ordines distinctio. 507.a *gētib. datus principatus. 766.a*
Deum semper laudant. 206.c Cur sepe hominibus, specie hu-
A Deo creati sunt, & cur eorum mana apparuerint. 191. c.d
 creationes Moses in Genesi pratermisit, & quibus rebus *Quid significant hominis mem-*
 reliquas antecellunt creaturas. *bra angelis conuenientia. ibi.*
ibid. 207. b. 209 Angelica potentia magnitudo.
 953.d
Eorum officium, &c. 209. 210 Animantium maiorāne an mi-
Quantus eorum sit numerus. pa- nora, maiorem habeāt admi-
 451.d. 452.a *rationem. 282.d*
Eorum distinctio in assistētes, & Annibalis somnium. 63.a
 ministrates, & utri sint plures. 453.d. 454.a.b *Anni lunares Hebraeorū ad so-*
 456.d. *lares reducebantur. 565*
Boni Angeli quomodo inter se Annorum uarietas modica, pra-
 dissideant, & prelientur. 767. *nulla ducenda in chronologia.*
 d. 768. a. b *68. c. d* ○ ○ 5

I N D E X.

- Annus rectè appellatur tempus Initio futurus obscurus, simula-
simpliciter, & præcisè. 328.d* tor & curiosarū professor ar-
tiū, & quibus modis potentia
consequetur. 850.a
- Antichristus. *Eius opulentia, & largitiones, &
qualia futura sint eius mira-
cula. 852.c.d. 853.a*
- Antichristus per cornu paruu-
lum designatus. 403.a* Simulabit se esse Messia. 853.c.d
- Se Messiam simulabit. 445.b* Mendacia eius miracula erunt.
855.c.d
- Erit mortalium omnium pessimus
& crudelissimus Christiano-
rum hostis. 835.d* Regni eius amplitudo. 858
- An sit abominatio desolationis
scripta à Daniele. 639.c.d* Superbia eius legati, quæ ad om-
nes gentes mittet: in quo tēplo
sit sessurus. 867.a
- Eius persecutio quata sit futura.
887.b* Castitatem simulabit. 869.d
- Quandiu durabit. 908.d* Eius libido. 870.c
- Antichristus per bestiam signi-
ficatur, & quomodo in eo Dia-
bolus sit habitaturus. 404.* Eius tempore iusti ubi latebunt:
& quos reges sibi subiiciet.
873.d
- Cur dictus sit à B. Paulo homo
peccati, & filius perditionis, &
quales sint futuri sectatores
eius. 839.c.d* Simulabit se mortuum, & postea
resurgere 877.a
- Quomodo sit caput malorū. pag.
841.d. 842.a* Observabit diem sabbathi, &
Dominicum. 877.c.d
- Ex Iudæis generandus. 845.a* Eius persecutio Christianorum
duplex. 888.a.b.c
- Cur Deus aduentū eius permis-
surus est. 845.a.b.c* Quomodo vincet sanctos. ibid.
- Futurus ex tribu Dan. 847.b.c* Eius interitus. 878
- Babylone nascetur. ibid.* De antichristo disputatio. 836.a
- Dupliciter perdet homines, & di-
citur coluber, & cerastes. 748.a* unde desumpta. 837.a
- Crudelissimus Christianorū ho-
stis. 835.d
- De eius nomine, & antithesi inter
cum

I N D E X.

- um, & Christum.* 838.a.b.c *ab uxore interfectus.* 807.c
Non est futurus diabolus, ut pu- *Cur Deus cognominatus.* 809.a
tavit Hippolytus. 838.d
Eius symbolum, seu insigne, & *Antiochus Magnus.*
persequutio spiritualis quata *Antiochus Magnus aduersum*
erit. 889.a *Philopatorem bellum gerit.*
Eius regnū quam sit diuturnum 812.d
futurum. 908.d *Antiochus magnus Iudais bene-*
Eiusdem figuram quomodo pra- *uolus.* 515.516.a.829.d
tulit Antiochus Epiphanes. *Bello superatus à Ptolemao.* pag.
835.a 815.a.b.
Eius persequutio cum Antiochi *Vincit Scopam.* 823.c.d
persequutione comparatur. pa. *Eius filia quibus nupserint.* pag.
886.d.887.a 826.a.b
Antiochus Epiphanes. *Eius exitus.* 831.d.832.a
Antiochus Pius Iudaeorum ami-
cus, postea hostis, deinde ami-
cus 516.b.c
Antiochus Epiphanes unde ori-
ginem duxit. 498.d *Antipodes in eadem vrbe qui.*
Quomodo ad regnū pernenerit. 239.d
502.a *Apagno locus, vbi dicitur sedem*
Antiochus Epiphanes lapidibus *fixurus anticristus, quid sit.*
petitus à sacerdotibus. 517.d 876.a
Fuit figura Antichristi. 835.a *Apostoli, Christi, & Ecclesia pe-*
Aegypti occupauit. 857.a.859. *des fuerunt.* 755.c.d
Eius auaritia repressa. 866.c.d
Libido. 869.c *Aqua*
Arrogantia. 866.b *Aqua Eylai fluij, sola Persa-*
Sacrilegia, & regnum. 503.504. *rum regibus potus.* 363.b
In Iudaeos odium. 510.b.c *Aque super caelos, qua esse di-*
Mors. 510.d.513.c.866.d *cantur.* 214.b.c.
Antiochus cognominatus *Oeòs, ris, & naturalia.* 214.b.c
Quand

I N D E X.

<i>Quando aqua in vinum à Christo conferua.</i>	706.d.707.a	<i>Artaxerxes sub quo templū Hierosolymitatum restauratum.</i>	
<i>Aquila fulmine non feritur.</i>	496.d.597.a		
pag.246.a		<i>Aruspices, & augures qui.</i>	87.d
<i>Eius inuentus quomodo renouetur.</i>	276	<i>Asphaltitis lacus mirabilis natus.</i>	265.d.266
Arbores.		<i>Assueri tres numerantur in scriptura.</i>	625.d
<i>Arborum usus & utilitas.</i>	257.	<i>Assueri nomen quid Hebrais significet.</i>	525.a
b.257.c.d		<i>Quis maritus Esther.</i>	525.c
<i>Varietas.</i>	258.c.259.260	<i>Astyages quādo regnavit.</i>	939.d
<i>Odorifera diuturniores, & qua in scripturis laudata.</i>	262.c.d.	<i>Auari ingenium.</i>	112.d
263. <i>Radices & natale solum cuiusque.</i>	259.a	<i>Auaritia per Nabuchodonosor statuam designata.</i>	150.b
<i>Ætas.</i>	262.a	<i>Auerrhoes redarguitur.</i>	70.d
<i>In arbore, fulminis effectus varij.</i>	243.c	<i>Augurium Vēctij de duratione Romani imperij.</i>	127.b
<i>Arietes cur mactentur, cur Persarum regnū arieti comparetur.</i>	485.a	<i>Augusti Cesaris ortus, imperij, & obitus chronologia.</i>	
<i>Arioli qui fuerint.</i>	86.c	<i>Augustini de elemosyna obscura declaratur sentētia.</i>	345.c.d
<i>Arsaces Parthici imperij fūditor qui fuerit.</i>	801.d	<i>Eiusdem de veritate sanctorum librorum testimonium.</i>	588.a
<i>Artaba mensura triplex.</i>	949.c	<i>Auium, & piscum inter se similitudo.</i>	275.b
d.947.a.b		<i>Aureola triplex.</i>	901.d
<i>Artaxerxes Longimanus Persarum rex quis.</i>	795.b	<i>Australis pars cæli minus quam Aquilonaris, astris fulget.</i>	244.d
<i>Artaxerxes Mnemon fuit maritus Esther.</i>	796.d	<i>Azarie oratio canonica esse demonstratur.</i>	159.a
<i>Artaxerxes Ochus nō fuit Nabuchodonosor de quo in li. Iuduh.</i>	298.a.b		Bab

Baby
 Baby
 sa
 Quo
 id
 A qu
 Cur
 tri
 Eius
 Eius
 De t
 Baby
 84
 Baby
 37
 Baby
 Eoru
 no
 Crim
 rij
 Quo
 ca
 4
 Baby
 ex
 Baby
 fu
 Temp

I N D E X.

B

Balena cum vectoribus naues
absorbet. 270.d

Babylon.

Balthasar.

- Babylonia regio qualis.* 177.b *Balthasar's historia cur post Na*
Babylon cur inexpugnabilis vi- *buchodonosor sabiungitur. pa.*
sa suis. 367.b.c 362.c
Quomodo repete capta sit. 392.a *Cur eius, non aliorum Daniel*
idque bis. 411.c.757.c.d *meminerit.* 364.a
A quo capta. 392.c.d.393. *Balthasar alius fuit, de quo Ba-*
Cur eius expugnatio soli Cyro *ruch primo capite loquitur, &*
tribnatur. 394.a *alius de quo Daniel. c.5.378.c.d*
Eius amplitudo, &c. 347 *Diuersus fuit Balthasar à La-*
Eius conditor. 350.c.d *bosardach.* 416.b
De turri Babel. 349.c.d *Varijs nominibus vocatur.* 363.c
Babylone nascetur Antichristus. *Cur quartus post Nabuchodono-*
 844.a.b *for regnauerit.* 378.a
Babyloniolorum lex turpissima. *Qua fuerit regina, qua Baltha-*
 370.d.371. *sare in conuiuio monuit.* 372.a.b
Babyloniolorum stultiua. 369.b *Balthasar's conuiuij causa.* 367.
Eorum reges post Nabuchodo- *Quo gradu consanguinitatis atti-*
nosor, qui & quot. 377 b.c *gerit regem Nabuchodonosor.*
Crimina illorum vltus est impe- *372.a.b*
riy eorum excidio Deus. 400 *Cur de poenitentia is non fuerit à*
Quomodo paulatim in extrema *Daniele monitus.* 376.d
calamitatem deuenerint. pag. *Cur illi bellum à Dario Medo,*
 400.d *& Cyro illatum sit.* 396.d
Babylonici regni initium, & *Cur ei Deus non pepercit, ut pa-*
exitus. 541 *tri.* 383
Babylonica Iudeorum captiuitas *Eius mors.* 389
fuit triplex. 540.d *Cur ei inflicta sit.* 498.b
Tempus eiusdem. 537.538 *Beatorum gloria discrimen.* 898.a
 Bel,

I N D E X.

Bel, seu Belus.

C

- Belus fuit idem cum Nembroth.* Caietani error de libris Machabeorum refellitur. 640.d
 351.c.944.b
- Ab eo originē duxit idololatria.* Cambyses secundus rex Persarum 945.d
 quis. 791.b.c.d
- Bel, seu Belus Chaldaeorū Deus.* Candor vestium, & capillorum 945.a.b.c
 in Deo quid notent. 807
- Princeps Deorū Babylonis.* 367. Canicula syderis effectus mirabiles. 221.d
 a.945.c
- Eius templi descriptio.* 495.a.b *Canis Iaponicus in piscem transformatur.* 332.b.c
Ab ipso denominata Gentium idola. 351.c.d.946.b
- Bella, & clades principum ex intemperantia orta.* 120.d *Canticum trium puerorum, canonica scriptura est, & pars libri Danielis.* 200
- Benedictus monachus in flammis iniectus laesus non est.* 181.a *Eius explanatio.* 201. & seq.
- Berenices regina mors bellorum causa.* 807.d *Capris cur Graeci similes.* 489.a
In epistola nuncupatoria.
- Berosus Annū falsus esse ostenditur.* 656.a *Cardinales, doctrina sacra insignes.* ibid.
- Bestiis cur monarchia comparate.* 427.d.436.a *Carnis afflictio, quantum profuerit Danieli.* 759.a
- Biblia sacra quando septuaginta interpretati.* 588.a *Castitas animi non violatur corpore violato.* 929.a
- Bonis, tribulatio Antichristi proderit plurimum.* 912.d *Castitatis vis.* 35.c
- Bonorum quinque genera à Deo hominibus concessa.* 192.c *Casus & fortuna ordinem nesciunt.* 586.d
- Breviarium temporū falso affictū Philoni demonstratur.* 659.d *Casus proborū, & improborum dissimilis.* 848.d
- Breuitas tribulationum, lenatio doloris est.* 906.d *Catharina in Sina sepulta.* 922.a
Catharini de predestinatione opinio refutatur. 892.c.d
- Cerastes

I N D E X.

- Cerastes, & coluber dicitur Antichristus.* 848.d *Lingua Chaldaica, vel Syriaca diuersa est à purè Hebraea.*
- Cestius Hierosolyma obsedit, sed frustra.* 647.a.b 89.a
- Cete, quod genus piscium.* 268.d *Chabalisticum genus exponendi scripturam Iudais familiare.* 269.a 383.b
- Cethim vox, quid significet in scriptura.* 861.c *Super Cherubim Deus cur sedere dicatur.* 203.a.b
- Cetos, ducem habere quendam pisciculum, quidam docent.* 274.a *Chiliastarum opinio.* 128.a. 368.d 471
- Chaldaei.*
- Chaldeorum imperium cur destructum sit.* 398.b.c *Chœnix, quæ mensura.* 646.d
- Chaldeorum regnum quando à Persis euersum.* 527. 530.a.b *Christiani non à libris, sed à sacrificiis gentilium abhorruerunt.* 69
- Eorum imperium, quandiu steterit.* 402.c.d *Hi quantum laudare Deum teneantur.* 301.a.b
- Christus.*
- Circa eius durationem diuersi auctorum errores.* 403.c.d *Christi incarnatio omnium Deorum hominibus concessorum maximum.* 193.a
- Cur caput aureū illius statue, denotabat ipsorum regnū.* 108.b *Christus quo anno mundi cōditi sit natus.* 682.b
- Cur leoni, & aquila cōparantur.* 429.a *Quo die mensis.* 707.b
- Reges eorum quot fuerint, & quandiu regnauerint.* 416 *Quando baptizatus.* 688. 689. 690.
- Eorundem imperium cur leona comparatum.* 429.a *Quot años in terris vixerit.* 693. 694. 695.
- Quæ fuerit antiquitas eorum sapientia.* 87.d *Quo anno, die ac mense mortuus sit.* 813. 814. 815. 816. 817.
- Excelluerunt in astrologia.* 398.b *Quo anno vitæ suæ aqua in vinum mutauerit.* 706.d
- Christ

I N D E X.

- Christi baptisimus, & à Magis Quomodo corruptibile sit regnū
adoratio, & aqua in vinum Christi. 464.d
- mutatio cur uno die celebran- Quomodo Christus regnum Ro-
tur. 709.d manum destruxerit. 463.d
- Christo qua ratione psalmus octa Oēto rebus prestat regnū Chri-
uus maximè conueniat. 295.a sti alijs regnis. 466.a.b
- Cum Christo quidam sunt mun- Christi nomina, qua Isaias ha-
dum iudicaturi, & qui. 446.d bet, declarantur. 407.c.d
- 447.a In priore Christi aduentu quale
Christus quomodo finem peccato fuerit regnum eius. 462.d
impesuerit. 576 De secūdo Christi aduētū. 368.d
- Quomodo sit nobis iustitia. 575.a 369.a
- Quomodo sit intelligēdum, quod Christi regnum à Daniele præ-
scripsit B. Lucas. c. 2. Christū nūciatum quodnam sit. 129.a
post consummatos dies octo 463.a
fuisse circumcisum 691.a Anima Christi descendit ad in-
Tempus incarnationis Christi feros. 583.d. 584.a
Danieli significatum. 555.a Quo anno urbis condite natus.
Christus genus humanum à ca- 576.a
ptiuitate liberauit. 557.b Quota Olympiade, & quoto an-
Quandiu predicauit Euāgeliū. no Herodis. 683.a
631.b.c Quibus consulibus sit Christus
Seipsum in hostiā obtulit. ibidem natus. 677.a
Quibus argumentis probauerit Et quoto anno Augusti. 677.b
se esse Messiam, & suam do- Dicitur unicus, & cur. 189.a.b
trinam veram. 637.638 Et sanctus sanctorum duplici no-
De Christo qua prophetarūt an- mine. 589.c.d
tiqui vates. 581.582 Quomodo dicatur dignus accipe
Quomodo prophetias impleuit re diuinitatem. 457.c.d
tripliciter. 577.c Quomodo suo aduētū regna de-
Christi aduentus duplex. 462.c.d struxerit. 129.c.d
Regnum eius quale. 463.a.b Eius figurā gessit Salomon. 635.a
Chri

I N D E X.

- Christus est lapis, & cur lapis dicatur.* 130.c.d. 131.c.d. *Chronologia regum per quã 70. hebdomades demonstratur in Christo impleta.* 726.d
- Quomodo est caput bonorum.* 842.a. *Chrysolytus lapis describitur.*
- Per se, & per suos tripliciter idolatriam euertit.* 129.d. 132.a. *750.a. 652.b*
- Initio paruus lapis, deinde maximus, & quomodo impleuit vniuersam terram.* 134.c.d. *Chrysofomi de Iudais testimonium.* 619.c.d.
- 135.a. *Clementis in mari sepulchrũ.* 264.e
- Morte illius, vatum patefacta oracula.* 905.a.b. *Cœlum, Dei templum dicitur.* 212.c.d. *ærem etiam significat.* 224.d
- Filio hominis cur à Ioanne in Apoc alypsi Christus dicatur similis.* 755.a. *Quomodo homini sit subiectum.* 298.b.c
- Eius mortem Gabriel, Danieli pronunciauit.* 610.a. *Cœlorum numerus, & præstantia.* 211.a
- Sacerdos in æternum.* 610.d. *Cœlestium aspectus parit terrenorum contemptum.* 223.b
- Septẽ Christi predictiones.* 638.c. *Cogitatio precedens, quando est causa somnij.* 97.b
- Christus dux populi declaratus, & quem Daniel ducem vocet.* 603. 604. *Colossi magnitudo.* 147.d
- Christi vicarius summus pontifex, quanto sit à Deo honore dignatus.* 136. *Columbarum oculi simplicitatem denotant.* 177.d
- Chronologia lapsus faciles.* 25.d. *Earum pudicitia.* 278.a
- & 403.a. *Computandi ratio duplex in scriptura exclusiua, & inclusiua.* 636.a.b
- Chronologie quatuor.* 652.c.d. *Quæ auctoribus frequens.* 86.a
- Optima est, quæ per Olympiadas ducitur.* 661. d. *Concupiscentiam scriptura apud pellat peccatum.* 967. d
- Paucorum annorum varietas in Chronologia leuis est.* 679.b. *Congius quæ mensura.* 947.d
- Contemplatio diuinorum exte-*

I N D E X.

- Inter se dissidia eos gerere sensit* sepultus. 17
Cassianus. *ibid.* *Esdras cur eius non meminere.*
- Hoc autem non omninò esse ve-* pag. 19
rum probatur. 772.773 *Prophetia Danielis obscura. in*
Dà tribus cur in Apocalypsi ca. Epistola nuncupatoria.
- 7.in enumeratione aliarũ tri-* *Cur regis Nabuchodonosor colle*
buum pretermiffa. 849.a *ga dicatur.* 317.d
Daniel. *Cur Balthasar appellatus. ibid. b*
- Danielis liber verè Canonicus. 1.* *Cur regis conuina fuerit.* 942.b
Qua lingua scriptus sit. 84.a *Danielis luctus cause quatuor.*
Quomodo diuidatur. 323.d 742.d
- Est obscurus propter quatuor* *Senior, lautius vixit.* 745.a
causas. 3. *Cur abstiniuit cibus regis, cause*
In Daniele frequens hystero- *dantur.* 37.a
gia. 4. *Puer duodecim circiter annorũ,*
Daniel variam Græcorũ, & la- *Susannam liberauit.* 930.b.c
tinorum requirit lectionem. 5. *Trib. modis vaticinatus est.* 931d
Illius libri, & prophetiarũ præ- *Virgo fuit. 36. non fuit eunuchus.*
stantia. 5. varietas 4. vtilitas. 35.36
- Tempore Danielis, qua res insi-* *An somnium Nabuchodonosor*
gnes geste sint in orbe terra- *naturali sua solertia interpre*
rum. 9 *tari potuerit.* 100.b.c
- Auctor huius libri, Daniel est, li* *Danielem recusasse omnem ado-*
cet id Porphyrius negarit. *rationem, qua eum rex Na-*
424. a. 903. c *buchodonosor afficere voluit*
Ipsius patria, genus, & cur hec in *credendum est.* 138
scriptura non indicentur. 12 *Eũ legebat Ecclesia ex editione*
An plures vno, Danieles fue- *Theodorionis.* 160.b.317.c
runt. 14 *Daniel cognouit Dei filiũ incar*
Quo etatis anno in captiuitatem *nandum.* 555.d
ductus. 15 *Cur, etsi statim exauditus, age-*
Ultra centũ annos vixit, 10. vbi *lus ei statim non apparuerit.*
- PP 2 759.b

I N D E X.

- 759.b
Socij Danielis, qua etate erant, cum sunt in fornacem cōiecti. 153.c. *Si tamen ei fuerit reuelatum, hoc in Scriptura nō habetur.* 502.d
Socij Danielis qua ratione ignē enaferint. 178.a.b *In Mediam adducti.* 15
Cur Deus est passus illum in captiuitatem abstrahi. 26.d *Non tentauit Deum, abstinendo in decem dies, à cibis regis.* 41
Cur Daniel cum Iudeis non sit regressus in patriam. 743.c *Quomodo inter leones seruatus est.* 420
Eius sanctitas, & sapientia, diuino ore commendata. 19 *Quod eius in scribendo propositum.* 423.c.d
Eius liber diuiditur trifariā. 23 *Quo pacto promeruit angelum videre.* 738.c.d
Cur Daniel non est vocatus ad statua Nabuchodonosor adorationem. 157.b *Daniel suam visionem non satis intellexit.* 910.b.c
Cur Daniel regem Nabuchodonosor impietatis non arguerit. *ibidem.* *Quo fuerit à reliquis prophetis diuersus.* 172.b
Cur Daniel sociorum atrocium non suscepit, dum in ignem essent mittendi. *ibid.* *Eius scripta cur inter agiographa Hebrai recēseant.* *ibidē.*
Cur Daniel nō est cū sapientibus Chaldeis ad Nabuchodonosor accersitus. 88.c *Darius.*
Cur Daniel dubitāter promittebat regi Nabuchodonosori veniam peccatorum, etiam si ageretur poenitentiam. 340.a *Cur Darius à Daniele, Babylonis expugnator dicatur.* 394.c
Qualium somniorum erat interpret. 50.a *Darius Nothus Persarū Rex 10. quis.* 795.a
Daniel nō nouit distinctē tempus 410. *Darij regis cervical, scabellum, pergula.* 111.d
Eius exercitus contra Alexandrum. 115.c
Eius infelix felicitas. 490.c
Darius Medus quis fuerit. 409.

Quand

I N D E X.

<i>Quandiu regnauerit.</i>	526.a	& atates.	93.94
<i>Darius Hystaspis quis.</i>	687.a	Et regna transfert.	ibid.
410.a.b		Omnia ponderat.	382.b
<i>Darius alius à Cyro.</i>	ibid.	Cur Deus interdū suo cultu va-	
<i>Sub eo templum exadificatum &</i>		<i>sa dicata, ab impijs sinat con-</i>	
<i>perfectum.</i>	668.c.d	<i>taminari.</i>	32.d
<i>Deletur aliquid tripliciter : &</i>		<i>Cur sedere dicatur super Chrie-</i>	
<i>sic à Deo peccata delentur.</i>		<i>bim.</i>	202.c.d.213.a
571.c.d.572.a		<i>Dei omnipotentiam in quibus</i>	
<i>Denarij duo Samaritani, sacra-</i>		<i>scriptura maxime prædicet.</i>	
<i>menta & verborū Dei.</i>	571.a	215.a.b	
<i>Denarius numerus indefinitam</i>		<i>Ad Deum quomodo referantur</i>	
<i>multitudinē significat.</i>	404.a	<i>omnia.</i>	244.a
Deus.		<i>Deum quomodo homines magis</i>	
		<i>laudare debeant, quàm reli-</i>	
<i>Quæ sit Deo grata hominum</i>		<i>qua omnia.</i>	192.a.b
<i>petitio.</i>	80.a	<i>Deo idem est peccata dimitti &</i>	
<i>Deus optata suorum, cuiuslatè</i>		<i>tegi.</i>	574.d.575.a
<i>complet.</i>	ibid.	<i>Deus cur statim nostras preces</i>	
<i>Cur Deus regi Nabuchodono-</i>		<i>non exaudiat.</i>	767.a
<i>for pepercerit, & non Baltha-</i>		<i>Dei sacramenta, id est mysteria</i>	
<i>sari.</i>	383.b	<i>mira sunt.</i>	777.a
<i>Filius Dei in scriptura angelus</i>		<i>Deus Pater Deo filio quomodo</i>	
<i>vocatur.</i>	189.c.d	<i>antiquior.</i>	447.d
<i>Deus quadam somnia etiam im-</i>		<i>Deus laudari à nobis dignè ne-</i>	
<i>probis dabat & cur.</i>	72.b	<i>quit.</i>	448.a.b
<i>Cur Deus improbis interdū sua</i>		<i>Deus in docendo, hominibus po-</i>	
<i>reuelat mysteria.</i>	98.d	<i>tentior.</i>	70.b
<i>Mirè Deus temperauit, ad vires,</i>		<i>Trisariam potest laudari.</i>	204.d.
<i>& vtilitates bonorum, tenta-</i>		205.a	
<i>tiones diaboli.</i>	709.d	<i>Promissa Dei duplicia, alia abso-</i>	
<i>Quomodo Deus mutet tempora,</i>		<i>luta & alia conditionalia.</i>	554.b

I N D E X.

- Confert maiora, quàm petantur. tonem. 59.a
 555.d
 Non semper facit qua potest. Diabolis cum hominibus esse cõ-
 156.a mercium, probatur. 91.b.c
 Deo, non mercedis gratia, sed a- Diabolus habet librum mortis,
 more ipsius seruiendum. ibid. in iudicio proferendũ. 456.b.c
 Cur Deus seruos suos nõ semper Potest varie hominem in igne
 malis, quib. afficiuntur, eri- seruare. 184.a
 piat. 157.a Is interdum per naturalia ope-
 Supplicia differt, vt pœnitentiã ratur. 272.a
 agamus. 353.a In fine mundi qua faciet mira-
 Quid sit Deus, secundum Sene- cula. 855.a
 cam. 224.a Qua somnia rerum futurarum
 Cur antiquus dierum dicatur. b.c dormientibus imprimat. 98.
 446.c.d Quorundam somniorum est au-
 Cur in throno flammeo sessurus ctor. 63.c.d. 64.a
 sit. ibid. Quid sit diabolus à Deo ligari
 Temporum legibus alligatus non & solui. 909.c
 est. 77.b Eius tētationes Deus mirè tem-
 Deus varie homines afficit per perauit. 909.a
 somnia. 67.c.d Serpentem ministerio sape ac li-
 Eius promissa patriarchis facta benter cur vtiur. 952.a
 quadruplicia. 171.a Diana templũ Antiochus spo-
 Dei apparitiones ante incarna- liare voluit. 512.c.d
 tionem per angelos facta sunt. Diaboli apud Gracos quid si-
 190.a gnificet. 634.a
 Dies, & noctis vtilitates. 237.d
 238
 Diabolus. Quam turpiter errent hi, qui
 Diabolus in fine esse saluadum diei noctisque officia perner-
 error Origenis. 314.c.d tunt. 240.a
 Diaboli officium secundum Pla- Diei naturalis quãtitas. 561.c.d
 561.c.d

I N D E X.

<i>Quomodo tollat peccata. ibid. c.</i>	<i>Eius libri tertius, & quartus cur</i>		
340. a. b	apochryphi.	896	
<i>Quibus nihil conferat.</i>	341 <i>A Patribus sæpè citati.</i>	ibid.	
	<i>Esther liberans Iudeos, signifi-</i>		
Elephantus.	<i>cavit Christum.</i>	612. a	
	<i>Esther regina maritus fuit Ar-</i>		
<i>Ephanti robur, & que anima-</i>	<i>taxerxes Mnemon.</i>	797. a	
<i>lia horreat.</i>	188. c. d	<i>Essenorum abstinentia.</i>	39. d
<i>Jocilitas, & quod hominem me-</i>		<i>Euangelica legis præstantia.</i>	
<i>tuat.</i>	189. a. b	635. c	
<i>Eum domandi ratio.</i>	190. c. d	<i>Euangelium, & lex unum sunt</i>	
<i>Longeuitas.</i>	191. a	<i>substantia.</i>	586. c. d
<i>Reliquis præstat animantibus.</i>	ibid. d	<i>Euangelistarum consuetudo, dif-</i>	
<i>Eius magnitudo.</i>	284. d	<i>sita inter se omissis interme-</i>	
<i>Eius potus & cibus.</i>	285. 286	<i>diis conuertere.</i>	705
<i>Eius dentium magnitudo.</i>	286. b	<i>Euilmerodach fuit Iudæis bene-</i>	
<i>Homini persimilis.</i>	287. a	<i>uolus.</i>	943
<i>Eius sagacitas.</i>	c. d	<i>Successit patri Nabuchodonosor</i>	
<i>Elias, & Enoch ante iudicium</i>		<i>in regno.</i>	374. d. 375. a
<i>prodibunt aduersus Anti-</i>		<i>Eulæus fluius quis.</i>	484. d
<i>christum.</i>	853. a. b. 884. b. c. d	<i>Eunuchorum hæresis.</i>	34. d
<i>Encaniorum fel. um.</i>	503. d	<i>In quos usus olim principes eos</i>	
<i>Enoch, & Elias ab Antichristo</i>		<i>buerint.</i>	34. b
<i>perimendi.</i>	916. a. b	<i>Euripi fluxus, & refluxus mi-</i>	
<i>Epicurus abstinentia laudator.</i>		<i>rabilis.</i>	265. a
40. a		<i>Ezechiel quo anno prophetare</i>	
<i>Epiphania dies, tribus miraculis</i>		<i>orsus est.</i>	16. c
<i>insignis.</i>	708. c		
<i>Equus animal ambitiosum.</i>	848. c	F	
<i>Fsdra in scribendo propositum.</i>		<i>Femora statue visa in somno Na-</i>	
19		<i>buchodonosor, lasciuiam de-</i>	
		<i>notabunt.</i>	114. 6
			<i>Feræ</i>

I N D E X.

- | | |
|---|---|
| <i>Fera se suis latibus cur inter-</i> | <i>Franciscus Turrianus Societatis</i> |
| <i>diu contineant.</i> 241.c | <i>Iesu laudatur.</i> 280.d |
| <i>Festus dies simpliciter ac præcisè</i> | <i>Fraxini umbra vis contra ser-</i> |
| <i>quis à S. Ioanne c. 5. euange-</i> | <i>pentès.</i> 261.c.d |
| <i>ly vocetur.</i> 702.c | <i>De fructibus, & floribus arbo-</i> |
| <i>Festa Iudaorum hyemalia, &c.</i> | <i>rum.</i> 258.259 |
| 703.d | <i>Fructus intelligentia rerum di-</i> |
| <i>Festa Iudaorum, & Christiano-</i> | <i>uinarum qui sint.</i> 221.a.b |
| <i>rum.</i> 241.c.d | |
| <i>Fabula quid.</i> 387.d | <i>Fulmen, & fulgur.</i> |
| <i>Fide præstat charitas.</i> 577.a | |
| <i>Figuram cum figurato non est</i> | <i>Fulminis, & fulguris differen-</i> |
| <i>neesse in omnibus conuenire.</i> | <i>tia.</i> 245.a |
| 356.d | <i>Miri effectus fulminum.</i> 245.b |
| <i>Hæc dicitur nomine figurati, &</i> | <i>Tria eorum genera.</i> 246.a.b |
| <i>contra.</i> 108.a.b | <i>Fulmen cur dicatur igneum ibi.</i> |
| <i>De floribus, & foliis arborum</i> | |
| <i>mira.</i> 259.c.d | G |
| <i>Flumen quid sit, & quid signifi-</i> | |
| <i>cet.</i> 648.b.907.d | <i>Gabriel.</i> |
| <i>Flumen igneum, & lapideum à</i> | |
| <i>Deo egrediens quid adum-</i> | <i>Gabriel de aduentu Messia cur</i> |
| <i>brabat.</i> 449.c | <i>obscure locutus est.</i> 566.c.d |
| <i>Fluuus Sabbaticus quis.</i> 266.d | <i>Gabriel Archangelus, quantus</i> |
| <i>Felicitas humana quàm insta-</i> | <i>inter cælestes spiritus.</i> 538.c |
| <i>bilis.</i> 489.c.d | <i>Pugna Gabrielis cum principe</i> |
| <i>Fons mirus apud Garamantas,</i> | <i>Persarum.</i> 772.d |
| <i>& alius iuxta Larium lacû.</i> | <i>Iudaorum tutor.</i> 77.c.d |
| 267.c.d | <i>Aduentum Messie Danieli præ-</i> |
| <i>Formicarum natura descriptio.</i> | <i>nunciauit.</i> 584.c.d |
| 283.d.284.a | <i>Generatio quantum spacium tem-</i> |
| <i>Fortuna varij euentus.</i> 109.c.d | <i>poris notet.</i> 537. |

I N D E X.

Gentiles.	Rebus Persarum semper faue- runt.	394.a
Gentiles cur in suis libris sacrae Judaeorum historia non me- minerint.	Cur Graecorum imperium fuerit ventri simile.	235.d
	Et acri.	114.d
Gentiles non habuerunt veros somniorum interpretes. pag.	Eius amplitudo.	116.d. 117.a
101.a.b	Cur Graeci assimilantur capris:	489.c
A Gentilibus non est indecorum Christianis, scientias mutua- ri, & addiscere.	Graecorum Bibliorum erratum:	607.c.d. 740.a. 785.d
	Graecorum imperij ortus, & exi- tus.	126.b
Gentiles difficilius fuit quam Iudeos ad Christum conuer- tere.	Eorum scelera.	291.a.b
Quomodo ex prophetis conuin- cantur.	Graecorum regni initium quod in Scriptura commemorat- tur unde sumendum.	501
Gentilium conuinciorum ratio.	Graecorum princeps Gabrieli aduersatus quis fuerit.	778.a
369.c.d	Eorum de Persis nobilis victo- ria.	779.d
De Gentilium somnijs, quae ut diuina recensentur, quid sen- tiendum.	98 Gratia prophetarum, flumine si- gnificatur.	748.c
Gigantes ubi turrim Babel a- dificare aggressi.	147.d Gratia Christi efficacitas pecca- ta delere, & pro peccatis sa- tisfacere.	571.a.b
Græci.	Gratia curationum quid sit.	52.a
Graecorum regnum cur per par- dum, & hircum figuratum.	H	
pag.		481.a
Illud Romanorum regno fuisse simile ostenditur.	Habacuc.	835.a
Græci miracula fingunt.	392.a Habacuc Iudae incolae.	852.d

I N D E X.

<i>Ab angelo translatus Babylonē.</i>	<i>tuam significatur.</i>	150.e
953.d	<i>Eorum qualis doctrina</i>	371.c.d
<i>Quot fuerint ij, qui inter 12. prophetas numerantur.</i>	<i>Sacrilegia grauitur punienda.</i>	
954	399.b.c	
<i>Breuis, vita, obitus, & prophetia eius expositio.</i>	<i>Hanno Carthaginensis primus leones cicurauit.</i>	419.a
954		

Heretici.

Hebdomadae.

<i>Heretici à magistratibus puniendi sunt.</i>	<i>Hebdomas quid significet.</i>	558.
193.d	a.b	
<i>Hi idololatrias cōparantur.</i>	<i>Hebdomadarum 70. vnde sumendum initium.</i>	593. 595. 596.
370.a		
<i>Hereticorum vana fiducia.</i>		
341	597	
b.c	<i>Cur dicantur abbreviata.</i>	561.
<i>Negant Christi animam ad infernum descēdisse, & de eo refelluntur.</i>	584	
<i>In quo heretici regē Nabuchodonosor imitentur.</i>	<i>Intelligenda sunt de annis lunaribus.</i>	566.c
34.a.b	<i>Earum initium à vigesimo anno Artaxerxis Longimani sumendum.</i>	602.d
<i>Peccata re vera tolli per Christi gratiam negant, sed confutatur.</i>	572. 773	
<i>Eos Augustinus conuincit. pag.</i>	<i>Desinunt in Christi baptismo.</i>	605.a.b
574.a	<i>Earum interpretatio difficilis.</i>	650.c.d
<i>Contra eorum iustitiam imputatam.</i>	574.c.d	
<i>Verbis Hieronymi abutuntur.</i>	<i>Hebdomadam septem: & 62. tēpore qua acciderunt.</i>	606
158.d	<i>De computatione 70. hebdomadam, variae aliorum opiniones refutantur.</i>	716. 717
<i>Eos piget modice mētiri dū scripturam facilem esse iactant, similes Herostrato.</i>	<i>De eis sententia auctoris. pagin.</i>	
904.a.b	731.c.d	
<i>Eorum doctrina per auream sta-</i>		

Qua

I N D E X.

- Qua sunt in hac disputatione Quando vaticinari cœperit:*
certa, & quæ controuersa. 730.
c.d D. Hieronymus.
- Terminus hebdomadam duplex:* D. Hieronymi memoria lapsus:
 732.733.734 25. & 441.d. & 827.a.b
- Hebrai autem Græcos sapientes D. Hieronym. Iudæis insultat.*
habuerunt. 16 626.a.b.c
- Hebrai chronologiam variè or-* *Eius mendosus locus corrigendus:*
diuntur. 682.a.b 508.d. 509.a
- Eorum chronologia mēdosissima.* In D. Hieronymi lectione quid
 653.c.d obseruandum. 761.a.b
- Eorum ad superstitiones lubri-*
cum ingenium. 220.a.b Hierosolyma.
- Hectoris Pinti lapsus in historia.*
 927.d *Magna celeritate vrbs sancta*
est extructa. 598.d
- Helias extra templum quomodo*
sacrificauerit. 173.b *Nehemias eius solus fuit extruē-*
da auctor. 600
- Herculis fabula ex literis sacris*
penita. 271.c.d *Hierosolymorum excidium, quo*
tempore factum. 711
- Herodis regnum, sub quo Chri-*
stus natus. 683.684 *Hierosolymitanum templū, quā-*
do restauratum. 668.a.b.c
- Herodoti insignis in chronologia*
lapsus. 363.a.b *Hierosolymis, Iouis Olympij simu*
lacrum. 863.c.d
- Herodotus pater mendaciorum*
dictus. 415.a.b *Hierusalem cur ciuitas sancta*
dicta. 167.c
- Multiplex discrepantia historia*
eius de Cyro ab historia Xe- *Eius vrbs conditor quis fuerit.*
nophonis. *ibidem.* 165.d
- Arguunt mendaciorum.* 436. *A Pompeio quando capta.* 723
quando vixit. 945.a *A Davide mirificè aucta, & or-*
nata. 166.a.b
- Hieremias ante iudiciū venturus*
a quibusdam singitur. 883.c.d *Locus, in quo templum Hieroso-*
lymit

I N D E X.

- lymitanum adificatum, san- / recordatur. 317.a
 Etus. 166.b Homines impij arboribus cōpa-
 Hierosolymis lux euangelica ve- / rantur. 919.a
 ritatis effulsit. 167.b Quomodo angelis paulo minor
 Verbis Hierusalē nomina. 167.c.d / dicatur à Davide. 295.a.b
 Eius situs. 169.d Eius naturalis dignitas in duo-
 Hippomenis in filiam adulteram / bus consistit. 296.a.b
 saueritas. 938.a Honoris summi insignia, qua
 Hirco Alexander quare cōpara- / olim apud principes habita.
 tus sit. 489.b 387.388
 Historici gentiles, cur non memi- / Humani corporis temperamen-
 nerint somnij Nabuchodono- / tum varie variatur. 336.a.b
 foris, quod cap. 4. describitur, / Humani corporis iusta mensura.
 & transformationis eius in be- / 149.a.b
 stiam. 312.d.313.a Hyacinthus lapis qualis. 753.a
 Homo, Hyperbola figura sacris literis
 persfrequens. 107.a
 Hyrcanus ultimus Iudaorum le-
 gitimus pontifex. 609.629.a
 Homo in somniis non habet per- / Quando mortuus. 722
 fectum liberi arbitrij usum. 75.a.b
 Hominis atas. 537.538.a
 Quam varie Deū possit lauda- /
 re. 192.b.c
 Ei quinque genera honorum à / Iacob Patriarcha cur ex cōtactu
 Deo concessa. ibid. angeli claudicauerit. 758.b.c
 Quinque necessario scire debet, / Iacob Patriarcha tribus modis
 & quae illa sint. 45 est vaticinatus. 932.a
 Homo Dei gratia presente, longè / Iacob cur sanctus dicatur. 171.d
 alius, quam ea priuatus. 147.a Iamblichus quid de tempore di-
 minorum somniorum senserit.
 Homo in rebus secundis bene me- / 76.a
 ritorū obliuiscitur, in aduersis

In

I N D E X.

- In Iansenium animaduersio.* Ignis & astus in quo differant. 893 233.c
- Iaponij animalis natura admirabilis.* Eius vires & affectiones. 23.d 332.a Eius copiosa & multigena generatio. 235.c.d
- Idola vocantur abominaciones.* ratio. 863.d Per ignem à Deo patrata miracula. 236.c.d
- Idololatrie primus inuētor quis.* Ignis Dei ibronus, quæ denotat. 945.a.352.a 418.b
- Quomodo eam euertendā à Sacerdotibus significatum sit.* Imaginaria visio accidit bifariam. 102.c.d 480.a.b
- Eius origo à Belo.* 946.c Imaginum cultus, quis sit prohibitus. 159.a
- Iechonias à sancto Mattheo in Christi genealogia nominatus, non vnus fuit, sed duo.* Imago Dei in homine in quo sit sua. pag.28 296.b
- Iciunij tempore à cibis delicatioribus abstinentium.* Imperia, more fluentis aquæ fungiunt. 744.d 907.c.d
- Eius fructus.* Impij an possint diuina mysteria intelligere. 759.b 913.914
- Ignatij Loyola, cælum subinde inuentis affectus.* Arboribus comparantur. 224.b 319.a
- India occidentalis mira.* 250.c.d
- Infernum locum esse animarum subterrancum probatur.* 584
- Inferni ignis dupliciter miraculosus.* 237.c.d
- Ignis duas proprietates, lucendi, & vrendi Deus separat. pagina* Intelligentiam nostram tria excedunt. 179.c 95.a
- Ignis vincula iuuenum exussit, ipsos non ladens.* Intemperantiæ exemplum. 179.b 113
- Ignis generaliter in scriptura, afflictionem significat.* Interpre. septuaginta quādo vixerunt. pagina 588.c
- 927.a De eorum interpretatione sacra scriptura. 588.c
- Ioacima*

I N D E X.

- Ioacim regis impietas, & crudelitas.* 29 *Iridis natura mirabilis.* 224.c.d
- Ioacim maritus Susanne, quis fuerit.* 924.c.d *Isaac vetus Christi typus.* 171.c
- Ioannis Anni de libris Machabaeorum temeraria sententia.* 500.d.501 *Judas Machabeus Iudeorum libertatis vindex.* 507.b
- Iudæi.
- Eiusdem chronographia qualis sit.* 655.656 *Judæi an tempore belli Troiani Græcis militauerint.* 169.b
- Ioanes Vergara laudatur.* 655.d *Cur dicantur populus tuus, non populus Dei.* 560.d.561.a
- Ioannes Euangelista mortuus est, nec cum Elia expectandus.* 885.d.886.a *Eorum calamitates sub Tuo, & Vespasiano.* 613.b
- Eius Euangelium vltimum reliquis distinctius est.* 701.c.d *Judæi Antichristum sunt recepturi.* 846.c.851.c
- Iubilei tempus.* 559.a.b *Eorum in Christum blasphemia.* 846.c.d
- Ione à pisce deuorati miraculū expenditur.* 271 *Progenitores Antichristi.* 847.b
- Iosephus Iudæus. *Eorum vana Messia expectatio.* 916
- Eorum vana spes regni terreni.* 127.a.b
- Iosephi Iudæi laus.* 655.a.608 *Iudæis cur pauci Angeli patrocinabantur.* 772.d.773.a
- In Iosephum quadam animaduersiones, ubi de Onia templo agit.* 821.c.d *Judeorum Chronologia mendosa conuincitur.* 653.c.d
- Iosephus parum in Hebraeis doctus.* 168 *Eorum improbitas, & peruitia.* 743.a.b
- Iosephi Scaligeri varia sententia discutimur.* 416.417.530.531.532 *An omnes Iudæi sint ante finem mundi conuertendi.* 893
- Iosia filij quot, & nomina.* 27.c.d *Potius supersticiosi, quam religiosi.* 121.c.d

I N D E X.

- Quomodo occiderunt accusato- Prærogatiua Iudaorum olim de-*
res Susanna. 926.b.c cem. 298.c.d
- Eorum Babylonica captiuitas* *Omni virtutum genere, qui fue-*
triplex. 540.d runt inter eos clari. 300.a
- Hac quando finita.* 527.d *Scelera eorum horret Iosephus,*
- In Iudeos probiores, Antiochi* 645.a
- tyrannis.* 865.a *Eorū persecutio sub Nabucho-*
- Sub Adriano clades memorabi-* *donosor persecutione Antiochi*
lis illorum. 614.b.714 grauior. 887.a
- Item sub Constantino.* 618.b *Cur per mundum dispersi maxi-*
- Quando Babylone liberati, 537.* *mè,* 587.d.588.a
- 538 *Eorum scelera, & pœna.* 561.a
- Ante iudicium plerique cōuer-* *Cur in suis precibus, trium pa-*
tentur. 882.c.d *triarcharum s̄pius memine-*
- Quomodo scriptura libros di-* *rint.* 170.c.d
- stinguent.* 1.c.d *Quomodo impugnent Christum*
- Cum Græcis quando conuersari* *& regnum eius.* 459.
- cœperunt.* 680.c.d *Impugnantur.* 462.463
- Eorum in Antiochū Magnum* *Exules per totū orbem.* 465.b.c
- fauor.* 824.a *Quos libros Scripturæ non ha-*
- Iudei, in scitiæ, & inconstantiâ* *beant, & cur Susanna Histo-*
arguuntur. 654.a.b *riam non admittant.* 922.c.d.
- Eos bene arguit Theodoretus,* 923.a
- 745.b.c *Iudiciarias leges apud Chaldaeos*
- Eorum ingenium aduersis me-* *retinuerunt.* 926.a.b
- liores esse.* 768.a *Eorum in seruanda Dei lege, de*
- Quomodo eorum liberatio ab* *non adorandis Gentilium ima-*
angelis procurata. 769.a *ginibus, constantia.* 157.c.d.
- Illorum cœcitas.* 580.c.586 642.a
- E Iudæis cur tantam tres pueri* *Caput aureū asini adorasse, fal-*
ob non adoratam statuam ac- *so a quibusda singuntur,* 158.b.c
- cusati.* 154.d *Iudæi singularibus septem bene-*
ficijs

I N D E X.

ficis, post captiuitatem Baby-	occisum. pagina	612. 613
lonicam caruerunt. 623.	619.620	
624	Quod fusè probatur. 624.625.	
Quae per fugia inuenerint ad se-	Quae à Tito, & Vespasiano passi.	
ipsum in perpetuo exilio conso-	620.624	
landos. 624.c.d.625.a	Quomodo conuincendi, calami-	
Iudaei habet faciem velatam ad	tatum suarum non fore ali-	
intelligenda Scripturam myste-	quando finem. 617	
ria. 628.c.d	Frustra Hierosolyma restaurare	
Iudeorum nulla scelera praeter	conati. 618	
Christi necem, hanc eis cla-	Prodigia, quibus ab instaura-	
dem inuexerunt. 625.c.d	tione templi repressi. 618.c.d	
Iudeorum calamitates memora-	Comparatur calamitas eorum	
biles tres praeter hanc postre-	ultima cum prioribus. 620.d	
mam omnium grauissimam. 621.d	Iudaea media inter Syriam, &	
Eorum Aegyptiaca captiuitas	Aegyptium. 505	
quandiu fuerit. 622.c.d	Eius laus. 824.c.d	
Quomodo illis S. Hieronymus in	Iudicandi potestas cur potius filio	
sultet. 623.b.c.d	Dei tribuatur, quam patri.	
Duo supplicij Iudaici genera eis	pagina 476.c	
propter Christi necem illata. 624.c.d	Iudicia Dei in quatuor rebus in-	
Quando eorum sacrificia defece-	comprehensibilia. 161.162	
runt. 632.c.d. 633.a	Iudicia Dei vera sunt triplici	
Illa post Christi mortem fuere	ratione. 162.c.d	
mortua, sed non mortifera. 633.a	Iudiciorum Dei aequitas. pagina	
Iudei cuiusdam Rabbini de ne-	382.b.c	
ce Christi sententia. pagina	Iudicij extremi sex notabiles cir-	
611.a	cumstantia. 287. vsque ad 293	
Eorum calamitates ob Christum	Iudith historia quando contigit.	
	27	
	Inglandum, pinorumque um-	
	bra venenum. 261.c.d	

I N D E X

- Iuliani apostatae, in instaurando Legalia quando defecerint.* 735,
Hierosolymorum fano, vana a. b
conatus. 618. b. c
- Iulius Caesar, alter Alexander,*
sed sobrius. 114. b
- Iulius Scaliger laudatur. pagin.* Leone, quibus modis ne obsint,
 186. c. d
 prohiberi possint. 418. c. d
- Iuramentum Dei, & Angeli In suos benefactores mites.* 419
 quid noet. 908. c
- Iustitia Christi cur nostra dica- 420. b*
tur. 575. a
- Iustitię legalis, & Euangelicę ratione id factum sit.* 420. c
discrimen. 576. a
- Iustitię Christianę potiores par- gnificet.* 269. a. b
tes sibi vędicat charitas. 577. a
- Iustini errores, seu Trogi Põpeij, substantia.* 586. c. d
circa historia Iudegrũ. 188. b. c
- Lex Mosis abroganda vnde col-
 ligitur.* 823. a

Leones.

L

Libri.

- Laodice virum veneno sustulit. Liber vitę, & liber mortis, qui
 807. b. c* sint. 456. a. b
- Lapis. Liber vitę trib. modis dicitur. d*
- Lapis sine manibus excisus de Liber Dei predestinationem si-
 monte, Christum significat. gnificat.* 889. c. d
 129. b. 133. d. 134. a
- Qui lapides, in veteri testamen- Ex libro vitę, quomodo aliqui de
 to Christum significabat. 131. a* leri dicantur. 890. 891
- Laurus non tangitur fulmine. Liber Dei triplex.* 892. b
- 243. a*
- Legnę cur imperium Chaldaorũ Libris magorum incatatorum,
 comparatum. 428. a* & c. operam dare, cur non li-
 ceat. 46
- Gentiliũ libros legere non solum
 non*

I N D E X.

- non obest Christianis, sed etiã
prodest plurimum. 43.d
Cur eos legere Christiani nõ re-
fugiunt, sicut à sacrificiis eorũ
abhorrent. 48.d
Libri in extremo iudicio aperiẽ-
di qui sint. 455.a.b
Liquorum mensura apud Ro-
manos, & Hebræos, pag. 947.
948.
Longimanus rex Persarum: cur
ita vocatur. 795.a
Lucis encomiũ, & proprietates. 242.a.b
Eiusdem nominis, & similitudi-
nis vsus frequens in scriptura. 242.d. 243.a.b
Lucretia cum Susanna compara-
tio. 927.d
Eiusdem, in sui cade tria fuisse
peccata. 928.d
Ludovicus Vives Valentinus
laudatur. 652.a
Luna præstantia, & descriptio. 221.a
Eiusdẽ in mari operatio. pagina 265.b.c
Lunaris annus quantus. 564.c
Luxus regna euerit. pag. 818.
a.b. 818.c.d
M
De Machabais quid sit à Da-
niele prædictum. 865.a.b
Machabeorum principatus, quã
diu durauerit. 458.a
Magi qui fuerint. 80.d
Magorũ, quanta olim fuerit au-
toritas, & dignitas. ibid.
Eorum transformationes simula-
ta. 332.d
Mahometes qui fuerit. 441.d
442.a
Mala imprecari quomodo liceat.
323.d. 324.a
Malefici, seu necromantici, qui
fuerint. 87.a.b
Malleoli, quid significant. pagin.
176.a
Mantichora, quæ putatur esse
oranũ ferarum terribilissima
describitur. 436.c.d
Manus, quam vidit Balihasar,
qualis. 380
Quid significet vox manus, pag.
910.c.d
Maozim, quem vt Deum coler
Antichristus quid sit. pagina
870.d
Marci Varronis temporũ distin-
ctio. 66.2.b
Mardocheus quomodo sit cũ Je-
chonia translatus in Babylo-
niam. 551.a
Quomodo ad etatẽ Artaxerxis
222 Mne

I N D E X.

- Mnemonis pertingere potuerit.* Medina de mutatione regis Na
797.a buchodonosor opinio refelli-
Maris fluxus & refluxus causa. tur. 333.c.d
265.a.b *Meretricum digna premia.* 818.
Mare magnū in scriptura quid
fit. 425.a.b c.d
Mundū appositè denotat. 308.d c.d
Maria virgo per radicem illius
arboris Nabuchodonosor si-
gnificata, significat ea nulla
peccati macula infecta. 322.d
Cur ea mons dicatur. 133.a.b
Maria Magdalena cum sorore
Massiliam mirabiliter appu-
lit. 264.a
Eiusdem unguentum. 747.a

Martyr.

Martyres tempore Antichristi,
ceteris illustriores. 845.d
Martyrii tria genera. 185.c.d,
186.a
Ad eius perfectam rationem qua
necessaria. 184.c.d
An tres iuvenes in fornacē missi
 fuerint martyres. 184.d.185.a
Medaa quomodo se de pellice ut-
ta sit. 176.b.c
Medi fuerunt inferiores Chal-
daeis tempore Nabuchodono-
 sor. 109.a

Metretæ, qua mensura. 950.c.d
Michaël Iudaorum erat præ-
positus, 771.a
Michaël, ex quo angelorum sit
ordine, & quomodo Gabrieli
dicatur in auxilium venisse.
773.d.774.a
Antichristi tempore pios defen-
det. 881.a
Militia liber tria complectitur.
456.c.d

Miracula.

Miraculâ complura elucet in
conseruatis iuuenibus in for-
nace Babylonica. 179.180
Duo præcipua Dei potētia mira-
cula

I N D E X.

- tula in scriptura celebrari, & ficat.* 133.a.b
quæ sint illa. 215.b.c.d *Res in montibus memorabiles*
Miraculorum duo genera. pag. gesta. 133.c.d
 855.c.d *Montes in scriptura memorabi-*
Miraculis Christi quomodo les ac celebres. 255.c.d
convincendi Iudæi. 637.c.d *Vsus & utilitas montium. pagi-*
Misericordie Dei modus. 383. na. 253.d
 a.b *Quæ in eis maxime miranda.*
Misse iuge sacrificium tollet ex 254.a.b
parte Antichristus. 915.a *Ob altitudinem, qui ab antiquis*
Cur hæc dicatur iuge sacrificium. celebrati. *ibid.c.d*
ibid.b *Mors non omnem tollit homini*
In ea multa leguntur, quæ sacra scientiam. 70.b.c
Scripturæ auctoritatem non Morum improbitas insignis in
habent. 922.a *hominibus ultimi seculi, An*
Monachi, secundum D. Hie- tichristum precedet. pag. 846.
ronymum potius est lugere, a.b
quam docere. 900.d *Moses dicitur a quibusdam v-*
turus ante iudicium. 884.a
Monarchia. *Mundi infida fiducia.* 428.a
Mari rite comparatur. 428.b
Monarchia est optimum guber- Mundana felicitatis in statua
nationis genus. 466.a *Nabuchodonosoris exemplum.*
Monarchie Persarum diutur- 150.d
nitas. 799.c.d *Mbeas quid.* 450.d
Monarchia magnis cum tumul- tibus incipiunt. 427.c.d
Bestijs citr comparantur. *ibid.*
Earum exordia parua. 428

Montes.
Mons Beatam virginem signi- Quo anno statuam adorandam
proposuerit. 145.b.c

I N D E X:

- Quomodo Danielem adoravit.* ptennium. 311
 137.d *Cur restitutus Iudeos, & Ioa-*
chim regem non liberauit ex
Quo anno primum Hierosoly- chum regem non liberauit ex
ma venerit. 24 captiuitate. 358.359
Cur rex regum vocatus. pagina Rerum ab eo gestarum chrono-
 105.d logia. 31
Ipsius potentia. 106.a.b *Aliquid moderationis, & pieta-*
Quomodo sub eius imperio fue- tis habuit. 32
runt omnia. 106.d *An ea, qua de transformatione*
An filium Dei viderit in forna- eius leguntur, parabolice sint,
 ce. 186.a vel historice intelligenda.
Instabilis & superbus, Dei sibi 303.310
vsurpat honores. 146.b *Non fuit secundum substantiam*
Quo anno prius somnium ei acci- in belluam mutatus. 333.d
derit. 85.c.d *Cur in bestiam euasisse dicatur.*
An illud ei naturaliter accidere 335.d
potuerit. 97.c.d *An sit saluatus.* 353.d
Quantam ex eo utilitatem per- Amens cum erat, an vinculis
ceperit. 137.d.138.a fuerit constrictus. 324.c
Quo anno alterum somnium vi- Eius cum bestiis habitatio, &
derit. 308.d victus, &c. 325.b.c
Latissime imperium quando pro- *Quis interea pro eo regnauerit.*
tulit. ibidem 327.a
Quando verum Deum agnouit. *Quandiu in syluis moratus.* pa.
 146.b 329.a.b
Eius & Pharaonis comparatio. Babylonem quomodo is condi-
 354.c.d disse dicatur. 346.d
Eiusdem conuersio, an vera fue- Leo in Scripturis dicitur, & cur.
 rit. 353.354 429.c.d
Hos ambo cupido diuinitatis in- Item aquila, & cur. ibid.
cessit. 146.d *Aliusne fuit ab eo Nabuchodono*
Status eius belluinus per totum se- sor, de quo in libro Iudith. 29.a
 Quis

I N D E X.

- Quis horum prior fuerit.* 30.a
- Is de quo in libro Iudith agitur, non fuit Cambyfes Cyri filius.* 81.c.d.
- Naphtha quid.* 176
- Naturaliter cognita qualia.* pag. 90.c
- Navis cum aue similitudo.* pag. 861.a
- Nehemia in Ierusalem studiū.* 599.600
- Nembroth & Belus, idem.* pag. 351.d
- Nero à quibusdam immeritò putatur Antichristus futurus.* 843.d
- Noctu plerumque fulgurat.* pag. 243.c.d
- Noctis & diei utilitates.* 237.d. 127.a.b.c
- Contra peruertentes diei noctisque usum, & officia.* 240.a
- Nubes, in quibus Christus ad iudiciū veniet, ad quid adhibebuntur.* 469.a
- Numeri alicuius summam, quomodo expriment Hebraei.* 606
- Numeris Platonis obscurius pro uerbiū.* 652.b.c
- Nuptiæ in Cana Galilee, quādo celebrate.* 73.714
- Nisibitoracis natura.* 280.a
- O
- Oblatio corporis & sanguinis Christi implet omnia veteris legis sacrificia.* 632
- Obrizum aurum, cur ita vocetur.* 615.d
- Obsuri argumenti prouerbium.* 652.b
- Ogygis diluuium quando acciderit.* 667.a
- Olei post fulmē teter odor.* 240.
- Olympi montis descriptio.* pag. 255.a
- Olympiadis nomen, origo, usus.* 662.a
- Quando cœperint.* 665.a
- Omnis quo animo in Aegypto extruxerit templum.* 173.c. d. 820.d
- Eius templū in Aegypto quando conditum.* 819.d
- Forma illius templi.* 820.a
- Eius destructio.* 821.a.b
- Omnes, & omnia, pro plurimi, & plurima, ponuntur in scriptura.* 559
- Opera satis factoria pro peccatis.* 339.a
- Oratio Azaria est canonica, & pars libri Danielis.* 159.a
- Orationibus à Deo promissa, quare petantur.* 552.d

I N D E X.

- Orationes nostra cur sapè à Deo Peccatum.
 non exaudiantur. 767.a
- Ordo prophetia Danielis. 95.c.d Peccatum quomodo à Christo
 Ordo capitum à Daniele, cur deletum. 571.c.d
 non seruatus. 350.b.c Cur regi dicantur peccata. pag.
- Origenistarum opinio. 310.a 572.d. 573.a
- Eorum error de diabolo. 312.a In peccato sunt quatuor. 573
 Peccato quomodo Christus finè
 imposuit. 569.d. 570.a
- P
- Peccatoribus non esse promitten-
 dam temere veniã. 341.a. b. c
- Peccatoribus securitas suspecta
 esse debet. 368.c. d
- Pactum in Scripturis quomodo
 sumatur. 633.c. d Sine fructu verbum Dei audiũ.
 388.d
- Denotat proprie legem Euange-
 licam. 634.d Pelicanus qua auis, & eius mi-
 rabilis natura. 278. 279
- Panis desiderabilis quis vocetur. 744.d Perdicca successor Alexandri
 quomodo sit factus. 497.
- Papias auctor Chiliastrarũ, quis
 & qualis fuerit. 470.b
- Papilionum origo qualis. pagina
 331.d
- Persa.
- Pardi proprietates, & cur ei A-
 lexader Magnus similis. pag.
 433.c. d Persa vnguentis delibuti. pagin.
- Pascha simpliciter, ac precise in
 scriptura, dies festus dicitur. 745.d
 702. 703 Illorum regnum cur vrsõ simile.
 431.a
- Pascha Indeorũ tempus. 365.c Persarum regũ catalogus iuxta
 Passeris natura. 280.a. b Metasthenem reprehenditur.
- Paulus cur se plus ceteris labo-
 rasse dicat. 580.a Persarum antiquorum abstinen-
 tia. 39
- Eor

I N D E X.

- Eorum regnum an minus Chal- Persequutionum Ecclesia quin-
daorum imperio. 110.a que genera. 887.d.888.a
- Persarum, & Chaldaeorum impe Persequutio Antichristi du-
ria quandiu floruerint. ib.b.c plex, corporalis, & spiritua-
lis.p. 887.d
- Persarum imperium quandiu steterit. 799.a.b.c Persopolis ab Alexandro quo-
modo incensa. 512.a
- Persarum regnum cur argento comparatum. ibid. Persici imperij ortus, & finis.
126.a
- Eorum opulentia quanta fuerit. 111.c.d Peruensis regio qualis. 251.a
- Persarū princeps nominatus in Pes ferreus illius statua in digi-
10.c. Danielis bonus ne, an tos ferreos, & terreatos desines,
malus angelus fuerit. 760.a quid significet. 124.c.d
- Quis fuerit ille rex Persarum, Phantasia vis, & usus. 335.c.d
iuxta quem Gabriel angelus Pharaos, & Nabuchodonosor,
remansisse dicitur. 775.c.d quibus in rebus similes, &
dissimiles. 354.d.355.a
- Persarum regnum cur arietis cō- Pherecides vetustissimi Philoso-
paratum. 485.a phi notabile dictum de prin-
cipite demonum de caelo eiccto.
664.d
- Eorum quam latè patens impe- 952.a
rium. 487.488
- Eorum monarchia reges quot, Philo dicens Hebraea, & Chal-
& qui, & quandiu singuli re- dsam linguam candē esse re-
gnauerint. 788.789.790 darguitur. 89.c.d
- Cur in parte stetisse dicatur. pa. Philo sophia quanam à D. Pau-
432.a lo vituperetur. 48
- Illorum regnum cur verso simile. Philo sophi quomodo regem Na-
buchodonosor inueniuntur. pag.
431.a 33
- Persicam regnum pectori, & Quid de commercio Deorum
brachius cur comparatum. p. cum hominibus senserint. pag.
42.c.d 91.c.d

I N D E X.

- Phœnicis admiranda avis ex S. Porphyrius.
Ambrosio, Tertulliano, & alijs
descriptio. 281.c.d. Porphyrij calumnia de auctore
Pinna piscis mira natura. pagin. huius libri depellitur. 11
 274.a. Eius de veritate somniorum sen-
Piscis, in cuius ore stater est in-
uentus à S. Petro, expenditur Porphyrius negatur. 902.a
miraculum. 272.a. Refellitur. 902.b
Piscis à Tobia captus quomodo Eius signenta. 874.875
demonēs expulerit. 272.c.d. Contumacia. 876.877
Piscium, & auium similitudo. Inscitia. 886
 275.a.b.c. Refellitur cum refert ad Antio-
Piscium quorundam mira moles.
 270.b.c. chum ea, qua sunt de Antichri-
 sto dicta. 440.d
Planetarum quare nulla fiat in Et iterum cum regnum Sancto-
Scripturis mentio prater qua-
tuor. 221.c. 458.a. rum ad Machabeos refert.
Platani umbra incundissima, & Et cū de morte Antiochi agit.
quanti olim aestimata. pagina 872.a
 262.a. A S. Hieronymo redarguitur.
Plinius de unguentis scribens 156.d. 157.a
errasse conuincitur. p. 225. d. Ab eodem, mendacij arguitur.
 747.a. 440.d. 441.a
Pluuiæ prodigiosa. pagina 225. Prædestinatio electorum, variè
 c.d. in scriptura describitur. pag.
Pœnitentiæ perfecta utilitas, & 890.a
efficacitas. 327.a. Ea ex sola Dei voluntate pro-
Pontificis Romani monarchia fecta in Scripturis ostenditur.
qualis. 464.a. est à Deo. b. 161.a
Pontificis Romani reuerentia Prædestinat Deus ita aliquem
Christi, & mundum replent. finem, ut media etiam ad eum
 129.a.b.c. ordinet. 553.c.d
 Prædi

I N D E X.

- Predictionis diuina duplex genus.* 338.339.357 b *Multa inuolute loquuti sunt.* 566.d.567.a
- Præsciis, secundum quid, sunt in libro vite.* 891.c.d *Eorū auctoritas.* 578.d.579.a.b
- Præuaticatio hominum, quomodo per Christum dicatur consummata.* 558.a.b.c *Qui dicantur propheta.* 51.d
- Principesi* *Et sunt qui diuina uisā interpretantur.* 742.a
- Principum omnium, qui apud varias gentes floruerint, clarissimi fuere duodecim.* 790.d *Apud prophetas frequens personarum mutatio.* 785.a
- Principes, plus exemplo quam peccato nocent.* 151.d.152.a *Illorum de Christo oracula.* pag. 581
- Officia optimi principis.* 193.c *Quo ab historicis differant.* pag. 560.b
- Ad imperandum, quæ res maxime necessarie principi.* 467.b *Debent, ut proprie dicatur propheta, visiones intelligere.* pag. 740
- Mundi principes, facile ad illicita inducuntur.* 151.b *Prophetiæ.*
- Prinus, seu ilex quæ arbor.* 241.b *Prophetia non est qualitas, uelut habitus scientiæ, aut uirtutis in prophetis permanens.* p.929.c.d
- Propositiones in scriptura de toto dictæ, sed de parte intelligende.* 895.896 *Eius spiritus aliquando dicitur prophetis.* 51.a
- Prosperitas, induci eorum, qui de nobis sunt benemeriti, obliuionem.* 317.a *Quomodo Christus implet prophetias.* 577.c.d
- Propheta.* *Prophetia de Christo, quæ quot.* 581.582
- Prophete sunt obscuro.* pag. 605.c.d *Omnis prophetia, secundum Irenæum priusquam impleatur, anigma est.* 579.d.905.a
- Omnia tempora: prophetia* com

I N D E X.

complectitur.	96.c.d	cerit.	860.c.d
Protagoras, omnia somnia, & quacūque viderentur homini, vera esse putauit.	54.c.d	Pudicitia Christiana in duabus maximè rebus consilii: pagina	928.c.d
Prouidentia Dei in his, quæ in terra nascuntur, maxime cernitur.	256.c.d	Puer in scriptura, nonnūquam dicitur quicumque senex non est	154.a.b. 930.a.b
Ea est iustissima & ordinatissima.	448.a	Pythagora doriniuro qui mos fuit, quo bona somnia sibi discisceret.	81.d

Ptolemæi.

Ptolemæi Philadelphii opulentia.

805.a

Bene de Iudeis meritis: pagina

806.b.c

Ptolemæus Philopator cur sic dictus:

814.a.b

Victus eius, mores, & exercitus:

815.a.b

Ignarus fuit.

816.d. 817.a

Eius vita turpissima.

818.a

Mors.

818.d

Ptolemæus Energetes quis, & eius gesta.

809.c.d

Ptolemæi Lagi felicitas.

803.b

Fili: minori regnum tradidit.

805.d

Eius in Iudeos diuersa studia.

806.c.d

Iulius Popilius Romanorū legatus ad Antiochum quid fe-

Quadrantal quod mensura generis.

947.d

Q

R

Rabbini de 70. hebdomadibus quid delirent.

559.a

Raphaël angelus à Tobia quomodo demonem expulit.

272.c.d

Quomodo non sit mentitus, cum dixit, se esse mercenarium, & vocari Azariam, & esse filium magni Anania.

273.d

Reges.

Regis etiam Christiani Nabuchodonosor typus.

193.c.d

Reges diuersos Deus populis pro diuer

I N D E X.

- diversis eorum meritis consti-* Doli & fraudes in regnis. 826. a
tuit. 94. d In regno esse tertium apud re-
His honor debitus servetur, nec gem, quid significat. 386. c
tamen veritas taceatur. 323. b. c Religio quadam in arboribus.
Eos salutandi vetus formula. 258. d
 372. c. d Remora piscis, vix credibilis
Regia felicitatis, quam sit ina- potentia. 213. d
nis fiducia, pulchrè declara- Renes, voluptatum carnalium
tur. 137. d sedes. 749. c. d
Regū exitus infelicissimi. 114. Rerum tria genera, qua create
 a. b natura intelligentiam supe-
 rant. 95. a
 Regnum. Res non desinunt esse bona, e-
 tiam si vitio vitium male fini.
 226. c. d
Regnorum multitudo dissensio- Resurrectio phœnicis quomodo
nem parit. 124. c. d fiat. 281. c. d
Regnorum omnium finis pax. Resurrectio duplex in Apoca-
 51. a. b. lypsi declaratur. 474. a
Regnorum mundi volubilitas Resurrectio proborū, & impro-
mira. 99. c. d. 110. d borum, in quo dispar. 895. d.
Deus ab una gente ad aliā trāf- 896. a
fert regna, propter hominum Revelaciones divine plerūq; iux-
impietatem, & alias causas. ta flumina cur facte. 747. d
 94. c. d
Regna quatuor, per illam Na- Roma quando condita. 666. a
buchodonosor statuam signi- & 675. c. d.
ficata. 104. a. b. c Roma à Gothis quando capta.
Forum initiū, duratio, & finis. 127. c. d
 125. d. 126. a
Romanorum, & Græcorum re- R omani.
gna, multis rebus similia. Romana Chronologia triplex.
 835. a 676. a

I N D E X.

- | | |
|---|---|
| 676.a.b | 642.c.d |
| Romanorum principatus ferè pe-
nes multos fuit. 122.c.d | Romani imperij ortus, & finis.
127.128 |
| Eorum insignis quadruplex dif-
cordia. 123.c.d | Romani imperij amplitudo, po-
tentia, & pecunia vis. 437.a |
| Nunquam potuerunt conciliari.
ibid.d | Qua ratione Romani imperium
auxerint. 438.b.c |
| Romanorum origo. 428.b | Multa iniuste, plurima iniuste pos-
federunt. 439.c.d |
| Imperium eorum, bestia innomi-
nata, cur in cap. 7. compara-
tur. 435.d | Rota ignea throni Dei, quid si-
gnificem. 449.a |
| Qua occasione Asiam sibi sub-
iecerint. 819.a.b | Ruperti lapsus. 18. item alius.
780.a |
| Antiocho Magno victo, quatum
tributum imposuerint. pag.
828.c.d | S |
| Cur eorum imperium ferro &
tibiis duabus cõparetur. pag.
122.a.b.c. | Sabbata sua terram celebrare
quid sit. 544.a.b |
| Serpentem instar numinis colue-
runt. 950.d | Sabbaticus fluvius miri ingenij.
266.c.d |
| Omnes ferè gentes subegerunt.
121.c.d | Sacerdotum Iudaicorum duplex
munus. 302.a |
| Eorum discrimina amittenda li-
bertatis. ibid. | Cur hi maximè ad Deũ laudan-
dum tenerentur. 301.d |
| Romanus pontifex cur sanctissi-
mus & sanctitas dicitur. 591.b | Sacerdotij Christiani præstantia.
332.d. 303.a |
| Romanum imperiũ per Barba-
ros quando deformari cœpit.
127.c.d | Sacramenta noue legis id fa-
ciunt, quod significat. pagina
102.b.c |
| Romanum imperiũ quandiu du-
raturum quida augurati sunt. | Sacrificiũ iuge tollere moraliter
quid sit. 519.d |
| | Sacriũ |

I N D E X.

- Sacrilegiorum ultor Deus.* 380.a
866.b.c
- Salatus panam in adulteros à se laiam, vltro ipse subiuit.* 926.c.d
- Salamandra, an ignem restinguat, & an in ipso uiuat.* pag. 182.c.d
- Salomon in somno pecuniam sapientiam à Deo, & an in somno meruerit ea accipere.* pagina 78.a.b
- Salomon Christi figuram gessit.* 237.a. 835.a
- R, Samuel quomodo ex Danielis propheta Christum iam venisse collegerit.* 615.c.d
- Sancti.
- Saëti, qui in resurrectione fulgebunt vt sol, qui sint.* pagina 898.c.d
- Sancti docti, vel indocti qui plus mereantur.* 901.c.d
- Sancti libros gentilium legerunt.* 44.c.d
- Sancti recte dicuntur libri.* pagina 455.a
- Sanctus sanctorum cur dicatur Christus, tam vt Deus, quam vt homo,* 589.a.b. 590
- Sancti Apostolicam vitam emulati, cum Christo mundum sunt iudicaturi.* 446.a.b
- Sancti tempore Antichristi sese occuliabunt.* 910.d
- Eis afflictio hęc quantum proderit.* 912.c.d
- Sancti viri an vere se peccatores & iniquos vocare poterint.* 163.c.d
- Habent hic aliqua peccata venialia.* 164.d
- Saraballa quid.* 177.d
- Scaligeri sententia quatuor discutuntur, & examinatur.* pag. 530. 531.
- Impugnatur.* 532.d
- Sabinus, seu lentiscus, quæ arbor.* 933.d
- Scientia recte discendi, & tractandi modus à sancto Bernardo pr. scriptus.* pagina 46. 47
- Scientia, quam Deus Danieli, & socijs dedit, parim naturalis, parim supernaturalis erat.* pag. 43.
- Scientia, quod naturali comprehendendi potest, quale esse necessario sit* 90.c.d
- Scipiones apud Romanos nobilissimi.* 827.a.b
- Sco

I N D E X.

- Scopas dux Ptolemai ab Antio- lectu. pagina 903.d.
cho magno vincitur. 823.c.d
904.a
- Fœcunda sensuum. pagina 904.
c.d
- Scriptura. Scriptura sacra sine Dei gratia,
& maiorum doctrina non in-
telligitur. 875.d
- Scriptura interpretanda regula, Scriptura sacra, ceteras doctri-
ubi est figurata. 356.d nas quinque rebus antecellit,
& sanctimonia tres fontes
Scriptura sacra quomodo sit & aperit, monti Sinai similis, in
sufficiens ad omnia. 47 epistola nuncupatoria.
- Scriptura diuina sine Dei spiri- Eius vulgata editio est per om-
tu non intelligitur. 382.a nia tuenda. 451.d
- Scriptura, pau.orum annorum Eius mos est, dum agit de aliqua
nonnunquam nō habet ratio- figura, de re figurata multa
nem. 233.d immiscere. 544.c.d
- Scriptura ponit omnes pro mul- Solet item in recensenda anno-
tis, & contra. 97 rum summa imperfectos omit-
tere. 733.a
- Quid spectet scriptura in percen- Eius item mos est tribuere gene-
sædis Gentiliū historijs. 654.a ri, quod maxime parti cōuenit.
906.c
- Quid est signatam, vel clausam 889.a
scripturam. 906.a
- Scriptura, quæ vidit Balthasar, Post Christi aduentum Scriptu-
re sunt faciliores, quam antea.
interpretatio. 382.a 905.c.d
- Scriptura loquendi mos familia- Scithæ Asiam per 28. annos de-
ris. 107.a populati. 109.c.d
- Eius consuetudo, non vniuersa Secula mundi tria, vnum inco-
narrare, sed insigniora qua- gnitum, secundū fabulosum,
que. 834.c.d tertium historicum. pagina
Scriptura sacra difficilis intel- 662.b.c

Seleu

Seleu
p
Seleu
81
Seleu
ter
Cur p
ru
Eius
Seleu
50
Eoru
ph
Sept
10
De s
B
Qu
Serp
10
Serp
2
Sigr
9
g
Sim
8
Soc
1
e

I N D E X.

- Seleucus. 250. c
- Seleucus Asiatici & Syriaci imperij fundator. 498. a. b
- Seleuci Callinici Syria regis mors 145. d
812. d
- Seleucus Philopator in glorius interijt. 832. c. d
- Cur paucis diebus regnasse dicatur. 833. a
- Eius regni initium. 499. a
- Seleucida imperarunt Iudeis. 501. b
- Eorum usque ad Antiochum Epiphanem successio. 502. d
- Septenarius positus pro indefinito numero. 533. a
- De septuaginta annis captivitatis Babylonica. 537. a
- Quando sint finiti. 715. d
- Serpens aeneus quid significabat. 102. a
- Serpentibus fraxinus inimica. 263. a
- Signorum Dei quatuor genera quibus futura significat. pagina 102. a. b
- Sim vix Hebraea, quid significet. 861
- Societatis Iesu patres, Indiam Evangelij predicandi causa adierunt, & peragrarunt. pagina 93. a
- Socij tres Danielis, quo anno Nabuchodonosoris regni, diuinitus in fornace seruari. 145. d
- Sol.
- Sol omnium operum diuinorum visibilium praeclarissimum. pagina 218. a
- Solis magnitudo. ibid. b
- Eius praestantia. 218. d
- Diuina bonitatis expressam gerit imaginem. 219. a. 244. b
- Pro Deo habitus. 26. a
- Etiam à Iudeis. 220. b. c
- Solyi populi qui fuerint, & an ex ipsis Iudei oriundi. 169
- Somnia.
- In somniis sapè est liber rationis vsus. 77. d
- Aliqua somnia vera, pleraque falsa. 56. 57
- Cur quadam impijs hominibus à Deo data sint. 72. d
- Somnia aliena non possunt naturaliter ab ullo cognosci. 90. d
- Somniorum interpretatio certa humanitus dari non potest. pagina 93. a

I N D E X.

- Somniorum verorum causa. 58. c. nationis vocatur. 914. c. d.
 d. 97. a Spiritus pro vento in scriptura v-
 Ea interpretandi qualis facultas surpatur. 236. b. c.
 erat in Daniele. 50. a Spiritus sanctus, igneus dicitur.
 Somnium Nabuchodonosor diu- 474. d.
 num erat. 72. c. d. A filio procedit. 26. a
 Somnia diuina cur multa obscu-
 ra. 72. c. d. Statua Nabuchodonosor.
 Somnia diuina variè afficiunt ho-
 mines. 67. 68 Statua quam vidit Nabuchodo-
 Cognoscendi diuina somnia du- nosor, quam varias res signifi-
 plex ratio. 66. a. b. care potuit. 101. a
 Eorum interpretatio penes quos Et illa quam erexit. 150. b
 sit. 76. d. Eius moles, & materies. 147. d
 Somnium capite quarto Danielis Fuit ipsius Nabuchodonosoris si-
 descriptum, quando accidit. mulachrum. 156. a
 198 Cur illa, hominis similitudinem
 Somnia qua sine vitio obseruari referebat. 102. d
 possunt. 74. a. b. Cur erat terrifica. 103. a
 Que somnia obseruare est vitio- Eius materia quadruplex quid si-
 sum. 74. c. d. gnificabat. 104. a
 Qua somnia obseruare maior va- Stellarum numerus, magnitudo,
 nitas est, quam astra. pagin. vires. 222. a
 75. a Stellas in terram cadere quid sit.
 Somniorum verorū qui sint inter- 519. c. d.
 pretes. 76. a Subditi maiorum malo exemplo
 Somno cur egeant homines. pag. pereunt.
 321. c. Susān regina Persarum qualis, &
 In somno habilior aliqua ratione a quibus condita. pagina
 animus ad percipienda diuina. 482. c
 69. a. b. In qua regione fuerit vrbs Susān.
 Soris sanctorum gratia predesti- 481

I N D E X.

- Sufanna. Terra.
- Sufanna historia, etiam si forte
Danielis non esset, non ideo si-
eterna censenda. pagina 223. a
935. c. d Terra encomium. 247. c. d
- Comparatio Sufanna cum Lucre-
tia. 928 248. c
- Eius historia canonica. 921. c. d Cur mater hominum dicta. ibi-
dem. d
- Eius accusatores, qui fuerint. 926 Et terra nascentium species. pag.
254. a
- T Terra miracula. 249. a. b
- Talentum Aegyptium quid pen-
deret. 438. a Qua in terra, Scriptura sacra
maxime predicet. 252. a. b
- Templum dum Iudaei reparant,
quibus prodigijs retracti sunt. ibi-
dem. d
550. d Causa immobilitatis terra. pag.
253. a. b
- Templo Hierosolymitano destru-
cto, non superest Iudaeis sacrifi-
candi licitus locus. 173 Tertullianus phoenicis nomine est
abusus. 282. a
- a. b Tertullianus lapsus. 718. c. d
- Illud quando ab Antiocho profa-
natum, & à Iudaeis repurga-
tum. 504. c. d Testamenti vox in scriptura quo-
modo sumatur. 634. a
- Tempora quatuor maxime insi-
gnia apud chronologos. 665 In testibus examinandis quanam
exemplo Danielis seruanda ra-
tio. 932. 933
- Temporum angustia dupliciter
intelligitur. 598. b Thaidis temulenta consilium de
urbe Persepoli incendenda.
512. a. b
- Tenebra quomodo Deum laudent.
244. b Tharsis vox in scriptura quid si-
gnificet. 350. 351
- Tentationes diaboli, mirè Deus
temperauit. 910 Themistocles capitis damnatus

I N D E X.

- fugiens in *Asiam* veneritne
ad *Xerxem* regem *Persarum*,
an ad *Artaxerxem*. pagina
725.726
- Theodoreti* sententia refutatur.
790
- Filius lapsus*. 609.a.b
- Tiberij* imperium quot annos du-
rauerit. 712.c
- Tibiarum* statuæ *Nabuchodonosor*
describitur qualitas, & officium.
122.a.b
- Tigris* fluij nomen unde dictum,
& cur magnum flumen dica-
tur. 747.c.d
- Temiris* *Scytharum* regina nota-
bile dictum de *Cyro*. 433.b.c
- De *transfigurationis* *Domini* tem-
pore. 736.a.b
- Transformatio* regis *Nabuchodo-
nosor* in bestiam qualis fuerit.
333.334
- Transformationum* genera qua-
tuor. 331.c.d
- Transnigratio* *Judaorum* *Baby-
lonem*, ter fuit facta. pagina
96.a
- Tria* nouissima maxime horrenda.
385.d
- Tribulationes* bonis ad multa con-
ducunt. 912.c.d
- Tribulationum* breuitas, leuamen
doloris est. 907.a
- Tribulationes* bonis multum con-
ferunt. 865.c.d
- Troianum* excidium quando ac-
cidit. 666.b.c
- Turcarum*, quantum imperium.
442.a
- Turca* quomodo adulterium pu-
n ant. 938.b.c
- Turris* fabricata à *Daniele*, re-
gum fuit sepulchrum. pagina
139.a
- Turturum* castitas. pagina
278.a

V

- Vago* duo fuerunt. 798.a.b
- Velum* scissum in *Christi* morte,
quid significet. 905.d
- Venenum* consumitur in venena-
tis, si fulmine tanguntur. pagin.
245.a
- Vemalis* peccati effectus. pagina
165.a

Venti.

- Ventorum* quatuor pugna in ma-
ri descripta capite septimo,
quid significet. pagina
425.b.c

Ventorum


Ventorum
Eorum
De
Qu
233
Eorum
ric
Verita
ple
Verita
Vesper
scr
Vestis
fica
74
Victu
mo
sas
Vinda
plu
Vini j
24
Virtu
car
21
Visio
Visio
Visio
sec
sio
bu
Visio

I N D E X.

<i>Ventorum commoda.</i>	230	tempore turbent hominem. pa.
<i>Eorum rector, & dispensator</i>	757.c.d.	
<i>Deus.</i>	231.d	<i>Visiones vigilantibus, somnia dor-</i>
<i>Que in ventis cognitu difficilia.</i>		<i>mientibus accidunt. pagina</i>
233	49	
<i>Eorum mira vis in regione Ame-</i>		<i>Umbra arborum varia. pagina</i>
<i>ricana noni orbis.</i>	252.a	261.c.d
<i>Veritas diuinorum iudicorum tri-</i>		<i>Unctionis vsus apud Hebraeos.</i>
<i>plex.</i>	162.b.c	589
<i>Veritatis obliuio velox.</i>	146.b.c	<i>Vnguentorū antiquitas, & vsus,</i>
<i>Vespere, & mane, quid notent in</i>		746.a.b
<i>scriptura.</i>	508.a	<i>Vnus pro primo, ponitur in scrip-</i>
<i>Vestis linea Angeli, quam signi-</i>		<i>tura.</i>
<i>ficationem habeat. pagina</i>		534.a
748.d.	401.a	<i>Urbes olim clarissima deleta. pag.</i>
<i>Victus tenuior, facit homines for-</i>		<i>Ursorum proprietas.</i>
<i>mosiores propter quinque cau-</i>		431
<i>sas.</i>	41.d	<i>Persarum regnum urso simile. pa-</i>
<i>Vindicta diuina terribile exem-</i>		431.a.b
<i>plum.</i>	379.d	<i>Vulgus suorum principum mores</i>
<i>Vini fulmine gelati qualis virtus.</i>		<i>sequitur.</i>
245.c.d		873.a.b

X

<i>Virtutum nomine in puerorum</i>		<i>Xauerij è societate Iesu, cælum in-</i>
<i>cantico quid denotetur. pagina</i>		<i>tuentis affectus.</i>
213.b.c		224.a
<i>Visio quid.</i>	49.c	<i>Xenophanes omnia falsa putauit</i>
<i>Visio triplex.</i>	919	<i>esse somnia.</i>
<i>Visio Nabuchodonosor qua est in</i>		55.c.d
<i>secundo cap. quod differt a vi-</i>		<i>Xenophonti potius quam Herodo-</i>
<i>sione Balthasaris, qua descri-</i>		<i>to credendum in historia. pag.</i>
<i>bitur in cap.7.</i>	105	414.d
<i>Visiones diuina, & angelica, cur</i>		<i>Xerxes Grecis infestus. pagina</i>
	787.d.788	



I N D E X.

<i>Fuit Persarum rex quintus. pagina</i>	<i>793</i>	<i>equitas.</i>	<i>937.d</i>
<i>Eius diuitia.</i>	<i>794</i>	<i>Zelota qui fuerint apud Iudeos,</i>	
<i>Eius exercitus, & mors. pagina</i>	<i>794</i>	<i>& quomodo crudelitatis sue</i>	
		<i>penas dederint.</i>	<i>pagina</i>
<i>Sepulchrum Beli demolitum.</i>		<i>644</i>	
<i>933.c</i>		<i>Zona aurea angeli, & Christi,</i>	
	<i>Z</i>	<i>quid significet.</i>	<i>749.d.</i>
<i>Zalenci Locrensiſum legiſtatoris</i>		<i>755.c.d</i>	

F I N I S.

Deo Iesu Christo, & beatissima ipsius
matri Mariae honor &
gloria.



937.d
udeos,
is sue
agina

bristi,
49.d.

[Faint purple ink stamp or mark]

